





ANTONIO.

BIBLIOTHECA
HISPANA NOVA
TOMUS SECUNDUS.

BIBLIOTHECA HISPANA NOVA

SIVE

HISPANORUM SCRIPTORUM

QUI AB ANNO MD. AD MDCLXXXIV. FLORUERE

NOTITIA.

AUCTORE

D. NICOLAO ANTONIO HISPALENSI I. C.

Ordinis S. Iacobi equite, patriæ Ecclesiæ canonico, Regiorum negotiorum in Urbe & Romana curia procuratore generali, consiliario Regio.

NUNC PRIMUM PRODIT

RECOGNITA EMENDATA AUCTA

AB IPSO AUCTORE.

TOMUS SECUNDUS.

MATRITI

APUD VIDUAM ET HEREDES JOACHIMI DE IBARRA TYPOGRAPHI REGII

MDCCLXXXVIII.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

BIBLIOTHECA HISPANA NOVA

SIVE

SCRIPTORUM HISPANÆ GENTIS

QUI AB ANNO MD. USQUE AD MDCLXXXIV. MONUMENTA DOCTRINÆ SUÆ LITERIS TRADIDERUNT.

L

LAMBERTUS.

LAMBERTUS DE ESPES DE GRACIA, Cæsarauguſtanus, Seraphici ordinis, pater ut vocant provinciæ Aragoniæ, cum Didacus Murillus in *Hiſtoria urbis Cæsarauguſtanæ* catalogum texeret Cæsarauguſtanorum ſcriptis clarorum, luci publicæ ſubjicere parabat tractatum:

Exercicios eſpirituales inſcriptum.

LAUREANUS.

F. LAUREANUS DE CARCAMO, Bæticus, Hiſpalenſis, Carmelita, Panhormi in Sicilia theologiam docuit ſodales, quorum ſtudiis domi præfuit, ubi & diem ſuum obiit anno MDCXXXVII. cum edidiſſet:

Sermones varios: Hiſpano ſermone, apud Decium Cyrillum, eodem anno.

LAUREANUS MARTINEZ DE LA VEGA, ſcripſit:

Theatro de Varones iluſtres del Reino de Valencia. Cœptum opus ab Hieronymo Martinez de la Vega, vicario perpetuo generalis xenodochii Valentinæ urbis, continuatum a ſe, duobus jam tomis extenſum, editioni paratum habet, quos ſequetur tertius, omnesque centurias ſex virorum illuſtrium continebant, teſte mihi viro doctiſſimo F. Hippolyto Samper, ordinis Monteſiani, in *Monteſiæ illuſtratæ* volum. 2. parte 3. num. 942.

LAURENTIUS.

F. LAURENTIUS, Ciſtercienſis monachus, præfectus generalis congregationis Portugalliæ, ſcripſiſſe dicitur:

Super ſecundam ſecundæ Partis D. Thomæ. Cardoſus.

F. LAURENTIUS ANGELUS ESPIN, ex oppido Sariñena regni Aragoniæ ac diœceſis Oſcenſis, ſacræ theologiæ doctor Cæſarauguſtanus, cujus academiæ decanus hoc tempore eſt, in eadem urbe rexit ſodales, in Balearibus inſulis viſitator fuit, deinde & Romæ aſſiſtentis generalis munus pro Hiſpanis provinciis primus geſſit, vir doctrina & modeſtia ceteriſque religioſis virtutibus commendatus. Scripſit:

Conſulta varia Theologica, Iuridica, Moralia, & Hiſtorica. Cæſarauguſtæ anno 1669. in folio, apud Joannem de Ibar.

F. LAURENTIUS DE AYALA, Benedictinus, Pinciani monaſterii eccleſiaſtes, ſcripſit:

Vida de Frai Garzia de Ciſneros.

Sermon a los Edictos que el Santo Oficio de la Inquiſicion publicó en el monaſterio de San Benito de Valladolid. Pinciæ 1599. 4.

Sermon en la muerte del Rey D. Felipe II. Ibidem 1598. 4.

LAURENTIUS DE AYALA, domo Toletanus, ut dicitur, ex variis auctoribus collegit:

Jardin de Amadores, ſeu diverſorum eroticorum carminum ſyſtema. Valentiæ anno 1588. in 16.

F. LAURENTIUS DE AYERBE, laudatur a D. Joſepho Pellizerio, Regio hiſtorico (in apologia *Por la juſtificacion de la Grandeza y cobertura de primera clase de los Condes de Miranda*, paragr. 8. fol. 27.) eo quod ſcripſerit:

Vida de D. Sancho Martinez de Leiva, llamado brazos de hierro: ad D. Petrum de Zuñiga, comitem de Plasencia, ejus abnepotem. Florebat Sancius is circa annum MCCCXL. Cujus inſtituti Laurentius noſter fuerit adhuc nos latet.

LAURENTIUS BALBUS, Silienſis (oppidum eſt Caſtellæ Toletanæ diœceſis) Ferdinandi Nonnii Pinciani auditor, Latina Græcaque eloquentia valde floruit. Præſtat de eo ta-

tamen Matamorum audire in *De Academiis & doctis Hispaniæ viris* narratione apologetica, ubi, post factam ejus cum aliis Complutensibus eloquentiæ professoribus mentionem, *Commentarios alter* (Balbum innuens) ait, *perquam eruditos in Valerium Flaccum conscripsit, testes certe eruditionis singularis & memoriæ stabilis & firmæ, quæ plurimum in eo viro eminuisse dicitur. Sed linguæ Græcæ cognitione, cujus fuit sine controversia doctissimus, auctoritatem sibi majorem & ingenii commendationem est consequutus.* Meminit quoque ejus Alvarus Gometius lib. IV. *De rebus gestis Francisci Ximenii Cardinalis.* Scripsit ergo is jam laudatas:

In Valerii Flacci Argonautica eruditas *annotationes*, quæ Compluti prodierunt. Item:

Quintum Curtium de rebus Alexandri scriptorem emendavit, emendatumque dedit foras. Ibidem 1524.

LAURENTIUS BRANDAON, Lusitanus, nescio quid *De Peste* in lucem dedit circa annum 1621. Laudante Cardoso in schedis.

Hispane autem:

Ruina del Idolo del Carmelo que soñó el Reverendisimo Padre Fr. Hermenegildo de San Pablo. Cæsaraug. 1677. in folio. Cui reposuit marchio Acropolitanus, nunc & Mondexarensis, D. Gaspar Ibañez de Segovia. Vide in eo. Ejusdem Laurentii est, post lectum prædictum marchionis opus:

Explicacion verdadera de un lugar de Suetonio y examen justificado de la Deidad que Vespasiano consultó en el Carmelo. Cæsaraugustæ 1678.

Decessit ibidem xxx. Aprilis MDCLXXIX.

LAURENTIUS CALVETE, in Orche, oppido Alcarriæ, hoc est, partis septemtrionalis Castellæ Novæ, ortus, ducum Infantatus á sacris minister, auctor non est, quantumvis feratur & inscribatur talis, libri illius, quem typi sic notaverunt:

Historia de la Vida del glorioso S. Frutos Patron de la ciudad de Segovia, y de sus hermanos San Valentin y Santa Engracia: contiene la destruicion de España por los Moros, grandezas y antiguedades de la ciudad de Segovia con un compendio de los Reyes de España despues de su restauracion. Pinciæ 1610. in 8. Cujus quidem verus est artifex Hieronymianus quidam monachus, Laurentii frater, Joannes de Orche cognominatus, quod notum faciunt acrostichi versus, eidem libro adfixi, Hieronymi Valeræ Arcæi, Segoviensis, confirmatque in *Historia* hujus urbis Didacus Colmenares.

LAURENTIUS CAMPO, magister philosophus & professor academiæ Oscensis in regno Aragoniæ, deinde rector seu parochus loci de Varaguas Jaccensis diœcesis, scripsit:

Advertencias a la Historia de San Iuan de la Peña de D. Iuan Briz Martinez; sed non edidit. Laudante auctorem & opus non mediocriter Vincentio Blasco Lanuza tom. I. *Hist. Arag.* lib. V. cap. XV.

LAURENTIUS DE CARVALHO, Lusitanus, scripsit:

Vida de S. Gonzalo .... uti affirmat in ejusdem alia vita a se edita Fr. Petrus de S. Cæcilio, Mercenariorum Excalceatorum sodalis.

LAURENTIUS DE CAZERES, cujus patriam ignoramus, non poeticæ facultatis meritum, cujus nomine vel a doctissimis ævi sui celebratur. Extat formis alicubi impressus eo auctore:

Epigrammatum libellus: ad inclytum Gemmem, Brigantiæ ducem. Clientulum se Lusitaniæ Regis ibi appellat, in eo regno fortasse habitans, aut inde natus, quod apud Gregorium Giraldum, qui Laurentii recordatur in *Dialogis de Poetis*, annotatum legisse mihi videor. Laudavit eum Arius Barbosa, Lusitanus, hoc disticho:

Phœbe, tuus cycnus cecinit bona carmina Laurens,
Est ergo lauri dignus honore tuæ.

Quidamque Andreas Pereira hoc exasticho:

Hæ sunt, quæ teneris scripsit Laurentius annis,
Quæ tu miraris, attonitusque legis.
Ætatem ingenio vicit, cui Iupiter uni,
Lector, divinum contulit ingenium:
Nam sic gemmato celebret cum carmine Gemmem,
Hoc nisi divino non facit ingenio.

Georgius certe Cœlius, eximius ævi sui poeta, Henrico S. R. E. cardinali, ac Portugalliæ Infanti a secretis, suam dialogi Lucianæi *De Dea Syria* interpretationem Latinam, quæ una cum aliis ejus operibus edita circumfertur, Laurentii nostri Cazeris limæ atque examini, priusquam ederet, subjecit, meritus ab eo in laudem operis carmen, quod una vulgatum fuit. Georgius vero Cardosus in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam* huic genti eum adscribit, & natum in oppido Golegam affirmat. Alibi legimus præceptorem fuisse in grammaticis Ludovici Portugalliæ Infantis, Emmanuelis Regis filii.

F. LAURENTIUS A CONCHA (ait Waddingus) ordinis Minorum, scripsit:

Homilias varias in Evangelia. Matriti 1602. in 4. Cujus vulgare cognomen de CUENCA an de CONCHA sit ignoro.

F. LAURENTIUS DE LA CUEVA, Fran-

Franciſcanus, verſibus dedit vulgaris linguæ:

La Converſion del Beato S. Franciſco. Compluti apud Joannem Gracian 1619. in 8.

LAURENTIUS FERRER MALDONADO, militiæ dato olim nomine, literis etiam, quæ militem decent, navavit operam, ſcripſitque, ut de re nautica & geographica benemereretur:

Imagen del Mundo ſobre la Esfera, Coſmografia, Geografia y Arte de navegar. Compluti apud Joannem Garſiam 1626. 4.

Relacion del deſcubrimiento del Eſtrecho de Anian hecho por el autor: quam vidi MS. apud D. Hieronymum Maſcareñas, Regium ordinum Militarium, deinde concilii Portugalliæ ſenatorem, Segovienſem nunc antiſtitem. Expeditionem autem hanc nauticam ſe feciſſe anno MDLXXXVIII. auctor ait. Hic (Antonio a Leone teſte in *Bibliotheca Indica*) ex eorum numero eſt, qui noſtris Indicarum rerum ſenatoribus ſpem fecerunt cum verſoriæ pixidis novæ, abſque ſolemni & conſueta ut vocant variatione, tum graduum longitudinis in navigatione certæ dimenſionis atque obſervationis; ſed impenſæ laborique fructus non reſpondit.

F. LAURENTIUS DE SANCTO FRANCISCO, Diſcalceatus ſodalis fratrum Minorum provinciæ Bæticæ, cum in ea novitiorum inſtituendis moribus præeſſet, opus edidit, quod, præfectum agens Hiſpalenſis domus, prelo iterum commiſit, ſed locupletius, nempe:

Teſoro eſpiritual y divino para reſcate y conſuelo de las almas: ſive de indulgentiis Pontificiis, quibus defunctorum animis in Purgatorio detentis ſuffragari poſſumus. Gadibus 1638. in 8. Hiſpalique 1650. in 4.

LAURENTIUS GALINDEZ DE CARAVAJAL, Plaſentiæ in Extremadura provincia editus fuit anno MCDLXXII. parentibus Garſia Gonzalez de Caravajal, Truxilienſi cive, & Antonia Galindez, Cazerenſi. Cui generis nobilitati majus lumen intulit diligentia & induſtria, qua magna uſus eſt in addiſcendis utriuſque juris conſtitutionibus, viam ſibi muniens ad ſuprema quæque, quorum erat compos futurus, ſcholæ & aulæ Regiæ munera; Salmanticæ quippe ex primaria cathedra jus docuit, eaque profeſſione dignum ſe Catholicis Ferdinando & Eliſabetha, immortalis memoriæ Regibus, oſtendit quem a conſiliis ſibi deligerent, dicendique in ſupremo ſenatu juris auctoritate munirent. Quo factum eſt ut, Philippo Auſtriaco, hujus nominis primo Caſtellæ Rege, intempeſtiva morte e vivis erepto, dum rediret Ferdinandus Catholicus jam laudatus ad reſumendum pro filia Joanna regni habenas, unus ex his apud Marinæum Siculum lib. XXI. *De Regibus Hiſpaniæ*, Caravajalius noſter nominetur, *egregii doctoris, & genere nobilis* elogio ornatus, quos Regii concilii patres regnique adminiſtratores breve illud intervallum Principis expers fuit ſortitum. Circumfertur per curioſorum manus, ineditum hactenus, annale opus de rebus geſtis Catholicorum Regum, hoc titulo inſigne:

Memorial o Regiſtro breve de los lugares donde el Rey y Reyna Catolicos nueſtros Señores, que hayan gloria, eſtuvieron cada año deſde el de MCDLXVIII. en adelante haſta que Dios los llevó. Hujus meminit Alvarus Gometius in prologo sui operis *De rebus geſtis Franciſci Ximenii*, eoque nonnumquam in *Hiſtoria* ipſa utitur. Habeo apud me et MS. ut & plures alii. Laudatum & aliud opus ſcio, ſuccedaneum ejus ut videtur cujus nuper meminimus, ſcilicet:

Hiſtoria de lo ſucedido deſpues de la muerte del Rey D. Fernando. Necnon, & dummodo cum aliquo e ſuperioribus unum atque idem non ſit:

Annotaciones de la Hiſtoria de Eſpaña: quem librum MS. habuit Gundiſalvus Argote de Molina.

Genealogia de los Caravajales adjudicatum quoque ei legimus. Laudat hoc opus D. Joſephus Pellizerius non semel.

Addiciones a los Varones Iluſtres de Fernan Perez de Guzman, una cum *Hiſtoria Ioannis Secundi Caſtellæ Regis*: quam noſter recognovit, atque in publicum emiſit Lucronii 1517. in folio. Hiſtoria quædam Henrici IV. Regis hunc noſtrum forte habet auctorem, quæ MS. extat Matriti in Villumbroſana bibliotheca.

Annales de los Reyes Catolicos in eadem bibliotheca ſunt MSS. in folio. Item:

Suma de las Coronicas de los Reyes Catolicos. Ibidem.

Hiſtoriam ejus quamdam ſe vidiſſe MS. teſtatur Hieronymus Romanus de la Higuera in *Hiſtoria Toletanæ urbis*, apud dominam loci de la Oliva, quæ codex fuit bibliothecæ D. Franciſci de Vargas, Regii ſenatoris: forte intelligendus de genealogica Caravajaliæ familiæ, nam de ejus origine ac nobilitate eo loci agit.

Meditabatur *Hiſtoriam Hiſpaniæ* juſtam, ad idque arduum opus collegerat, primus ipſe atque auctor hujus tam neceſſariæ induſtriæ, Regum antiqua diplomata, quæ in tabulariis latent, cujus rei veſtigia nonnulla ſe deprehendiſſe in ejuſdem ſchedis annotatum voluit Ambroſius Morales in diſcurſu *De los Privilegios*, ultimo *Hiſtoriæ* vo-

volumini præmiſſo, qui noſtrum præconio *viri inſignis* donatum non perfunctorie, hac ſaltem de cauſa, ibidem commendat. Hic ex conjuge Beatrice Davila, nobiliſſimæ gentis marchionum de las Navas propagine, ſucceſſores ſibi procudit, qui ad noſtram uſque ætatem, ſurrogati alii aliis, familiæ ſuæ decorem propagarunt. Elogium videſis Marinæi lib. xxv.

LAURENTIUS GODINO, in Aragoniæ regno Arizæ oppidi parochus ſeu rector, edidit:

Directorio eſpiritual para vivir y morir en la gracia de Dios. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1618. in 18.

LAURENTIUS GOZAR, Valentinus, medicus doctor, dialogum ediſiſſe dicitur:

De Medicinæ fonte. Valentiæ anno 1589. In quo, ut Andreas Scotus ait, Paracelſum magis quam Celſum videtur ſequi, hoc eſt chemiam commendare.

LAURENTIUS GRACIAN, ſeu potius BALTHASAR GRACIAN, Bilbilitanus ex Aragoniæ regno, Jeſuitarum ſodalis, vir eruditionis & doctrinæ, pluribus hoc tempore libris in vulgus editis, etiam apud exteros, qui Hiſpaniæ linguæ majeſtate atque elegantia delectantur, notæ & confirmatæ nomine clarus, Laurentii fratris, ut credimus, perſona & appellatione uſurpata dedit in publicum ſequentia opera, quæ duobus voluminibus ſimul prodierunt ante paucos annos:

El Criticon, primera parte, en la primavera de la niñez y en el eſtio de la juventud. Matriti 1658. poſt priorem editionem, & ut audio iterum ibidem 1664.

El Criticon, ſegunda parte: Juiziofa corteſana Filoſofia, en el otoño de la varonil edad. Oſcæ 1653. in 8.

El Criticon, tercera parte, en el invierno de la vejez. Omnia ſimul Matriti 1657. & 1658. tribus voluminibus.

Oraculo manual, y Arte de prudencia.

El Heroe. Oſcæ 1637. Matriti 1639. in 16. Gallice vertit M. Gervaſius, medicus Regius Perpinianenſis præſidii ut vocant, Pariſiiſque edidit 1645. in 8. exindeque Amſterodami ut audio 1659.

Agudeza y arte de Ingenio, en que ſe explican todos los modos y diferencias de conceptos. Breviori forma hæc ars primum viſa fuit, deinde prolixior, ac fere altera, Oſcæ ex officina Joannis Nogues 1649. in 4. et tandem ibidem 1664. in 4.

El Diſcreto. Ibidem apud Joannem Nogues 1646. in 16. nuperque Bruxellis 1665. in 12.

El Politico D. Fernando el Catolico. Cæſaraugustæ 1641.

Meditaciones varias para antes y deſpues de la Comunion, alias *El Comulgatorio.* Matriti 1655. quod opus in hac editione proprium auctoris nomen præ ſe fert.

Omnia hæc continet duobus tomis editio Matritenſis apud Paulum del Val anno 1664. in 4. Reperio tamen & Gratiano tributum opus, diverſæ a jam laudatis appellationis, ſcilicet:

El Foraſtero. Bruxellis 1633. in 4. Item:

Exercicios de devocion. Ibidem anno 1662. in 24. niſi idem ſit opus cum *Meditationibus.*

Rector fuit Balthaſar collegii Tarraconenſis, quod munus gerebat cum eum proprio nomine laudavit D. Vincentius Joannes Laſtanoſa in dialogis *De las Medallas*, pag. 5.

Deceſſit e vivis Turiaſone an. MDCLVIII.

F. LAURENTIUS DE GUZMAN & ZUÑIGA, Ocanienſis, inſtitutum Eremitarum ſodalium apud Salmantinos amplexus theologiam diu docuit, ediditque, dum Matritenſem domum, Philippo Apoſtolo ſacram, incoleret, provinciæ ſuæ profeſſor emeritus:

Eſpejo de Diſcretos. Matriti 1643. 8. Inedita alia reliquiſſe fertur moriens in coenobio Spei Neapolitano, quod ſodalium eſt Divi Auguſtini, III. kal. Februarii anno MDCLI. ex quibus eſt fortaſſe, quam hoc nomen hominis præferre video:

Clavis aurea legis & miſteriorum fidei, ſive Concionatorum examen: edita Romæ apud Dominicum Manelſum anno 1650. 4. Hanc ſcilicet ſub Laurentii Aurelii de Guzman appellatione, cum in Urbem diffinitor generalis pro comitiis ordinis veniſſet, publicavit.

F. LAURENTIUS LOBO, Franciſcanus provinciæ Caſtellæ, ordinem hunc apud Complutenſes profeſſus, edidit:

Compendio de las Rubricas del Breviario y Miſſal Romano. Matriti 1632. in 8. Petrus Salazarius, ejuſdem ordinis, in *Hiſtoria* huſuſmet *provinciæ Caſtellæ* Laurentii Lupi *Concionum* volumina circumferri ait, eaque non modiocriter laudata.

D. LAURENTIUS DE MARSILLA, deſcripſit ex Latino auctoris:

El Chronicon de Adrichomio. Matriti 1631.

F. LAURENTIUS MARTINUS JORDAN, monachus Hieronymianus in coenobio Valentinæ urbis Deiparæ de la Murta nun-

nuncupato, ibique novitiorum institutor, scripsit:

Teorica de las tres vias de la vida espiritual, y practica dellas en la oracion mental y vocal y horas Canonicas. Segobricæ in Valentiæ regno 1633. in 4.

Manual de exercicios espirituales. Valentiæ 1642. 8.

De la Comunion espiritual. Ibidem anno 1657.

D. LAURENTIUS MATHEU ET SANZ, Valentinus, eques ordinis Sanctæ Mariæ de Montesa, post alia reipublicæ impensa officia, diversosque togati exercitii gradus, judex audientiæ, ut vocant, urbis Valentiæ in curia Civilium causarum, ad curiam Regiam evocatus, ut unus esset e judicibus supremæ curiæ Criminalis, quos Alcaldes appellant de Casa y Corte. In concilio Indicarum rerum judex, indeque in supremo Aragoniæ concilio Matritensi senator allegi promeruit propter non vulgarem juris, maximeque municipalis, cognitionem, quam opus illud prodit:

De Regimine urbis ac regni Valentiæ, sive selectarum interpretationum ad principaliores foros ejusdem, Tractatus. Valentiæ apud Bernardum Nogues, duobus voluminibus, anno 1654. & 1656. in folio.

Tractatum de Re criminali, sive controversiarum usu frequentium in causis criminalibus cum earum decissionibus tam in aula Hispana suprema criminum, quam in summo senatu novi orbis. Lugduni per Claudium Burgeat 1676. in folio.

Hispane vero.

Tratado de la celebracion de Cortes generales del Reyno de Valencia. Matriti apud Julianum de Paredes 1677. 4.

Vertit item in Hispanicum:

Ramillete de Flores Historiales, que escribió en latin el P. Juan Busieres de la Compañia de IHS. Valentiæ apud eumdem Nogues 1655. in 12. tribus tomis.

Decada primera de las Emblemas de Solorzano. Valentiæ 1658.

Ejusdem quoque est libellus sic inscriptus, ficto tamen auctoris nomine:

Critica de reflexion y Censura de las Censuras, Fantasia Apologetica y Moral, por el Dotor Sancho Terzon y Muela, &c. Valentiæ anno 1658. in 12. scilicet adversus Laurentii Gratiani *Criticon.*

LAURENTIUS DE MEDINA, pharmacopola, edidit:

Tratado de como se ha de usar el azeyte de Vitriolo. in 8. Itemque:

Reprobacion del mismo azeyte.

LAURENTIUS MOURAON, Lusitanus, Lamecensis, jurisconsultus, Regius senator, scripsit:

Vida da Reyna Santa Isabel: atque item alia juridica. Cardosus.

F. LAURENTIUS DE SANCTO NICOLAO, Augustinianus sodalis Excalceatus, sed laicus, fabricarum magister, edidit:

Arte y uso de Arquitectura. Matriti apud Joannem Sanchez 1639. folio, atque iterum 1664. aut 1665.

F. LAURENTIUS ORTIZ DE IBARROLA ET AYALA, Salmanticæ natus, Benedictinus, sodalis prius collegii Trilinguis in patria schola Græcam et Latinam linguam duodeviginti annos docuit, Pinciæ mox vitam monasticam amplexus profana sacraque eruditione censebatur, cum Romæ negotia domus suæ procurans edidit:

De Politia & Immunitate Ecclesiastica Tractatum Theologicum: ad Paulum V. pontificem maximum. Romæ typis Stephani Paulini 1610. in 4.

LAURENTIUS OSORIO BARBA, Asturicensis, Compostellanæ ecclesiæ canonicus, juris Pontificii doctor Salmantinus, vir eruditione ac pietate commendatus, scripsit:

Piña de rosas atadas por graves y santos autores Teologos y Canonistas, para que la puedan oler los Sacerdotes en el santo y soberano mysterio del altar. Salmanticæ apud Guilielmum Tochel 1589. in 4. Cui præfixum est laudatorium carmen Latinum V. C. Francisci Sanctii Brocensis. Appendicis vicem habet, sed seorsim editum:

Capitulo XII. añadido al Tratado de los diezmos del libro tercero de la Piña de rosas. Ibidem 1593. in 4.

D. LAURENTIUS DE PADILLA, Antiquariensis, ex nobili hac familia quæ amplissimum adelantatus (ita appellant) Castellæ munus ad nostram usque ætatem possedit, in Malacitana ecclesia Rondensem archidiaconatum adeptus, munereque historici Regii ab augustissimo Carolo Cæsare, atque Hispaniarum Rege, ornatus, superiore sæculo inter primores hujus artis & omnium bonarum literarum professores præcipuum quemdam obtinuit locum. Nam cum veterum omnis generis monumentorum diligentissimus esset, historiam sic scribere aggressus est ut priscorum locorum situs curiosissime ex Romanorum lapidum fide, res olim gestas ex chartaceis, quæ supersunt, instrumentis erueret. Et quia non magis histo-

ſtoriæ proprium eſt res quam homines, quoſcumque vetuſtate amovet ætas, proferre in lucem, idque nobilium familiarum cognitione fere conſtat, eam quoque hiſtoriæ partem illuſtrare conatus est, ex actis publicis, aliiſque veteribus memoriis, genealogias retexens, & adhibito judicio expendens. Sed hujus tanti viri nihil horum huc uſque terit publicus uſus. Hiſtoricæ enim lucubrationes, in privatis quibuſdam bibliothecis cuſtoditæ, noviorum aliis copioſioribus & inſtructioribus ceſſiſſe locum quodam modo videntur. Fuit quidem olim apud Florianum Docampo, ejuſdem Caroli Cæſaris hiſtoricum, ea pars quæ origines Hiſpaniæ ac priora ſæcula, vetereſque dominos tribus libris comprehendit: quam is minus ingenue (ne quid acerbius in hominem dixerim de hiſtoria noſtra optime meritum) illaudatam reliquit, cum ab ea prorſus geographicas deſcriptiones, ex antiquis auctoribus a noſtro diligenter exculptas, & omnia illa veteris ævi, quorum in Græcis & Latinis hiſtoricis memoria extat, accuratiſſime obſervatas atque digeſtas, hic Florianus fere didicerit. Extabat quidem uſque ad hoc tempus typis commiſſus unicus de Sanctis Hiſpaniæ brevis, ſed, quod maxime decet argumentum, fabulis intactus libellus, hac inſcriptione:

Catalogo de los Santos de Eſpaña. Toleti 1538. in folio. Cujus tantum operis notitiam habuit Joannes Vaſæus cum auctorem laudavit in *Chronici* ſui *Hiſpaniæ* cap. IV. Deſideratur vero, a viris eruditis maxime:

La Hiſtoria general de Eſpaña: ad Carolum V. Cæſarem, in quatuor partes diviſa. Ea incipit: *Invictiſſimo Ceſar. Determinado e muchas veces* &c. Hujus archetypum extare hodie in bibliotheca Sancti Pauli Dominicanorum Cordubenſium retulit nobis, fide digniſſimus teſtis, Martinus Vaſquius Siruela, portionarius eccleſiæ Hiſpalenſis, qui vidit, & cum adverſariis, quæ penes ſe habebat, ex hujus quodam exemplo extractis, contulit; cujus ſimilia extare alia ſcimus. Atque ejuſdem hiſtoriæ aliquot folia typis ſubjecta olim fuiſſe teſtimonio ea ipſa ſunt quæ penes D. Franciſcum de Urrea, Aragoniæ regni chronographum, & poſt ejus obitum penes Joannem Franciſcum Andream Uſtarrozium, qui ei hoc in munere ſucceſſit, ante aliquod annos fuerunt. Meminit ejuſdem hiſtoriæ Alexius Vanegas in opere ſuo *De Differentiis Librorum* Hiſpano, *libri naturalis* cap. XIX. & Martinus de Roa in libello *De Principatu urbis Cordubæ* cap. VII. Habemus quidem jam clariſſimi viri domini Joſephi Pellizerii, chronographi Regii, beneficio:

El Libro primero de las Antiguedades de Eſpaña. Valentiæ 1669. in 12. Primum, inquam, ex tribus libris, quibus, ut idem Joſephus ait, continetur hiſtoria iſta, percurrens ea quidem breviter a primordiis ipſis noſtræ gentis uſque ad Ferdinandi III. Regis Caſtellæ Sancti obitum, cui parti eruditam præfationem Joſephus ipſe adjunxit. Laudantur & alia, nempe:

Geografia de Eſpaña. Hanc vidimus MS. in bibliotheca ejuſdem Martini Vaſquii Siruelæ, cujus mentionem quoque fecit Martinus de Roa in memorati libelli cap. IV. niſi ex hiſtoria nuper laudata quodam excerptum ſit.

Nobiliario o Linages de Eſpaña. Meminit Ambroſius Morales lib. XIII. *Hiſpanæ Hiſtoriæ* cap. XIII. & Alphonſus Lopez de Haro in ſui *Hiſpaniæ Nobiliarii* præfatione.

Origen y ſuceſion de los Principes de la Caſa de Auſtria haſta el R. D. Felipe II. Extabat olim in bibliotheca Regia Escurialenſi.

Catalogo de los Arzobiſpos de Toledo. MS. apud D. Petrum Fernandez del Pulgar, canonicum Palentinum.

LAURENTIUS PALMIRENO, Alcañizium, oppidum Aragoniæ regni, patriam habuit, grammaticæ artis & eloquentiæ, dum vixit, variis locis profeſſor. Uſus ipſe eſt præceptore Michaele Stephano, qui Fragæ poſtea ludum aperuit. Multæ quidem lectionis & in ſtudiis formandis auditorum induſtriæ homo, quidquid lectu fere didicerat in eorum uſum, libellis editis brevioribus, ſtudioſe ac facile convertebat. In patria primum, dein Cæſarauguſtæ, tandemque uſque ad extremum vitæ diem Valentiæ grammaticorum ac rhetorum præfuit ſcholis: in quam rem omnes ingenii vires, omnem animi conatum, Spartæ memor ſibi ad ornandum traditæ, ſemper contulit. Voluptates averſabatur, parumque fuit divitiarum appetens; nec tamen his meritis effugere potuit quin a diſertiſſimo equite, ac poeta, Jacobo Falcone jocorum & ſatyrici fellis pleno carmine aliquando acrius vexaretur. Ageſilaum reliquit filium, Valentiæ & ipſum ſtudii grammatici moderatorem, qui fuit e vivis anno tertio ac nonageſimo ſæculi ſuperioris ſublatus. Opuſcula minutiora plurima ſcripſit Laurentius, quorum hæc edita partim vidimus, partim ab aliis accepimus. Latina quidem iſta ſunt:

Elegantiæ. Cæſarauguſtæ 1588.

Campus eloquentiæ continens orationes, præfationes, declamationes, epiſtolas, epigrammata. Valentiæ 1574. 8.

De vera & facili imitatione Ciceronis. Cæſar-

ſarauguſtæ 1560. 8. Hiſpane etiam 1573.

De Arte dicendi, ſive Rhetorices libri v. juxta Cornelii Valerii methodum, ut Scotus ait. Valentiæ apud Petrum Huete 1573. in 8. & 1578. in 8. item Valentiæ 1567. 8.

Enchiridion Græcæ linguæ.

Hypotypoſeis ex Tito Livio, Cornelio Tacito, & Paulo Iovio.

Proſodia Latina. Valentiæ anno 1578. in 8. ex quarta editione.

Dilucida çonſcribendi Epiſtolas ratio, ab Ageſilao filio aucta & emendata. Valentiæ 1585. in 8.

Phraſes Ciceronis obſcuriores in Hiſpanicam linguam converſæ. Valentiæ 1574. in 8. Idem Hiſpanice, ut infra, prodiit.

Adagia Hiſpanica in Romanum ſermonem converſa.

Fabella Aenaria acta in Academia Valentina VI. idus Februar. anni MDLXXIV.

Oratio poſt reditum in Academia Valentina menſe Auguſto anni MDLXXII. Hanc credo Hiſpane editam quoque, hac inſcriptione: *Razonamiento que hizo a los Regidores de ſu patria del orden de enſeñar.* 1573. in 8.

Stromata, in quibus Pons Cæſaris, & Selecta animalia, una cum *Humaniſtæ vocabulario* Hiſpano edita Barcinone 1575. in 8.

Hiſpana vero hæc. Nuper laudatum imprimis opus, nempe:

El Vocabulario del Humaniſta de aves, peces, animales &c.

Eſpaña abreviada.

Silva numaria de todas monedas.

Deſcuidos de los Latinos de nueſtros tiempos emendados. Omnia hæc ſimul Valentiæ 1573. 8.

Fraſes de Ciceron mas obſcuras reducidas a nueſtra lengua. 1572.

El Eſtudioſo Corteſano. Valentiæ 1573. Compluti 1587. 8. Huic adjungitur in hac Complutenſi, quam vidimus, editione:

El Borrador o Cartapacio: ſive de exceptorio codice ab ſtudioſis rite atque ordine, ſecundum Ludovici Vivis præſcriptam regulam, conficiendo. Compluti 1587. 8.

El Eſtudioſo de la Aldea. Valentiæ 1568. 8. &. 1578. hoc eſt de ratione ſtudiorum in agro, uti ſuperius de in urbe eſt, conſilium.

El Latino de repente. Valentiæ 1582. in 8. duabus partibus, & 1573. 8.

Oratorio de enfermos: ſive de tolerandis infirmitatibus. Valentiæ 1580. 8. apud Petrum de Huete.

Eſcalera Filoſofica. Valentiæ 1569. Barcinone 1575. in 8.

Silva de Vocablos y fraſes de monedas y medidas, comprar y vender para los niños de Grammatica. Valentiæ jam tertium anno 1563. in 8.

Catecismo, o Suma de la Religion Criſtiana, ex Gallico verſus Emundi Augerii, Jeſuitæ: quem quidem a ſe recognitum Antonius Cordeſius, itidem Jeſuita, Valentiæ edidit 1565. in 8. Tudelæ item prodiit apud Navarros 1573.

Camino de la Igleſia. Valentiæ 1575. Barcinone 1592. in 8.

El Vocabulario de los pueblos. Laudat opus, luci nuſquam datum, Gaſpar Eſcolanus in *Hiſtoriæ Valentinæ* lib. IV. cap. VII. & lib. VI. cap. XII. n. 6.

Tribuitur quoque ei, Latine credo exarata:

Vita & res geſtæ F. Ioannis Micon Dominicani ex regno Valentiæ: quam eleganter & copioſe ſcriptam aſſerit Gundiſalvus Ponzius Legionenſis in nuncupatione cujuſdam opuſculi venerabilis iſtius viri.

Obiit Valentiæ circa annum MDLXXX. Conſuleſis Vincentium Blaſcum Lanuzam parte II. *Hiſt. Aragonenſis*, lib. V. cap. XLVIII.

LAURENTIUS PEREZ, pharmacopola Toletanus, ſcripſit, Latine an veneracule?

Hiſtoriam de Theriaca. Toleti apud Joannem de Ayala 1575. Item:

De Medicamentorum ſimplicium & compoſitorum hodierno ævo apud noſtros Pharmacopolas extantium delectu, repoſitione & ætate per genera, ſectiones duas. Adjectæ ſunt integræ & expurgatæ eorum nomenclaturæ & conciſſæ, quibus Pharmacopolæ in vaſis extra utuntur, atque etiam corruptæ, Hiſpanæque. Toleti 1599.

D. LAURENTIUS POLO, patria ex oppido Lantadilla diœceſis Palentinæ, Boloniæ in Sancti Clementis collegio juriſconſultus, ab anno ſuperioris ſæculi XXXIV. auditor generalis S. Claræ, conſiliarius & collateralis concilii regens in regno Neapolitano, tandem in ſupremo Italicarum rerum concilio ſenator, ſive proprio verbo Regens, Aſturicenſem & Abulenſem eccleſias deſponderi ſibi haud permiſiſſe refertur. Scripſiſſe idem dicitur:

Conſiliorum volumen: quæ ſub inſcriptione Laurentii Poli laudantur.

F. LAURENTIUS PORTEL, Luſitanus, in oppido Portel natus, quod Tranſtagani tractus eſt, in provincia autem Algarbiorum Minoribus fratribus, quos vocant Obſervantes, addictus theologiæ doctorem, & provinciæ præfectum apud ſuos ſemel atque iterum egit, doctrina adhuc conſpicuus magis, poſteritatique commendabilis, præ-

ſer-

sertim ea quæ mores theologice instruit, & sacramenti Pœnitentiæ ac regiminis ecclesiæ ministros, in quo conscientiæ foro secum strictissime, cum aliis vero indulgentissime, agebat. Scripsit enim:

Responsiones aliquorum casuum moralium spectantium præcipue ad personas regulares ac etiam sæculares. Olisipone 1629. Et Lugduni 1633. & 1640. 8. & 1644. sumptibus Laurentii Arnaud, & 1652. in 8. iisdem typis, ac duobus tomis.

Dubia Regularia, sive accuratam brevemque discussionem circa religiosam personam ac familiam, ac etiam circa Sacerdotem regularem confessiones sæcularium excipientem. Olisipone 1618. 4. Lugduni 1633. & 1634. sumptibus Joannis Amati Candidi, *additionibus*, quæ seorsim in calce additæ fuerant, in suos loculos distributis. Venetiis quoque edita sunt cum primo volumine *Responsionum* a Paulo Balleonio 1641.

Sermones & exhortationes monasticas religiosis personis necessarias, & sæcularibus proficuas. Quibus accedunt:

Tractatus de scrupulis, & de opinione dubia eligenda. Atque item alter:

De Impensis factis in Templo Salomonis. Olisipone 1617. in 4.

Vulgari sermone:

De los casos que a los Religiosos se pueden reservar. Olisipone 1615.

Scire aveo an ejusdem hominis sint *Sermones totius anni de Portel*, Antuerpiæ editi 1651. in 4. aut 1655.

In vivis adhuc erat, quamvis ætate multa, cum anno MDCXL. Lusitania Hispano imperio, hoc est quieti & securitati publicæ, renuntiavit.

LAURENTIUS DE QUEIROS, Lusitanus, recenti alienatione Portugalliæ regni a Castellanorum Regum dominio causam rebellium Catalanorum agens edidit:

Noticia universal de Cataluña &c. Olisipone apud Antonium Alvarez 1641. in 4. Sed hic Laurentius non auctor operis sed bibliopola est.

D. LAURENTIUS RAMIREZ DE PRADO, Alphonsi filius, Zafrensis jurisconsulti, ejusdemque Regii Castellæ concilii senatoris, superius ex occasione laudati, Alphonsi alterius frater germanus, qui vel nunc inter ejusdem senatus patres jus dicit, atque suum quoque in hac bibliotheca sortitus est locum, Zafræ, ut creditur, natus dum adhuc in patria se contineret parens, eques militaris ordinis Sancti Jacobi, in Salmantica olim sub lectissimis præceptoribus, in quibus & fuit Franciscus Sancius ille Brocensis, grammaticus & philologus incomparabilis, ad omnem antiquitatis ac prudentiæ juris percipiendam eruditionem quidquid erat sibi a natura datum ingenii & industriæ non vulgaris addixit, successu quidem felicissimo, quem confirmavit sequens ætas per crebra studiorum ac dignitatis famæque documenta, fructuose atque honestissime transacta. Primus ei gradus reipublicæ munerum, ut audio, senatorius fuit in curia regni Neapolitani locus, a quo se illo tempore denominabat quo *Legum Theseram* ac *De Consiliarii officio* libellos in vulgus edidit; patribus hinc annumeratus, qui in Matritensi curia Regium patrimonium tuentur, cum adhuc in vivis esset Philippus III. succedentem patri ad clavum reipublicæ Philippum IV. dulcissimæ nobis semper memoriæ Principem, æque sibi beneficum expertus fuit. Ab hoc enim & in senatum, qui rem administrat Indicam, transire, nec non & inter alterius Regii cœtus judices, quibus bullæ, ut vocant, Cruciatæ vicaria sedis Apostolicæ jurisdictio commendata est, sedere jussus, legationem quoque publicam ad Ludovicum XIII. Regem Galliarum Christianissimum, delectus ei muneri propter doctrinæ atque eloquentiæ dotes, laudabiliter gessit, & quamvis fama præventus major apparuit. Aggregatus tandem patribus, ceterorum principis, Castellæ senatus, in præcipuo quodam existimationis vertice constitutus usque ad mortem vixit, dominæ Ildephonsæ a Cardenas, lectissimæ ac nobilissimæ feminæ, conjugio felix, studiis librisque, quorum ingentem haud numero minus quam pretio vim collegerat, studiosorumque promovendæ industriæ semper intentus, ut verum semper fecerit id quod Ericio Puteano visus olim fuit: *ab ipsis musis gratiisque factus, interque prima ævi nostri decora merito habendus, quam doctus tam bonus, quam magnus tam humanus*, nempe in *Iudicio de nova Luitprandi editione* ad Balthasarem Moretum. Thomas Reinesius, vir hac ætate clarus eruditione, *acutissimum* vocat lib. 1. *Variorum* cap. x. pag. 36. Aubertus Miræus eumdem non perfunctorie celebravit in *Bibliothecæ* altera parte. Scipio quoque Dupleix, historicus non obscurus Regis Galliarum, Laurentii olim famæ anagrammate isto assurrexit, ac tetrasticho id exponente:

Laurentius Ramirez de Prado:
Præ sole demiranda virtus.

Divitias alii vanosque sequantur honores,
Et quæ fluxa uno sunt peritura die.
Demiranda *in te* virtus præ sole *refulget:*
Æterna hæc animi gloria, lausque tui.

Edi-

Edidit adolescens:

Hypomnemata in C. Valerium Martialem; ſcilicet in *Spectacula*, & quatuor priores *Epigrammatum* libros. Pariſiis 1607. iterumque ibidem cum aliorum ad eumdem poetam commentariis. De quibus Joſephus Scaliger, ac de eorum auctore, ad Petrum Scriverium illuſtrando Martiali intentum, ſic olim cenſuit ut & egregiam indolem & præclarum ingenium non indigna exiſtimaverit *doctiſſimi* nomine, quod in Gallia fuerat aſſequutus; niſi quod ei imponit, ut auctorem *Hypomnematum* magis modeſte quam ille alios moneat, de inſultibus quibuſdam juvenilibus. Et reprehendit quidem ſæpius quæ ſibi diſplicerent in hoc opere Scriverius; juſtoque libello, ſub Claudii Muſambertii larva, inſultavit noſtro Laurentio ludi magiſter Pariſienſis, qui eo prior hunc volverat lapidem, Theodorus Marſilius, *commentario* ſcilicet formato *in* ejus *Hypomnemata*, Pariſiis edito anno MDCVII. De quo tamen Marſilio legi dignus eſt idem Scaliger, qui ad Scriverium item ſcribens *arrogantiſſimum* eum & *imperitiſſimum commentatorem* vocavit; cui tamen Laurentius nil repoſuit adverſarium dedignatus. Memini legiſſe me in patria, fere puerum, D. Petri de Abaunza, civis mei, cauſarum in Hiſpalenſi curia defenſoris, *Martialem illuſtratum*, qui Ramirezium propugnabat, valide Muſambertio congreſſus. Deinde publicavit:

Theſeram legum, ſive otium æſtivum pomeridianum: nempe explanationem quatuor Iuris civilis capitum, hoc eſt, L. ſuper credendis XI. C. de Iure fiſci lib. x. L. Non eſt veriſimile fin. D. Quod metus cauſa &c. L. Certa forma IV. C. de Iure fiſci ejuſdem lib. x. & L. Lege Iulia IV. §. ultimo D. Ad leg. Iul. peculatus, conciliatæ cum L. Ob pecuniam LXXXI. D. de furtis. Matriti 1616. in 4.

Ἐφήμερον, *ſive eodem die natum & denatum laborem ad illuſtrationem Romano-Hiſpalenſis antiqui lapidis.* Matriti 1634.

Epiſtolam ad Chriſtophorum Medranum in Salmanticenſi Academia publicum Medicinæ Profeſſorem ſuper Plinii verba illa ex cap. I. lib. VII. Eſt aliquis morbus per ſapientiam mori. Salmanticæ.

Pentecontarchum, ſive quinquaginta militum Ducem: hoc eſt, tot capitum corpus pulcherrimis philologiæ ſacræ & humanæ coloribus variegatum. Antuerpiæ apud Keerbergium in 4.

Notas ad S. Orientii Commonitorium: carmine ſcriptum, cujus Gennadius meminit. Miræus auctor rei eſt. Nos ſcimus Delrium *Orientium* edidiſſe cum notulis.

Schediaſma Epiſtolare De liberalibus ſtudiis. Antuerpiæ apud Balthaſarem Moretum, cum ut credimus anno 1644. tum iterum anno 1649. in 4. cum elegantiſſimis elogiis Ludovici Nonnii, medici Antuerpienſis, & magiſtri Martini Ximenez de Embun, Carmelitæ, veſpertini Cæſarauguſtana in academia theologiæ profeſſoris. Dum in Galliis peregrinaretur prodire in lucem fecit:

Juliani Petri Archipreſbyteri S. Juſtæ Chronicon cum ejuſdem adverſariis, & de Eremiteriis Hiſpanis brevem deſcriptionem, & variorum carminum collectionem: ex bibliotheca Olivarienſi deſumpta. Pariſiis apud Laurentium Sonnium 1628. in 4.

Luitprandi quoque *Subdiaconi Toletani, Ticinenſis Diaconi, tandem Cremonenſis Epiſcopi opera, quæ extant*, typis Plantinianis edi curavit anno 1640. folio. In quibus *Chronicon* & *Adverſaria* primum in lucem exire ſe feciſſe ait *Hieronymi de la Higuera Societatis Jeſu Presbyteri ac propriis notis illuſtrata.* In quo tamen reſiſtit ei, ante quinquennium a D. Thoma Tamajo procurata, eorumdem *Chronici* & *Adverſariorum* editio Matritenſis.

Hiſpanum etiam libellum olim confecerat: *Conſejo y Conſejero de Principes* inſcriptum, ſive interpretationem decem capitum Joannis Cokier *Politicorum*, quibus de conſiliariis Principum agit, cum notis propriis. Prodiit is Matriti ex officina Ludovici Sanchez 1617. in folio. Necnon & alium, cui nomen indidit:

Diſſicultad del traducir. Auctorem eſſe eum libri:

Noticia del Recibimiento y entrada de la Reyna N. Señora Doña Maria Anna de Auſtria en la Corte de Madrid nonnuſquam legimus. Adjungit his Aubertus Miræus in elogio Ramirezii parata eum prelo, dum viveret, habuiſſe:

In Tres poſteriores libros Codicis Commentaria.

Deciſiones ventilatarum litium: ejus temporis, quo interfuit Patrimonii Regii concilio.

Quatuor præterea *volumina, quibus plurimi enodantur ſacræ Scripturæ loci, juris, & philologiæ.* De quibus nil nos audivimus, nec etiam poſt ejus mortem, quæ quidem abſtulit virum clariſſimum, longo ſenio confectum, XXII. die Octobris anni MDCLVIII. Undique ad eum viri doctiſſimi, nuncupatione operum ſuorum ei facta, dum viveret, confluebant, ex quibus nunc memoriæ ſuccurrunt Joannes Euſebius Nierembergius, Jeſuitarum ſodalis clariſſimus, qui opus ſuum *De Origine S. Scripturæ*, & D. Petrus Melian, Guatemalenſis in America prætorii judex, qui

Rufi Festi Avieni opera, quæ extant, ex ejus bibliotheca habita, eidem direxerunt.

LAURENTIUS ROMEU, Catalanus, ut videtur medicus, edidit:

Desengaño del abuso de la sangria y purga. Tarracone 1623. 8.

D. LAURENTIUS SANTOS DE SAN PETRO, Salmanticæ in collegio Ovetensi togatus sodalis, scripsit:

Notas in Aristonem Jurisconsultum, sive omnes ejus Leges: quas lucubrationes incendio domus, seu cubiculi, quo servabantur hæ aliæque schedæ, amisit.

Notas quoque *ad Libros Epistolarum Symmachi.*

LAURENTIUS DE SEPULVEDA, Hispalensis, poeta, dedit foras:

Romances sacados de Historias antiguas. Antuerpiæ 1551. in 8.

Romances sacados de la Historia de España del Rey D. Alonso. Medinæcampi apud Franciscum del Canto 1562. in 8. Antuerpiæque apud Petrum Velpium anno 1580. in 12.

Otros Romances sacados de la Historia y de los quarenta Cantos de Alonso de Fuentes. Burgis apud Philippum Juntam 1579. in 12.

LAURENTIUS SUAREZ DE CHAVES, Emeritensis eques, poesim coluit, atque in moralibus quæstionibus tractandis maxime. Hujus sunt:

Los Dialogos de varias questiones en metro Castellano sobre diversas materias. Nempe: *De la vida activa, y contemplativa. De la perfeccion. Del estado de religion. Del matrimonio. De la libertad.* Compluti apud Joannem Gratianum 1577. in 8.

LAURENTIUS SUAREZ DE FIGUEROA, castelli præfectus, quod in Novara Insubriæ civitate præsidio militum tenent Hispani, militare otium terebat scribens:

Reglas militares: hoc est, Antonii Cornazani opus Hispanico carmine hendecasyllabo, tertio quoque versu consonante redditum. Venetiis 1558. in 8. apud Jonnem de Rossi.

LAURENTIUS DE TAVORA, Lusitanus, propria gentis lingua edidit genealogicum opus, scilicet:

Historia de los Tavoras de Portugal. Parisiis 1648. folio.

LAURENTIUS VALLS, Alicantensis, edidit, post Petri Ruizzi Monteri commentarium ejusdem argumenti:

Del Juego de las Damas por otro nombre el juego del Marro. Valentiæ 1597.

D. LAURENTIUS VANDER HAMEN, ET LEON, parente Belga natus Matriti, fratrem habuit Joannem, pictoria arte celebrem, in curia Regis initiatus ipse sacris D. Petro Gonzalez de Mendoza, dum archiepiscopatui Granatensi præesset, a secretis fuit, deinde, postquam Matriti diu mansisset, in eorum qui ad famam scriptis nituntur choro perspicuum satis locum sortitus, beneficium in eadem Granatensi dioecesi, quod vicariatum de Jubiles vocant, obtinuit, & forte alia: unde ad Regiam cappellam Catholicorum Regum Ferdinandi & Elisabethæ ejusdem ecclesiæ Granatensis fuit translatus. Varia scripsit, nempe:

Historia del Señor D. Iuan de Austria. Matriti 1627. in 4.

Epitome de la Historia del Rey D. Felipe II.

Pedazos de Historia y razon de estado.

Apologia a la Politica de Dios de Don Francisco de Quevedo.

Modo de llorar los pecados. Granatæ 1649. in 4.

Elogio Panegyrico a San Iuan Evangelista. Granatæ apud Balthasarem de Bolibar 1625. in 4.

Dia del perfecto Christiano.

Excelencias del Nombre de Iesus. Granatæ 1663. in 8.

Excelencias del Nombre de Maria. Ibidem eodem anno.

Efectos del Agua bendita. Ibidem apud Franciscum Sanchez 1663. in 4.

Consuelos del Pecador. Ibidem 1664. 4.

Historia de la Baia de todos Santos, sive, *Santa Cruz, provincia de la America meridional, dicha comunmente el Brasil, Historia Topica.* Extare hanc apud auctorem manuscriptam refert Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica.* Ejus quoque est libellus, qui inter D. Francisci de Quevedo inclusus fuit opera, ut in eo annotavimus:

Casa de los locos de Amor inscriptus. Vidimus quoque apud eum Granatæ anno MDCLIII. qui ætatis erat ei sexagesimus quintus, pene absolutam sermone Latino:

Lyram funebrem Ecclesiæ concentus, & tubæ ultimi Iudicii clangorem, sacra & varia eruditione consonum, sive sonorum, hoc est, Hypomnema in Sequentia, seu Prosam Defunctorum, Dies illa, Dies iræ &c.

F. LAURENTIUS DE VILLAVICENCIO, Bæticus, Xerezienis (quæ urbs, non lon-

longe a Gadibus , veterum Aftæ proxima eft, opulenta & nobilis) eremita Auguftinianus Caftellæ provinciæ , facræ theologiæ magifter, Regique Hifpaniarum Philippo Secundo a minifterio facrarum concionum fuit. In Germaniam utramque olim deveniens , permultum ibi de Romana ecclefia meritus audit a nonnullis qui per id tempus fcripta fua typis mandarunt , Lovaniique propter ingenii & doctrinæ præftantiam fummo loco habitus eft. Brugis præcipue reftitiffe , concionibus ad noftræ gentis homines habendis addictum, refert Miræus in *Bibliotheca*. Reverfus ad nos , fub initium Belgicarum turbarum , Matriti in curia manfit , ac tandem deceffit , his publicatis operibus:

De formando ftudio Theologico : libris tribus. Ac:

De formandis facris concionibus : totidem. Antuerpiæ 1565. Coloniæque 1575. 8. apud heredes Birchmanni. *In quos quidquid bonæ frugis effet in fimilis argumenti libris Andreæ Gerardi , Hifperii , ex Dominicano Apoftatæ, atque damnati* (quod monet in *Bibliotheca Belgica* Valerius Andreas Deffelius) *tranftulit.*

De Phrafibus Sacræ Scripturæ. Qui , a quodam Wefthemero olim editus , liber , ne erroribus auctoris fui mixta doctrina fimplicibus veræ ecclefiæ alumnis nocumento effet , a Laurentio noftro , theologo probo & catholico (ut Poffevinus ait fecundo libro *Bibliothecæ* cap. XXIV.) tutiori reftitutus lectioni ac denuo Antuerpiæ excufus fuit anno 1571. in 8.

Adverfus confilium Ægidii Witzii de continendis & alendis domi pauperibus : quod Antuerpiæ emiferat anno 1568. Laurentius nofter libellum confcripfit , meritus academiæ Lovanienfis pro fe judicium , quæ de utroque libello confulta refpondit (quod Valerius Andreas refert) *probare fe fcopum Villavicentii , Witzii autem improbare.* Infcriptionem libelli eam effe voluit *De Œconomia facra circa pauperum curam.* Antuerpiæ 1564. in 8. apud Chriftophorum Plantinum.

Tabulas item *compendiofas in Evangelia & Epiftolas , quæ per totam Quadragefimam populo proponi folent.* Lovanii apud Gravium 1563. in folio. E quibus enarrationem fuam Evangeliorum & Epiftolarum totius anni concinnavit Ægidius Topiarius , Dominicanus , Flander , Valerio Andrea tefte. Necnon et:

Tabulas in Evangelia & Epiftolas , quæ per totius anni decurfum , diebus tum feftis, tum etiam Dominicalibus , populo Chriftiano cantat Ecclefia. Has quidem Spangerbergus quidam primum compofuit , fed hærefibus, hæreticus cum effet , mifcuit ; Laurentius vero repurgavit & ab erroribus vindicavit. Editæ funt Lovanii apud Bartholomæum Gravium , & Venetiis apud Bartholomæum Rubinum anno 1566. in 8. Reperio etiam ei adfcriptos:

Sermones fuper Evangelia , tam de Sanctis, quam Dominicarum & Quadragefimæ. Lugduni 1568. in 8. nifi idem opus fit cum fuperioribus proxime laudatis. Lucas Waddingus inter Francifcanos numerat Laurentium Villavizentium , hujus libri auctorem , quem errorem , ne alios tranfverfos agat , operæ pretium duximus indicare.

F. LAURENTIUS DE ZAMORA, Ocaniæ in Olcadibus , quod regni ac dioecefis Toletanæ oppidum eft fatis frequens , vitæ & communi huic auræ initiatus eft , profeffioni autem monafticæ apud Hortenfes , Ciftercienfium cœnobitarum domum totius Hifpaniæ nobiliffimam , cujus quidem pofterioribus annis abbas , necnon & totius ordinis vifitator, idemque (ut proprio rei verbo utar) definitor , cooptari , cum innotefceret jam doctrinæ multarumque virtutum fama , promeruit. In Gallæcia hic ad Sanctum Claudium philofophiam docuit , & poftquam Caftellæ redditus eft cœpit ex ambone ad fidelium concionem de verbo Dei frequenter declamare : unde ea nata eft , propter fingularis ac piæ imprimis facundiæ eximiam dotem , rarofque ejufdem editos paffim fructus , viri celebritas , ut vix uni aut alteri , qui primas iftius laudis ferrent , probe fentientium judicio concederet. Proinde utiliffimum hoc, quantumvis laboriofiffimum , fibi & aliis opus, dum vita fuppeteret , etiam fenio & labafcentibus membris debilitatus , conftanter fecit. Monafteria infuper Cataloniæ principatus , cenforem , Philippi Regis III. nutu, exercens pontificium , priftino reddidit obfervantiæ non parum declinantis culmini. His demum laboribus fractus vivendi exitum fecit Compluti , poft longas febrium & articularis morbi ægritudines , cum in *Cantica* edere meditaretur. Præcipuum extat ejus inter alia opus multiplex , fapientia totiufque literaturæ divitiis refertiffimum , nempe:

Monarquia myftica de la Iglefia hecha de Geroglyphicos facados de humanas y divinas letras : feptempartitum , hoc eft , feptem non minus partibus conftans , quarum aliquæ non uno volumine continentur. Singula apponam ut argumenti confpectum faciam:

Primera Parte , *trata de la cabeza invifible de la Iglefia , de la vifible y fus perfecciones.* Matriti 1594. in 4. Valentiæ 1604. apud Petrum Patricium Mey in fol. Præcedit huic:

Apologia por las letras humanas. Matriti quoque apud Ludovicum Sanchez anno 1614. in 4. hæc prima pars prodiit.

Segunda, *de la miserable ruina de la naturaleza humana, y de los daños, en que por el pecado incurrimos, y bienes que perdimos.* Compluti 1603. in 4. Matriti apud Joannem de la Cuesta 1611. in 4.

Tercera, *de las alabanzas y prerrogativas de nuestra Señora.* Barcinone 1614. fol. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1614. fol. Hæc pars, forsan conversa ab aliquo in Latinum, *Zamora* audit *de B. Virginis perfectione.* Venetiis 1629. in folio.

Quarta, *de los medios que dió Dios a su Iglesia para su conservacion, y del uso de los Sacramentos.*

Quinta, *de sus estados, oficio, dignidad, excelencias, y obligaciones.*

Sexta, *de las personas mas ilustres de la Iglesia, esto es, Apostoles, Martyres, Confesores, y Virgines, que por todo el año celebra, con la explicacion de los Evangelios, que se dicen en sus fiestas*: duabus partibus. Valentiæ 1606. Matriti 1609. Barcinone 1612. in 4.

Septima, *de las armas defensivas y ofensivas, que dexó Christo a su Iglesia*: duobus tomis. Matriti apud Joannem Cuesta. Gallicum prodiit aut totum opus, aut aliqua ejus pars, Parisiis 1609. in 8. & Italicam vidimus primam & secundam partem, interprete Petro Fosoarino. Venetiis 1568. in 4. Præterea edidit Laurentius noster:

Discursos sobre los mysterios, que en la Quaresma se celebran. Barcinone 1607. in 4. apud Joannem Simonem. Et Compluti 1609. Pinciæque & alibi, post Valentinam principem editionem anni 1604. apud Joannem Chrysostomum Garriz in 4.

Santoral: tribus tomis in 4. Barcinone 1610. Matriti 1612. & alibi.

De la huida a Egypto de Nuestra Señora. Compluti 1614. in 8. & 1609. 8.

La Saguntina, Poema: heroicis versibus in flore ætatis constitutus, antequam xx. annum pertingeret, carmine etiam spectatus, confecit, quod editum est Compluti 1587. Matriti in 8. 1607.

In Cantica Canticorum Commentarius, jam laudatus, obitu auctoris ineditus mansit, absolutus hic quidem, gravis ac luce dignissimus, uti Angelus Manrique, Pacensis præsul, alicubi testatus est.

His libris, quorum nonnullius editio repetita est etiam decies, morumque integritate venerabilis, Laurentius noster, magno sui relicto desiderio, ad plures abiit an. MDCXIV. Laudant virum Bucelinus in *Annalibus Benedictinis* ad annum MDXCIII. & MDCV. aliique.

LAZARUS.

LAZARUS CARRERA, reliquit in schedis opus poeticum, duci Bexarensi nuncupatum, ita inscriptum:

Convivium Musarum: in quo nempe musæ Solis laudes singulæ, juxta id munus quod sibi tribuitur, referunt elegiaco carmine, elegantiaque atque eruditione in paucis judicio meo habendum. Dux iste Bexarensis (ut de ætate Carreræ hinc possit quodquam nasci argumentum) nepos illius alterius est qui in Granatensi adversus Mauros bello occubuit, D. Franciscus scilicet, ut suspicor, de Zuñiga & Sotomayor, dux Bexarensis quintus.

LAZARUS DE FLORES, edidit:

Arte de Navegar, navegacion Astronomica, y practica. Matriti 1673. 4.

LAZARUS GONZALEZ DE AZEVEDO, in Pinciana curia unus ex his qui procuratorio nomine absentium negotia expediunt. Cum inter Compostellanam & aliarum regni Castellæ ecclesiarum subditos lis magna dudum verteretur, an ex quadam vulgari donatione seu promissione a Ranimiro Secundo Rege Legionis, sive Asturiarum, Compostellanæ prædictæ ecclesiæ, sive potius Jacobo Apostolo ibi sepulto (ut vulgus credit) facta, quod *Privilegium votorum* appellant, eidem ecclesiæ ex singulis boum seu mularum jugis quædam frumenti portio deberet solvi, rei serio intentus contra Compostellanos defendendæ, atque instrumenti hujus suppositionem & falsitatem arguendi proposito, laboriose scripsit:

Memorial y discurso del pleyto, que las Ciudades, Villas y Lugares del Arzobispado de Burgos, y Toledo de Tajo a esta parte, y Obispados de Calahorra, Palencia, Osma, y Siguenza, tratan en la Real Chancilleria de Valladolid con el Arzobispo, Dean y Cabildo de la Santa Iglesia de Santiago de Galicia. Pinciæ apud Franciscum Abarca de Angulo 1611. in folio.

LAZARUS DE SOTO, doctor medicus, Philippi II. Regis Catholici salutem inter alios cubicularios medicos, dum viveret, tuebatur, scripsitque de arte sua:

Commentariorum in Hippocratis libros quosdam volumen unum, scilicet:

In librum De Locis in Homine.

In librum De Medicamento expurgante.

In librum De Usu veratri.

In librum De Diæta.

Animadversiones item *Medicas Practicas*: omnia hæc simul apud Ludovicum Sanchez Matriti 1594. in folio.

Animadversiones Medicas, & commentaria in librum Hippocratis de Aere, aquis & *lo-*

locis. Matriti in officina Regia anno 1589. in folio.

LEANDER.

LEANDER DOREA CAZERES ET FARIA, Lusitanus, auctorem se inscripsit ita nuncupati operis:

Catastrophe de Portugal na deposiçaõ do Rey D. Afonso VI. & subrogaçaõ do Principe D. Pedro unico, justificada nas calamidades publicas. Escrita pera justificaçaõ dos Portugueses. Olisipone sumptibus Michaelis Manescal 1669. in 4.

LEANDER DE FIGUEIROA FAXARDO, Lusitanus ut existimo, scripsit sane isto idiomate:

Arte do Computo Ecclesiastico segundo a nova reformaçaõ de Gregorio XIII. Conimbricæ apud Emmanuelem de Araujo anno 1604. in 4.

F. LEANDER DE GRANADA MANRIQUE, mutuato ab urbe ista nobilissima, ut moris est religiosis quibusdam familiis, nomine, Benedictinus monachus, alumnus & abbas fuit Hispalensis monasterii, deinde ad S. Martini in Matritensi curia ecclesiastes, multa vir doctrina, edidit ex Latino vulgarem:

Insinuacion de la divina piedad, o Practica de perfeccion revelada a Santa Gertrudis de la orden de San Benito: duobus tomis. Prior editus fuit apud Joannem Cuesta, posterior vero in typographia Regia. Matriti 1614. in 4.

Horas y exercicios espirituales de Santa Gertrudis. Vallisoleti 1613. in 16.

Luz de las maravillas que Dios ha obrado por visiones y hablas corporales, imaginarias y intelectuales &c. sive de spirituum apparitionibus (quod argumentum egregie persequutus fuit Petrus Tyreus). Pinciæ, seu Vallisoleti, apud heredes Didaci Fernandez de Corduba 1617. in 4. Meditabatur magnum opus, cui titulum hunc excogitaverat, *Regeneracion del Mundo*, quo verum ac perpetuum humanæ actionis & conservationis finem Deum comprobare, viamque ad eum dirigere ac munire intenderat, cujus portio esset postrema *De Spiritibus* hic commentarius; sed dedit hunc præposterum editionis ordinem amicorum precibus. Adjungitur huic libro tractatus brevis:

De la Teulogia mystica.

Resolucion de la contemplacion sobrenatural, revelaciones, apariciones, extasis y arrobamientos para confundir la falsa doctrina de los torpes y desvanecidos alumbrados. Matriti anno 1623. in 4.

Libro de la Institucion de la santa Cofradia de los esclavos de Nuestra Señora. Refert ipse de se auctor in prolegomenis libri ejus, quem *Lumen mirabilium Dei* nuncupavit, dedisse operam Compluti magistro Seguræ, rhetoricam docenti, scripsisseque *Brevem* hujus artis *Summam*, necnon & *Philosophiæ* seu *Artium* integrum *Cursum*, doctrinæ, ut sibi ipse arrogat, solidæ, postquam huic professioni multos dedisset annos, inutilemque & laboriosam referendi ac refutandi antiquorum nominalium & sophistarum adinventiones molestiam fastidisset. Porro Franciscus Bermudez de Pedraza, cives laudans urbis Granatensis in hujus *Historia*, præter jam dicta opera nostro attribuit:

Vida de Nuestro Señor Jesu Christo. Itemque:

Vida de Santa Gertrudis.

F. LEANDER DE MURCIA, sive, ut Waddingus appellat, Leander Montanus de Murcia, Capuccinus, in ea urbe natus, theologiæ apud domesticos professor, & aliquando provinciæ suæ præfectus, scripsit:

In Esther Commentarios. Matriti 1647. in folio apud Alphonsum de Paredes.

Disquisitiones morales in primam secundæ D. Thomæ: duobus tomis. Matriti apud Antonium de Riero 1663. & 1670.

Necnon vernaculo sermone:

Questiones regulares, y Regla de los Menores. Matriti 1645. apud Gregorium Rodriguez 1647. apud Alphonsum de Paredes.

Explicacion de la Regla de S. Clara. Matriti 1658. apud eumdem Gregorium Rodriguez: & super hac *Expositionem quorundam oppositorum.* Item:

Responsionem seu satisfactionem ad quæstionem quamdam moralem R. P. Fr. Christophori Delgadillo, quæ edita fuerat Compluti & Matriti 1659. & 1666. super obligatione monialium S. Claræ regulam professarum, eam sub peccato, an secus, adimplendi: quæ *Responsio* simul jam extat cum *Disquisitionibus moralibus* primo volumine.

Pro Zachariæ Bowerii Annalibus. Et alia.

Llave Maestra y escudo de la verdadera explicacion de las Bulas de Innocencio X. y de la Santa Cruzada sobre la suspension de todas las indulgencias, facultades y indultos el Año Santo; con un Tratado, en que defiende la verdad de las opiniones que llevó en su libro de las Questiones selectas regulares. Matriti apud Gasparem Rodriguez 1650. in 4. & alia minutiora de rebus domesticis, quæ reperies in *Apologemate pro Religione Capuccinorum* Hispanæ linguæ, pag. 185.

F. LEANDER DE SANCTISSIMO SACRA-

CRAMENTO, Navarrus, Villafranchensis, ordinis Excalceatorum, sive Reformatorum, Sanctissimæ Trinitatis, professor fuit theologus in collegio academiæ Complutensis, quod ibi hæc habet religiosa familia, generalis aliquando diffinitor, ac provinciæ Spiritus Sancti præfectus, ac denique minister generalis totius ordinis, morali doctrina inter paucos hac nostra ætate, quæ tam ferax est hujus studii, sectatorum & illustratorum censendus. Publicavit namque moralem suam theologiam, septem comprehensam voluminibus, his scilicet:

I. *Quæstiones morales Theologicæ in septem Ecclesiæ Sacramenta; nempe de Sacramentis in genere. De Baptismo, Confirmatione, Extrema unctione, Pœnitentia & Indulgentiis.*

II. *In reliqua Sacramenta; videlicet de Ordine, de Eucharistia, de Sacrificio Missæ ac de Matrimonio.* Utraque pars prodiit Lugduni in folio 1654. iterumque typis Philippi Borde & sociorum 1664. in folio.

III. *Quæstiones morales in quinque Ecclesiæ Præcepta.* Matriti 1649. in folio. Lugdunique apud Borde & socios eodem anno.

IV. *Quæstiones morales de Censuris ecclesiasticis.* Compluti...... Lugdunique iisdem typis, eodem anno.

V. *Quæstiones morales de Impedimentis seu Pœnis ecclesiasticis.* Compluti....... ac Lugduni 1664. ut superiora.

VI. & VII. *In Decem Decalogi Præcepta.* Compluti, ac Lugduni 1664. iisdem typis. Prodiit & post mortem auctoris, licet imperfectum:

VIII. Hoc est, *In Quartum ejusdem Decalogi præceptum.* Ex officina Laurentii Arnaud & Petri Borde 1669.

Decessit e vivis Compluti v. kalendas Septembris MDCLXIII.

LEO.

LEO, vulgari cognomento HEBRÆUS, filius fuit Isaaci Abarbinelis, natus utique in Castellæ regno; nam expulsus cum aliis gentis Judaicæ e Regum Catholicorum ditione parens una cum uxore & tribus liberis, Neapolim se contulit, unde cum Ferdinandum II. Regem, a Gallis ejectum, Siciliam usque sequutus fuisset, Leonem filium Neapoli reliquit, at hic postea in Genuensem urbem venisse ibique remansisse dicitur. Ejus sunt Italica lingua scripti:

Dialogi d' Amore: qui & Latine prodiere Venetiis 1664. & Gallice, a Dionysio Sauvage conversi, Lugduni 1551. 8. apud Guillielmum Rovillium.

LEO DE ALABA, sacræ theologiæ, ut appellant scholæ, licentiatus, Romæque M. Antonii S. R. E. cardinalis Columnæ familiaris, edidit:

Tres Orationes in Urbe habitas ad Sixtum V. duas, ad Gregorium XIII. unam. Romæ 1591. in 4.

LEO DE CASTRO, Salmanticæ ingenium acre & capax, insignemque memoriam, quibus & aliis dotibus natura eum locupletaverat, excoluit literis, cum humanioribus, præceptorem sortitus Ferdinandum Nonium, a patria Pincianum cognominatum, professorem tunc temporis excellentissimum, tum scholasticis philosophiæ ac theologiæ, atque hujus quidem sub Francisco Sancio, qui ad discipuli commentaria in Esaiam Prophetam, quorum mox meminimus, & auctoris & operis accuratam contulit laudationem. Adjunxit quoque is linguarum Græcæ atque Hebraicæ cognitionem, qua, & pervigili industria atque labore improbo nocte dieque, ad procudendam sibi e sacris literis non vulgarem eruditionis laudem fuit enixus. Ac præterquamquod quinquaginta & amplius annos ex primaria cathedra hujus professionis juventutem Hispanam eloquentiæ instruxit artibus, theologus interim creatus doctor, & aliquando beneficio longæ ætatis theologorum collegii decanus, tandem in Vallisoletana per id tempus adhuc collegiata ecclesia canonicum sacerdotium, cui docendi Sacram Scripturam onus est injunctum, obtinuit. De sacris iisdem literis magno & valido ausu, cui tamen forsan successus defuit, benemereri aggressus fuit lucubrationum publicatione argumenti non vulgaris, quod utique ei cum summis ejus ætatis viris fuit decertandum. Contendit Leo nempe Hebraicis Bibliis, utpote vitiatis, & una cum introductione punctorum corruptis, non eam fidem habendam, quam existimabat doctorum vulgus, veramque potius & indubitatam eorum librorum sententiam in Vulgata Sancti Hieronymi, atque item in Græca Septuaginta seniorum translationibus perquirendam. Super quo cum Benedicto Aria Montano, viro undequaque clarissimo, qui Bibliorum Regiæ Antuerpiensi editioni præesse fuerat jussus, contentionis diu funem traxit, quasi nimium credulo veritati, ut ipse loquebatur, Hebraicæ: cui tamquam originali & illibatæ, una cum translationibus Græca, Latina & aliis, compertæ fidei dari debere locum in editione illa pervicaciter Leo pernegabat. In hoc tamen frustra eum laborasse, nec Hebræorum librorum auctoritatem sic facile convelli posse, virorum excellentium, quos hujus linguæ usu atque ejus gentis historiæ cognitione præstantes habuit hoc & superius sæculum, communis fuit existimatio. At ille eo in omnibus,

bus, quæ in lucem protulit, collimavit, præcipue in opere illo, cui inscripsit:

Apologeticus pro lectione Apostolica, & Evangelica, pro Vulgata D. Hieronymi, pro Translatione Septuaginta virorum, proque omni ecclesiastica lectione contra earum obtrectatores. Salmanticæ 1585. in folio. E Biblicis libris *Esaiam* & *Oseam* illustrandos suscepit. Cogitabat ad omnes *XII. Prophetas Minores*, & ad *Canticum Canticorum*; sed ea solum perfecit, nempe:

Commentaria in Esaiam Prophetam ex sacris Scriptoribus Græcis & Latinis confecta adversus aliquot commentaria & interpretationes quasdam ex Rabbinorum scriniis compilatas. Salmanticæ typis Mathiæ Gastii 1570. in folio. Adjunguntur in fine: *Periochæ singulorum Capitum Esaiæ summam continentes.* Item: *Concordia Evangelica cum Esaia Propheta, adductis in medium locis parallelis.* Item: *Loci quinquaginta: quos juxta Septuaginta Interpretum Græcorum paraphrasim ex hoc Propheta citant Apostoli & Evangelistæ.*

Commentaria in Oseam Prophetam ex veterum Patrum scriptis, qui Prophetas omnes ad Christum referunt. Ibidem apud heredes Mathiæ Gastii 1586. in folio. Videsis de nostro censentes Antonium Possevinum in *Apparatu*, & Joannem Morinum *Exercitationum Biblicarum* lib. 1. exercit. 1. cap. 2. pag. 22.

Decessisse refertur anno MDLXXXVI.

LEO PIREZ SECO, Lusitanus, ex Tomarensi sacro territorio, quod ordinis Jesu Christi ditionis est, scripsit, Castellane ut credimus:

Tratado, si es pecado decir Misa sin rezar Maytines: cum aliis. Salmanticæ 1610.

F. LEO A SANCTO THOMA, Lusitanus, Conimbricensis, Sancti Benedicti ordinis monachus, idemque monasterii Tibianensis, quarto lapide ab urbe Brachara extructi (Sanctum Martinum de Tibaens vocant) semel atque iterum abbas, penes quem totius congregationis Lusitanæ residet præfectura. Conimbricæ vespertinam, uti scholasticus mos appellat, theologiæ cathedram eo tempore moderabatur cum *Benedictinum Chronicon* Lusitane a se conscriptum edere incœpit, hoc titulo:

Benedictina Lusitana. Cujus historiæ primus tomus prodiit Conimbricæ ex officina Didaci Gomez Loureiro 1644. in folio; secundus autem post aliquot annos.

Constitutiones quoque *suæ Congregationis* formavit ab Urbano VIII. approbatas IX. die Novembris anni MDCXXX. Opusculumque seu libellum *De propriis ejusdem Sanctorum officiis.*

Reliquit inedita nonnulla de rebus sacris, scilicet: *De Porticu Salomonis. De Scala Jacob. De Apparatu sacro.* Teste Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano* XIX. Martii pagina 239.

Desiit esse mortalis VI. die Jun. an. MDCLI.

LEONARDUS.

D. LEONARDUS DEL CASTILLO, edidit:

Viage del Rey Nuestro Señor D. Felipe IV. a las Fronteras de Francia, y Desposorio de la Serenissima Infanta de España. Matriti 1667. 4.

LEONARDUS DE PEÑAFIEL, Americanus ut credo, Societatis Jesu sacerdos, & in Limensis urbis gymnasio primarius theologiæ doctor, edidit:

In Primam partem S. Thomæ commentaria: duobus voluminibus. Lugduni anno 1666. hoc est, de Deo uno & trino. Præfectus fuit provinciæ Peruanæ.

LEONELUS.

LEONELUS DA COSTA, Lusitanus, Santarenensis, poeta, scripsit versibus:

A Vida de Santa Maria Egyptiaca em quintillas: hoc est quintuplici, seu quinque versuum, & uniuscujusque octo syllabarum, metri genere, satis olim apud nos frequenti. Item:

Traduçaõ das Eclogas e Georgicas de Virgilio. I.ª Parte. In folio. Olisipone 1624.

LUCAS.

LUCAS, quidam Barcinonensis, in eremo Ruhensi Patavini agri eremita, formavit:

Romualdinam, seu Eremiticam montis Coronæ Camaldulensis ordinis Historiam: ad Antonium cardinalem Carrafam, ediditque in eremo ipsa anno 1587. in 8. Italice autem, ut existimo, Venetiis apud Nicolaum Misserinum 1590. in 8.

LUCAS D' ANDRADE, Lusitanus, Portugalliæ Regi a sacris, ac prior, ut vernaculo appellant verbo, da Matriz de Villaverde, scripsit vulgari gentis lingua:

Ludovici Alvarez d' Andrade, parentis *vitam*, piissime gestam: de quo & hoc filii sui, opere videndus Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* III. Martii. Item Lusitane:

Manuale Cœremoniarum Officii majoris Hebdomadæ. Olisipone 1653. in 8.

LUCAS ASSARINI, Hispalensis patria, natus in ea urbe ex patre Genuensi Antonio Assarini, & matre Cantabra D. Joanna de Re-

lux anno hujus sæculi VII. die Octobris XVIII. Lucæ Evangelistæ sacro, unde ei nomen contigit; hoc nostro tempore inter eos numeratur qui ingenio & ingeniosis compositionibus, maxime historicis, ad famam non vulgarem nititur. Ab eo habemus:

La Stratonica : duobus libris. Venetiis per Joannem Petrum Pinellum in 12. tribus autem Maceratæ in 12. tandem quatuor Viterbii 1644.

La Almerinda. Venetiis apud Sarzinam 1640. in 12. Ex quinta editione ibidem 1653. in 12 apud Joannem Baptistam Cester.

I *Giochi di Fortuna, succesi d' Astiage e di Mandane Monarchi della Syria* : quinque libris. Venetiis apud Juntas 1655. in 12. duobus quidem voluminibus.

Il *Demetrio* : duobus libris. Bononiæ apud Jacobum Monti 1643. in 12. Tarvisii apud Simonem de Ponte 1659. in 12.

I *Riguagli di Cipro.* Bononiæ 1642. apud Jacobum Monte & Carolum Zenerum in 8. Maceratæ 1642. in 12. Venetiis quintum apud Turrinum 1654. in 12.

Diverse lettere e Componimenti. Venetiis, posteaque Maceratæ 1640. in 12.

Scelta di lettere. Mediolani in 12. 1650.

Nova scelta di lettere. Venetiis apud Jacobum Bartoli 1653. in 12. atque iterum 1658. in 12.

Il *Tormento vilipeso o Martirio de Ss. Alfio, Filadelfo, e Cirino.* Bononiæ apud Jacobum Monte 1643. in 12. Panhormi 1645.

Li Affetti Sacri. Et, si diversum opus est: I *Sensi di humilta & stupore.* Simulque:

L' Hercole novello, & le Pitture di Guido Reni. Genuæ apud Joannem Mariam Farroni 1647. in 8. *L' Hercole* editus fuerat prius Bononiæ 1639. & iterum 1644. in 12.

Le Rivolutioni di Catalogna: quatuor libris. Genuæ per Joannem Mariam Farroni 1645. in 4. Bononiæque iterum 1648. apud Jacobum Monti.

Le Rivolutioni di Catalogna, libro III. & IV. con le annotationi sopra i luoghi principali del M. R. Alberto Calenzani Difinitore di Lombardia. Bononiæ eodem anno in 4.

L' Anotomia della Retorica. Venetiis apud Jacobum Sarzina 1641. in 8.

Vita & miracoli di S. Antonio di Padua. Genuæ apud Petrum Joannem Calenzani 1646. in 8. cum additione autem secundæ partis de miraculis post Sancti obitum patratis. Venetiis tertium 1659. apud Nicolaum Pezzana in 12.

Historia delle guerre e successi de Italia accaduti a nostri tempi dal anno MDCXIII. sino al MDCXXX. tomo I. Taurini 1665. in folio apud Bartholomæum Zavatta. Hujus *Historiæ* continuationi usque ad annum MDCLX. nunc auctor incumbere dicitur.

Le Maraviglie dell' Arsenale di Venetia.

Riflessione ossequiose. Venetiis apud Sarzinam 1639. in 4.

Zampilli d' Hippocrene, componimenti varii. Genuæ per Petrum Calenzani 1642. in 8.

Le Sere del otio e della veglia intorno al fuoco, Dialogi morali. Taurini apud Bartholomæum Zavatta 1663. in 12. Premit adhuc inter alia:

La Vita di S. Clemente Vescovo d' Ancyra.

La Vita della Beata Baptista Vernazza Monaca Genovese.

Augustæ Taurinorum nunc manet in serenissimi Sabaudiæ ducis magna gratia & existimatione. De eo agit breviter Raphael Sopranus in *Liguriæ Scriptoribus* ; plenius aget Michael, abbas Justinianus, amicus noster, in altero suo ejusdem argumenti volumine, quod paratum habet editioni. Quod autem de patria diximus, datis ad eumdem Justinianum literis, quas vidimus, auctor ipse Lucas est Assarinus. Ab nonnemine audivimus natum eum in Americæ urbe Potosi, unde Genuæ Indianus vulgo audiebat.

F. LUCAS DE CORDUBA, provinciæ Aragoniæ eremitarum Sancti Augustini sodalis, edidit:

Vida de S. Guillermo. Perpiniani anno 1588.

F. LUCAS FERNANDEZ DE AYALA, domo Murcianus, ordinis Sancti Dominici provinciæ Bæticæ, sacræ theologiæ lector ut vocant, conscripsit in laudem Deiparæ Mariæ:

Hortum Augustissimi nominis Maria, variis areolis & aromatibus moralibus consitum, sive elucidationem ad verba Lucæ cap. I. vers. 27. Et nomen Virginis Maria. Matriti 1648. 4.

Item vernacule:

Historia de la perversa vida, y horrenda muerte del Antechristo. Matriti apud Franciscum Garzia 1649. in 4. ac prius Murciæ 1635. in 4.

F. LUCAS DE FIGUEIREDO, Lusitanus, ordinis S. Hieronymi, nuncupavit D. Joanni de Mello, Eborensi archiepiscopo:

Declaraçoes das Rubricas do Breviario Novo. Anno 1571. Eboræ ut credimus.

F. LUCAS DE SANCTO FRANCISCO DE LA TOBILLA, Valentiæ nobili loco natus, ordinis Minorum Excalceatorum provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, excellenti vir pietate salutisque animarum zelo, vir ecstaticus, scripsit:

Joiel de la Madre de Dios. Murciæ anno 1629.

1629. in 12. Consule Antonium Panes, hujus provinciæ historicum, parte II. libro V. capite XXVII.

LUCAS GRACIAN DANTISCO, Didaci, viri clarissimi, Philippo Regi II. a secretis, filius tertiogenitus, paterno exemplo invitatus ad studia eruditionis confecit, imitaturus Joannem de la Casa, qui simile opus Italis (nisi hujus operis interpretatio sit Hispana) dedit:

El Galateo Español, destierro de ignorancias, quaternario de avisos. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1599. in 16. Vallado-liti 1603. in 16. & tandem Matriti 1664. Altera tamen & antiquior interpretatio Galatæi Italici, auctore Dominico Bezerra Hispalensi, ante hanc (si hæc talis est) prodierat, de qua nos suo loco.

F. LUCAS DE S. JOSEPHO, Lusitanus, Santarenensis, ordinis Carmelitarum Nudipedum, scripsit Italice, cum in Italia degeret:

Essercitio della Presenza de Iddio. Licii 1624. Hunc in vernaculam Castellæ linguam translatum se vidisse affirmat in schedis suis ad *Bibliothecam Lusitanam* Georgius Cardosus.

F. LUCAS LOARTE, Ocaniensis, in patria professus fuit Prædicatorum institutum, & Matriti in domo Deiparæ Virginis del Rosario edidit:

Vida de S. Luis Beltran. Ibidem 1672. 4. Vertit quoque ex Italico sermone:

Dialogos de Santa Catalina de Sena. Ibidem 1668. 4. apud Andream Garcia de la Iglesia.

F. LUCAS DE LOZOYA, Complutensis, ex sodalibus Mercenariis, sacræ theologiæ magister, Complutique professor, ingeniosus & eloquens ecclesiastes, reliquit editioni maturos:

Conceptos predicables sobre S. Matteo.

LUCAS MARCUELLO, Aragonius, Darocensis, una cum fratre Francisco (ut referam id quod Vincentius Blascus de Lanuza de iis adnotat in *Historia regni Aragoniæ*) præter poetica quædam formavit librum non incuriose:

De la Naturaleza de cien aves, alias *Historia natural y moral de las aves.* Cæsaraugustæ 1617. 4.

F. LUCAS DE MONTOYA, Matritensis, ordinis Minimorum S. Francisci de Paula sodalis, ac generalis chronographus, populari dedit sermone:

Coronica general de la orden de los Minimos de San Francisco de Paula su fundador (post vitam hujus patriarchæ sanctissimi scriptam Italice a Paulo Regio, Gallice a Claudio Vivier, Latineque a Gaspare Pasarello, magistro ordinis generali). Matriti apud Bernardum de Guzman 1619. in folio.

La forma de rezar el Rosario de la Santissima Trinidad.

Modo de conservar la salud de la Republica.

Sentidos metaforicos de la Sagrada Escritura. Matriti apud viduam Alphonsi Martini 1626. in folio.

Vida, virtudes, santidad y milagros del Venerable Varon D. Fr. Francisco Ximenez de Cisneros Arzobispo de Toledo. Mansit hic liber ineditus MS. in archivio monasterii S. Bartholomæi de la Vega Toletanæ urbis: *In quo* (ait Miræus) *non solum Ximenii vitam, & egregia portentosaque opera, verum & Complutensis literariæ reipublicæ monumenta, collegia, monasteria, leges, facultates, claros viros & innumera ejus magnalia recenset.* Idem Miræus nos admonuit eo, quo *Bibliothecam* formabat, tempore adornare Montojam editionem alterius partis *Sensuum metaphoricorum S. Scripturæ*, paratumque habuisse immensi laboris aliud opus, quod inscribitur:

Index universalis totius S. Scriptura, & SS. Doctorum & Patrum Latinorum & Græcorum: in quo singula quæque summariis & argumentis disquirit, industria singulari ut ait Miræus.

LUCAS RODRIGUEZ, Complutensis, edidit:

Conceptos de divina Poesia. Compluti 1599. in 8. apud Joannem Iñiguez de Lequerica.

LUCAS SALGADO, juris Canonici (ita cum schola loquimur) licentiatus, D. Ferdinandi de Valdes, Hispalensis præsulis, advocatus fiscalis, edidit:

Ceremoniale, seu exercitium Altaris secundum usum Rom. Ecclesiæ ex probatissimis auctoribus, tam Theologis, quam Canonicis, collectum. Salmanticæ apud Joannem Perier 1570. in 8.

De Ordine procedendi contra Episcopos in causa hæresis tractatum: quem laudat Franciscus Peña in scholio 93. ad tertiam partem *Directorii* Eymerici.

LUCAS DE SORIA, Hispalensis, patriæ ecclesiæ canonicus, eximia vir pietate & modestia, luci dedit pium & disertum opus:

De la Pasion de Nuestro Señor Jesu Christo. Hispali 1614. in folio. Item:

De la Reformacion de las asistencias en los Templos : Philippo Regi dicatum libellum, seu epistolam. Hispali 1623. in 4. Ut scilicet separatim feminæ a viris convenirent in templis, ut in Italia fere usurpatur, saltim in concionibus audiendis. Vertit quoque in vernaculum sermonem ex Latino:

Del Conocimiento de Dios por el de las criaturas, y del arte de bien morir del Cardenal Belarmino, y de las Postrimerias del Hombre del Cartuxano. Hispali apud Franciscum de Lyra 1639. in 8.

Obiit XVIII. Martii MDCXLI.

LUCAS VELOSO, Lusitanus, Jesuitarum sodalis, scripsit:

In Judith Historiam commentaria: primum nempe volumen; at secundi spem fecit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano*, volumine II. die 9. Aprilis.

LUCIA.

LUCIA DE JESU, Matritensis, femina pietatis nomine non mediocriter laudatur, scripsisseque refertur:

De Vita sua : sermone vernaculo. Unde quædam producit testimonia Petrus de Alba in *Militia Conceptionis*. Ineditum id operis hucusque esse credimus.

LUDOVICUS.

F. LUDOVICUS, Lusitanus, Minorum sodalis, publicus quondam in academia Salmantina Canonici atque Civilis juris interpres, jam quinquagenarius addiscendæ Hebraicæ linguæ se totum accinxit, ut ipse fatetur in eo quem edidit hujus doctrinæ libro:

Institutionum Hebraicarum. Quibus alia opera superaddidisse eum docuit nos Lucas Waddingus in fine opusculi *De Hebraicæ linguæ origine, præstantia, & utilitate*, Marii Calasii *Concordantiis Hebraicarum Bibliorum* præmisso.

D. LUDOVICUS ABARCA DE BOLEA, Aragonius, marchio Turrium, eques ordinis S. Jacobi, laudatur ex opere hujus inscriptionis:

Palestra Austriaca. Oscæ 1650.

LUDOVICUS DE ABREU, Lusitanus, laudatur a Cardoso eo quod scripserit hujus tituli librum, forte de bello Castellano:

Discurso do Inimigo. Olisipone 1645.

LUDOVICUS ABREU DE MELLO, Lusitanus, Villaviciocensis, cecinit Lusitane:

De la Asumçaõ de Nostra Senhora. Olisipone 1621. Cardosus. Idem, aut alius ita cognominatus, scripsit:

Avisos para Palacio. Lusitane. Olisipone 1659. in 8.

D. LUDOVICUS DE AGUILAR PONCE DE LEON, eques ordinis Calatravæ, publicasse refertur:

Memorial de los Señores de la Casa de Aguilar. Laudat D. Josephus Pellizerius in *Bibliotheca suorum operum*, folio 157.

F. LUDOVICUS DE ALARCON, Augustinianus, scripsit:

Camino del Cielo, como se busca y halla. Compluti apud Joannem Brocar 1547. in 8.

F. LUDOVICUS DE ALCALA, Franciscanorum fratrum Observantiæ in provincia Castellæ sodalis, publicavit vernacula lingua:

Tratado de los prestamos, que pasan entre mercaderes y tratantes, de los logros, cambios, ventas adelantadas y ventas al fiado. Toleti apud Ludovicum Ayala 1543. in 4. Hujus meminit in *Bibliotheca Scriptorum ordinis* sui Lucas Waddingus, sub nomine Ludovici Complutensis.

LUDOVICUS DE ALCAZAR, Hispalensis, nobili loco natus, presbyter Societatis Jesu, in qua, bonis omnibus disciplinis instructus, Cordubæ atque Hispali sacras literas docuit; sed, quod præcipuum ante alia haberi debet, insignem posuit operam in adornando atque illustrando *Apocalypsis* libro obscurissimo. Edidit namque lucubrationes suas ad ipsum, ingeniosas quidem, eruditas, elaboratasque ut censet Cornelius a Lapide. Sed quisnam sponsor erit telo eum, quamvis acuto & forti, scopum tetigisse? Operis titulus:

Vestigatio arcani sensus in Apocalypsi. Cui subjungit:

Opusculum de sacris ponderibus & mensuris. Antuerpiæ apud Joannem Keerbergium 1604. in folio, ibidemque apud Nutios 1619. Lugdunique 1616. in folio. Post ejus obitum prodiit succedaneum superioris opus, nempe:

In eas Veteris Testamenti partes, quas respicit Apocalypsis, nempe Cantica Canticorum, Psalmos complures, multa Danielis, aliorumque librorum capita, lib. V. Accessit:

De Malis Medicis opusculum. Lugduni apud Postios 1631. in folio.

Diem vidit extremum Hispali in patria XVI. Junii MDCXIII. ætatis suæ LXIII.

LUDOVICUS ALMEIDA, Lusitanus, sodalis Jesuitarum, in Japonia triginta prope an-

annis operam Evangelio mancipatam habuit, magni eo in regno etiam ab idolatris, propter insignem & vere miraculosam in curandis corporum morbis dexteritatem, habitus. Obiit sexagenarius Amacusæ ibidem, scripsitque:

Epistolas tredecim ex Japonia ab anno MDLVII. ad MDLXXVI. Novæ *Bibliothecæ Societatis* auctor.

LUDOVICUS ALPHONSUS DE CARVALLO, Jesuita, scripsit:

Historia de las Asturias y linages de ellas. Quam laudat D. Josephus Pellicer in memoriali *Por D. Fernando de los Rios y Argote Señor de Miranda*, fol. 5. num. 15. Cujus, ut credimus, portio est:

La Vida de Diego Melendez de Valdes llamado el Valiente: qui sub Petro Rege vixit. Cujus idem Pellicer meminit in libro *Justificacion de la Grandeza de primera clase del Conde de Miranda*, §. 22. num. 26.

LUDOVICUS ALPHONSUS DE CARVALLO, Astur, natus in oppido Cangas, domi professor Latinarum literarum, adhæc sacerdos, edidit:

Cisne de Apolo, de las excelencias y dignidad, y todo lo que al Arte poetica, y versificatoria pertenece &c. Medinæ typis Joannis Godinez de Millis 1602. in 8.

F. LUDOVICUS ALVAREZ, Cisterciensis, domus Superatensis (Sobrado vocat vulgus) abbas, scripsit:

De los Usos de la regular observancia del Cistel de España. Salmanticæ apud Joannem a Terranova 1565. in 8.

F. LUDOVICUS ALVAREZ, Toletanus, Eremitarum sodalis, scripsisse dicitur:

Sermones de Immaculata Conceptione. Testibus Hippolyto Maraccio in *Bibliotheca Mariana*, & Petro Alba in *Militia Conceptionis*.

LUDOVICUS ALVAREZ, Lusitanus, ex S. Romani diœcesis Conimbricensis oppido, Jesuita, rhetoricæ philosophiæque & Bibliorum in eo gymnasio interpres anno superiore MDLXXVII. Portugalliæ provinciæ præerat post gubernata Angrense Portuense & Eborense collegia, & ob eximiam conciones habendi naturam & artem magni habebatur. Scripsisse usque ad hunc diem, teste Sotuello in *Bibliotecha* nova *Jesuitarum*, dicitur, Lusitano quidem sermone:

Do Amor sagrado, sive *De sacro Amore.* Eboræ 1673. in 8.

Latine vero:

Iosephum Rachelis filium illustrem. Lugduni sumptibus Laurentii Arnaud & Petri Borde 1675. in folio. Ediderunt Lusitani etiam ejusdem:

Concionem quam habuit coram Sacræ Fidei Quæsitoribus ad Actum, ut vocant Fidei. Eboræ 3. April. MDCLXXII. In 4.

LUDOVICUS ALVAREZ CORREA, Lusitanus, sacerdos, juris pontificii atque theologiæ peritus, Alphonsi a Mendoza, Olisiponensis præsulis, generalis vicarius, cui & a secretis fuit, utilem edidit, variaque eruditione tinctum libellum, quem ita nuncupavit:

Exequucion de Politicas y brevedad de despachos. Matriti 1629. in 8.

D. LUDOVICUS ALVAREZ NOGUEIRA, Lusitanus, Ulisiponensis, juris utriusque doctor, Clementinus Bononiæ sodalis anno MDXXXI in collegium admissus, professus fuit in eo gymnasio legum doctrinam, auditor postea Regius fuit Aprutii, obiitque XI. Septembris MDXL. Edidit:

Repetitionem ad Rub. D. De Legatis I.

Repetitionem ad Tit. D. De Rebus dubiis. Quæ duæ extant in volum. IV. *Repetitionum Juris Civilis*, pag. 11.

F. LUDOVICUS ALVAREZ DE TOLEDO, ex nobilissima Oropesæ comitum familia natus in oppido Valderas diœcesis Legionensis, ordinis eremitarum Sancti Augustini, fervens apud nos & apud Indos occidentales Evangelii & morum ad ejus leges instituendorum procurator, scripsit, sed non typis subjecit:

Sermones de las Dominicas del Año: Sermones de Quaresma, Pasquas, Fiestas de Nuestra Señora y de los Santos: Sermones de Difuntos.

F. LUDOVICUS DE ANGELIS, Lusitanus, Portuensis, ex familia eremitarum D. Augustini, sacræ theologiæ doctor, & in Ulisiponensi collegio Sacræ Scripturæ interpres, Alexii Menesi, Bracharensis præsulis, confessiones excepit. Inde provinciæ Lusitaniæ ordinis sui prius, postea religiosæ totius familiæ chronographus designatus, pro munere imposito dedit, ex libris præcipue sanctissimi doctoris:

De Vita & laudibus S. Patris Aur. Augustini Hipponensis Episcopi & Ecclesiæ Doctoris eximii, libros sex. Conimbricæ typis Didaci Gomez de Loureiro 1612. 4. Quod ipsum jam præstiterat, ut lego in Valerii Andreæ *Bibliotheca Belgica*, Gerardus Moringus, Gelder, Lovaniensis theologus, *Vita D. Augustini* ex ipsis potissimum sanctissimi viri

ri monumentis eruta, atque Antuerpiæ edita anno 1533. in 8. Item Lusitanice:

Iardin de Portugal de Mulheres illustres. Conimbricæ 1626.

Parabat *Augustinianos Annales* Castellæ sermone, peragratis, ut accuratius rem absolveret, præter Hispaniam integram Gallia etiam Italiaque, ut erat ordinis sui ornandi studiosissimus, sed immortuus huic curæ est vir doctus atque eruditus, candoreque animi carus omnibus & commendatus, circa annum MDCXXIV. Huic nostro adscribunt domestici *Suspiriorum Sancti* parentis *Augustini* inventionem, atque e Vaticana bibliotheca primam in lucem productionem anno MDCXVIII. factam, quæ quidem vir pius ac doctus, præsulque Seguntinæ ecclesiæ, Sancius Davila, scite vertit in vernaculam linguam. Meminit cum laude Ludovici nostri F. Antonius a Purificatione in prologo *Chronici Provinciæ Portugalliæ Eremitarum*, cap. VIII. ac X.

F. LUDOVICUS DE ANGELIS, ordinis Sancti Basilii provinciæ Bæticæ, in eaque definitor, ac domus Hispalensis abbas, edidit:

Compendio de la Regla de San Basilio, que recopiló el Cardenal Besarion Niceno por mandado de Eugenio IV. Papa. Item:

Instruccion de novicios. Hispali apud Clementem Hidalgo 1615. in 8.

F. LUDOVICUS AB ANGELIS, Lusitanus, ordinis S. Francisci provinciæ Portugalliæ, dedit foras:

Mesa spiritual. Olisipone anno 1667. in 8.

LUDOVICUS DE ANGULO, nomen suum extare fecit in eo codice, quem vidit MS. Philippus Labbeus, cujusque mentionem fecit in *Nova Bibliotheca MSS. librorum* pag. 48. ita inscripti:

Alcabitii introductio Astrologica cum scholiis Ludovici de Angulo, Hispani, qui ex Catalano in Latinum reddidit Librum Abrahæ Aben Ezræ de Nativitatibus. Ex cod. Regio 1805.

F. LUDOVICUS DE APARICIO, Conchensis, ex sodalibus qui sub advocatione Deiparæ Virginis de Mercede captivos e mahometanorum potestate redimunt, magister theologus, vicariam magistri generalis potestatem in Italia exercuit, unaque totius ordinis negotia Romæ procuravit. Ad nos reversus theologiam vespertinis horis in schola Toleti docens, cœnobii ejusdem urbis præfectus, typis publicavit, Latine, ut credimus, Hispaneque:

Defensorio del culto de nuestro Padre Adam, y de los Santos del viejo Testamento: in 4. Laudatur quoque ejus:

Centuria de Martyres del orden de la Merced.

Post hæc ad Indos transfretevit una cum D. N. de Toledo, Manzeræ marchione, Peruani orbis prorege, cui erat a confessionibus, sed in reditu ad nos Habanæ diem suum obiit, quocum perierunt:

In Evangelium S. Matthæi duo volumina, nondum edita.

LUDOVICUS DE ARANDA, Ubetæ, quæ Bæticorum urbs est, constitutum habebat domicilium scribens:

La Glosa de Moral sentido en prosa a las coplas de D. Jorge Manrique. Pinciæ in 4. apud Didacum Fernandez 1552.

Glosa a los Proverbios de D. Iñigo Lopez de Mendoça, y a XXIV. Coplas de las Trecientas de Iuan de Mena: versibus. Granatæ 1578. 8.

F. LUDOVICUS DE ARIZ, Joannis filius, Naxaræ, ut videtur, nobili stirpe satus, sub Francisco Manriquio, Auriensi episcopo, cui œconomus erat Joannes parens, canonicum ejus ecclesiæ sacerdotium, cui sacræ supellectilis custodia commissa est, obtinuit. Benedictinus deinde factus Vallisvenariæ domus, sive, ut vulgaris appellatio est, Valvaneræ, sodalis religiosi instituti professione maluit censeri. Ejus est:

Historia de las Grandezas de la Ciudad de Avila. Compluti 1607. in folio apud D. Martinez Grande.

Historia de Nuestra Señora de Valvanera. 1608. in 8.

LUDOVICUS DE AVELAR, Lusitanus, a Cardoso laudatur, uti auctor operis ita inscripti:

Nox Attica. 1604. 4.

F. LUDOVICUS DE AVILA, ordinis eremitarum Sancti Augustini, S. T. M. cum præesset Toleti sodalibus foras dedit:

Discursos morales del Santissimo Sacramento del Altar. Toleti 1603. in 4. hoc est, tractatus VI. quorum ultimus est: *De la Missa y de sus partes y sagradas ceremonias principales della.*

Patriam habuit castellum de Garci-Muñoz, professusque fuit religionem Matriti ad Sanctum Philippum.

D. LUDOVICUS DE AVILA ET ZUÑIGA, Placentiæ natus ut suspicor, ex epistola quadam Joannis Verzosæ ad eum data

ta id colligens, Mirabelli, Alchonchelis Brantevillæque toparcha, quorum locorum potitus eſt ducta uxore N. Friderici Stunicæ & Sotomajoris filia, atque ex aſſe herede. Alcantarenſis militiæ fuit, poſt Regem perpetuum illius, ex pontificio indulto, adminiſtratorem, ſummus ac princeps (Comendador mayor audit) Romæque apud Paulum IV. & Pium IV. PP. MM. Regius legatus, cujus in ſuadenda ſynodi ad Tridentum, pro coronide ſummæ totius eccleſiæ rei imponenda, reaſſumptione cura & ſtudium ſummopere laudatur. Carolo Cæſari, dum viveret, fuit in paucis carus, cujus de rebus in Germania feliciter geſtis egregie ſcripſit, nempe:

Los Comentarios de la guerra del Emperador Carlos V. contra los Proteſtantes de Alemania. Quod opus adeo magni Carolus fecit ut Alexandrum ſibi Macedonem, pro ſolita justaque modeſtia, præponeret, ſcriptoris autem geſtarum a ſe rerum nomine laudeque longo famæ intervallo poſthaberet. Editum eſt in Hiſpania anno 1546. & 1547. in 8. Venetiiſque 1553. Latinum dedit Guilielmus Molinæus, Belga, Antuerpiæ item in 8. anno 1550. Argentinæ recoctum 1620. 8. Gallicum autem Aegidius Boileau Pariſiis 1551. apud Vincentium Sertenas. Item Matthæus Vaucher, Caroli V. Imperatoris haraldus, Antuerpiæ apud Nicolaum Torcy 1550. in 8. De opere iſto & auctore Alphonſus Garſias Matamorus, Hiſpalenſis, in aureo opuſculo *De Doctis Hiſpaniæ viris* sic olim optime cenſebat: Ludovicum *pura & illuſtri brevitate lectiſſimam illam, muſicamque elegantiam, quæ fuit in Cæſare quondam maxima, & nomen quoque ipſum Commentariorum ſola fere eſſe imitatione conſequutum. Nativis enim maxime propriis & urbanis utitur verbis, quæ, quamvis domeſtica, ut C. Cæſar, conſuetudine imbibit, tamen ut eſſet perfecta hæc loquendi laus, multis quidem literis, & his quidem reconditis, ſummo ſtudio & diligentia, dum in aula verſaretur, etiam obtinuit.* Hactenus ille.

Comentarios de la guerra que hizo en Africa el Emperador Carlos V. Hi nuſquam editi ſunt. De iis autem ambigere non poſſumus, lectis his Joannis Geneſii Sepulvedæ, ex epiſtola XVI. ad auctorem ſcripta: *Commentarios rerum a Carolo Cæſare in Africa geſtarum, quos a te magna diligentia parique ingenio confectos, Garſiæ Laſſo ad me mittendos dediſti, libentiſſime perlegi* &c. Meminit, aut innuit certe hoc ſcriptum, Joannes Verzoſa in metrica ad eumdem Ludovicum data lib. I. ejus *Epiſtolarum*, cum noſter in comitatu Philippi Principis, ad Carolum parentem Auguſtum tendentis, Italia tranſiret, cujus epiſtolæ mentionem ſupra fecimus.

LUDOVICUS DE AVIÑON, Catalanus eques, reliquiſſe dicitur MS. *Hiſtoriam Cataloniæ Principatus*, cujus meminit D. Joſephus Pellizerius in memoriali comitis de Villazor, fol. 64.

D. LUDOVICUS DE AYALA, neſcio quis, reliquit MS:

Indices de Genealogias. Quod opus Matriti poſſidebat, dum viveret, D. Garzias de Salzedo Coronel, eques Sancti Jacobi, vetus amicus & civis noſter.

D. LUDOVICUS DE AYLLON ET QUADROS, Granatenſis, doctor theologus Hiſpalenſis, ad S. Mariæ ejuſdem urbis, quod collegium ut vocant majus, & gymnaſium omnium ſcientiarum eſt, ſodalis, in eoque ſacræ theologiæ & Bibliorum primarius anteceſſor, in hujuſmet urbis æde maxima ex parochis unus, docte ſcripſit & ingenioſe:

Elucubrationes Biblicas in Vetus ac Novum Teſtamentum, Literales, Morales, & Tropologicas. Hiſpali apud Joannem Cabeza 1676. folio.

F. LUDOVICUS DE AZEVEDO, Gallæcis parentibus Medinæcampi natus, Auguſtinianus de Salmantina domo, ſcripſit:

Marial, Diſcurſos morales en las Fieſtas de Nueſtra Señora. Valladoliti apud Franciſcum de Corduba 1600. in folio. Oliſipone 1602. in fol.

Vida del Santo Fr. Tomas de Villanueva.

Vida del V. Padre Fr. Luis de Montoya. Hæc tribuit huic opera Thomas de Herrera in *Hiſtoria Domus Salmantinæ Auguſtinianorum.* Promiſerat idem *De las Dominicas del Año* alia editurus, niſi immaturo fato extinctus fuiſſet duo de quadraginta annis natus, Chriſtianæ ſalutis MDC.

LUDOVICUS DE AZEVEDO, Luſitanus, Jeſuita, in Æthiopiam (ait Alegambus *Bibliothecæ Socitatis* auctor) una cum Laurentio Romano anno MDCV. penetravit, & ſtrenuum ſe ibi operarium præſtitit, quamvis ætate fractus eſſet morbiſque. Nec voce tantum eos populos, ſed ſcriptis etiam lucubrationibus excoluit, tranſtulit quippe in ſermonem Chaldæum:

Commentaria Franciſci Toleti in Epiſtolam Sancti Pauli ad Hebræos. Anno 1617.

Horas Canonicas, & Horas Beatæ Virginis.

Exorciſmos contra tempestates.

An-

Annotationes Imaginum Chriſti Domini ab Hieronymo Natali noſtro factas. Item:

Annotationes Imaginum Apoſtolorum & Eremitarum. Anno 1625. In Æthiopicum, ſeu Amaranum ſermonem, qui curialis in Æthiopia eſt, tranſtulit:

Teſtamentum novum : illudque una cum Ludovico Caldera recenſuit. Addit Cardoſus in ſchedis MSS.

Horas, ut vocant, *Officium Deiparæ Virginis.* Item ex Luſitano dedit:

Catechiſmum.

Grammaticam quoque hujus *linguæ Amaranæ*, a ſe prius compoſitam, novis curis recenſuit illuſtravitque.

Pratum Spirituale Canonicum ſupra ſymbolum Apoſtolorum pro Parochis digeſſit, materia deſumpta ex Roberti cardinalis Bellarmini *Explicatione Symboli* & ex *Catechiſmo Romano.* Anno 1626. Hucuſque Alegambius.

F. LUDOVICUS DE AZEVEDO, Luſitanus, ordinis Prædicatorum, edidiſſe refertur:

De Educatione puerorum neſcio quid, a Cardoſo memoratum.

LUDOVICUS BALDO, Catalanus (ut credere par eſt), ſcripſiſſe dicitur Caſtellana lingua:

Deſcripcion de los Condados de Roſellon y Cerdania. Laudat hunc Joannes Franciſcus Andreas de Uſtarroz in *Tract. de las medallas*, fol. 187.

LUDOVICUS BALDO, hujus nomine inſcribitur liber ſic nuncupatus:

Aclamacion pia y juſta al Rey D. Felipe III. por Luis Baldo, Embaxador de la Villa de Perpiñan que por juſtas cauſas ſe ha de ſeparar la Generalidad y Diputacion de los Condados de Roſellon y Cerdania y ſus anexos de la que hoy los comprehende a ellos y al Principado de Cataluña. Erat inter libros Raphaelis Tricheti du Freſne, Galli.

LUDOVICUS BALLESTER, patria Valentinus, presbyter Societatis Jeſu, cujus inter ſodales diu ſacram linguam & Bibliæ arcana Valentiæ docuit, ſanctimonia vitæ non minus quam doctrinæ merito ſpectatus & magno pretio habitus. Compitalibus concionibus, quas ex inſtituto profeſſionis ſuæ habere Jeſuitis mos eſt, ardenter inſtitit, tentavitque, inſperato illo quidem at felici ſucceſſu (inquit auctor *Jeſuiticæ Bibliothecæ*) licentiam bachanaliorum, quæ prorſus erat in ea urbe effrenis, coercere, producto in circulum convenientis populi hinc cadavere, illinc Chriſti e cruce pendentis effigie. Quam rem (proſequitur) Antiochenus patriarcha, archiepiſcopus idem Valentinus, D. Joannes de Ribera, nobilitate, prudentia, literis ac ſanctimonia clariſſimus, tanti fecit ut Ludovici per urbem tonantis imaginem curarit ſibi coloribus exprimi ad hominis venerationem. Scripſit is:

Onomatographiam, ſive deſcriptionem nominum varii & peregrini idiomatis, quæ in Latina vulgata editione ſacrorum Bibliorum occurrunt. Acceſſit:

Horologia, ſive de ſacro ſermone lib. IV. quorum primus eſt: *De Subſtantia divina.* II. *De Subſtantia corporea inanimata.* III. *De Subſtantia corporea vegetante.* IV. *De Senſitiva.* Lugduni per Horatium Cardon anno 1615. in 4.

Migravit e corpore, cum eximia quadam ſanctitatis fama, Valentiæ anno Christiano MDCXXIV. prima die Maii menſis, duobus major octogenario.

LUDOVICUS BARAHONA DE SOTO, Bæticus, Lucenenſis (quem locum, Lucenam vulgo, Cardonæ dux opulentum valde ac frequentem, ſuæque ditionis habitat), profeſſione medicus fuit, celebratur tamen quam maxime ſtudio poeſeos. Carmina quippe edidit ſpiritus & elegantiæ & ingenii, ſi quis alius e noſtris, plena, ut nec temere eum Michael Cervantes, tam rei idoneus æſtimator atque arbiter, in præſtantiſſimis non Hiſpaniæ tantum, ſed aliarum quoque gentium poetis auſus ſit recenſere. De patria referens, nil erat, cur non crederem Latino epigrammati, rhythmis tamen vulgaribus, ad ſonetorum ut vocant, leges efformato, quod auctor, utens *Lucienſis* attributione, Gaſparis Beatienſis advocati Granatenſis doctiſſimi præfixit operibus. Archidone medicinam faciebat, cum Ludovici Arioſti fabulam in ulteriores actus perducere cupiens non inferiori laude emiſit in publicum:

Primera Parte de la Angelica: ad D. Petrum Giron, Oſunæ ducem, Neapolitanum proregem. Granatæ ex officina Hugonis de Mena in 4. anno 1586. Animadverſiones quaſdam adjunxit Fr. Petrus Verdugo de Sarria.

D. LUDOVICUS DE BARAJAS, qui ſe inſcribit familiarem comitis de Andrade & ducis Tauriſano, edidit:

Tratado breve y curioſo por el qual ſe declara el dia cierto y verdadero en que Chriſto nueſtro bien murió por la redencion del genero humano en el madero ſanto de la Cruz. Cæſarauguſtæ 1651. in 8.

LU-

LUDOVICUS BARROS DA SYLVA, Lusitanus, Eborensis: *De Rebus Indicis* quidquam scripsisse refertur. Cardosus.

LUDOVICUS DE BAVIA, domo Matritensis, Regius capellanus Granatæ ad sepulcrum Catholicorum Regum in sacello magnificentissimo cathedralis ecclesiæ, vir pari modestia benignitateque, doctrina vero & eloquentia argumento, quod sibi delegit pertractandum, non impari. Siquidem prosequutus *Historiam Pontificum*, seu potius universalem, a Gundisalvo Illesca usque ad Pii V. tempora olim duobus tomis perductam, dedit ipse:

Tercera parte de la Historia Pontifical y Catholica desde Gregorio XIII. a Innocencio IX. scilicet de rebus toto orbe gestis ab anno MDLXXII. ad MDXCI. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1608. & 1613. in folio. Et Barcinone apud Lucam Sanchez anno 1609. folio.

Quarta parte de la Historia Pontifical y Catholica: scilicet de rebus gestis ab anno MDXCI. usque ad MDXCV. sub Clemente VIII. & Leone XI. Ibidem apud eumdem Ludovicum Sanchez 1613. fol. Sed forte minus sibi placens in duarum priorum partium auctore & opere elaborasse idem fertur, atque ex integro absolvisse, commentaria ejusdem temporis & argumenti ab initio ecclesiæ usque ad dimidiati sæculi superioris, eos annos, unde continuationem olim alienarum lucubrationum cœperat. Quæ quidem commentaria reliquisse eum in schedis, cum fato cessit, Granatæ nobis retulit D. Laurentius vander Hamen, qui eo familiariter in eadem urbe, dum viveret, usus fuerat.

La Historia de la union de la Corona de Portugal a la Corona de Castilla: quam Italice atque eleganter scripsit Hieronymus Franchi Connestagius, Genuensis. Barcinone hæc prodiit ex officina Sebastiani Cormellas 1610. in 4. Remansit inedita, quam æque derivaverat ex Italico fonte ad canales nostratis linguæ:

La Historia de Francisco Guichardino. Eam forsan quæ olim fuit in bibliotheca Olivariensi quinque voluminibus in folio comprehensa.

Diem suum obiit Granatæ MDCXXVIII.

F. LUDOVICUS DE BEJA PERESTRELLO, Lusitanus (Conimbricensisne an Egitaniensis non liquido dicitur, aliis placet Perestrello nomen loci natalis esse, pro Conimbrica ipse stat in *Responsorum* quæ laudaturi sumus prooemio) ordinis eremitarum Sancti Augustini, deputatus, ut vocant, Sancti Officii Inquisitionis in Lusitania, olim in Italia cardinalis Paleoti theologus, Bononiæque in schola per totos XVI. annos primarius professor publicus, necnon in ecclesia metropolitana ejusdem urbis moralis theologiæ, sive casuum uti vocant conscientiæ, magister. Instituerat nempe laudabili consilio cardinalis Paleotus, Bononiæ præsul, congregationem, ad quam singulis quibusque mensibus in archiepiscopali ejus palatio universus clerus conveniebat, ubi tres conscientiæ casus, ad ecclesiæ valvas ante octo dies propositi, discutiebantur sine ullo strepitu aut concertatione, sed unoquoque, ut res ferebat, ad interrogata respondente, quo super tandem Ludovicus ipse quid de his sentiendum omnino esset, juxta probabilem magis doctorum opinionem, pronuntiabat. Scripsit exinde observata ea occasione:

Responsa Casuum Conscientiæ. Bononiæ 1587. apud Alex. Benacium. Deinde, a Clemente VIII. Summo & optimo Pontifice ad idem munus in Urbe & Sancti Augustini ecclesia destinatus, alteram partem adjunxit, quam eidem Pontifici nuncupavit. Nescimus vero an omnes posteriores editiones utramque partem comprehenderint, certe Veneta Jacobi Corneri 1591. comprehendere non potuit, aliæ quidem potuere, scilicet quæ lucem viderunt Barcinone cum appendice duorum tractatuum, altero *De Contractibus libellariis*, altero *De Venditione rerum fructuosarum ad terminum* 1596. Venetiis 1600. & 1606. 8. Olisipone 1610. Bononiæ 1613. Cum *additionibus* Joannis Baptistæ Gratiani apud Bartholomæum Cochium Brixiæ anno 1589.

Collegium Sacrum Bononiense Ludovici de Beja Coloniæ editum fuisse 1629. in 8. alicubi lego.

LUDOVICUS BELLUGA, Toletanus, doctor theologus, Bibliorum ac theologiæ scholasticæ in patria academia professor, pastor inde municipii de Orgaz, xx. passuum millibus ab ea urbe separati, librum conscripsit, ita prænotatum:

Vitæ duorum, qui primas obtinent sedes in regno Dei, Christi scilicet atque Deiparæ, variis illustrium virorum ac fœminarum revelationibus concinnatæ, cum duobus præludiis, altero de bono divinarum revelationum, altero de Sybillinis oraculis, & librorum, quibus usus est, delectu. Conchæ 1631. in 4.

LUDOVICUS DE BELMONTE, comœdiarum poeta vel eo tempore audiebatur in theatris, quo sub Lupo Vega & aliis Hispana comœdia omnes alias omnium gentium

tium omnisque ætatis provocabat, idem credo cum eo qui inscripsit:

Hazañas de D. Garcia Hurtado de Mendoza. 1622. in 4.

F. LUDOVICUS BELTRAN MARCO, Valentinus patria, ex ordine fratrum Prædicatorum, edidit Hispane:

La vida y milagrosos hechos de S. Felipe Neri. Valentiæ 1625. in 4. Petri Jacobi Bacci agens interpretem, quamtumvis dissimulet, qui vitam viri istius, sanctitate eximii, vernacula Italiæ olim ediderat.

LUDOVICUS DE BENAVENTE, Toletanus, lepiditate ingenii ad exornandas Hispanarum comoediarum, in quo genere absque controversia regnamus, choros, sive, ut proprio verbo appellant, Intermedia, veluti factus a natura, quæ quidem hujusmodi & similia in theatris edi cum plausu maximo sæpius viderat, typis commisit, quo magis & in perpetuum vulgaret, hoc titulo:

Burlas veras, o reprehension moral y festiva de los desordenes publicos en doce entremeses representados, y veinte y quatro cantados. Matriti 1645. in 8.

F. LUDOVICUS DE S. BERNARDO, nescio cujus instituti religiosi, convertit ex Italico:

Breves meditaciones sobre los quatro Novissimos. Matriti apud Cosmam Delgado 1622. in 12.

F. LUDOVICUS BERNARDUS DE QUIROS, monachus Cisterciensis monasterii de Espina, inter Salmanticenses professores cathedræ Bibliorum ordinariæ ab anno MDCXX. summa cum laude præfuit. Lusitaniæ totius coenobia simul cum Michaele Sada, Salmantini collegii abbate, censor destinatus a Philippo Rege Catholico, cui prudentia ejus & integritas spectata & comperta satis erat, salubri cura lustravit. Factus quoque apud suos fuit generalis reformator. Plura scripsit, quæ lucem hactenus (ni fallimur) non viderunt, hæc enumerant Henriquez & Vischius:

Reipublicæ monasticæ, sive Commentariorum in Regulam S. Patris Benedicti lib. XII.

Commentaria in omnes Sancti Pauli epistolas.

Commentaria in omnes Prophetas minores.

Obiit anno MDCXXIX. in extrema etiam senectute munus suum docendi in eadem schola exercens.

LUDOVICUS BROCHADO, Lusitanus, laudatur a Cardoso ut scriptor libri, cui titulus:

Pueritia dos Meninos. In 8. Cardosus.

D. LUDOVICUS BROCHERO, Hispalensis curiæ advocatus, scripsit:

Discurso del Duelo y Desafios, en que principalmente se trata, si los Iueces o Gobernadores pueden ser desafiados.

Discurso problematico del uso de los coches. Hispali 1626. in 8. apud Simonem Fajardo.

Discurso del uso de esponer los niños. Ibidem 1629.

LUDOVICUS DE CABRERA DE CORDUBA, Joannis filius, Ludovici nepos, qui duo ad Sancti Quintini oppidum, auspiciis Philippi II. Hispaniarum nostri Regis anno MDLVII. admota vi expugnatum, primi super muro emicuere, attestante id nostro lib. IV. cap. IX. *Historiæ*, postea laudandæ. Ludovicus tamen, qui centurio peditum erat, ibi cecidit, cui succenturiatum in munere isto fuisse Joannem filium, superstitem relictum ex patris vexillifero, ibidem scribit. Hic tamen Joannes mutata velificatione, ut videtur, togæ sequutus militiam fiscalis advocati munus aliquando gessit, qua quidem appellatione honoris a filio nuncupatur in tractatu *De Historia*, cujus etiam habebimus statim mentionem, quo loco adjungit eum effigie ac lineamentis faciei omnibus Philippo laudato Regi simillimum fuisse. Pergens itaque is inclytum hunc Principem, uti parens olim & avus armis, efficaciore stili acie descriptum ornare, in lucem dedit, Antonii de Herrera simili atque antiquiori opere non deterritus:

Primera Parte de la Historia del Rey D. Felipe segundo Rey de España. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1619. in folio. Cujus posteriorem partem typis edi coeptam eo tempore affirmat D. Thomas Tamajus quo ipse *Collectionem Librorum Hispanorum* formabat. Laudat quoque hanc alteram partem Joannes Franciscus Andreas Ustarrozius in notis ad librum *Forma de cortes* Hieronymi Martel, pag. 28. Limato quidem is dicendi genere atque diserto nervosoque utitur, in concionibus super iis rebus, de quibus deliberatur, confingendis, hominumque ac locorum descriptionibus elegans est sed subobscurus, quem defectum virtutibus multis egregie compensat. Scripserat prius:

Tratado de Historia, para entenderla y escribirla. Ibidem in eodem typographeio, anno 1611. in 4.

F. LUDOVICUS DE CACEGAS, Lusitanus, ordinis Sancti Dominici, multo labore ac diligentia, per totam Portugalliam peregrinatus vicennio & amplius, collegit ea

ea omnia quæ ad scribendam ordinis sui, cujus erat chronographus in Lusitanica provincia, historiam deservire usquam possent. Qui tamen ante digestum opus septuagenario major decessit, non quidem magno allato rei detrimento, cum nec limato esset sermone, parumque artificioso dicendi genere polleret. Cæmenta nimirum reliquit Ludovico a Sousa sodali, qui, admota ordinis accuratione, digestum nove ac reformatum opus Lusitano sermone luculento & valde eleganti, alter ut Ludovicus Granatensis Lusitanos inter præstantia dictionis audiat, servato nihilominus Cacegæ nomine, typis ederet. Inscriptum ergo libri vestibulum hoc modo:

Primeira Parte da Historia de S. Domingos particular do reyno e conquistas de Portugal, per F. Luis Cazegas da mesma ordem e provincia, e Chronista della, reformada con estilo & ordem, & ampliada em sucessos & particularidades per Fr. Luis de Sousa filho do convento de Benfica. Prodiit ex hoc cœnobio typis Gerardi de Vinha 1633. fol. Successit post multum tempus, Sousa jam e vivis erepto, Antonii de Purificatione, ejusdem ordinis, cura:

Secunda Parte da Historia de S. Domingos &c. apud Henricum Valentem anno 1662. folio, cujus partis lib. IV. cap. VII. de Ludovico Cazega honorifica fit mentio. Tertia & ultima pars propediem expectatur. Ejusdem generis est:

A Vida de D. Fr. Bartolome dos Martyres da ordem dos Pregadores, Arcevispo y Senhor de Braga, reformada em estilo e ordem, e ampliada per Fr. Luis de Sousa. Vianæ anno 1619. in folio. Laudatur quoque Cacegæ liber:

Das Genealogias de Portugal a Georgio Cardoso in *Agiologii Lusitani* secunda parte, die XIX. Martii. Hic ipse Cardosus auctor est servari in cœnobii Benficensis archivio opus alterum a Ludovico relictum:

Das Matronas illustres da ordem de S. Domingos, die XI. Aprilis & XXVIII. Maii, lit. b. Idem Cardosus in schedis relictis ad *Bibliothecam* quam adornabat *Lusitanam* adjungit Latine quoque eum scripsisse, jussu magistri generalis ordinis sui, tractatum *De Sanctis Provinciæ Lusitaniæ*, & alterum *De Sanctis Provinciæ Indicæ*.

Vivus esse desiit anno hujus sæculi decimo, septuaginta & amplius in ætate numerans.

LUDOVICUS CALDEIRA, Lusitanus, Societatis Jesu, acer in Æthiopia procurator salutis Abissinorum gentis, scripsit Æthiopice:

Calendarium Festorum mobilium secundum computum anni Æthiopici ad Romanum accommodati, cum explicatione illius.

Informationem de Iejunio: lingua Amarana, quæ apud curiales in usu est.

Testamentum novum: eadem Amarana lingua versum a Ludovico de Azevedo, sodali, una cum eo recensuit.

LUDOVICUS DE CAMOENS, Lusitanus, ex nobili parente Simone Vaz de Camoens & Anna Macedo matre circa annum superioris sæculi Olisipone ortus. Literas autem Latinas & philosophiam doctus Conimbricæ, huic pacis otio militare negotium præferens, Septæ, quæ urbs ad freti angustias in Africæ ora maritima præsidio Lusitanorum tenebatur, stipendia mereri primum cœpit, nec sine virtutis impressa ei, nec abolenda usquam, nota, in quodam enim cum hoste congressu fortiter pugnans oculo fuit mulctatus. Hinc ad Indos navigans non ducibus tantum suis militares operas, sed etiam multoque magis ingenii ac poetici spiritus divinas dotes omnibus quotquot Lusitanæ musæ has delicias non surda pertransirent aure, hoc est, humanitatem non prorsus exuissent, approbavit. Innocui vero carminis fines prætervectus, ut in fama est, luere exilio impotentiæ culpam debuit, Sinarumque ad usque plagam fuga damnari. Nec tamen infortuniis adhuc satis impensus, etiam cum restitutus Goam rediret, sæva tempestate jactata & fracta, qua vehebatur, navi ægre ipse ad litus enatavit, jactura omnium præterquam quod sui *Lusiadum*, quod paulo post laudamus, operis facta. Hoc enim clarissimum ingenii sui monumentum, sive affectum, sive jam eo tempore perfectum, læva, ut quondam Cæsar Julius, elata dum remigio dextræ utitur exitio eripuit. Desiderio tamen patriæ tactus, post sedecim annorum militiam peregre toleratam, & maxime ut Sebastiano Regi, quantumvis adhuc puero, *Lusiadum* istud opus ei nuncupatum offerret, anno MDLXIX. in Lusitaniam suam reversus est. Nec tamen isto sic amplo erga Regem & cives suos ad memoriam omnem posteritatis merito valuit ex necessariorum egeno ad aliquam tolerabilem vitæ conditionem emergere; imo post decem alios annos in sordibus atque egestate diem suum obeuntis corpus sindone, pro gentis more, cooperiendum fuit aliunde ad hoc ultimum caritatis præstandum ei officium corrogata. Decessit quinquagenario major anno MDLXXIX. absque ulla prole, cum perpetuo cœlebs vixisset. Corporis habitum, si quæras, mediocri statura fuit & carne plena; capillis usque ad croci colorem flave-

ſcentibus, maxime in juventute; eminebat ei frons, & medius naſus cetera longus & in fine craſſiuſculus; luminis tamen orbitate ſpecies totius oris non parum dehoneſtabatur. Corpore iſto geſtavit ingenium in paucis excellens, & ad poeſim vere natum, facile, copioſum, ſublime, vividum, & quod omnia mentis cogitata (erant autem hæc plurima inſigniaque) diſertiſſimis atque animi plenis exprimeret ſive lyricis ſive epicis verſibus. Æqualem enim ubique plauſum tam amatorii luſus pathetice ac ſuaviter, quam fortia ducum facta ſublimiter, ac pro argumenti majeſtate, utraque vero ingenioſiſſime ab eo pertractata, non intra Luſitaniæ dumtaxat limites, ſed ubi ſenſus boni & perfecti eſt omnino aliquis, reportavere. In geographicis & proſopographicis deſcriptionibus naturam fere æquavit arte; comparavit valde appoſite; atque epiſodiorum varietatibus, veluti amœnis quibuſdam ab incœpto diverticulis, factorum ſeriem fabellarum digretiunculis, abſque tamen ſummæ, qua res geſtas carmine complexus eſt, fidei jactura, pulcherrime diſtinxit; præterquam quod eruditum ſe eſſe prodidit ſatis ſuperque in omnium veterum poetarum, antiquitatiſque & graviorum etiam diſciplinarum cognitione: adeo in ejus carminibus omnia hæc emicant, atque eruditorum mentes feriunt, auctorique eorum arctiſſima reddunt complexione devinctas. Notæ ſatis erant hæc viri exiſtimatio & magnæ dotes Philippo II. Regum principi: idcirco eum Portugalliæ potitum ea inter publicas & maximas alias ſollicitaſſe cura dicitur de Camoeſii ſublevanda fortuna; nec parum doluiſſe cum ante non multum tempus deceſſiſſe eum e vivis accepit. Poſt fata, ut ſolet, gliſcente hominis fama cum alii plures effuſi ſunt in ejus laudes, tum etiam Matthæus Cardoſus, Jeſuita Eborenſis, academiæ Humanitatis ſcholæ præfectus, eleganti hoc epigrammate ejus famæ plauſit, quod ſepulturæ ejus poſt aliquot annos fuit inſculptum:

Naſo elegis, Flaccus lyricis, epigrāmate Marcus
Hic jacet, heroo carmine Virgilius.
Enſe ſimul calamoque auxit tibi, Lyſia, famam,
Unam nobilitant Mars & Apollo manum.
Caſtalium fontem traxit modulamine; at Indo
Et Gangi telis obſtupeſecit aquas.
India mirata eſt quando aurea carmina lucrum
Ingenii haud gazas ex Oriente tulit.
Sic bene de patria meruit dum fulminat enſe,
At plus dum calamo bellica facta refert.
Hunc Itali, Galli, Hiſpani vertere poetam:
Quælibet hunc vellet terra vocare ſuum.
Vertere fas, æquare nefas, æquabilis uni
Eſt ſibi, par nemo, nemo ſecundus erit.

Elogio etiam luculento ac diſerto vulgaris Portugalliæ linguæ Camoeſium ornavit eruditus Eborenſis eccleſiæ cantor, Emmanuel Severinus de Faria; & quicumque divinum *Luſiadum* ejus poema, ſive novis, ſive renovatis editionibus, ſive tandem e Luſitano in peregrinas linguas converſionibus illuſtraverunt multi ſunt in celebrando eo atque ejus inclyto formatore. Id autem ſic inſcriptum prodiit in typorum lucem:

As Luſiadas de Luis de Camoes. Primum Oliſipone anno 1572. quam editionem plurimæ aliæ ſubſequutæ ſunt. Hujus poematis interpretationem Latinam dedit Thomas de Faria, Carmelita, Targenſis epiſcopus, tacito proprio nomine ac diſſimulata interpretis opera, & ut monuit Leo Allatius in *Apibus Urbanis*, Andreas etiam Bajanus, Goenſis, forſanque & Franciſcus Macedus eamdem replicaverunt. Gallicam alius. Italicam cum ille anonymus, cujus Petrus de Mariz proxime laudandus meminit, tum Carolus Paggius, Genuenſis, Alexandro Papæ VII. nuncupatam, Henrici Valentis de Oliveira typis anno 1656. Oliſipone edidit cum vitæ auctoris eleganti compendio. Hiſpanis etiam primus communicavit Benedictus Caldera, hinc Ludovicus Gomez de Tapia, & Henricus Garzes, & forte alius, nam & quartæ interpretationis Caſtellanæ factam alicubi mentionem invenio. At commentariis quidem Emmanuel Correa brevioribus, quæ iterata editione locupletavit Petrus Mariz, deinde etiam Emmanuel Faria de Souſa prolixioribus, ſed oppido eruditis, *Luſiadum* hoc poema, quod nec Torquati Taſſi, nec Virgilii Homerive poematum invidere gloriæ iidem ex doctæ gentis communi fere judicio exiſtimant, luculenter ſatis expoſuerunt & illuſtraverunt. Ludovicus quoque Gomez de Tapia verſioni ſuæ breves adjunxit notas. Et adhuc in Portugallia alii oſtenderunt ſe in ſuo iſto cive ornando ingenioſos & eruditos, quorum lucubrationes typis numquam editæ ſunt, ex quibus Emmanuel Severinus laudatus unum appellat Ludovicum Sylvam de Britto, priorem ut vocant eccleſiæ Sancti Miraculi urbis Santarenenſis. Carmina Camoenſii alia omnis generis comprehenſa ſunt in eo volumine, quod hanc præ ſe inſcriptionem fert:

Rimas de Luis de Camoēs. Oliſipone in 4. ſæpius editum. Comœdias quoque is feciſſe aliquas, ſecundum illius temporis captum, Plautique *Amphitrionem* aliaque in vernaculum tranſtuliſſe dicitur.

F. LUDOVICUS DEL CAMPO, Carmelita provinciæ Bæticæ, dedit ad Innocentium P. X:

Judicium de Immaculata Beatiſſimæ Virgi-

nis

nis Mariæ Conceptione , & pro illius ultima diffinitione & Apostolica canonizatione. Hispali 1650.

LUDOVICUS CAPOCHE , scripsit , sed non edidit:

Descripcion de la Villa y cerro de Potosi. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica Occidentali* , tit. xv.

F. LUDOVICUS DE CARAVAJAL, Bæticus , ignotum mihi ex quo hujus regionis loco , vir in sæculo nobilis , parentumque admodum locupletum unicus heres ; quæ omnia reliquit ut fieret Minorum ordinis, quos Regularis vocant Observantiæ , sodalis. In Parisiensi schola sic profecit in studiis theologicis , postquam humanioribus literis & philosophica omni doctrina locupletem satis animum gereret , ut ætate illa , cum domum rediisset , doctisque lucubrationibus se exerceret , non mediocre sibi nomen & existimationem pepererit. Ad sacrum Tridentinum conventum , qui sub Paulo III. celebrabatur , venit theologus , ibique ad patres elegantem habuit orationem secunda Quadragesimæ Dominica. Certe is guardianum , ut domestico Minorum verbo utar , tunc temporis agebat Hispali cum Joannes Genesius Sepulveda , Cæsaris Caroli historiographus, *Apologiam* suam *de justis belli causis adversus Indos gerendi* testimoniis eorum , qui secum sentiebant , theologorum Hispaniæ clarissimorum communiret: *Item nobis suffragantur* , ait , *magno consensu Hispalenses theologi, qui nuper summam quæstionis diligenter perlegerunt , imprimisque duo viri doctissimi , Ludovicus Caravajalus , Franciscanorum præfectus ; & Augustinus Sbarroia , monachus Dominicanus , qui theologiam ex cathedra in suorum collegio docet.* Hunc Joannes Eisengreinius , in *Catalogo Testium veritatis* , virum appellat *eruditione & eloquentia clarum , philosophum atque oratorem perfectissimum , nec ulli theologorum secundum.* Excogitavit theologiam a manu sophistarum vindicare , cujus consilii specimen dedit in:

Theologicarum Sententiarum libro singulari , sive *Restitutæ Theologiæ & a Sophistica & barbarie pro virili repurgatæ specimine* , *de Deo.* Antuerpiæ apud Joannem Gravium 1548. 8. Coloniæque prius apud Melchiorem Novetianum 1545. cujus nominis *Restitutæ* scilicet *Theologiæ* , invidiam depellere a se modeste serioque contendit. Adjungitur *Approbatio libri cum explicatione quorumdam argumentorum sibi objectorum* : ad D. Ludovicum Caravajalem Osorium , gentilem suum. Item ejus est:

Oratio , jam laudata ab auctore , *habita in Concilio Tridentino Dominica secunda Quadragesimæ anno MDXLVII.* Lucas Waddingus non recte existimavit diversa esse opera *Theologicas sententias* , & *Theologiam restitutam.*

Professus is nomen fuit inter eos , quibus non tam Erasmi Roterodami eruditio præstrinxit oculos quam excogitandi libertas animum pupugit , atque adeo:

Apologiam Monasticæ professionis adversus eum edidit , nuncupatam Laurentio Suario a Figueroa , marchioni de Priego , & comiti de Feria , quem appellat studiorum suorum proram puppimque , cujus expensis alitum sese ait Parisiis dum theologiæ ibi operam daret. Epistola data est Salmanticæ MDXXVIII. Antuerpiensi quadam ex officina hæc prodiit 1529. Respondentique Erasmo rursum opposuit:

Dulcorationem amarulentiarum Erasmicæ responsionis. Hallucinatus est Miræus *Apologiam* Francisco Carvajalio tribuens. Ejusdem est:

Declamatio expostulatoria pro Immaculata Conceptione Dei Genitricis Mariæ , & dilutio quindecim argumentorum , quæ adversus præfatam Declamationem quidam Parisiis ei objecit. Parisiis apud Oliverium Mallardum 1541. in 8.

Epistolam quoque *ad Laurentium Suarez de Figueroa Feriæ Comitem* , cum *insignis* elogio Waddingus laudat , editamque ait fuisse Salmanticæ 1528. quam crediderim eamdem illam esse , de qua jam loquuti sumus , *Apologiæ* nuncupatoriam.

LUDOVICUS CARDUCHI , (Itali Carducci scribunt) Regius mathematicus , Matriti ut credo ex Italo parente editus , vertit ex Latina Euclidis translatione , post Rodericum Zamoranum:

Elementos Geometricos de Euclides Filosofo Megarense , sus seis primeros libros , traducido el testo y comentado. Compluti anno 1637. in 4.

Modos de medir Jurisdicciones y Tierras. Matriti 1634.

D. LUDOVICUS CARRILLO ET SOTOMAYOR , Ferdinandi filius ex Francisca Faxardo & Sotomayor , qui rerum Indicarum concilio præfuit , Alphonsi germanus frater , quem *Davidici Psalterii paraphrasis* metrica literatorum huic albo insertum suo loco habet , origine Cordubensis , inibi , aut alio loco , ubi pater magistratum gerebat, natus , Jacobæi ordinis eques , ac Fontis-Magistri in Bæturia præceptor , seu commendatarius. Post sexennium studis majoribus Salmanticæ impensum , velificatione mutata

Martis castra sequutus est, in Hispanis nempe triremibus, quatuorque earum præfecturam (Quatralvo nostri homines vocant) brevi adeptus; nec post multum intervallum temporis in ipso ætatis flore, annum scilicet agens quartum supra vigesimum, extinguitur, juvenis senili prudentia & correctissimis moribus, classiariæ suæ militiæ ad conjungendam cum virtutis operibus pietate auctor ipse & exemplar. Prodierunt post ejus mortem, Alphonsi fratris cura, partim prosaica, partim metrica, Ludovici nostri opera, hac inscriptione conspicua:

Obras de D. Luis Carrillo. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1613. in 4. in quibus, alia inter, Ovidii libellus est *De Remedio Amoris*, Hispano carmine octo-syllabo accurate, & Senecæ libellus *De Brevitate vitæ* prosa oratione redditi. Meminit ibidem Alphonsus, qui notas quasdam huic Senecæ interpretationi adjunxit, imperfectum reliquisse fratrem Ludovicum *De S. Gertrudis rebus gestis* poema.

Obiit quidem ille XXII. Januarii MDCX.

LUDOVICUS DE CARRION, alias LUDOVICUS CARRIO, Brugis Flandrorum Hispano patre Germana matre natus, quod in *Animadversionibus ad Statii* lib. V. *Theb.* vers. 200. Gaspar Barthius annotatum voluit, & Valerius Andreas in *Bibliotheca* sua *Belgica* non dissimulat. Lovanii (ait idem Valerius) comparem in iisdem studiis, ac postea æmulum, habuit Justum Lipsium; Duaci ac Parisiis Martino Antonio del Rio a studiis fuit. E Gallico itinere Lovanium redux, & J. U. doctor anno MDLXXXVI. renuntiatus, primo Institutionum Imperialium, deinde Decretorum professor fuit Regius. Quæ vero scripsit fere criticam spectant, veterumque scripta, velut e naufragio tabulas, collegit, recensuit & auxit:

Historiarum scilicet *Sallustii fragmenta cum notis.* Antuerpiæ apud Plantinum 1573. in 8.

Censorinum De Die Natali. Cui incerti auctoris fragmentum ejusdem fere argumenti adjunxit. Parisiis 1583. 8.

Magni Aurelii Cassiodori De Ortographia libellum. Antuerpiæ 1579. in 8.

Valerii Flacci Argonautica cum *castigationum* libello. Ibidem anno 1565. in 8. & in 16. Et Lugduni 1617. in 8.

Antiquarum præterea *Lectionum* libros tres. Apud Plantinum 1576. in 8.

Emendationum libros duos: typis Ægidii Bay. Parisiis in 4. & in *Face Artium* seu *Lampade critica* tomo III.

Lovanii obiit in collegio Divi Ivonis, die XVIII. Junii anni MDXCV. Hæc Valerius Andreas.

LUDOVICUS CARVALHO, Lusitanus, laudatur a Cardoso, ut *Comœdiarum* (Lusitanarum forsan) auctor. Cardosus.

LUDOVICUS DE CASANATE, Aragonensis, ex Turiasone urbe, cujus erat civis Franciscus pater, ut verosimile est oriundus, legum scientiam eo successu perdidicit, alacritate atque præstantia ingenii subnixus, ut post umbratiles scholas in forum veniens, æquumque proferendi se & Hispanis simul omnibus commendandi theatrum sortitus Matritensem curiam, iis etiam minime locum cesserit qui doctius ceteris atque facundius causas tuerentur. Quare, fisci rationibus bene consulturi Aragonensium rerum senatus patres, commendavere eum Regi ante alios quem harum patrocinio præficeret. Darocensem quoque archidiaconatum Cæsaraugustanæ almæ obtinuit ecclesiæ. Extat ab eo editum:

Consiliorum & Responsorum volumen primum. 1606. in folio.

De Immunitate Gabellæ pro nobili & fidelissima urbe Messana: discursum historico-legalem justi voluminis. Item vulgari sermone:

Alegaciones en derecho sobre el Entredicho y cesacion a divinis, que huvo el año de MDCX. en Zaragoza: quæ MSS. servantur in archio regni Aragoniæ, conficiuntque justum & ipsæ volumen, id quod a Didaco Josepho Dormer, chronographo ejusdem, novimus. Velificatione autem in sacras literas mutata adornasse opus dicitur *Commentariorum in Apocalypsim*, sive *Catenæ*, nihil de penu sua, sed omnia ex aliorum in hunc librum scriptis lucubrationibus in rem adducens: quod opus, multis voluminibus contentum, ab heredibus cuidam Franciscano sodali venditum, extare Matriti audivimus.

LUDOVICUS DE LAS CASAS, ex familia forsan hac Hispalensi, juris utriusque doctor, quo tempore Hispali ardebat controversia inter Dominicanos & Franciscanos edidisse fertur:

Defensorium pro Immaculata Virginis Conceptione. Hispali. Itemque:

Pro defendenda pura Conceptione Virginis Mariæ tractatum. Hispali 1503. Necnon et:

Defensorium prædicti Tractatus. Sic Marracius in *Bibliotheca Mariana*, & in *Catalogo* ad annum MDIII. Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

F. LUDOVICUS CASPENSIS, vulgo DE CASPE, a loco natali Aragoniæ regni, a quo solent Capuccini cognominari, Cæsaraugustanus forte apud Waddingum propter metropolis honorem dictus, ad quam is locus

cus pertinet, ſacræ theologiæ profeſſor fuit, & provinciæ ſuæ Aragoniæ Capuccinorum definitor. Scripſit:

Curſum Theologicum complectentem præcipuas materias, quæ in ſcholis tradi & legi ſolent ſecundum ordinem D. Thomæ : duobus voluminibus. Lugduni 1641. fol. apud heredes Laurentii Aniſſon & Gabrielis Boiſſat. *Annales* quoque *Capuccinorum* Bouverii *Apologia* quadam propugnaſſe dicitur.

LUDOVICUS DE CASTANHEDA RAPOSO, Luſitanus, ex municipio ſeu villa de Torres-novas diœceſis Oliſiponenſis, ſacerdos regularis ordinis S. Jacobi in conventu de Palmella, ſcripſit:

A Vida de la Princeſa Doña Joanna hirmaá do Rey D. Juaõ II. de Portugal: ex Catarinæ Pinariæ antiqua relatione, quam omnes alii hujus heroinæ celebratores ſequuti ſunt. Prodiit Oliſipone typis Franciſci Villella 1675.

D. LUDOVICUS DE CASTILLA, Conchenſis eccleſiæ archidiaconus, ac forſan, urbem ad iſtam natales referens, ab *Hiſtoriæ* ejuſdem auctore, Joanne Paulo Martyre Rizo, inter cives illius qui literis quidquam conſignaverunt recenſetur, nullo tamen ejus opere diſerte laudato. Ad quem ego nullus dubito quin hæc pertineant, in bibliotheca comitis ducis Olivarum, dum ea ſupereſſet, extantia, ut ex ejus catalogo manifeſtum redditur:

Un Diſcurſo ſobre el remedio general de las neceſidades de eſtos reynos. MS. in 4. Legitur quoque ibi hæc ſequens nota:

Miſcellaneas varias de muchos y diferentes autores en materias diverſas, que recogió D. Luis de Caſtilla en muchos tomos, lleno todo el caxon primero, y entre ellos hay cartas de Alvar Gomez, Pedro Chacon, y otros. MS. Inventarium horum omnium extat MS. inter libros comitis de Villaumbroſa, lib. 9. *Miſcellaneorum*, fol. 82.

Philippus II. Rex, ſive De Rege Portugalliæ deſignando. MS. in folio.

LUDOVICUS CATENA, vulgo forſan DE LA CADENA, ſecundus academiæ Complutenſis poſt Petrum Lermam, patruum, cancellarius erat eo tempore quo *De doctis Hiſpaniæ viris* docte & eleganter Alphonſus Garſias Matamorus diſſerebat, qui non vulgari eruditionis præconio Catenam celebravit. Adiri poteſt, de hoc etiam referens, Alvarus Gomezius *De rebus geſtis Ximenii* lib. VIII. unde quæ ad rem *Bibliothecæ* noſtræ pertinent, ne prolixus ſim, hæc habe. Sunt apud ejus heredes:

Orationes: multis eloquentiæ luminibus claræ, quibus ſtudioſorum hominum encomia, qui ad gradus ſeu promotiones aſcendebant, continentur, maximo totius theatri plauſu recitatæ. Pangebat argutiſſima epigrammata, & favebat ingeniis, barbariemque a Complutenſi academia pro virili propulſandam curavit. Hæc ille.

LUDOVICUS CERQUEIRA, Luſitanus, ex oppido Alvito, Societatis Jeſu ſacerdos, Tiberienſis factus epiſcopus titularis gubernavit ad mortem uſque Chriſtianitatem Japonicam, quæ anno MDCXIV. ætatis ſuæ LXII. eum oppreſſit, de quo plura Alegambius. Scripſit:

Manuale Caſuum conſcientiæ: quod Japonice verſum typis editum fuit in parochorum uſum.

De morte glorioſa ſex Martyrum, qui anno MDCIV. in Japonia pro Fide paſſi ſunt. Romæ apud Bartholomæum Zannetum 1607. in 8.

De morte item *Melchioris Bugondoni, & Damiani cæci, qui anno MDCV. eamdem ob cauſam occiſi ſunt.* Necnon et:

Literas ad Claudium Aquavivam generalem Præpoſitum, anno MDCXIII.

LUDOVICUS COELLO DE LA BARBUDA, Luſitanus, Oliſipone ortus, propria tamen Caſtellæ lingua, quæ notior eſt, conſcripſit:

Reyes de Portugal y empreſas militares de los Luſitanos. Oliſipone 1624. anno in 4.

Apologia de la Fidelidad Portugueſa.

LUDOVICUS COLLADO, medicus doctor Valentinæ academiæ, corporum ſectionis anatomicæque diſciplinæ omnis peritiſſimus, eo tempore Valentiæ profitebatur quo in Caſtellana Regum curia, velut Æſculapius alter Podaliriuſve, habebatur Franciſcus Valleſius, cui ne in aliquo cederet aut ſecundus eſſet, recuſavit, etiam vocatus, eo venire, urbano iſto uſus joco, *miram videlicet rem futuram ſi vallis ſub ſe collem haberet*, in cognominibus Valleſii ac ſuo feſtiviſſime ludens. Scripſit ergo, Valentiæ ſemper manens:

In Galeni librum de oſſibus commentarium. Valentiæ 1555. in 8.

Ex Hippocratis & Galeni monumentis Iſagogem ad faciendam medicinam. Ibidem apud Philippum Mey 1561. in 8.

De Indicationibus librum unum. Ibidem apud Davidem Perez 1572. in 8.

Inedita alia reliquiſſe eum ad Hippocratem & Galenum, quæ poſteriores medici, veluti Cynoſuram, ſectati ſunt, affirmat cum exaggerata hominis laude Gaſpar Eſcolanus li-

libro v. *Hist. Valent.* cap. XXXIII.

LUDOVICUS COLLADO, Bæticus, Nebrissensis, Mediolani merebat sub Philippo II. Rege Maximo architectus militaris Insubrici seu Lombardiæ exercitus cum lingua vulgari Italiæ dedit foras:

Prattica manuale di Artigleria: ad D. Carolum de Aragonia, Terrænovæ ducem. Venetiis 1586. in fol. apud Petrum Dusinellum, quæ & ibidem prodiit 1606. fol. apud Hieronymum Bordonum. Et Mediolani 1641. in 4. quam deinde Hispanicam fecit hac inscriptione:

Practica manual de Artilleria, en que se trata del arte militar, de las maquinas de los antiguos, de la invencion de la polvora y un examen de Artilleros. Mediolani apud Paulum Gerardum 1592. in folio. Laudat in præfatione hujus operis quosdam Hispanos, quibus palmam in hac professione modeste defert, Petrum Navarrum, illum comitem fama satis clarum; Ludovicum Pizaño, tormentariæ rei alicubi præfectum; Ferdinandum quoque a Costa, centurionem, aliosque: dignus ipse quem principatu istius argumenti ornatum plures velint, egregia ejusdem artis cognitione instructi.

F. LUDOVICUS DE CONCEPTIONE, Lusitanus, ex Reformatis Sanctissimæ Trinitatis sodalibus, natus in oppido Avis, pluribus annis theologiæ lector, semelque & iterum diffinitor generalis. Scripsit:

Examen veritatis Theologiæ moralis per singulares casus & quæstiones. Matriti 1655. in folio. Hujus prioris tomi posteriorem parabat, qui forte iste est quem editum audivimus Matriti 1666. folio. Nomine quoque totius familiæ suæ Excalceatorum:

Pro Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis Mariæ summariam, brevemque orationem simul & informationem in folio. Prodiit quoque ejusdem:

Examen Theologiæ moralis de Potestate Regularium. Compluti 1678. in folio.

Vivebat adhuc anno MDCLVI. jam septuagenarius.

LUDOVICUS COPIANA (an ex regno Valentiæ?) scripsit, quasi contraponens celeberrimo operi *Gestorum Dei per Francos*:

Atroces hechos de impios Tyranos por intervencion de Franceses, o atrocidades Francesas exequutadas por impios Tyranos. Valentiæ 1635. 8.

F. LUDOVICUS DE CORDUBA RONQUILLO, ex ordine Sanctissimæ Trinitatis, quem professus fuit in cœnobio urbis Ubetensis, sacræ theologiæ magister, post administratam provinciam Bæticam Carthaginis Americanæ creatus præsul venit ad Indos, unde reversus ad Hispaniam Granatæ diem suum obiit, designatus jam Truxiliensis in iisdem regionibus Indicis antistes. Edidisse fertur:

Sermones funebres de los Excelentisimos Señores Condes de Olivares.

LUDOVICUS CORREA, commendatur posteris historico opere, quod confecisse dicitur, scilicet:

Conquista del reyno de Navarra (cui interfuit ipse). Toleti apud Joannem Varela 1513. in folio: ad D. Guterium de Padilla, Calatravensis ordinis majorem commendatarium, Militarium Ordinum senatus præsidem.

LUDOVICUS CORREA, qui centurionem se appellat, ineditam reliquit:

Arte militar especulativa, y practica. MS. inter libros comitis de Villaumbrosa.

LUDOVICUS CORREA DA SILVA, Olisiponensis, Francisci Correæ, domini de Bellas, filius, sacerdos, theologus & jurisconsultus, abbas ecclesiæ ac monasterii de Lordello cognominati, scripsit vulgo commendatam, at rarius visam:

De Immunitate Ecclesiarum ad Caput Inter alia Relectionem &c. In monasterio ipso Lordelli editum commentarium. Georgius Cardosus in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam* huic quoque attribuit *Processum Can. S. Joannis Evangelistæ*; atque item Ludovico Correa *Allegationem pro Catharina Brigantina* in causa successionis in regnum. Nempe cum professor esset Conimbricensis Decretorum, consuluit Henricus cardinalis Rex hujus lycei doctores de successione regni, & ipse Ludovicus ex plurium tractatibus, una cum Antonio Valasci Cabazo, vespertino legum professore, & doctore Felice Teixeira, & licentiato Alfonso de Lucena, Catharinæ Brigantinæ ducissæ procuratoribus, confecit *Allegationes Juris*, oblatas altissimo & potentissimo Regi Henrico in causa successionis horum regnorum pro parte dominæ Catharinæ, ejus ex fratre neptis, filiæ Infantis D. Eduardi ejusdem Regis fratris XXII. Octobris MDLXXIX. Prodierunt ex officina Antonii Ribeiro & Francisci Correa in Almeiria Februario mense 1580. Exemplum MS. extat in bibliothecæ Vaticanæ codice 5455. Sed hic diversus omnino est ab abbate Lordellensi, atque eo antiquior, qui forte est Ludovicus Lusitanus, a Covarrubia laudatus *1. Variarum XIII.* num. 6. *Ludovicus Lusitanus* ex *Comment. ad L. Si is qui utrum D. De rebus dubiis.*

D.

D. LUDOVICUS CRESPI ET BORJA, Valentinus, ex urbe regni principe, unus ex præpositis (Pavordes appellat idiotismus gentis) qui Valentinæ ecclesiæ metropolitanæ addicti in schola tamen bonas horas docendæ collocant juventuti, archidiaconusque in eadem ecclesia Saguntinus, seu de Morviedro, theologiam professus fuit ex primæ horæ cathedra, doctus æque ac pius fervidusque ecclesiastes, cui animarum salus concionum sacrarum unicus fuit scopus. Vidimus hunc Matriti vastissimum Jesuitarum Collegii Imperialis templum facundiæ suæ atque eximiæ pietatis luminibus implentem, numerosissimamque concionem ab ara maxima ad valvas usque, & in fenestris, non solum ab ore unius pendere immobilem, sed & una cum eo, cum perorandum fuit, effusissimo luctu, & vocibus non obscuris aut demissis, reatuum suorum veniam a Deo poscere, ac poenas commeritas deprecari. Oratorium Sancti Philippi Nerii Valentinis fundavit, ipse unus ex sodalibus presbyteris fructuosæ hujus familiæ. Oriolanus inde præsul die XXIII. Octobris MDCLI. ac die II. Septembris MDCLVIII. Placentinus fuit renuntiatus. Quam postremo dictam ecclesiam regebat cum venit legatus Regius ad Alexandrum VII. Pontificem Maximum in causa immunitatis Deiparæ Virginis: in quo quidem munere summa prudentia & constantia animi significationem sedis Apostolicæ, quam maxime potuit, causæ favorabilem, literis bullatis universo Christiano orbi expressam, magna cum sui nominis laude obtinuit. In Hispaniam reversus, & ab ecclesia sponsa Matritum veniens letali morbo correptus in oppidulo agri Toletani, Novés dicto, spiritum Deo tradidit, non sine documento aliquo, ut fama est, commoti & plaudentis coeli, haud naturali concentu, supremo obeuntis actui, cui sese tam serio diligenterque præparaverat. Edidit:

Propugnaculum Theologicum Diffinibilitatis proximæ sententiæ piæ negantis Beatissimam Virginem Mariam in primo suæ Conceptionis instanti originali labe fuisse infectam, objectum Hyacintho Arpalego Doctori Theologo. Valentiæ ex officina Bernardi Nogues anno 1653. in 4. Arpalegus Innocentii Papæ X. judicio & examini subjecerat libellum supplicem, in eoque quoquomodo spectantia ad proximam diffinibilitatem sententiæ negantis contractionem peccati originalis in beatissima Deipara.

Quæstiones selectas morales, in quibus novæ aliquæ doctrinæ Joannis Caramuelis Episcopi Missiensis confutantur. Lugduni apud Laurentium de Anisson 1658. 4.

Vertit quoque ex Italico, qua lingua non minus quam Hispana proprie loquebatur, imo & ad populum conciones habebat:

La Vida de San Felipe Neri. Valentiæ anno 1651. 4. Dederat olim foras, sub anagrammatico nomine Silvii Cipres de Povar:

Tractatum de Origine, & progressu Præpositurarum Sanctæ Ecclesiæ Valentinæ. Romæ, ubi causam præpositorum defendebat, anno 1641. Quod opus laudat D. Laurentius Mattheu & Sans volum. I. *De Regimine regni Valentiæ*, cap. IV. §. III. num. 94.

Frater germanus fuit Ludovicus noster D. Christophori a Crespi de Valdaura, Aragoniæ supremi concilii præsidis, seu vicecancellarii ut vocant, summi literis, prudentia, integritate, magnitudine animi, pietate viri, quem suo loco hujus nostræ *Bibliothecæ* exhibemus.

F. LUDOVICUS A CRUCE, Lusitanus, Brigantinus, honestis parentibus natus, in Bæticam se conferens fratribus se applicuit Minoribus in Sancti Gabrielis provincia. Compluti optimo edito literarum specimine Romam fuit remissus una cum Joanne Baptista Moles, procuratore generali, ut a secretis ei esset. Provinciæ Terræ Laboris præfecturam, deindeque sacrarum Deo virginum S. Claræ apud Neapolitanos regimen adeptus, jam & muneribus exercitatus, Romam transfertur ut sacro Lateranensi templo poenitentiarius deserviret, collegisque præesset. Demum sub Gregorio XV. creari meruit vicarius generalis Minorum Strictioris Observantiæ in Italia degentium, quibus se olim aggregaverat. Qua gubernationis ratione ab Urbano Papa VIII. abrogata, quod minus universo sodalitio expediret, recessit ad pristinam poenitentiæ administrationem. Hoc etiam retento munere præpositus jam iterum Neapolitanæ provinciæ creatus, ad comitia ordinis generalia Toleti celebranda ad nos profectus, Cæsaraugustæ obiit VII. idus Maii anno MDCXXXIII. ætatis suæ LXVII. Vir fuit severitate in se ipsum, religiosaque observantia spectabilis, assiduusque in studiis, ut Lucas Waddingus ait, ex cujus totidem fere verbis hæc nostra repræsentavimus. Scripsit:

Disputationes morales in tres Bullas Apostolicas Cruciatæ, Defunctorum & Compositionis. Cui adjicitur:

De Electione opinionum appendix. Lugduni, præstante operam eodem Waddingo, apud Jacobum Prost anno 1634. in 4.

In Bullam Coenæ Domini volumen alterum: de quo edendo cogitabat eo tempore quo *Bibliothecam Franciscanam* dedit foras idem Waddingus.

Tra-

Tractatum de piis legatis relictis fratribus Minoribus : in quo probat licere hæc admittere ſecundum cautiones a Divo Bonaventura præſcriptas in *Regulam Minorum.*

Dubia aliquot *moralia* : quibus in pœnitentiaria domo Lateranenſi docte reſpondit. Hæc omnia tribuit ei Waddingus , & Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* , die IX. Maii litera L.

De Jubilæo tractatus adſervatur MS. in bibliotheca Barberina , codice CCX.

De eo ſcripſerunt Joannes a Trinitate in *Chronico Prov. S. Gabrielis* I. parte, lib. III. capite XXXIII. Emmanuel da Eſperanza in *Chron. Provinciæ Portugalliæ* lib. I. cap. V. Waddingus & Cardoſus laudati.

LUDOVICUS A CRUCE , ſcripſit , Antonio de Leon auctore in *Bibliotheca Nautica* , pagina 149:

Inſtruccion y aviſos de las derrotas y carrera de las Indias. MS.

LUDOVICUS CRUCIUS ſive DE CRUCE , Luſitanus , Oliſipone natus , in Societate Jeſuitica floruit Latina eloquentia , maxime poetica , Græcæque & Hebraicæ linguarum notitia. Artem rhetoricam duodecim annis cum docuiſſet ad interpretanda ſacra Biblia vocatus fuit , unde ad amatam ſibi dicendi artem remeavit , eamque denuo per biennium profeſſus eſt. Latino is atque eleganti carmine expreſſit:

Davidis Pſalmos CL. Qui prodierunt Ingolſtadii anno 1597. Neapoli 1601. Mediolani 1604. Lugduni 1608. & alibi.

Tragicas & Comicas Actiones plures. Lugduni apud Horatium Cardon anno 1605. in 8. *Quas ego perlegens* (Antonius inquit Poſſevinus in *Apparatu Sacro*) *fateor me & multiformem Dei ſapientiam , & multitudinem ejus miſericordiarum ſæpius collaudaſſe , qui, quod peroptandum eſt in flagitioſorum hiſtrionum comœdiis ablegandis , rationem etiam hoc ævo moſtraverit , qua omnis omnium hominum ſtatus juvari queat cum vera jucunditate. Res vero ipſæ tam variæ atque multiplices , adeo Latine & proprie , idque non ſoluta ſed ligata oratione enuntiatæ , indicant quænam inde ad excolendam etiam linguam promi queat utilitas.* Hæc ille.

Vitam quoque , ſed proſa oratione , ſcripſit *Dominici Joannis* , *Coadjutoris temporalis*, ejuſdem Societatis : quam MS. ſervari in tabulario ejus Romano affirmat Philippus Alegambius.

Corporeis vinculis ſolutus Conimbricæ, qua in urbe tot adeptus fuit eloquentiæ etiam extemporalis atque Appollineæ facultatis palmas , ad plures abiit XVIII. Julii MDCIV.

LUDOVICUS DE LA CUEVA , Granatenſis , presbyter , Cæcilii nomine , in hac urbe nati , voluit in eo dignoſci libro , quem de rebus patriis ita inſcriptum elucubravit:

Dialogos de las coſas notables de Granada y lengua Eſpañola , y otras algunas coſas curioſas. Hiſpali anno 1603. in 4. ad D. D. Ferdinandum Niño de Guevara , Hiſpalenſem antiſtitem , S. R. E. cardinalem , cujus ex familia erat. Mathematicarum diſciplinarum non mediocriter peritum fuiſſe eum prædicat, in *Hiſtoria Granatenſis urbis* , Franciſcus Bermudez de Pedraza.

D. LUDOVICUS DAVALOS , reliquit ineditum hujus inſcriptionis commentarium:

Cartapacio que contiene las Patentes y Titulos de Maeſtres de Campo , Generales , Lugartenientes , y otras Ordenes (credo oficios) *militares , aſi de los Reyes , como de los Governadores de los Exercitos. Noticia de la Reformacion de la Milicia , que hizo Carlos V. en Lombardia , y la forma que ſe tiene en la guardia del Caſtillo de Milan , y otras Fortalezas , y diferentes deſpachos militares.* MS. extat in 4. inter libros qui excellentiſſimi comitis de Villaumbroſa olim fuere.

LUDOVICUS DIAZ FRANCO , Oliſiponenſis , philoſophus , adhuc juvenis compendium edidit philoſophiæ ita nuncupans:

Doctrina Filoſofica. Oliſipone apud Petrum Craesbeck 1618. 4.

LUDOVICUS DIEZ DE AUX , nobili familia natus in Aragoniæ regno urbeque Cæſarauguſta , facili ſtilo uſus , tam pedeſtri quam rhythmis ligato , ſcripſit:

Las Fieſtas de Zaragoza a la Santa Madre Tereſa de Jeſus.

Fundacion de la Capilla de nueſtra Señora del Pilar. Cæſarauguſtæ anno 1594. Simulque , ut credo:

El Catalogo de los Obiſpos y Arzobiſpos de Zaragoza : quem tribuit ei Vincentius Blaſcus in *Aragoniæ Hiſtoria* , lib. ultimo, capite XXXVII.

Aurelio Prudencio , Hymnos traducidos. Anno 1619. in 8. Cæſarauguſtæ apud Joannem de Lanaja.

Compendio de las fieſtas de Zaragoza por la promocion del M. Fr. Luis de Aliaga en Inquiſidor general. Ex eadem officina , anno 1619. in 4.

LUDOVICUS DOMINGUEZ , interpres Hiſpanus eſt primæ ſecundæ ac tertiæ partium:

De D. Reynaldos de Montalban Emperador

dor de Trapiſonda : quas ex Italico anonymi communicavit otioſorum vulgo, qua lingua inſcripta hæc fabuloſa hiſtoria eſt *L' Inamoramento del Imperator D. Carlo.* Perpiniani apud Sanſonem de Arbus 1589. in folio.

F. LUDOVICUS DE ESTRADA, Ciſtercienſis monachus Vallisbonæ monaſterii, poſt adminiſtratam totam congregationem Hiſpanicam generalis ut vocant reformatoris munere functus abbatiam de Iranzo in regno Navarræ, geri perpetuo ſolitam, a Philippo Rege IV. accepit. Scripſiſſe dicitur:

Exordium Congregationis Montis-Sion in Hiſpania : libro uno; ſed qua lingua non dicunt domeſtici.

F. LUDOVICUS DE ESTRADA, Ciſtercienſis, Hortenſem domum, natalem ſibi religioſi ſtatus locum, totamque Hiſpanicam congregationem literis & pietate decoravit egregie, viris principibus, atque adeo Philippo II. Regi prudentiſſimo, ſumme carus & commendatus. In Complutenſi academia collegium ſodalibus ædificavit; Hortenſe monaſterium abbas rexit, ubi & ſanctorum prioris ævi antiſtitum, Roderici Toletani, Martinique Seguntini, de coelo, ut fama eſt, ſibi monſtratis, quæ hucuſque latuerant, corporibus, in locum ſublimiorem translatis, pium hoc & eccleſiaſticum officium ſanctis animabus exhibuit. Illuſtrium ejus virtutum, flagranterque deſideratæ & procuratæ ſacris concionibus, ac totius vitæ exemplo, mortalium ſalutis documenta, dum viveret, præſtita redolentes quidem auctoris ſui pietatem libri teſtatiora poſteris fecerunt. Hi ſunt illi:

In Regulam Sancti Benedicti libri x. in folio.

Epiſtolarum ad diverſos liber unus.

Sermonum de Sanctis liber unus.

Sermonum de Tempore liber unus.

De modo recitandi Roſarium B. Virginis liber unus. Compluti 1570. in 16. Barcinone, Matritique, & alibi ſæpius.

De Laudibus Sancti Eugenii, & corporis ipſius ad urbem Toletanam translatione liber unus. Toleti 1578. 4.

Apologiæ pro Religioſis Societatis Jeſu liber unus: nempe, ut ait *Bibliothecæ* auctor *Ciſtercienſis*) Societatis patres, Cæſarauguſta excluſos, unica ad populum primoreſque urbis concione (quæ hæc forſan *Apologia* eſt) reſtitui procuravit.

Epiſtola ad eoſdem, poſt S. Ignatii eorum fundatoris obitum: digna vere (ait idem *Bibliothecæ* ſcriptor) quæ annalibus ejuſdem Societatis inſereretur. Extat hæc edita Hiſpanice, Italice & Latine.

Populari etiam lingua dedit:

Roſario de Nueſtra Señora y ſumario de la vida de Chriſto. Compluti anno 1571. in 8. niſi idem opus ſit cum Latino ſuperius laudato. Certe hic liber Italice editus fuit, interprete Odoardo de Moraes, Florentiæ apud Georgium Mareſcottum anno 1584. in 16. Et Romæ apud Dominicum Baſſam 1588. in 12.

Manuſcriptam vidimus:

Una Carta y Diſcurſo en aprobacion de la Biblia Regia y ſus verſiones, y juizio de la que hizo del Nuevo Teſtamento de Arias Montano. Matriti habet in ſchedis ſuis D. Gaſpar Ibañez de Segovia, marchio Acropolitanus. Conditur ſub hoc epitaphio apud Hortenſes:

FRATER LUDOVICUS ESTRADA,
MONACHUS, HUJUS SACRI
COENOBII
ABBAS, SACRORUM BIBLIORUM
SCRUTATOR DILIGENS, ET DIVINI
VERBI ADMIRABILIS PRÆDICATOR.
OBIIT IV. NON. JUNII ANNO
MDLXXXVIII.

D. LUDOVICUS DE EXEA ET TALAIERO, Aragonenſis, juriſconſultus, clarus vir dignitate ac juris ſcientia, poſt patria alia togæ munera venit in curiam invitatus ad Aragoniæ ſupremi concilii locum, ubi & alterius S. Cruciatæ aſſeſſor fuit: unde reverſus in Aragoniam magnum Juſtitiæ regni hujus officium nunc exercet. Dabat olim:

Diſſertationem fiſcalem de Juriſdictione ducis belli juxta Foros Aragonum. Circa annum 1668. in 4.

Diſcurſo Hiſtorico-Juridico ſobre la inſtauracion de la Santa Igleſia Ceſarauguſtana en el Templo Maximo de S. Salvador librada la Ciudad de la ſervidumbre Sarracena. In fol.

LUDOVICUS FERNANDEZ, Luſitanus, Oliſiponenſis, Societatis Jeſu, edendas miſſit:

Annuas Literas e Maluccis inſulis anni MDCIII. Ubi mortuus eſt anno MDCIX.

LUDOVICUS FERNANDEZ TARANCON, ſcriptum reliquit, Gundiſalvo Argote de Molina, qui poſſidebat ſæculo præterito inter alia MSS. referente:

Kalendario de coſas ſucedidas en Baeza.

LUDOVICUS FERREIRA DE AZEVEDO, Luſitanus, Oliſiponensis, Regii archii Portugalliæ regni philarchus (Guarda mor da Torre do Tombo appellat vernaculus uſus) ſcripſiſſe dicitur multa *Genealogica* *Poe-*

Poeticaque, tam proſa quam verſa oratione, ex quibus:

Sumario de Antiguedades de entre Douro e Minho. Laudat marchio Montisbelli, Felix Machado, in ſuo memoriali, pag. 221.

Tratado ſobre el lugar que les toca a los Embaxadores de Portugal. Luſitane MS. extat in quodam codice bibliothecæ quæ fuit Matriti comitis de Villaumbroſa.

LUDOVICUS FERRER, Caravaca regni Murciæ oppido nobili oriundus, Jeſuitarum ſodalis, tranſtulit in Hiſpanam ex Latina lingua Franciſci Coſteri, ejuſdem Societatis, libellum:

De la Congregacion de Nueſtra Señora. Matriti apud Joannem de la Cueſta anno 1607. in 16.

Cinquenta Meditaciones de Nueſtra Señora y otras tantas de la Paſion de Chriſto ejuſdem Coſteri. Scripſit autem proprio Marte:

Devocion del acto de contricion. Matriti apud Michaelem Serrano 1614.

De la oracion y meditacion. Ibidem typis Regiis anno 1611. in 16.

LUDOVICUS FIGUEIRA, Luſitanus, Almodovarenſis in Eborenſi diœceſi, Societatis presbyter, miſſus in Braſſiliam ſcripſit ibi:

Grammaticam hujus linguæ. Oliſipone in 12. Martyrque paſſus eſt una cum tredecim ſociis, quos ex Portugallia ad procurandam Evangelii meſſem ducebat, naufragio facto ad oſtium fluvii Amazonum, a barbaris illius oræ antropophagis interemptus, & pro more comeſtus.

F. LUDOVICUS DE FIGUEREDO, (incertum nobis cujus religioſæ familiæ) foras emiſit:

Oraciones y exercicios de obras devotas recopiladas de la ſagrada Eſcritura. Medinæ-campi in 24.

F. LUDOVICUS FLORES, Dominicanus, in Japonia martyr, ſcripſit:

Relacion de los ſuceſos de la Chriſtiandad del Japon haſta XXIV. *de Mayo del año MDCXXII.* Erat MS. in bibliotheca D. Laurentii Ramirez de Prado, ut refert Antonius de Leone in *Bibliotheca Orientali*, pag. 38.

F. LUDOVICUS FONDONI, gente Valentinus, ordinis Seraphici, ſcripſit vulgari ſermone:

De la muerte y del modo de aparejarſe para ella. Valentiæ apud Chryſoſtomum Garriz 1621. 4.

Tratado del diviniſimo Sacramento del cuerpo y ſangre de Nueſtro Señor. Apud eumdem 1614. in 4.

LUDOVICUS DE FONSECA COUTINHO, Luſitanus, ſcripſit:

Tratado de la Aguja fixa, y del modo de ſaber por ella la longitud: MS. Antonius de Leon in *Bibliotheca nautica*, pag. 150.

F. LUDOVICUS A SANCTO FRANCISCO, Luſitanus, doctor theologus, olimque juris Pontificii interpres, ad album tandem fratrum Minorum pertinere voluit ſacrum ordinem Obſervantiæ in S. Jacobi provincia ingreſſus, Romæ edidit:

Globum canonum & arcanorum linguæ ſanctæ, ac divinæ Scripturæ: ad Ferdinandum Medicæum, S. R. E. cardinalem. In officina Bartholomæi de Graſſis anno 1586. in 4. Ad hunc auctorem & opus reſpexit Lucas Waddingus in opuſculo *De Hebraicæ linguæ origine, præſtantia* &c. quod una cum Marii Calaſii *Concordantiis ſacrorum Bibliorum* editum fuit: *Ludovicus Luſitanus*, ait, *Minorita, poſt publicam in academia Salmantina Imperatoriarum & Pontificiarum legum interpretationem, & poſt theologiæ profeſſionem inter Minores, quinquagenarius & ultra huic ſe adjunxit diſciplinæ* (ſcilicet Hebraicæ linguæ ſtudio) *ut ipſe fatetur in prologo ſuarum Inſtitutionum Hebraicarum, in qua tam doctus evaſit ut quædam ſui ingenii & eruditionis in hoc argumento tranſmiſerit ad poſteros monumenta.* Hæc Waddingus.

Orationem funebrem in obitu Fr. Marci Valladarii, ejuſdem inſtituti procuratoris & generalis vicarii. Ibidem 1587. 4.

LUDOVICUS FRANCO, Luſitanus, ſcripſit metrica quædam variis linguis. Ait Cardoſus.

LUDOVICUS FREIRE DE SILVA, Luſitanus ut credo, aſtronomus, cum Barcinone degeret ad Cardonæ ducem ſcripſit:

Efemerides generales de los movimientos de los cielos por LXIV. *años, deſde el de MDCXXXVII. haſta el de MDCC. ſegun Tichon y Copernico*: opus ſeptem voluminibus diviſum, quorum primo tantum, ut ſuſpicor, data lux eſt. Barcinone apud Petrum de Lacavalleria 1638. 4.

LUDOVICUS FROES, Luſitanus, ex Pacenſi urbe (Beja vulgo audit) Eborenſis ſacri territorii, Jeſuitarum ſodalis, XLIX. annis in Oriente, totiſque XXXIV. in Japonia inſula eccleſiæ illius laborioſiſſimæ fuit miniſter, ſcripſitque inde:

Epi-

Epistolas XXVI. De rebus Japonicis ab anno Christi MDLXIII. ad usque MD..... quæ apud varios auctores extant, qui literas hujusmodi collegerunt. Georgius Cardosus in *Agiologii Lusitani* tomo III. die XXIV. Maii laudat volumen primum *Epistolarum* ex Oriente missarum, Eboræ excusum anno 1570. in quo Frois nostri leguntur epistolæ. Ex his unam seorsim editam vidimus XX. Februarii MDLXXXVIII. Romæ apud Zannetum anno 1590. 8.

Historicam Relationem de legatione Regis Sinensium ad Taicosamam Regem Japonum anno MDXCVI. instituta & de horrificis prodigiis legationem proxime antegressis. Hanc Italis communicatam vidi Francisci Mercati cura, atque editam Romæ apud eumdem Zannetum 1599. 8.

Historicam Relationem de rebus per Japoniam anno MDXCVI. a Patribus Societatis Jesu durante persequutione gestis.

Historicam Relationem de gloriosa morte XXVI. Crucifixorum pro Christo in Japonia die V. Februarii MDXCVII. sub Taicosama Rege, inter quos tres fuerunt Societatis Jesu. Hæ tres *Relationes* ex Lusitana lingua, ut credere par est, Italicas fecit Gaspar Spitillus, ejusdem Sodalitii, Romæque prodierunt ex Zanneti officina 1599. in 8. Deinde ex Italico Latinæ Moguntiæ typis Joannis Albini eodem anno in 8.

Narrationem mortis Quabacondoni seu Taicosamæ Imperatoris Japoniæ. Denique, si diversum ab *Epistolis* est, de quo dubitat Alegambius:

De Japonum moribus, consuetudinibus, institutis, ritibus, cæterisque, quæ ad Japonum naturam, ingenium ac religionem pertinent.

Obiit Nangasachi Japoniæ Julio mense anno MDXCVII.

LUDOVICUS GAITAN DE VOZMEDIANO, Toletanus, dedit vernaculo sermone ex Italico:

Las Novelas de Juan Baptista Giraldo Cinthio. 1590. 4.

F. LUDOVICUS GALINDO DE S. ROMANO, Peruanus, ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, scripsit:

Voces que da el entendimiento a la voluntad. Limæ 1666.

LUDOVICUS GALVEZ DE MONTALVO, Antiquariensis, aliis Guadalaxarensis, versu prosaque oratione contexuit pastoralem fabulam hujus tituli:

El Pastor de Filida. Matriti 1582. & 1590. & 1600. in 8.

El Llanto de S. Pedro: ex Italico Ludovici Tansili. Toleti 1587. 8.

Laudatur a Lupo Felice de Vega in *Præconio Isidori Matritensis Agricolæ*, & in *Lauru Appollinis.* Vertisse eum Torquati Tassi epicum poema alicubi lego, fuisseque Hierosolymitani Joannitarum ordinis, obiisseque in Sicilia, alias in mari.

LUDOVICUS GEORGIUS, Lusitanus, duorum librorum auctor dicitur a Georgio Cardoso, scilicet:

Descricaõ de la China.

Tabulas Nauticas.

LUDOVICUS DE GIBRALEON, Bæticus, ex cognomine hujus provinciæ oppido forsan appellatus, Neapoli majorem partem vitæ mansit, sacrisque fuit initiatus. Edidit is parum limato stilo, inductis eo ex Italica lingua passim vocabulis, poema sic nuncupatum:

Historia Partenopea: sive de rebus gestis Magni Gonsali, octo libris, eo metri genere quod nos dicimus Coplas de arte mayor. Romæ 1516. folio apud Stephanum Guilleri. Leo X. Pontifex in literis pro editione concessis *dilectum filium magistrum Aloysium de Gibraleon, clericum Neapolitanum, scriptorem & familiarem suum* appellat.

LUDOVICUS GOMEZ, Toletanus, Jesuita, Manilæ in Philippinis insulis, ubi ut plurimum vixit, strenua navata opera saluti animarum illius gentis, scripsisse dicitur:

Opuscula plura *de rebus divinis*: lingua Tagallica, cujus in aliquot Philippinarum insulis est usus. Sub Aloysii nomine, quod idem cum Ludovico est, meminit hujus Alegambius.

LUDOVICUS GOMEZ DE TAPIA, dedit, a se in linguam Castellæ vulgarem conversum:

Las Lusiadas, poema Lusitanum Ludovici Camoesii: adjunxitque breves notas. 1580. in 8. Salmanticæ.

LUDOVICUS GOMEZIUS, vulgo GOMEZ, gente Valentinus, patria Oriolensis, jurisconsultus, cognomento Subtilis, quod ei summum & valde sagax ingenium peperit, exacta quidem juris utriusque cognitione instructus, Bononiæque inter sodales Clementini Hispanorum collegii aliquandiu versatus, in Patavino gymnasio ab anno MDXXII. Justiniani prius institutiones una cum Francisco Bebio Rhegiensi, deinde jus Canonicum, collega Marco Mantua Bonavidio, interpretandi sustinuit partes, usque dum, post

poſt decurſa feliciter ſcholæ ſtadia munuſque profeſſorium, ſacræ Romanæ curiæ judicibus (Rotam populari ſermone appellant) non ſine fauſto iſtiuſmet ſenatus, eccleſiaſticarumque rerum omine meruit cooptari. Hujus in *Regulis Cancellariæ Pontificiæ* explanandis meritum ingens erga ſummos Chriſti vicarios totumque clericalem ſtatum ante alios emicuit, ſacram quoque pœnitentiariam rexit, ut de ſe ipſe affirmat in procemio earumdem *Regularum*. Sarnenſis inde epiſcopatus virum ad honores natum decoravit, nempe XXIV. Aprilis anno MDXXXIV. promotum, cui præfuit annis novem; Romæ tamen, ut credimus, in collegio judicum toto hoc tempore manens, ſiquidem Antonius Auguſtinus ei in munere iſto ſucceſſit, quod in elogio illius jam annotavimus. Sed obiiſſe apud eccleſiam ſuam anno DLIII. in *Italiæ Sacræ* monumentis legimus. Oriolenſem, hoc eſt in patria, epiſcopum alicubi legitur fuiſſe; electus forſan, namque de hoc altero munere altum alias ſilentium. Opera ejus de juris re hæc vidimus:

In Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ Commentaria: non quidem omnes, ſed XIII. tantum, ſuper quibus *optimo ordine & copioſo ſtilo* ſcripſiſſe dicitur a Quintiliano Mandoſio initio ſuorum in eaſdem *Commentariorum*. Hæc anno 1545. Pariſiis, aut 1546. (in qua editione præmittuntur regulæ Innocentii VII. Julii II. Clementis VII. & Pauli III. quæ quidem in aliis editionibus deſiderantur) aut Lugduni 1557. ſæpeque alias edita ſunt. Venetiis 1575. in 4. acceſſerunt primum Joannis Millæi *Adnotationes*.

Deciſſionum Rotæ duo libri prodierunt, cum aliis Joannis Baptiſtæ Coccini, Lugduni apud Laurentium Durand anno 1633. 4. olim autem ſeorſim Pariſiis 1546. Lugduni ac Venetiis 1624. Editæ ſunt quoque inter *Tractatus Doctorum*, volum. XX. parte ſecunda.

De Poteſtate & ſtylo Officii Sacræ Pœnitentiariæ. Laudat ipſe in procemio ad *Regulas*, in fin. quæſt. 1. itemque adnexum ei tractatum:

De Officialibus Curiæ.

De Litteris Gratiæ: neceſſarium animarum curam gerentibus. Romæ per Bartholomæum Graſſium 1587. in 8. priuſque Lugduni apud Carolum Peſnot 1573. in 8.

Ad Titulum Inſtitutionum de Actionibus, ſive actionum civilium & criminalium. Francofurti 1609. in 4. Venetiiſque. Patavii 1523. in folio magno prius. Una cum aliis auctoribus 1574. in folio.

Commentaria in nonnullos Lib. VI. Decretalium Titulos, quos junior ipſe Patavii interpretatus fuit, nempe: *De Conſtitutionibus in cap. 1. & 2. In Rubricam de Reſcriptis: Tractatum Brevium*: *Tractatum Spectativarum* (hic editus eſt ſeorſim una cum Joannis Staphilæi ſimili tractatu Venetiis 1549. & in *Tractatibus DD.* volum. XIV.) *Tractatum Mandatorum de providendo in Caput. 1. cap. Cum in multa, cap. Diſpendia, cap. Statutum De Reſcriptis; in Rubr. & Cap. Si pater de Teſtamentis.* Adjungitur his *Oratio* quædam ab eo *habita 1. die Octobris anno MDXXXII. cum Rotæ Curia aperiretur*, non inelegans. Edita hæc ſimul cuncta ſunt Romæ 1539. in 4. & in corpore *Repetit. Juris Canonici.*

In Rub. & cap. Licet in tua diœceſi De Rerum permut. in 6. Hujus meminit *Elenchus* omnium *auctorum Juris.*

Compendium utriuſque Signaturæ: una cum *Regulis Cancellariæ*, ſubjunctum nempe Regulæ *De non judicando juxta formam ſupplicationis.*

In Rubricam Digeſtorum, Si certum petatur.

In Cap. I. De Accuſationibus libri quinti Decretalium.

Clementinæ cum *Gloſſa*, manu Gomezii exarata, fuerunt in bibliotheca Antonii Auguſtini, qui ei in munere auditoris ſacræ Rotæ ſucceſſit, ut ex hujus *Bibliothecæ* apparet *Elencho.*

Tractatum an Papa poſſit incurrere labem Simoniæ. Tribuit Ludovico Gomezio auctor *Pontificiæ Bibliothecæ.*

De Nobilitate opus. Laudat Tiraquellus de eodem argumento ſcribens cap. 1. in fine, cujus auctor ipſe meminit (ad *Regulas* Julii II. ſcilicet in *Commentariis ad Regulas Cancellariæ* in editione Pariſienſi anni 1546. & ante ipſas *Cancellariæ Regulas*; a quarum aliis editionibus abeſſe ſolent dictæ Julii II. Innocentii VIII. Clementis VII. & Pauli III. Regulæ) his nempe verbis: *Ideo breviter agam remittendo me ad ea quæ dixi in tractatu Nobilitatis, quem direxi Domino Pampilonenſi* &c. In collegio S. Clementis Hiſpanorum Bononiæ cuſtodiuntur hæc ejus alia juridica:

Repertorium Deciſionum Rotæ Romanæ cum aliis Deciſionibus noviter in Rota collectis ex emergentibus dubiis deciſis.

De Contractibus & uſuris.

Commentaria ad Tit. C. de Tranſactionibus uſque ad Tit. C. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt.

Commentaria in Clementinas: aliaque.

In lucem emiſit primus: *Tractatum Reſervationum Papalium ac Legatorum* Æneæ de Falconibus. Romæ 1539. in 4. Jecerunt primi omnium aliorum Joannes Nevizanus & noſter Gomezius primos lapides:

Elen-

Elenchi omnium auctorum seu scriptorum in Jure. Quibus successit Joannes Fichardus; demumque Joannis Baptistæ Ziletti & Joannis Wolfgangi Freimonii opera, quæ in re laudatur, prodiit integrum opus Francofurti 1579. in 4. Præter hæc:

Epistolam nuncupatoriam Gomezii ad D. Nicolaum de Aragonia Jurisconsultum, Cubicularium Apostolicum, & Sancti Petri Canonicum hujusmet ad *Nevizanum additionis* laudat *Gesneri Bibliotheca* secundo volum. fol. 333. Scripsit etiam, ex occasione sumpto argumento:

De Prodigiosis Tyberis inundationibus ab Orbe condito ad annum MDXXXI. commentarios: ad Garsiam Loaisam, S. R. E. cardinalem. Romæ apud Minutium Calvum eodem anno in 4. Contigerat his diebus inundatio magna Tyberis, quæ eum quoque inter alios, Rotæ senator cum esset, domo expulit, & in domum cardinalis abire coegit. *Virum doctissimum & magnum Romanæ curiæ practicum* jure Gomezium vocat Franciscus Caldas Pereira in *Consilio* VIII. num. 4. de quo & Guido Panzirola lib. III. *De Claris Legum Interpretibus* cap. LIV. Marcus Mantua Benavidius in *Epitome viror. illustrium* lit. L. vol. I. *Tractatuum DD.* num. 176. Antonius Riccobonus *De Gymnasio Patavino* lib. I. cap. XIIII. Jacobus Philippus Thomassinus ejusdem argumenti lib. II. cap. IV. Augustinus Morla in *Emporio Juris*, epistola ad lectorem, & ii qui ad *Regulas Cancellariæ* quidquam commentati sunt.

D. LUDOVICUS DE GONGORA ET ALCAZAR, auctor dicitur operis cujusdam de magnitudine Genuensis reipublicæ, Hispana tamen, cum hoc titulo:

Real Grandeza de la Serenissima Republica de Genova escrita en lengua Española por D. Luis de Gongora Alcazar y Pempicileon (abstinui a principio monstrosum hoc adjungere cognomen), *y despues añadida y traducida en lengua Italiana por Carlos Esperon, noble Ginoves, Capellan mayor de la Capilla Real de la Serenissima Republica de Genova, Protonotario Apostolico, Doctor en sagrada Theologia, y en Leyes Canonica y Civil.* Madriti apud Josephum Fernandez de Buendia 1665. Et Genuæ apud Joannem Baptistam Tiboldi 1669. in fol. Ita habui ex bibliotheca Aprosiana Archangeli Aprosii, Vintimilliensis, Augustiniani, pag. 592.

D. LUDOVICUS DE GONGORA ET ARGOTE, nobilibus ex familiis Cordubæ susceptus XI. die Julii MDCXII. parentibus nempe D. Francisco de Argote, ac Dom. Leonora de Gongora, vir ingenio maximus, poetaque ad ceterorum omnium invidiam, qui nomen sibi inter nos præcipuum divinæ artis merito pepererunt, generis sui & professionis princeps a pluribus reputatus. Quippe qui, cum ubertatem & facilitatem sibi quidam e nostris jure vindicent, sermonis puritatem alii, & sit quos eruditio atque imitatio veterum, sit quos nervi & robur in primis commendent, haud egre passus ille est in quibusdam harum virtutum se ab aliis superari, facilitatem & copiam poeticæ majestati ac enthusiasmo contrariam, puritatem invidiosam prorsus justo, magnanimoque vernaculam linguam ampliandi & locupletandi proposito non vane aut imprudenter existimans. Verum in aliis intentato dicendi charactere, singularique sublimis generis forma in heroicis, incomparabili amœnitate in lyricis, jucunditate vernilitate acumineque in satyricis & festivis, atque in his omnibus ingenio, quem ei non anteponere sed nec dum comparare audeant, vel qui se gesserint cum eo iniquissime, vix reperient. Paucis, sed ad Cleanthis lucernam elucubratis, perfectissimeque ad numeros respondentibus, magis quam librorum mole aut numero clarere voluit. Latinorum vocabulorum pluribus appositissime usurpatis pomœria Hispanæ linguæ quodammodo extendit. Grammaticorum rhetorumque figuris, aut allusionum & fabularum usu, quam obscurasse nonnullis visus fuit orationem; plurimorum, qui recta vident, judicio unus ex Hispanis videtur sublimem sic & vere poeticam, hoc est (ut M. Cicero loqui amat) divino afflatam spiritu concepisse, recordari ut nos faciat veteris ejus de eloquentissimo quodam dicti, lingua illius, si aliqua sibi opus esset, loquuturos Deos existimari. Quamvis negari non possit summi atque inimitabilis poetæ simias quotidie nasci, quorum impotentem vereque ridiculam audaciam eo loco excipere nos decet, quo loco pumilionis importunitatem, qui præsumeret gigantis gladio ad pugnam uti, exciperemus. Vixit Ludovicus post Salmantina studia fere in patria, Madritique undecim annis, sacerdos ac portionarius tantum Cordubensis suæ ecclesiæ, Regique Philippo IV. a sacris, ingenio acri, adulandoque impari, nec semel in satyricum declinante, viam sibi forte ad majora præcludens; seu, quod certius est, præstantissimorum ferme omnis ævi & gentis poetarum inimico sidere afflatus. Extant poetica ejus opera, uno volumine contenta, post mortem ipsius incorrecte satis atque incuriose edita. Cui vitio viri eruditi, gloriæ ejus cupidi, pro virili sua unusquisque mederi, nec frustra, sunt conati. Volumen prodiit hac inscriptione notatum:

Obras

Obras de D. Luis de Gongora y Argote. In quibus præter alia carmina, quæ nos dicimus *Sonetos*, *Canciones*, *Romances*, *Decimas*, *Letrillas*, poematia quædam sunt *El Poliphemo*, *Las Soledades*; lyrica *El Panegyrico al Duque de Lerma*, heroicum, antiquorum perfectissimis comparanda; item *Comedia de las Firmezas de Isabela*, cœptaque alia, non perfecta, *El Doctor Carlino* inscripta. Matriti semel aut bis in 4. Bruxellis tandem apud Franciscum Foppens anno 1659. in 4.

Primus, quod sciam, aut inter primos vindicando auctoris nomini atque existimationi, eique sartæ tectæque ab eorum, quibus novum & invisum hactenus dicendi genus haud probari omnino poterat, impugnationibus conservandæ, D. Josephus fuit Pellizerius, chronographus nunc temporis Regius, juvenis tunc sed eruditione jam florens; ejus enim sunt *Las Lecciones solemnes a las Obras de D. Luis de Gongora.* Deinde *Fabulæ Pyrami & Tisbes* illustrationem edidit Christophorus de Salazar Mardones. Sed cujus potissimum labore & industria fruitur auctoris fama is est D. Garzias de Salcedo Coronel, eques D. Jacobi, qui carminum omnium majorum, hoc est octosyllabis exclusis, correctiorem aliis editionem uberibus notis exornatam publici juris fecit. Cujus editionem si Bruxellensis typographus fuisset sequutus, & majorem industriam in sua collocasset, haud desideraremus nos in correctissime edendo poetarum principe ulteriorem alterius diligentiam; sed formarum pulchritudinem destituit in ea, cujus meminimus, accurata emendatio; & nescio cur comœdiæ integræ, & fragmento alterius comœdiæ exilium ab ea dictum fuerit. Plurium autem Gongoræ encomiastarum catalogum texuit Joannes Franciscus Andreas Ustarrozius in *Illustratione Principatus urbis Cordubensis*, quæ est appendix *Defensionis patriæ S. Laurentii*, ab eodem Ustarrozio conscriptæ. Decertaverunt alii pro stili genere figurato, D. Franciscus de Amaya, D. Martinus de Angulo & Pulgar, Joannes Andreas Ustarrozius nuper laudatus, Martinus Vazquez Siruela.

Obiit Cordubæ die XXIII. Maii anni MDCXXVIII. ætatis suæ LV.

LUDOVICUS GONZALEZ, Pax-Augustanus, edidisse dicitur:

De la Virtud, nescio cujus formæ aut ponderis librum.

F. LUDOVICUS GRANATENSIS ab urbe natali nobilissima cognominatus, nihil habuit a parentibus quod imputare posset, ut quantus tandem esset propriæ virtutis totus atque integer esset. Eumdem annum natalem cum Pio Papa V. altero Dominicani cœli sidere, quintum scilicet exacti sæculi, duodecimumque post expulsam ab ea urbe mahometicam superstitionem, sortitus, primis literarum rudimentis diligenter imbibitis, ac multo magis indole, quæ in pene ephebo mirifice jam elucebat, probavit se fratribus ordinis Prædicatorum cœnobii S. Crucis, munificentia Regum Catholicorum tunc recens erecti, in eoque, magna sui expectatione sodalibus facta, ad sacramenti dictionem rite fuit admissus. Philosophia hic excepta, pro addiscendis theologicis disciplinis locum sibi destinari promeruit Pinciano in collegio, a Gregorio Magno Pontifice nuncupato, in quo lectissima istius familiæ ingenia proventu felicissimo educari solent, ad omnemque virtutis ac doctrinæ celebritatem eniti. Tempore ibi fructuosissime impenso, nihil non ex Scholastica ut vocant Expositivaque theologia, utriusque linguæ & Ecclesiæ Patribus, historicis item & philosophis profanarumque etiam artium auctoribus, in rem suam observavit, collegit atque in classes digessit, quibus solide plenam mentem paulo post navandæ pietatis operæ, fidelibusque, aut sermone coram, aut librorum auxilio, diu juvandis, conatu studioque, quantum posset maximo, impenderet. Sentiebat enim se, numine intus movente, in Evangelii tubam, totiusque Christiani orbis perpetuum & universalem ad salutis, quod unum est ac necessarium negotium, hoc ævo ducem præceptoremque destinari. At quo magis totum se ad pietatis formaret modum, quasi Dei manu ductus videtur fuisse ad habitandum regendumque S. Dominici Scalæ Dei cœnobium, tribus a Corduba milliaribus distans, quod nuper sodales aeris insalubritatem causati dereliquerant. Quo in loco & orationi assiduæ magis vacare potuit, ac de oratione commentarium, opportunitate usus segregatæ a temporalibus conversationis, insigne illud, nullique ascetico cujusvis temporis cujusvis linguæ operi postponendum, conscribere. Tot igitur prudentiæ Christianæ ac sapientiæ dotes miratus generalis ordinis præfectus, quantumvis Castellanum, hoc est, æmulæ gentis hominem, Lusitanis immisit, imposuitque morum vitæque sub reformatoris nomine censorem (Lusitani factum dissimulant, quod Castellani diserte referunt), atque eo quidem successu ut, confusis dissipatisque caritatis in cives atque in exteros aversionis limitibus, unus ceterorum dignus habitus sit Ludovicus noster qui in provinciæ præfectum concorditer eligeretur. Hac & aliis religiosissimæ gentis in se observantiæ si-

ſignificationibus illectus, & ut Joannis Regis III. Catherinæque Reginæ, cui a ſecreto conſcientiæ fuit, atque Henrici Portugalliæ Infantis, S. R. E. cardinalis, vota exequeretur, gratiæque beneficentiæque gratias in eo, quas poſſet, referret, eamdem provinciam, atque Oliſiponenſe S. Dominici monaſterium, perpetuam ſibi deinde morandi ſedem fecit. Unde in poſterum concionibus eccleſiaſticis facundiſſime habitis, egregiarumque lucubrationum libris in publicum editis, velut alter ſol pietatis, non Luſitaniæ ſolum, ſed univerſo Chriſtianorum cœtui prælucere, viæque ſpiritualis ducem præſtare numquam deſtitit. Quippe ſtatim atque commentaria iſta, ſive Latina, ſive vulgaria, extra Hiſpaniam viſa ſunt, amplecti ea omnis nationis homines, qui ſapientiam cordi haberent, pretioſiſſimos reputare divinæ rei theſauros, & in ſermonem quique ſuæ gentis paſſim convertere. Mira dictu res: novem diverſarum nationum linguis, etiam barbararum, fuiſſe hactenus communicata non vanæ famæ aſſertio eſt. Qua viri exiſtimatione, & ſingulari in eccleſiam merito, permotus ſacrorum ille magnus princeps Gregorius XIII. vere doctorum Mæcenas, literis ad eum XI. die Junii anni DLXXXII. ſupra milleſimum datis, pergere eum in ſcribendi ſuo propoſito, inchoata perficere, & *ad ægrorum ſalutem, debilium confirmationem, valentium & robuſtiorum lætitiam, utriuſque, tum militantis, tum triumphantis, Eccleſiæ gloriam* (quæ verba Gregorii ſunt) proferre juſſit. Plane debebantur hujus dignitatis viro clariſſima quæque eccleſiæ munera. Nec defuit Catherinæ Reginæ, pro Sebaſtiano filio imperium tenentis, firma voluntas Bracharenſem eccleſiam eo donandi ſacrorum antiſtite. Verum obtinuit is ut loco ſuo Bartholomæus ille a Martyribus, ſæculi ejus lumen ſplendidiſſimum, præficeretur muneri. Quo magis rapuit ad ſui admirationem non Hiſpaniam ſolum, ſed Romanam ipſam curiam, in eaque Sixtum V. P. M. qui, uti ab idoneis refertur, deſtinaverat animo galero eum cardinalitio primo quoque tempore condecorare. Atqui hoc non diſſimulans effecit ut, calidis apud ipſum precibus per Michaelem Bonellum, Dominicanum, S. R. E. cardinalem, amicitia ſibi conjunctiſſimum, ſerio interpoſitis, ſummam hanc, & ſupremæ omnium proximam dignitatem, cui ſe imparem modeſtiſſime ajebat, ea contentione animi, qua ſolent aliæ hujuſmodi ambiri, vir a ſe ipſo maximus deprecaretur. Religioſiſſimam, quam Oliſipone uſque ad mortis diem ſervavit, vivendi normam domeſtici teſtes curioſe enarrant, præcipue *Hiſtoriæ Luſitanæ Prædicatorum* facundiſſimus auctor. Nos igitur abſtinere manum jam decet, ne vitæ potius quam elogii premamus viam. Scripſit Granatenſis plura tam Latini quam vernaculi ſermonis opera, quorum, ſi doctrinam ſpectes, ea veræ ſapientiæ quidquid addiſci ab hominibus potis eſt continent; ſi eloquentiam, Latinorum maſcula dictio nemini non placet, vulgarium vero elegantiſſima & caſtiſſima omnium fere aliorum, qui ſeſe hac laude efferunt, lumina obſcuraſſe videri poteſt. Sane inter paucos linguæ noſtratis principes aut primum, aut primo æqualem, locum ei deberi vulgo exiſtimatur. Hæc aut conciones ſunt, & quæ ad concionandi hoc munus pertinent; aut ſpiritualium rerum tractatus; aut ex Latino in vernaculum translati veterum aliquot libri. Nempe Latina:

Concionum de Tempore quatuor volumina:

I. *De Adventu uſque ad Quadrageſimam.* Adjunguntur in fine *Conciones de Pœnitentia*: excuſſum apud Plantinum 1577. Et Mediolani 1586. per Antonium Antonianum.

II. *De his, quæ quartis & ſextis feriis & diebus Dominicis Quadrageſimæ in Eccleſia haberi ſolent.* Antuerpiæ apud eumdem Plantinum 1581.

III. *De his, quæ a Paſchate Reſurrectionis uſque ad feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti.* Antuerpiæ iiſdem typis 1579. Mediolani 1585. Adjungitur liber *Variarum ſententiarum de oratione, meditatione & contemplatione.*

IV. *De his, quæ reliquo anni tempore uſque ad Adventum.* Apud eumdem 1582. Pariſiiſque 1585. Mediolani eodem anno. Oliſipone primum hæc prodierunt ab anno ſcilicet 1575. aut forſan antea. Deinde Lugduni, Antuerpiæ & aliis locis, atque Salmanticæ 1578. in 4. Editionem quoque Italicam laudari video Venetiis 1580. apud Antonium Ferrari. Sermones illius *De Judicio* e Latina in Gallicam linguam vertiſſe Gabrielem a Sacconai, Sabaudum, refert Andreas Roſſotus in *Syllabo Script. Pedem. & Sabaud.*

Concionum de Sanctis duo volumina. Antuerpiæ apud Plantinum 1580. in 8.

Rhetoricæ Eccleſiaſticæ, ſive de ratione concionandi libros VI. Oliſipone apud Lazarum Ribero 1576. in 4. Coloniæ apud heredes Arnoldi Birkmanni 1578. & 1582. Mediolani apud Michaelem Tini anno 1585. in 4.

Silvam locorum, qui frequenter in concionibus occurrere ſolent. Lugduni 1582. 8. Tribus partibus ea conſtat. I. continet *loca, quæ tum ad Deum Opt. Max. tum ad diverſa genera perſonarum & ſtatuum pertinent.* II. *De vitiis & virtutibus oppoſitis.* III. *De Beatitudinibus & Donis & Sacramentis* aliquot; deque *Quatuor noviſſimis*, ac de quibuſdam aliis.

aliis. Item Salmanticæ apud heredes Mathiæ Guaft 1586. in 4.

Collectanea moralis Philosophiæ : tomis tribus, quorum primus *selectiffimas sententias ex omnibus Senecæ operibus* ; II. *ex moralibus opufculis Plutarchi* ; III. *Clariffimorum Principum & Philofophorum infigniorum Apophtegmata* complectitur. Parifiis apud Guiliel-mum Caudiere 1582. in 8. Idem, ut arbitror, cum eo opere quod, indigitatum *Loci communes Philofophiæ moralis*, Coloniæ recoctum fuit. 1604.

Hic locus eft ut quid in concionibus & concionandi facultate, qua in paucis ævo fuo Ludovicus cenfebatur, placuerit magis minufve Frederico Borrhomeo, S. R. E. cardinali, Mediolanenfi præfuli doctiffimo, priufquam a concionibus & his, quæ ad eas pertinent, ad alia properantes difcedimus, adjungamus. Fecit clariffimus ifte vir *De fui temporis Oratoribus facris* librum, unde hoc Ludovico Granatenfi dictum replicamus elogium : *Fortaffe non habuere claustra, qui noftra concionaretur ætate magis ad paftoralem fpiritum* (de eo ait) *& modum. Scripta teftantur illius haud aliud fuiffe propofitum ipfi quam ut Chriftianos vere mores in hominum animos induceret, & vitia radicitus extirparet. Id in omni fermone, vel potius in qualibet parte fermonis apparet. Volebat omnino perfuadere. Nec in eo munere fatis habebat infectari mortalium culpas acerrime, fed erigebatur altius illius oratio, mirificeque de omni Chriftiana virtute philofophabatur. Eaque nunc eft caufa magnæ voluntatis & folatii quo perfundi fefe pectora piorum fentiunt, fi cum aliqua divinarum rerum & animi fui notitia ad fcriptorem hunc acceffere. Profunda doctrina fuit & judicio etiam excellenti. Conciones ipfius oftendunt magnam rerum fupellectilem eum habuiffe præparatam, & promptas in omni rerum varietate confiderationes, auctoritates, argumenta, quæ e facris interdum, fæpius e profanis, petebat fcriptoribus, e divinarum vero literarum monumentis fæpiffime. Neque dubitamus quin ea, quæ fcripfit, aliquanto plus approbationis fuiffent apud multos habitura fi profanis teftimoniis parcius ufus effet.* Et alio loco : *Sunt qui damnent in hujus viri fcriptis iterata frequenter eadem & repetita : quam fane confuetudinem redeundi fæpius ad rem unam haud quaquam ego magnopere probandam puto. Sed fortaffe id ille faciebat quo magis inhærerent animis nonnulla, quæ præ ceteris perfuadere volebat; atque ut oratio plus etiam auctoritatis haberet, fi ex intimo deprompta fenfu viderentur. Id principi oratorum Demofthenei tantopere placuit ut non folum argumenta, fed verba multis locis eadem reperiantur. Ego potius confideraverim in Granatenfi acrimoniæ plus & artis quam certe adhibebat in principio concionum & fine. Sunt enim hæc duæ partes orationis magni momenti* &c. Hæc ille.

Vernaculæ linguæ vulgaria, & in manibus omnium hæc funt:

Guia de Pecadores : duobus libris. Salmanticæ 1570. in 8. & alibi fæpiffime. Vertit quidam hos in Italicum, ediditque Venetiis apud Giolitos 1577. ex Italico Latine convertit Michael de Iffelt, Amorsfortius, atque edidit Coloniæ 1587. & 1590. in 12. Polonice etiam vertit Stanislaus Varfovicius, Societatis presbyter. Græce quoque editus prodiit ex officina collegii Urbani De Propanda Fide.

Libro de la Oracion y meditacion : tribus partibus. I. eft *De la oracion y confideracion.* II. *De la Devocion.* III. tribus & ipfa conftans tractatibus, *De la Oracion. Del Ayuno. De la Limofna.* Salmanticæ 1567. in 8. Medinæcampi 1578. in 8. Italici hi, & ex eo Latini, ejufdem Michaelis ab Iffelt opera, Coloniæ 1586. & 1592. Italica editio Veneta eft ex officina Joannis Angellieri 1601. fed non prima.

Memorial de la vida Chriftiana : duabus partibus, & feptem tractatibus coalefcens. Scilicet I. continet *Una exhortacion a la virtud.* II. eft *De la Penitencia.* III. *De la fagrada Comunion.* IV. *De dos principales reglas de vivir.* V. *De la oracion vocal.* VI. *De la Oracion mental y el vita Chrifti.* VII. *Del Amor de Dios.* Salmanticæ & Compluti 1566. Duobufque tomis Antuerpiæ apud Plantinum anno 1572. Barcinoneque anno 1614. in fol. Germanice vertit Philippus Dobernier, tefte Poffevino. Gallice vero Godefridus de Billy, Parifiis editum 1575. in 16. Item Italice alius.

Adiciones al Memorial de la vida Chriftiana : duobus tractatibus. I. *De la Perfeccion del amor de Dios.* II. *De algunos principales myfterios de la vida de Chrifto.* Salmanticæ 1577. in 8. Simul cum his legitur *La Filomena de S. Buenaventura*, five tractatulus hoc titulo, Hifpane converfus.

Introduccion al Symbolo de la Fe : quatuor primum partibus, quibus poftea addidit quintam, quæ eft antecedentium compendium, totidem & ipfam diftinctam partibus. Salmanticæ apud heredes Mathiæ Guaft 1582. fol. Italice hoc opus prodiit Venetiis ex officina Francifci de Francifcis anno 1587. in 4. Sed lego & ibidem editum fuiffe anno 1590. apud Damianum Zenarum, *L' Epitome, o vero, compendio dell' Introduttione del Symbolo della Fede.* Hanc in Latinum vertit Joannes Paulus Gallutius, Salodienfis, atque edita eft Venetiis 1587. Co-

lo-

loniæque apud Calenium & heredes Quentelii 1589. Partem quoque ejus, quæ eſt de mirandis naturæ operibus, integrum fecit Gaſpar Manzius, juriſconſultus, hujuſmodi inſcriptionis opus, *Philoſophia Chriſtiana*, de qua mox dicimus. Japonica lingua, ſed charactere Europeo, edita eſt hæc pars, cum titulo *Fides no doxi xite*, a patribus Societatis Jeſu in collegio Araucuſano. Extat in bibliotheca Lugduno-Batava, ut ex ejus catalogo conſtat, pag. 258. Adjungitur huic *Introductioni*:

Un Breve Tratado, en el qual ſe declara de la manera, que ſe podrá proponer la Fe a los Infieles, que deſean convertirſe a ella. Simulque:

Un Sermon fundado ſobre eſtas palabras del Apoſtol, Quis infirmatur, & ego non infirmor? II. Corinth. 2. en que ſe da aviſo que en las caidas publicas de algunas perſonas ni ſe pierda el credito de la virtud de los buenos, ni ceſe, ni ſe entibie el buen propoſito de los flacos. Hic ſeorſim prodiit Antuerpiæ 1590. & Italicus opera Joannis Dominici Florentii Bergomi apud Cominum Venturam 1593. in 12. cum titulo *Tratato dello Scandalo* &c. Prius Romæ apud Titium & Paulum Dianum 1589. in 4. Hæc opera ſpiritualia, duobus tomis contenta, ſæpiſſime luce typorum donata omnia ſimul ſunt Salmanticæ apud heredes Mathiæ Guaſt 1583. Barcinone inter alias 1600. in folio. Gerundæ apud Cornelium Bonarolo 1622. in folio. Matriti apud Matthæum Fernandez 1659. in folio. Antuerpiæ apud Plantinum, pulcherrimis & grandibus formis, Fernandi ducis Albani auſpiciis, quatuordecim voluminibus in 8. Gallice prodierunt quoque ea undecim tomis 1614. in 16. Et ex interpretatione accurata Simonis Martini, ſodalis Minimorum, Lugduni apud Petrum Compagnon 1660. in folio. Seorſim ab his duobus voluminibus lucem aliqua alia aſpexerunt quoque hujus magni doctoris opuſcula, ſive quæ is deprompſiſſet ex theſauro pectoris, ſive quæ ex aliis in vulgarem gentis noſtræ ſermonem convertiſſet. Propria hæc laudantur:

Inſtitucion y regla de bien vivir para los que empiezan a ſervir a Dios, mayormente Religioſos. Barcinone apud Claudium Bonardum 1566. in 8. Matriti apud Antonium Parra 1618. in 16.

Compendio de Doctrina Chriſtiana: quod Luſitane ab eo confectum, editumque in eo regno, Catherinæ Reginæ juſſu, circa annum MDLX. Henricus de Almeida, Dominicanus, Caſtellane a ſe translatum edidit Matriti 1595. una cum *Catorce ſermones de las principales fieſtas del año.*

Doctrina eſpiritual, ſive compendium ſuorum operum: quod ille *Nepotis* ſui nomine appellabat, uti refert in *Vita* Ludovici noſtri Ludovicus Muñoz, lib. III. cap. III. Barcinone apud Thomam Vaſſiana 1650. in 24.

La Vida del Padre Maeſtro Avila, de ſus virtudes y grandes predicaciones.

Dialogo de la Encarnacion de Nueſtro Señor: interloquutoribus SS. Ambroſio & Auguſtino. Hunc primum in lucem dedit Franciſcus Diagus una cum Granatenſis noſtri *Vita*, ſibi traditum a Franciſco de Olgueira, qui dictanti auctori manum commodavit.

Sermon que predicó a los Portugueſes perſuadiendoles que les eſtava bien que Portugal ſe unieſe con Caſtilla: MS. hunc vidit in 4. D. Thomas Tamajus, qui vereor ne alterius auctoris ſit ſub tanti viri nomine.

Vida de Milicia Fernandez Portugueſa gran ſierva de Dios: ad D. Ceciliam de Mendoza, cujus famula erat. Uliſſipone habuit MS. D. Ferdinandus Alvia de Caſtro, cujus teſtis rei eſt Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano*, VII. die Martii.

Vida de Doña Elvira de Mendoza, viuda de D. Fernando Martinez Maſcareñas religioſa en el convento de la Anunciacion de Nueſtra Señora de la Villa de Montemor o novo. Hujus meminit Ludovicus Cacegas, ſive Ludovicus de Souſa, II. parte *Hiſtoriæ ord. S. Dominici prov. Portugalliæ*, lib. VI. capite XXIV.

Una Carta eſcrita al Iluſtriſimo Patriarca de Antiochia y Arzobiſpo de Valencia a 18. de Marzo de 1584. en que ſe contiene la vida milagroſa de Soror Maria de la Viſitacion de la orden de Santo Domingo en el Convento de la Anunciata de Liſboa. Vidimus Italice converſam, Genuæque poſt Romanam priorem editionem Joannis Oſmarini Gigliotti iterum typis commiſſam 1585. 4. Vertit ab aliis ſequentia:

Libro llamado, Contemptus Mundi de Thomas de Kempis. Ante Ludovicum alius interpretationem hujus aurei operis confecerat, parum appoſite; limavit noſter, & correxit ſtilo, renovavitque. Prodiit Matriti 1567. in 16. Ilerdæ 1614. in 16.

La Eſcala eſpiritual de S. Juan Climaco. Matriti apud Joannem de la Cueſta 1612. in 8. Tribui & quædam alia eidem ſcio ex Latinis & peregrinis tantum inſcriptionibus, quorum pleraque, ex jam laudatis deducta, aut variantibus dumtaxat ab archetypo ipſo titulis pro arbitrio interpretantium Latina ex Hiſpanis, eadem cum ſuperioribus exiſtimare poſſumus, nempe:

Doctrinam vitæ ſpiritualis: ab Antonio Dulkenio in Latinum translata Coloniæ prodiit apud Corithium 1607. in 12.

Speculum Hominis Christiani. Polonice vertisse dicitur Simon Viscki, Societatis Jesu; & id fortasse, Gallico sermone conversum, appellavit *Miroir de la vie humaine* Joannes Chabanel, Tolosanus, Parisiis editum in 16. anno 1584. Verderio teste.

Philosophia Christiana, de admirabili opere creationis, & quomodo per creaturas ad Creatoris cognitionem perveniatur. Interprete Gaspare Manzio, jurisconsulto ex aliis operibus satis orbi noto, qui Ingolstadii edidit typis Georgii Haenlini 1650. in 8. sed hæc est prima pars *Introductionis ad Symbolum*, uti supra annotavimus.

Flores Coronæ spiritualis: Italice. Venetiis apud Giolitos 1574.

Parabolæ Evangelicæ explicatæ. Cæsaraugustæ 1585. in 4.

Manuale continens exhortationes ad Pœnitentiam & piam vitam. In Germanicam linguam vertit Philippus Doberiner, Antonio Possevino teste.

Thesaurum precum (idem credo cum *Paradiso precum*) ex operibus Ludovici nostri Michael ab Isselt Latinum dedit 1599. in 16. Coloniæ. Gallicum alius Rothomagi 1611. in 12. Certe Guilielmus Somerius, Silvæ-ducensis, Dominicanus, ex libris potissimum Ludovici nostri dedit *Viridarium sive Thesaurum precum*, uti refert Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica.*

In Psalmum L. Coloniæ 1592. Interprete eodem ab Isselt.

De Officio Pastorali, & moribus Episcoporum opusculum. Coloniæ 1624. 12.

Tractatus duos *de Mysterio Incarnationis* (de quo jam diximus) & *de Scrupulis Conscientiæ*, una cum auctoris vita. Coloniæ apud Kimkium 1619. in 12.

De frequenti Communione libellum. Hispane primum, deinde Italice redditum, & ex Italico Latinum factum a Michaele ab Isselt, una cum Bonsignorii Cacciaguerræ tractatu ejusdem argumenti. Coloniæ 1586. apud Godefridum Kempensem.

Tractatum de Peregrinationibus: qui ex Hispano fuit Italice redditus, Antonio Possevino auctore. Est quidem Hispanus in Vaticano codice MS. ex iis qui fuere ducis Urbini, num. 988. cum hoc titulo:

Instructio Peregrinorum pie visitare volentium Sanctam Domum Lauretanam & alia sancta loca: Hispano sermone.

De Sacerdotii dignitate atque officio: homiliam bene longam. Olisipone, ut Valerius Andreas testatur.

Epistolam, quoque Hispanam, de his quæ de religiosa quadam femina spargerentur in vulgus, eodem Valerio Andrea teste. Antuerpiæ typis Mureti.

Historiam quoque *Ecclesiasticam* (cujus non dicunt) e Latina vertisse in Hispanam ex aliorum relatione se didicisse scribit Antonius Senensis in *Bibliotheca ordinis Prædicatorum.* Italica hæc quoque:

Il Rosario della Vergine Maria. Romæ per Josephum Angeli 1576. in 4.

Un Trattato de i quatro estremi ultimi dell' Huomo, una cum aliis. Venetiis per Georgium Angellieri 1601. in 4. Latinum quoque hoc prodiit opus, *De quatuor novissimis* inscriptum, una cum Joannis Carthenii, prioris Carmelitarum Bruxellensium, & Ægidii Topiarii de eadem re libris. Antuerpiæ typis Belleri 1588. Ex Possevini *Apparatu*, cum Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica* alterum retro annum assignet. Credimus nos Hispanum a Ludovico emanasse opusculum, quod alius in Latinum, alius in Italicum transtulerit.

Manuale d' Orationi & spirituali essercitii: ex Hispano versum in Italicum a Bernardo Rabidano, hoc est, Minorum ordinis ex Rabida provincia, Lusitano, Venetiis prodiit ex officina Dominici & Joannis Baptistæ Guerra 1569. 16. Ex his præterea operibus quam plures profecerunt, & monumenta propriæ operæ & laboris procuderunt, qualia sunt:

Sermonum de Tempore & de Sanctis Ludovici Granatensis Compendium: a Joanne Suvertio, Carthusiano. Coloniæ apud Albinum 1615. in 4.

Epitomen aliam *Concionum*, adjunctis quibusdam propriis, dedit Petrus Cratepolius, Juliacus, ordinis Minorum. Antuerpiæ 1589. in 8.

Conciones in Epitomen redactas, tomis duobus, in vulgus etiam dedit Petrus Mersæus. Coloniæ apud Sibyllam a Porta 1591. ut Possevinus refert.

Italice prodiisse scio, aut Latine ex spiritualibus libris:

Compendio di tutte l' opere spirituali di Fr. Luigi di Granada, Francisco Panigarola auctore, celeberrimo illo ecclesiaste. Luca Waddingo teste.

Flores ex omnibus opusculis spiritualibus ejusdem, Italice primum a nescio quo, deinde Latinum opus, auctore Henrico Cogmano, Harlemensi medico. Coloniæ 1585. 12.

Flores etiam *ex omnibus operibus* collegit Michael ab Isselt, Coloniæque edidit 1598. in 12.

Hæc longiuscule, si ad stilum nostrum & propositum attendere velit lector; parcissime ac brevissime, si ad merita & celebritatem viri, quo majorem, sibique utiliorem, natio nostra non habuit, nec fortassis habitura est. Obiit quidem is Olisipone XXXI. Decembris

bris anni MDLXXXVIII. ætatis suæ LXXXIII.

LUDOVICUS GUERRERO, Granatensis, Societatis Jesu, vernaculo sermone publicavit, Hieronymi Velazquez adscripto nomine:

Informacion Theologica y Juridica a D. Francisco de Contreras Presidente de Castilla sobre que se deben quitar por todo el reyno las casas publicas de mugeres perdidas. Fuit hoc scriptum tam efficax (ait Alegambius) ut publico fuerint decreto prohibita mulierum hæc prostibula.

F. LUDOVICUS DE GUEVARA, Franciscanus, referente Francisco Haroldo in *Additionibus ad Waddingi Bibliothecam Franciscanam* scripsit:

De Voluntate Dei Disputationes.

LUDOVICUS GUTIERREZ DE LA VEGA, Medinæ incola, cui campus dedit appellationem, gestæ olim opus militiæ, senex jam & centurio emeritus, quomodo potuit, iteravit, scribens:

Nuevo Tratado y compendio de Re militari. Medinæ apud Franciscum del Canto anno 1569. in 8.

LUDOVICUS DE GUZMAN, ex oppido ducali Osorno diœcesis Palentinæ, Societatis Jesu sacerdos, cui anno fuit præteriti ævi LXIII. Compluti adscriptus, rectoris sæpe, deindeque præpositi Bæticæ ac Toletanæ provinciarum functus munere, omnium virtutum cumulo ad usque ætatis alterum a sexagesimo, quo denatus est Matriti, eamdem illustravit. Tam orationi ad Deum fundendæ imprimis vacavit ut horas ei minimum duodenas quot diebus impenderet. Desiderio æstuavit magno ferendi procul remotisque gentibus inferendi Evangelii, quam viam, sibi a superioribus clausam, aliis, quomodo potuit, e quiete cellulæ munire ac complanare aggressus est, Jesuitarum gesta sociorum ad orientem solem stilo facili consignans hoc titulo:

Historia de las misiones, que han hecho los Religiosos de la Compañia, para predicar el Santo Evangelio en los reynos del Japon: nempe ad completum sæculum decimum sextum. Compluti duobus tomis 1601. in folio & 1610. folio.

Jacet in collegio Imperiali Matritensi, Petro & Paulo sanctissimis Apostolis dedicato.

LUDOVICUS HENRIQUEZ, Jesuitarum sodalis, diem extremum (Alegambius inquit eo tempore quo *Bibliothecæ* formandæ instabat) haud ita pridem obiit, data ad prelum:

Historia de Antichristo. Hæc ille.

D. LUDOVICUS DE HEREDIA, nescio quis, in Sicilia degebat cum prodiit hujus tituli opus in lucem:

Cancion primera de Bartolome Martinez de Quintana, al Ilustrissimo Señor D. Geronimo de Guzman sucessor de la casa de Olivares, con annotaciones de D. Luis de Heredia. Panormi 1594. in 4. Italice quoque:

Apologia nella quale si defendono Theocrito e i Doriesi dalle accuse di Battista Guarino. Panormi 1608. in 8. Sic legitur in *Catalogo* librorum Raphaelis Trichetti du Fresne folio CC.

F. LUDOVICUS HIERONYMUS DE ORE, Americanus, Guamangæ ortus, Seraphico suscepto ordine insignem Evangelii præstitit operarium non uno in loco, sacræ theologiæ professor fuit in SS. XII. Apostolorum Peruana provincia, deinde commissarius Floridæ, demum imperialis civitatis Chilensis regni antistes, postulatus quidem anno MDCXX. extinctus vero anno MDCXXVIII. Varia opera ecclesiastica magno incolarum fructu in sermonem transtulit hujus Peruani regni vernaculum, præterea que Latine dedit:

Rituale seu Manuale Peruanum, ac brevem formam administrandi Sacramenta juxta ordinem S. Ecclesiæ Romanæ, cum translationibus in linguas provinciarum Peruanorum. Neapoli ex officina Joannis Jacobi Carlin & Constantini Vitalis 1607. in 4.

Orden de enseñar la doctrina Christiana en las lenguas Quichua y Aymara. 1598. fol. Sed hæc portio est majoris operis, cujus inscriptio & argumentum est:

Symbolo Catolico Indiano, en el qual se declaran los mysterios de la Fee contenidos en los tres Symbolos catholicos Apostolico, Niceno, y de S. Athanasio. Simulque:

Una Descripcion del Nuevo orbe, y de los naturales del. 1598. in folio. Limæ Indorum.

Tratado de Indulgencias. Alexandriæ anno 1606.

Sermones del Año. Nec notat quidquam de editione Wadingus.

Corona de la Santissima Virgen Maria. Matriti 1619. in 4.

Relacion de la Vida y milagros del P. Fr. Francisco Solano. in 4.

Relacion de los Martyres que ha avido en la Florida. 1604. in 4.

LUDOVICUS HIERONYMUS DE SE-

SEVILLA, ex parentibus Belgis in urbe Hifpali forfan editus, vertit in Hifpanicum:

Las Seis Satyras de Aulo Perfio: quæ MSS. vifæ funt a nonnemine in 4.

LUDOVICUS HURTADO, Toletanus, curio ad S. Vincentium in eadem urbe, edidit verfibus vulgaris linguæ:

Las Tranfformaciones de Ovidio. Toleti apud Francifcum de Guzman.

Egloga Silviana del galardon de Amor. Pinciæ apud Bernardinum de Sancto Dominico.

Cortes del cafto Amor y de la Muerte. Toleti apud Joannem Ferrer 1557.

Hiftoria de S. Joseph en octavas. Toleti apud Petrum Rodriguez 1598. in 8. Abfolvit is quoque:

La Comedia de Preteo y Tibaldo, Difputa y remedio de Amor: quam cœperat Petrus Alvarez de Aillon, nefcio cujus militiæ præceptor feu commendatarius.

F. LUDOVICUS HURTADO DE PEÑALOSA, Auguftinianus, Latine fcripfiffe dicitur, non edidiffe, circa annum MDLXV. Mexici Novæ Hifpaniæ:

De Progreffu ordinis Eremitarum Divi Auguftini in Nova Hifpania: ad Chriftophorum, priorem ordinis fui generalem. Incipit: *Etfi mihi longe*, uti refert Josephus Pamphilus.

LUDOVICUS DE ISLA, medicus Lufitanus, fcripfit, quem Zacutus laudat:

De Morbo Gallico tractatum.

F. LUDOVICUS ISTELLA, Valentinus, Prædicatorum fratrum fodalitio fe in domo Valentiæ ipfius urbis tradidit, religioneque ac literis inter fuos prius, deinde & apud exteros inclaruit. Cum enim in patria fchola primarius Bibliorum effet interpres, ad procurandam Ludovici Bertrandi, Dominicani fanctitate olim, in vivis cum effet, clariffimi, Apoftolicam & Pontificiam inter Beatos renuntiationem ad Urbem miffus, adeo probavit se Paulo Pontifici, hujus nominis Quinto, ut palatii facri magifter, qui theologici ftudii quafi apex eft, ab eo crearetur. Digna extant hoc tanto viro facra hæc monumenta:

Commentaria in Sacram Genefim in parengrapham (five interlinearem) expofitionem & fcholia diftributa. Romæ apud Stephanum Paulinum 1601. in folio.

In Exodum fimilia commentaria. Ibidem eodem anno in folio.

Diem vidit extremum anno MDCXIV.

F. LUDOVICUS DE S. JOANNE EVANGELISTA, Francifcanus provinciæ S. Jofephi Reformatorum, ejufdemque pater (uti verbo appellant vernaculo) atque ecclefiaftes, Matritensem domum Aegidio abbati facram rexit, & in curia Romana ultramontanæ, ut vocant, familiæ negotia geffit commiffarius generalis, vir fpectabilis doctrinæ ac pietatis merito, fcripfit vulgari fermone:

Luz de Sacerdotes, y Guia de Confeffores: quo opere continetur doctrina omnis moralis, quæ docetur ex primo libro Magiftri Sententiarum, quare volumen primum vocavit auctor. Matriti apud Joannem Cuefta 1622. in 4.

De la Inftabilidad de la vida y exhortacion á la penitencia de las culpas y satisfacion dellas. Ibidem apud Joannem Delgado 1625. in 8.

Tratado de la adminiftracion de los Sacramentos. Ibidem 1637. ubi & *De frequenti communione.*

LUDOVICUS JOANNES VILLETANUS, vernacula forma, ut credimus, VILLETA, in Tridentino concilio Guilielmi Caffadori, Barcinonenfis præfulis, theologus, reliquit pofteris in doctrinæ fuæ documentum:

Difputationem de Communione fub una panis fpecie: quam ad eamdem œcumenicam fynodum habuit in congregatione generali diebus XVII. ac XVIII. Junii anno MDLXII. Ediderūntque Lovanienfes, ac nuper Parifienfes in fyftemate Tridentinorum actorum.

F. LUDOVICUS JUSTINIANUS, ordinis Prædicatorum Barcinonenfis domus, facræ theologiæ magifter, Ilerdæ fodalibus præfuit, ftudia Barcinone moderatus eft, vifitator nunc eft, ut audio, & generalis vicarius congregationis Sardiniæ regni. Librum edidit:

De Nueftra Señora de la Mifericordia de Saona.

LUDOVICUS DE LANUZA, patre Hifpano, legionis militaris præfecto, natus anno MDXCI. Leocatæ in Sicilia, Jefuitarum fodalis, magna fanctitatis opinione mortuus Panormi XXI. Octobris MDCLVI. Edidit, fuppreffo nomine:

Preciofo Antidoto contra la Pefte del Pecado mortal. Panormi apud Nicolaum Buam 1640. in 12. Prodiit poftea ibidem cum nomine auctoris, Italice 1662.

LUDOVICUS DE LEMOS, Lufitanus, ex oppido Fronteira uti Cardofus ait, medicus doctor ac philofophus, inclytæ fcholæ Sal-

Salmanticensis juventutem in re docuit philosophica, deindeque in Ellerena urbe medicæ artis opus, magna cum sua laude, fecit. In prædicendo (quod ipse de se in libris *De optima prædicendi ratione* jactat) adeo felix ut neminem illi, vel æmuli ipsi, præferrent. Sequentibus quoque, non parum doctis, in publicum emissis operibus de philosophorum & medicorum filiis benemereri voluit. Ea sunt:

Commentaria in Galenum de facultatibus naturalibus. Salmanticæ 1580. 4. & apud Guilielmum Fochelium 1594. 4.

In Libros XII. Methodi medendi Galeni commentaria. Ibidem apud viduam Antonii Velazquez 1582. in folio.

De optima prædicendi ratione libri VI. Item:

Judicium operis magni Hippocratis: liber unus. Salmanticæ apud Ildephonsum de Terranova 1588. in folio. Venetiisque apud Robertum Majerum 1592. 8.

Paradoxorum, seu de Erratis Dialecticorum libri duo. Salmanticæ 1558. 8.

Physicæ ac Medicæ Disputationes.

In Librum Aristotelis de Interpretatione, sive περὶ ἑρμηνείας *Commentarius*: ad Julianum Albam, Portalegrensem episcopum. Salmanticæ apud Andream a Portonariis anno 1558. in 4. Quod opus unaque Lemosium auctorem pulchro isto carmine laudavit Franciscus Sanctius Brocensis, magni quidem judicii atque eruditionis vir, ejusque temporis professor Salmantinus:

Magnus Aristoteles, Romanas ductus in oras,
Discit Romano purius ore loqui.
Sedula subtilis quem limat litera Lemi,
Monstrat & implicitæ provida fila viæ.
Lemus Lysiacæ non ultima gloria gentis,
Et patriæ Lemus gloria prima suæ.

Lemosii *Commentaria in libros Posteriorum Analyticorum Aristotelis* M. SS. servabantur in bibliotheca Olivariensi.

F. LUDOVICUS DE LEON, Latine LEGIONENSIS, paterna stirpe Bellomontanus, quem Lupus, curiæ Granatensis senator, ex Agnete Valera suscepit anno superioris sæculi vigesimo septimo, aut Bellomonte aut Matriti, non Granatæ, quod persuasum fuit historiographis Granatensibus; cum plane Lupus anno XXXIII. quo in curia hujus urbis nobilitatis causam obtinuit, Ludovici jam sexennis pater, necdum allectus in eam curiam judex, advocationis adhuc munus Matriti exerceret, cujus rei perspectis monumentis fidem non habere minime possumus. Salmanticæ studiorum, ut credere par est, causa manens, inter eremitas S. Augustini sodales anno MDXLIV. religiosæ vitæ sacramentum dixit, quo præstantiorem in theologica re ullum familia hæc, talium ornamentorum locupletissima, vel tot sæculorum excussa ætate, vix reperiet. Quippe in hujus studii literas, tam eas, quæ ab schola, tum quoque eas, quæ ab exponendis sacrorum voluminum mysteriis appellantur, sic intente is ac feliciter incubuit, sic ab omnibus aliarum disciplinarum gymnasiis quidquid, vel necessarium eidem studio, vel honestum ac decens futurum existimasset, avide consectatus est ut neque maximo perspicacissimoque ingenio cultus aliquis, neque multiplicis doctrinæ cultui deesse aut impar esse ingenium aliqua ex parte videretur. Inter necessaria id constituendum est, quod linguarum trium, Latinæ, Græcæ Hebraicæque, non mediocriter fuit peritus. Amœnitates etiam utriusque linguæ Romanæ Græcæque scriptorum adamavit. Vulgaris sermonis proprietatem cum concinna verborum compositione, totiusque orationis structura sic conjunxit ut inter primores Hispanæ linguæ vindices cum disertissimo quoque ac eloquentissimo de palma contendat; nisi cuiquam hoc magis placeat, ut sit haberique debeat:

Hispani maximus auctor
Luisius eloquii,

quomodo Tullium Ciceronem commendaverat olim Lucanus noster. Vere enim quodcumque ejus vernaculum scriptum (ut in proverbio est industriæ ac diligentiæ) tamquam Myronis opus delectat. De qua sua scribenda accuratione ipsemet auctor libri *De Christi nominibus* tertii initio legendus est. A natura quoque ipsa veluti formatus videtur fuisse ad texenda carmina, quæ altera est eloquentiæ pars; ex quibus Latina aliqua Latinis operibus suis affixit, vulgaria simul typis edita sunt in vulgus post auctoris obitum, casta imprimis & ingeniosa, virilique robore simul ac suavitate plena, quibus inter sæculi sui & gentis vates perillustre fuit nomen promeritus. Salmanticæ, quæ urbs ei gloriæ theatrum fuit fere perpetuum, anno MDLXI. Sanctum Thomam docendi vices ex propria cathedra, ac deinde, post aliquod temporis intervallum, Sacrarum Scripturarum mysteria interpretandi munus sibi delatum plausu non minore suscepit quam fructu & fama in amplissimæ hujus academiæ conspectu gessit. Et tamen in hoc prosperrimo rerum suarum cursu, afflatus nescio quo importuno invidiæ aut male consiliatæ pietatis sidere, *in suspicionem* (uti idem ipse conqueritur ad *Psalmum XXVI.*) *læsæ Fidei criminose vocatus fuit, remotusque ab hominum non solum sermone & congressu, sed etiam aspectu, per quinque fere annos in carce-*

cere (Fidei judicum credimus) *atque in tenebris jacuit.* Verum innocens demum inventus, famæque suæ ac docendi partibus restitutus, perculsum tamen graviter, proindeque adhuc dolentem animum, immeritæ vexationis sensu, corpusque sic diutinæ custodiæ molestis debilitatum confirmare vix potuit: figuntur quippe altissime in magnis & purgatis mentibus quæquæ pungunt existimationem tela. Porro ejusdem sæculi anno octogesimo octavo reformatis ordinis sui sodalibus constitutiones ad superiorum nutum prudenter confecit. Post triennium, cum esset vicarius generalis suæ Castellæ provinciæ, præfectus fuit ejusdem creatus; in titulum scilicet sepulcri dumtaxat, nam intra eumdem Augustum mensem anni nonagesimi primi & imponi hominibus & exuere hominem debuit, fatali rerum humanarum vicissitudini, seu potius divinæ providentiæ imperio legique obsequutus. Cadaver a Madrigali oppido, in quo habita fuerant comitia, perductum Salmanticam, in interiore atrio Augustinianæ domus ante sacellum Sanctæ Mariæ de Populo, sub elogio isto, terræ mandatum fuit:

M. Fr. Luisio Legionensi, divinarum humanarumque artium & trium linguarum peritissimo, sacrorum librorum primo apud Salmanticenses interpreti, Castellæ provinciali, non ad memoriam libris immortalem, sed ad tantæ jacturæ solatium, hunc lapidem, a se humilem, ab ossibus illustrem, Augustiniani Salmant. P. Obiit an. MDXCI. XXIII. Augusti, ætatis LXIV.

Senex jam, & ab immerita illa calamitate forsan edoctus veræ sapientiæ doctrinam consectari, tot auditorum magister dedit se in disciplinam asceticis præceptoribus, Teresiæ imprimis almæ viragini, Ludovicoque Granatensi, quorum prioris opera, cum editioni pararentur, doctissima, seque & illis digna censione, literis super eo datis ad præfectam sanctimonialesque hujusmet Reformati instituti Matritensis domus, commendavit. In Ludovici autem libris spiritualibus, studiose perlectis, plusquam in tot annorum scholastica exercitatione, imbuisse animum se theologia vera solidaque ipse professus est per epistolam Benedicto Ariæ Montano, veteri amico, qui per id tempus in secessu suo Aracenensi Bibliorum divinorum studio sibique totus vacabat, Ludovicum ipsum ab elegantia & virtute dictionis atque eloquentia summopere laudans, cui nimirum ajebat Deum optimum maximum Christianæ facundiæ vires & facultatem omnem concessisse. Cujus in Granatensem & mysticos alios scriptores impensæ ejus ætatis curæ testem idoneum Ludovicum Muñozium lib. III. hujus clarissimi viri *Vitæ* cap. IX. commendamus. Opera hæc nostri extant utriusque linguæ, cultissima simul ac doctissima. Latinæ quidem:

In Cantica Canticorum triplex explanatio. Salmanticæ anno 1580. iterumque 1582. tertioque cum sequentibus pone aliis operibus ibidem anno 1589. in 4. Venetiis apud Joannem Baptistam Ciotum 1604. Converterat quidem is rogatu cujusdam amici hunc librum sacrum in Hispanum sermonem, addideratque breves commentarios, qui cum ad æmulorum devenissent manus, arrepta inde ab iis occasio fuit accusandi auctorem apud Religionis judices quod interdictam rem patrasset. Quare is, jam pristinæ famæ ac dignitati restitutus, amicorum consilio vertit hæc in Latinum sermonem, & copiosiora reddidit commentaria, ut ipse auctor in præfatione ad lectorem refert. Observatione autem digna est Possevini nota, admonentis *expositionem* ejusdem *libri Canticorum* Hieronymi Almonazirii adeo cum hac Legionensis convenire ut fateri necessum sit, aut in utroque eumdem fuisse sensum, aut alterum ab altero non pauca mutuasse.

In Psalmum XXVI. Salmanticæ anno 1580. & 1589.

In Abdiam Prophetam. Et:

In Epistolam ad Galatas. Omnia hæc simul Salmanticæ 1589. in 4.

De utriusque Agni Typici, atque immolationis legitimo tempore: ad Joannem Grialum. Salmanticæ 1590. in 4. Deindeque in *Quodlibeticis Quæstionibus Basilii Legionensis.* Anno 1611.

Commentarium quoque ejus *super Apocalypsim* in domo Salmantina servari affirmat Ludovicus de Alcazar in simili ad idem Biblicum opus *Commentario*, pag. 88.

Varias item *Lecturas Theologicas* in schola dictavit, ex quibus se profecisse ad ea, quæ super *Secundam Secundæ* Divi Thomæ commentatus est, Petrus de Aragon, Augustinianus, superstite adhuc Legionensi, in præfatione primi voluminis lectores suos ingenue admonuit.

Constitutiones jam laudatæ *Fratrum* sui *Ordinis Excalceatorum* anno 1588. editæ nostro sunt auctore.

Vulgaris sermonis hæc, sed eloquentiæ summæ:

De los Nombres de Christo: libris tribus. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1583. in 4. Barcinone eodem anno, tertioque Salmanticæ typis elegantissimis Guilielmi Fochel 1587. in 4. deindeque 1595. & 1603. in 4.

La perfecta Casada. Salmanticæ 1583. in 4. & 1587. cum superiori opere. Quæ quidem

dem duo Italice prodiisse scribit Antonius Possevinus in *Apparatu*. Nos certe interpretationem vidimus *Perfectæ uxoris* auctore Julio Zanchini da Castiglionchio, qui se religiosum equitem, nescio cujus militiæ, profitetur, Neapoli editam typis Jacobi Carlini & Antonii Pace 1598. 8. Sed & Venetiis prodiisse scio a Joanne Baptista Ciotti 1595. in 8.

Metrica hæc quoque elegantissima:

Obras proprias, y traducciones Latinas, Griegas y Italianas : con la paraphrasi de algunos Salmos y Capitulos de Job. Hæc ex bibliotheca D. Emmanuelis Sarmiento de Mendoza, Hispalensis canonici Magistralis, edi curavit D. Franciscus de Quevedo Villegas, comiti duci Olivarum nuncupatam. Matriti 1631. in 16. Seorsim edita fuerat:

La Exposicion del Salmo del Miserere. Matriti apud Didacum Flamenco 1618. in 16.

El Libro de Job : qui adhuc ineditus mire doctis placet.

Thomas Herrera, Augustinianus, id pluraque alia huic elogio ampliando subministravit in *Historia Domus Salmantinæ Eremitarum*.

LUDOVICUS DE LINARES, Rondensis, humanitatis studia moderabatur in patria, bachalaurum se, præcipua fere illius temporis agnominatione studiorum, jactans, quæ hoc nostro jam cuique parata est, ac de plano, ut ita dicam, conferri solet. Versibus exametris cecinit:

Vitam Pauli Eremitæ : ad Bernardinum Contreras, Malacitanum antistitem. Toleti apud Raymundum de Petras 1527. in 4.

LUDOVICUS LOBERA DE AVILA, Cæsareus Caroli V. medicus, per totam fere Europam & usque in Africam lateri ejus adhærens peregrinatus est. Porro, ut decuit Principis ad militiam facti domesticum, hasta non minus quam calamo rem gnaviter, si ita usuveniret, eum gessisse fama perdurat. Scripsit:

Regimiento de la salud; de la esterilidad de hombres y mugeres, y enfermedades de los niños. Pinciæ 1551.

De las quatro enfermedades cortesanas, gota artetica, sciatica, males de piedra, riñones y hijada, y mal de bubas. 1544. in folio. Toleti apud Ludovicum Ayala. Quod Italice versum a Petro Lauro Venetiis prodiit ex officina Joannis Baptistæ Sessæ 1588. 8.

Vergel de sanidad, o Banquete de Caballeros, y orden de vivir : sive de re cibaria. Compluti 1542. in folio apud Joannem Brocar. Simulque:

Libro de Anotomia : cum paraphrasi ad marginem Latina.

Remedio de cuerpos humanos, y silva de experiencias en medicina.

Antidotario de todas las medicinas usuales, y la manera que se han de hacer segun arte. Item librum hujus tituli:

De Pestilencia curativa, y preservativa. In folio. Tandemque:

De Ægritudinibus subitis tractatum Latinum. *De morbo Gallico* tractatus, ex opere *De quatuor aulicis morbis* accuratissime Latinus factus, extat tomo 1. operis *De morbo Gallico*, pag. 321. Venetiis 1566. folio.

D. LUDOVICUS LOBO DE SILVEIRA, Lusitanus, splendida domi natus prosapia, crucifer sacræ militiæ Christi eques, scriptum reliquit, atque editioni paratum, opus genealogicum, cui multum deferre eos, qui hoc studio delectantur, Matriti sum expertus. Hic titulus:

Libro de Linages Reales. in folio. Habebat ad usum D. Petrus de Britto Coutinho, amicus noster, Lusitanus, eques Calatravensis, bene hujus partis historiæ gnarus, ex bibliotheca (nisi fallor) excellentissimi domini ducis de Medina de las Torres, ante paucos annos vivis erepti.

F. LUDOVICUS LOPEZ, Dominicanus, majoris cœnobii Matritensis alumnus, plures annos Indorum saluti vigilanter incubuit, nil de theologicis studiis remittens, quorum in morali fecit re, duobus editis libris, egregium specimen. Hi sunt:

Instructorium Conscientiæ : duabus partibus, quarum posterior est de Sacramentis. Salmanticæ 1592. & 1594. Brixiæque apud Petrum Mariam Marchettum 1594. & 1596. Atque idem a Petro Matthæo jurisconsulto locupletatum prodiit Lugduni apud Petrum Landry 1588. in 8. & Brixiæ anno 1604. Italice autem opera Camilli Camilli versum Venetiis 1590. in 4.

Tractatus de Contractibus & negotiationibus, sive Instructorium negotiantium. Salmanticæ 1592. in folio. Superstes erat (ut Marieta ait) Matriti anno MDXCV. tantum abest ut ante quinque annos (quod Alphonsus Ferdinandi affirmat) e vita decesserit. Huic nuncupavit Petrus Matthæus, ille Sequanus I. C. *Lectionem de Judicum in ferendis sententiis vero & necessario officio*. Lugduni editam anno 1592. in 8. apud Petrum Landry, quæ cum *Instructorio* ipso Lugduni prodiit apud Juntas 1593.

LU-

LUDOVICUS LOPEZ, Palentinus, in Aragoniam & Cæsaraugustam urbem veniens aggressus fuit, quod nemo hactenus civium ejusdem urbis, & quidem pistoriam artem ibi exercens, ut exhiberet se honesto lucro, cui forte assueverat, interim enim scribebat, raro in ea conditione exemplo:

Trofeos y antiguedades de la Imperial ciudad de Zaragoza. Cæsaraugustæ 1639. non Barcinone, ut præ se fert operis facies. Item edidit:

Pilar de Zaragoza Columna firmissima de la Fe de España, primer templo catolico del mundo &c. (hoc est historiam Apparitionis Deiparæ S. Jocobo Apostolo super columna factæ) *Ilustrada y comentada con notas del autor.* Compluti 1649. 4.

Tablas Chronologicas universales de España desde el año MDCCC. de la creacion del mundo, que la empezó a poblar Tubal, hasta nuestros tiempos. Cæsaraugustæ 1637. in 8. Confectos apud se habere *Aragoniæ regni Annales* a principio rerum usque ad excidium Hispaniæ Arabicum temporaque, unde Zurita exordium sumpsit, a teste idoneo audivimus.

LUDOVICUS DE LUCENA, Guadalaxaræ Novæ Castellæ ortus, artium ac medicinæ doctor, postquam ex diuturna peregrinatione, fructuosa illa quidem & studiis impensa, in Hispaniam rediisset, iterum vale dicto patriæ Romam remigravit, *non ut ambitioni & cupiditati serviret* (verba sunt Joannis Genesi Sepulvedæ in epist. LXXII. anno MDXLIX. ad eum ex Hispania data) *sed ut otio literario & honesta libertate in ea regione atque urbe frueretur, ubi magna est tum studendi occasio, tum facultas simpliciter & sine fuco fallatiisque degendi.* Apud Tholosates certe in Gallia medicinam faciebat cum ad Joannem Chavanhacum, Tolosanæ ditionis archijudicem, scripsit libellum:

De tuenda, præsertim a peste, integra valetudine, deque hujus morbi remediis. Tolosæ apud viduam Joannis Fabri anno 1523. 4. G. Montani Stapulensis ea sunt carmina, quæ subjicio, in laudem auctoris:

Ille inquam Ludovicus, ille noster
Lucena, egregius Minervæ alumnus,
Doctus, comis & elegans, medendi
Arte atque experientia Galenus
Alter.

Joannem Luceria perperam dixit Antonius Verderius in *Appendice Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ.* Patrium locum Lucena noster reticuit, Hispani appellatione contentus. Videor mihi tamen reperisse eum, auctorisque sepulturam, Romæ ante portam sacræ ædis Sanctæ Mariæ de Populo, ubi sic legitur:

D. O. M.
Ludovico Lucenæ Hispano Vadalaxaræ orto,
Ingenuarum artium, Physicæque rationis
In primis perito, sibi & posteris Antonius Nuñez fratris filius mœrens P. Vixit an. LXI. obiit IV. Id. Augusti a partu Virginis MDLII.
In circuitu lapidis:
Hic præter cæteras virtutes, quibus longe aliis excelluit, hanc maxime coluit, ut omnibus assidue benefaceret, & neminem ob id sibi devinctum esse vellet.

Legitur inter Sepulvedæ *Epistolas* ea, quam nuper laudavimus, alteraque Lucenæ ad Sepulvedam.

F. LUDOVICUS MALUENDA, Franciscanus, scripsit:

Lac Fidei pro Principe Christiano. Brugis 1545. si recta est Waddingi lectio, apud quem tamen est Ludovicus Malveda: sed Hispanus *Index Librorum prohibitorum* vero nomine appellat, libro tamen nota prohibitionis confixo.

D. LUDOVICUS MARCELLUS BRAVO DE MENDOZA, nescio quis, nuncupavit D. Dominico Pimentellio, Hispalensi archiepiscopo, quem postea cohonestavit Romana purpura, hujus scriptionis opus:

Historia Evangelica compacta metrice ex ipsis Evangelistarum verbis. Matriti anno 1651. in 4.

F. LUDOVICUS DE SANCTA MARIA, Bæticus, ordinis Deiparæ Virginis de Mercede, sacræ theologiæ ut vocant præsentatus, sacrisque literis excellenter instructus, atque egregius ecclesiastes, scripsit circa annum MDLXXXII.

Super Hieremiam Commentaria. Cujus rei habeo auctores Alphonsum de Roxas, ejusdem ordinis sodalem, in *Catalogo Virorum* hujus familiæ *illustrium*, & Petrum a Sancto Cæcilio, ex Reformatis ejusdem instituti, in libro M. S. *De Scriptoribus* sui *ordinis.*

F. LUDOVICUS DE SANCTA MARIA, Hieronymianus ut credo, sacræ theologiæ magister, laudatur tamquam auctor operis sic inscripti:

Octava sagrada al cumplimiento de los cien años de la fundacion del Convento de San Lorenzo el Real del Escurial. Anno 1664.

LUDOVICUS MARINHO DE AZE-
VE-

VEDO, Lusitanus, Ulisiponensis, miles olim ac centurio, post alios scripsit, Spartam hanc adornaturus, diligentiori industria quam in iis desideratam fuisse ait:

Primeira parte da Fundaçaõ, antiguidades e grandezas da mui insigne cidade de Lisboa e seus varoẽs illustres en santidade, armas e letras: Catalogo de seus Prelados mais cousas ecclesiasticas e politicas ate o anno MCXLVII. em que foi ganhada os Mouros por el Rey D. Afonso Henrriquez. Olisipone 1652. in folio typis Craesbeckianis. Altera pars an lucem viderit nobis ignotum; certe ea prosequi debuit annorum seriem usque ad præsens tempus.

Commentarios dos feitos que os Portuguesses obraram em defensa de seu Rey e patria na guerra de Alentejo. Ibidem 1644. scilicet primam partem. Meminit hujus, veluti jam demortui, atque ejus operis, D. Franciscus Emmanuel *Cent. III. epist. LXI.*

LUDOVICUS DE MARMOL CARAVAJAL, Granatensis natu, quod ipse in prologo *Africæ Descriptionis*, statim laudandæ, testatum posteris voluit; non Matritensis, ut nonnemini, non Hispalensis, uti Jacobo Augusto Thuano alicubi placuit. Exantlatam longi temporis captivitatem in Marochitana Tingitanæ Mauritaniæ regia urbe liberalem sibi atque utilem Europæis aliis reddidit, observato ibi quidquid lectu audituve de regionibus illis, extra commercium Christicolarum positis, observari dignum fuit, & in schedas suas conjecto, unde liber factus emanare fecit:

La Descripcion general de Africa: tribus tomis. Pars prima Granatæ prodiit apud Rene Rabut 1573. folio. II. pars Malacæ 1599. in folio. III. continens Maurisiorum rebellionem Granatensem, hoc titulo insignis:

Historia del Rebelion y castigo de los Moriscos del reino de Granada. Malacæ 1600. apud Joannem Rene. Galli fecerunt jam suum Marmolii hoc opus, industriam commodante Nicolao Perrot, domino d' Ablancourt, chartisque geographicis M. Sansonis, Regii geographi, ornatum ediderunt tribus voluminibus Parisiis 1667. 4. pro colophone adjungentes Didaci a Torres *Historiam Seriphiorum Marochii Regum.*

Vertisse quoque in vulgarem dicitur linguam:

Las Revelaciones de S. Brigida.

Las Rubricas del Breviario Romano.

Jacobus supra memoratus Thuanus libro VII. *Historiarum sui temporis, prudentem juxta ac diligentem Africanarum rerum scriptorem* appellat Marmolium, eoque pro merito sæpe utitur Ambrosius Morales noster in *Historia Hispaniæ*, veluti lib. XIV. cap. XXXIII. & alibi.

LUDOVICUS MARTINEZ, nescio quis, edidit, ut ex catalogo quodam accepi:

Principio del reino de Aragon. Cæsaraugustæ anno 1581. in 8.

LUDOVICUS MARTINEZ DE LA PLAZA, Antiquariensis, sacerdos, curioque in ejusdem urbis Collegiata ecclesia, quod munus obtento ad S. Joannis, quæ alia est ibidem paræcialis sacra ædes, beneficio repudiavit. Poesim faventibus musis coluit; pluraque extant hujus rei argumenta in *Floribus Poetarum illustrium Hispanorum*, qui vernacule scripserunt, editosque a Petro Espinosa publicus terit usus. Perlatum quoque ad me fuit ex Antiquaria ipsa vertisse Ludovicum rhythmis nostratibus Italicum Ludovici Tansili *De Lachrimis Petri Apostoli* poematium. Quinquaginta annos natus obiit XVII. kal. Julii anno MDCXXXV.

D. LUDOVICUS DE MELO, edidit:

Politica Evangelica. Valentiæ 1663. fol.

LUDOVICUS MENDEZ DE CARMONA, Astigi, Bæticæ opulenta & nobili urbe, natus, eam artem Hispali plures annos docuit, Hieronymi Carranzæ olim discipulus, quæ tractandi scite & ex geometriæ regulis ad propriam defensionem arma, atque imprimis ensem, tradit præcepta. Documentum ejus dedit scribens:

Compendio en defensa de la doctrina y destreza de Carrança. Hispali in 4. Et alia, ni fallor, minutiora.

LUDOVICUS MENDEZ DE TORRES, elucubravit ad mellificii usuram:

Tratado breve de la cultivacion y cura de las colmenas, y asimismo las ordenanzas de los colmenares. Constitutiones istæ pro Hispalensium mellificio editæ sunt ab Alphonso Castellæ Rege X. & ex archio ejus urbis producta. Tractatus editus fuit primum Compluti 1587. in 8. deindeque, cum variis *De Agricultura* scriptoribus, Matriti anno 1620. in folio.

LUDOVICUS MENDEZ DE VASCONZELOS, Lusitanus, Olisiponensis, patriæ amplissimæ descriptionem dialogistice in vulgus dedit, operi inscribens:

Do Sitio de Lisboa. Ibidem typis Ludovici de Stupiñan 1608. Videndus Ludovicus Marinho de Azevedo in prologo *Historiæ* ejusdem *Urbis Olisiponensis.*

LUDOVICUS MENDEZ DE VASCONZELOS, diverſus ut credo a ſuperiori, presbyter enim ille ut audio, miles hic & emeritus, in otio nolens otioſus eſſe ſcripſit:

Arte militar. Oliſipone apud Vincentium Alvarez 1612. in folio. Eborenſem natu Luſitani docent.

F. LUDOVICUS DE MENDOZA, Ciſtercienſis cœnobii de Spina monachus, Philippo II. Hiſpaniarum Regi nuncupavit, ſculpique Regiis expenſis fecit:

Summam totius Theologiæ moralis ſeptem arboribus comprehenſam. Matriti anno 1598. Reliquit in ſchedis, quæ aſſervantur in ejuſdem monaſterii bibliotheca:

Vitas Sanctorum per ordinem menſium in proprios eorum dies diſtributas : tomis ſex.

Epiſtolam ſymbolicis caracteribus & ingenio plenam, ad Philippum III. adhuc Principem. Sermonem, quo ſcripta ſunt, ignorare nos haud pudet, qui nec ab illuſtratoribus domeſticarum rerum Henriquezio & Viſchio haurire potuimus.

Deceſſit circa annum Domini MDCXII.

LUDOVICUS MERCATUS, ſive DE MERCADO, Pinciæ urbi natales, medicæ vero arti honores & opes accepta referebat, Philippi II. ac Philippi III. Regum archiater. Patriam etenim academiam, ac medicorum ſcholam, ſibi ante alios potioreque ac primario docendi loco olim commendatam, plurium annorum profeſſione nobilitavit. Acceritus inde ad curiam a Philippo II. Rege totos viginti annos ejus valetudinem feliciſſime rexit; tum in quibuſcumque morborum ſanandis generibus incredibili dexteritate uſus eſt. Quare qui, intra Hiſpaniam noſtram ſe continentes, hoc ſibi judicio placent, ut Franciſco Valleſio primas concedere hunc noſtrum debere arbitrentur, philoſophandi acumen atque artis theoricam intelligere eos oportet. Summa enim practicæ operationis, uti doctrinæ, laus vere non habet, in quo magis quam in Mercato merces ſuas proferre, ditiſſimoſque artis theſauros commendare poſſit. Opera ejus in quinque tomos diſtributa typis prodierunt Francofurtenſibus, nempe:

Primus continet: I. *De Conſtitutione corporis humani.* II. *De Sanitatis conſervatione ac præcautione.* III. *De Morbis, eorum ſignis, cauſis & ſymptomatis, differentiis ac curatione* : editus olim Pinciæ anno 1604. in folio.

Secundus: IV. *De recto præſidiorum artis medicæ uſu.* V. *De Febrium eſſentia, cauſis, differentiis & dignotione* (Pinciæ olim ſeorſim prodierunt: *De Febrium eſſentia, differentia, cauſa, curatione, & de febre peſtilentiali* 1586. in 4. *De eſſentia, cauſis, ſignis & curatione febris malignæ* 1574. 8. & Baſileæ 1594. 8. per Conradum Waldkirch. *De eſſentia & natura caloris febrilis* 1611 in folio: quæ omnia, ut credimus, in iſtud *De Febrium eſſentia* &c. Francofurtenſe opus conjecta jam ſunt). VI. *De Pulſus arte & harmonia.* VII. *De Morbi Gallici natura & curatione.* VIII. *De Morbis hæreditariis*: editus olim Pinciæ 1605. fol.

Tertius: IX. *De Capitis & vicinarum partium.* X. *De pectoris, pulmonis & cordis.* XI. *De ventriculi & inteſtinorum.* XII. *De jecoris, ſplenis, renum & veſicæ morbis, eorumque curatione.* Matriti olim 1594. in folio.

Quartus: *De Mulierum, Virginum & Viduarum, de ſterilium & prægnantium, de puerperarum & nutricum paſſionibus, morbis & ſymptomatis, cum præfatione & encomio auctoris & operum Joannis Hartmanni Beyeri.* Francofurti apud Zachariam Palthenium anno 1608. in folio, olim Matriti 1594. in folio. Baſileæ 1588. in 4. & in *Gyneciorum* libris, ab Iſrahele Spachio editis, pag. 803. & ante has omnes editiones Pinciæ 1579. in 4. apud Franciſcum Fernandez de Corduba.

Quintus: *Conſultationes morborum complicatorum & graviſſimorum cum diſputationibus neceſſariis ad naturam cujuſque, morborum capeſſendum præſagium & curationem.* His accedunt: *Tractatus continens graviſſimas atque difficiles abditarum rerum diſputationes magni momenti & uſus.* Libri duo *De Puerorum educatione, cuſtodia & providentia, atque de morborum, qui his accidunt, curatione.* Pinciæ anno 1613. in folio. Francofurti 1654. in folio. Olim ſeorſim editi ſunt, primus: *De Puerorum educatione,* Valliſoleti 1611. deinde alter: *De morbis Puerorum*, ibidem. . . . Præter hæc ſuſtinent non minus famam auctoris alia opera, quæ hac editione non continentur, ſcilicet:

Inſtitutiones Chirurgicæ. Matriti 1594. in 8. Francofurti apud Hartmannum Palthenium 1619. in folio.

Methodus medendi. Pinciæ anno 1572. in 8.

Inſtitutiones Medicæ. Matriti anno 1594. in 8.

De communi & peculiari præſidiorum artis medicæ indicatione. Pinciæ in folio. Coloniæque anno 1588. apud Joannem Baptiſtam Ciottum.

Inſtitutiones ad uſum & examen eorum, qui luxatoriam exercent artem : ex Hiſpano in Latinum ſermonem verſæ Caroli Piſonis opera.

opera. Francofurti apud heredes Palthenii 1624. in folio.

De Pulsibus libri duo, quibus tota ars cognoscendi morbos & prognosticandi disertissime pertractatur. Pinciæ anno 1584. Pataviique apud Paulum Mejerum 1592. 4.

Libellus de Essentia, causis, signis & curatione febris malignæ, in qua maculæ rubentes similes morsibus publicum erumpunt per cutem. Accessit: *Consilium continens summam totius prædictionis & curationis in eodem affectu.* Basileæ apud Conradum Waldkirch anno 1594. in 8.

Demum, ætatis agens sextum & octogesimum, impeditis calculo vesicæ meatibus, suppressaque decem & octo dies urina, miserandum in modum jacuit, mortemque per acerbissimos tandem cruciatus obivit. Quæ verba sunt Petri Castellani in *Vitis Illustrium Medicorum.*

F. LUDOVICUS DE MERTOLA, alias DE PRÆSENTATIONE, Lusitanus, a loco dictus cognomine in Transtagana provincia dioecesis Eborensis, ordinis Carmelitarum, literis æque ac regularis observantiæ zelo, & proximorum indigentiis, tam spiritualibus quam temporalibus, subveniendi perpetua cura excellens, Brasiliam & Maragnoniam visitavit plagas facultatibus præfecti generalis instructus. Vernacula lingua scripsit:

Vida do Padre Fr. Antonio da Conceiçāo. Olisipone.

Vida do Padre Fr. Manoel Tavarez: M. S. Cujus meminit Cardosus in *Agiologio*, die XXXI. Maji, litera F.

Vida do venerable Padre Fr. Estevāo da Purificaçāo. Olisipone apud Craesbeck 1621.

Vida da Beata Maria Magdalena de Pazzis. Ibidem apud Gerardum de Vinea 1626.

Da Esmola e seus fruitos, hoc est, de eleemosyna. Ex eadem officina 1625. Item:

Contra os Hebreos, & contra os erros dos Hereticos: in folio. Ibidem. Quam ut credimus Georgius Cardosus *Demostraçāo Euangelica* appellat in schedis M. SS.

Olisipone diem suum obiit ex hydrope morbo XIX. Aprilis MDCLIII. ætatis fere LXXI. laudatus sæpe in *Annalibus Carmelitanis* Joannis Baptistæ de Lezana, nempe ad annum MCCLI. num. 4. MCCXC. num. 8. MCCCCLVII. num. 6. & MCCCLXXXVII. in *Appendice*, passimque a Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano.*

LUDOVICUS DE MESA, scripsit:

Vida de la Madre Mariana de Jesus de la tercera orden de S. Francisco. Toleti 1661. in folio.

D. LUDOVICUS MESSIA PONCE DE LEON, Bæticus, Utrariensis (Utrera est in ditione Hispalis urbis municipium nobile & opulentum) anno MDXXIV. aut circiter nobili loco natus ex Francisco Messia, I. V. doctore ad S. Clementis Bononiæ quondam sodale, & Joanna Ponce de Leon, in Salmantina schola sub optimis præceptoribus meruit. Nam præterquamquod a Petro Fernandez, presbytero Hispalensi, una cum Joanne Mallara literis olim Latinis fuerat imbutus, ex quo in eam academiam pervenit, tam theologiæ quam juris arti operam navavit, in sacris literis magnum illum Franciscum a Victoria, huncque pone sequentem Dominicum Sotum, & in canonicis Martinum Azpilcuetam, cognomento & gente Navarrum, Didacum Covarrubiam, in jurisprudentia civili Petrum a Peralta & Antonium Gomezium magistros sortitus. Ab eo nondum adolescentiam egresso, jamque domi suæ manente, patrocinium ut sic præstaret litigatori amico, prodiit in lucem commentarius hoc titulo:

In Legem regiam Toleti conditam sub titulo III. De los proprios y rentas de los Concejos, quintam lib. VII. Ordinamenti, in causa vertente a responso Prælectiones. Hispali apud Alphonsum Garsiam Escrivano anno 1568. in folio, atque item anno sequenti.

Λακωνισμος, *seu Chilonium pro Pragmaticæ, qua panis pretium taxatur, in interiori foro hominis elucidatione*: ad Didacum Espinosam, S. R. E. cardinalem, summo Castellæ prætorio præfectum. Hispali apud Joannem Gutierrez 1590. in folio.

Laudari quoque hunc video ex nescio cujus formæ opere *De Blasfemia.*

D. LUDOVICUS MILAN, Valentinus eques, ad exemplum seu potius ad emulationem Balthasaris, comitis Castellionæi, dum in curia ducis Calabriæ Valentini regni habenas moderantis versatur, scripsit, mixtum versa prosaque opus oratione:

El Cortesano. Valentiæ anno 1561. in 8. Item:

El Maestro, o Musica de Viguela de mano. Ibidem apud Franciscum Diaz Roman anno 1534. in folio.

F. LUDOVICUS DE MIRANDA, Pincianus, ordinis Minorum Observantiæ, qui provinciam incolunt S. Jacobi, cui & præfuit; apud Salmanticenses, quibus se dedit primum sodalem, integro vitæ spatio, hoc est, plusquam sexaginta annis, si demas brevia aliquot absentiæ intervalla, restitit, professor ibi inter suos theologus, proindeque a professionis adimpleto munere lector eme-

emeritus. Lucas Waddingus refert a secretis eum ordinis fuisse, ac generalem in Romana curia procuratorem, pietate atque eruditione varia spectabilem. Censor necnon fuit theologus apud patres Fidei vindices. Hic post Alphonsum a Casarrubios, Alphonsique explanatores, qui & *Compendium Privilegiorum* ipsius locupletarunt, Alphonsum a Corduba, & Hieronymum a Sorbo, & post egregiam Emmanuelis Roderici operam in hac eadem re navatam, qui omnes eadem Francisci parentis castra sequuti sunt, in lucem emisit:

Directorium, sive Manuale Prælatorum Regularium: dobus tomis. Romæ prius, dum in Urbe auctor versaretur, anno 1612. in 4. deinde Salmanticæ editis anno 1615. in folio. Placentiæ item, Augustæque apud Kruger anno 1616. Necnon a Paulino Berto Lucensi locupletatum Coloniæ prodiit apud Crithium 1617. in folio. In hoc, uti Waddingus ait, *religionum omnium origines, progressus ac dilatationes recensentur; optimeque declaratur methodus ad instruendos novitios & professos, prælatisque observanda ratio administrandi rem domesticam exponitur.*

Librum ordinis judiciarii, & de modo procedendi in causis criminalibus, tam in foro ecclesiastico, quam in sæculari agitandis: duobus tomis. Salmanticæ apud Andream Renaut 1601. 4. & 1623. 4.

De Sacris Monialibus tractatum, omnia complectentem quæ ad ipsarum regimen possunt desiderari. Editum opus cum alibi, tum Plasentiæ in Italia, Italice conversum, apud Joannem Bazachium anno 1616. De editione alia Coloniensi Draudus monet in *Catalogo.*

De Sacræ Scripturæ sensibus in XXVI. *Quæstiones divisum Tractatum.* Salmanticæ 1625. in 4. quem non vidit Wadingus.

Reliqua opera Hispana sunt, nempe:

Exposicion de la Regla de los Frailes Menores de la orden de S. Francisco. Salmanticæ apud Antoniam Vazquez 1622. 4. post primam in eadem urbe editionem anni 1609.

Exposicion de la Regla de Santa Clara. Ibidem in 4. 1610.

Exposicion de la Regla de la Tercera orden de nuestro Padre S. Francisco. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1619. 8.

Informacion acerca de la Question y controversia tocante a la mudanza del gobierno que han tenido los Frailes Menores de la regular observancia de S. Francisco, comunmente llamados Descalzos. Salmanticæ 1604. 4.

De la Concepcion purissima de nuestra Señora la Virgen Maria. Ibidem anno 1626. in 4. apud Antoniam Ramirez & apud Didacum Cussio 1621. 4.

Platicas y colaciones espirituales: quas habuit Salmanticæ, cum ei cœnobio præesset, duobus tomis. Salmanticæ anno 1617. & 1618.

Instruccion o doctrina espiritual para los Novicios. Salmanticæ 1616. in 12.

Exposicion de la Esfera de Iuan de Sacrobosco aumentada, con lo que sobre ella dixeron Francisco Iuntino, Elias Vineto, Christobal Clavio, y otros: ad Ferdinandum Hispaniarum Infantem. Salmanticæ apud Hyacinthum Tabernier anno 1629.

LUDOVICUS DE MOLINA, Bæticus, Ursaone, amplissimo Gironiæ familiæ oppido, nobili loco natus, parentes habuit Ludovicum, seniorem ejusdem municipii civem, proque Ursaonis duce Archidonensis arcis præfectum, & Cæciliam de Morales Grajeda, Ambrosii de Morales, Cordubensis, Regii chronographi, viri clarissimi sororem, cujus propinquitatis cum nostro recordatur ipse Ambrosius in nuncupatoria epistola *Appendicis operum S. Eulogii Martyris*, & lib. XIII. *Hist. Hispanæ* cap. VII. Ad literarum is studia admotus via ista prosperrime incessit, cum ab excellentibus naturæ dotibus, subtilissimi atque expeditissimi ingenii, gravis maturique ante alia judicii, ad magna quæque erectum sese atque animatum agnosceret. Post decursa igitur Salmantinæ scholæ stadia sub optimo quoque jurisprudentiæ magistro (Petrum Peraltam ipse lib. I. *De Primogeniis Hispaniæ* cap. XIV. n. 17. nominat) vix foro commodare cœpit Matriti operas, causarum patrocinio intentus, cum opportunus gerendis reipublicæ honoribus, sagacissimo illo deligendorum judicum optimorum tempore quo Philippus II. Rex Hispaniam moderabatur, idoneo cuique & callido visus plane fuit hominum censori, qui ipsi aliis hominibus in magistratu præesse debent. Quare fiscali munere Rationum Regiarum tueri monumenta, & post biennium Indicas res unus e patrum numero, quibus hæc cura commissa est, administrare jubetur. Hinc ad amplissimum Regii Castellæ senatus ordinem vocatus, cum eligendus jam esset literis, prudentia & industria vir aliquis in paucis eximius, quem ad Henricum cardinalem, nuperumque Portugalliæ Regem, senio & orbitate labantem, anxiumque de successore declarando, Rex Philippus instructissimum juris sui, propugnaturumque id, & ab competitorum impressione tuiturum destinaret, ipse ante alios, una cum collega Roderico Vazquez de Arze, viro quoque eo clarissimo, qui post eidem Ca-

Castellæ concilio præfuit, ad rem ita magni momenti præstandam deligitur. Qua legatione pro spe de eo concepta functus in reditu ad cameram ejusdem Castellæ concilii, quæ omnia ea dispensat in quibus quoquo modo subditis suis benefit a Rege, paucisque ac selectissimis patet, accersitur. Plane quem hominem dignitas summo quodam constituit loco, eumdem juris scientia, promulgatæque in vulgus clarissimæ famæ lucubrationes, immortali memoriæ consecraverunt. Existimatus & appellatus is etiam superstes fuit a Didaco Covarrubia *Practicarum Quæstionum* cap. VIII: *acumine ingenii & judicii integritate insignis*; a Joanne Garzia cap. XII. *De expensis*: *vir eruditissimus, præclaris bonarum literarum præsidiis instructus*; aliter atque egregio quodam elogio ab Ambrosio Morali avunculo in laudato cap. VII. libri XIII. *Historiarum*. Ac jure quidem, nam in argumento admodum implicato & quotidiano cunctis Hispaniarum tribunalibus pupis, ut ajunt, & prora est Ludovici nostri opus:

De Hispanorum Primogeniis. Compluti apud Andream de Angulo; duobus voluminibus anno 1573. in folio. Coloniæ deinde simili forma 1588. necnon & 1601. Lugduni etiam 1613. folio. Cui, utpote sic necessariæ & instructu quoquo apparatiore dignæ penu, recentiores praxeos Hispanæ magistri *Additionum* justum volumen addiderunt, quod Lugduni editum fuit. Tandem Lugduni opus editum fuit anno 1672. folio, sumptibus Laurentii Arnaud & Petri Borde. Scripsisse idem dicitur:

Pro Successione regni Portugalliæ Allegationem: quæ M. S. alicubi latet.

Non improlis vixit in matrimonio D. Susannæ de Ovalle; prole tamen extincta nepotes ex Francisco fratre ad successionem vocati sunt.

LUDOVICUS DE MOLINA, Conchensis natu, in Jesuitarum sodalitio, cum virtutibus Christianæ ac religiosæ educationis, tum ingenii ac doctrinæ radiis, coruscare ante alios visus fuit usque ad supremum vitæ diem. Lusitaniam hic habuit, regnum doctissimis florens viris, sed tamen Castellanis theologis persæpe usum in academiis suis, sapientiæ ac eruditionis palæstram. Nec enim minus ex Martino Azpilcueta, doctore Navarro, Francisco Suario, Paulo de Palatiis, ne alios referam, Conimbricensi gymnasio accessit gloriæ, quam Eborensi ex Ludovico nostro, qua in schola diu primas tenuit partes interpretandi Doctorem Angelicum. Id tamen, quo solet Societas modo, nullius in verba magistri jurans, sed libere philosophandi, ingeniumque ingenue & non ad alicujus præscriptum exercendi facultate, quæ in medio posita est, dum terminales Sacrarum Scripturarum lapides maneant, sibi vindicata. Quamquam non raro nunc infixerit scholis suis dogmata & persuasiones communes, a quibus discedere piaculum sit. Magnus utique fuit Molina, nullique secundus moralium rerum & jurisprudentiæ utriusque magister, a quo in his si discesseris, non multi suppetent extincturi tuam eruditæ doctrinæ sitim. Nec minorem in scholæ theologia nomen sibi fecit, maxime adinventa illa humanæ libertatis cum divina hominum prædestinatione concordia, nulli prius audita, quæ scientiæ, ut vocat, inter simplicis intelligentiæ seu possibilium, & visionis seu futurorum, mediæ ope consequi sibi visus fuit, nec suæ tantum familiæ sed & pluribus aliarum theologis persuasit. Quamvis nonnemo sit cui, e Societate ipsa non unus aut alter ex antiquis, atque inter eos Henricus Henriquez, Robertus cardinalis Bellarminus, & Gabriel Vazquez, magna theologiæ atque istius ordinis nomina, Molinæ hanc sententiam haud approbasse videantur. Plane cum primum opera ejus prodire cœperunt, maxime autem post ejus mortem, valide concertatum fuit hac super doctrina, quam Augustini ac Thomæ Sanctorum sectatores, etiam coram Clemente VIII. P. M. novitatis, nequid amplius dicam communi doctorum omnis ætatis theologorum contrariæ, accusare non dubitabant. Sed nec pervicere quidquam dogmati adversum, indemni tamen eo relicto, quod res ageretur magnis utrimque animis, nec sine imbecillium scandalo, fortasseque occultorum divinæ providentiæ mysteriorum penetralibus curiosam ingenii aciem abstinere satius fuerit visum, disputari de eo aut scribi absque licentia Sedis Apostolicæ, Pauli saltem V. edicto, per sacram S. Officii congregationem I. Decembris die MDCXI. expedito, prohibitum fuit. Extant ab eo hæc opera:

In Primam Partem D. Thomæ commentaria: duobus tomis. Conchæ 1593. fol. Lugduni deinde, Venetiis, atque alibi.

De Concordia gratiæ & liberi arbitrii liber singularis. Olisipone 1588. in 4. Antuerpiæ 1595. 4. Item:

Appendix ad eandem Concordiam.

De Justitia & jure tom. IV. Conchæ 1593. & 1600. in fol. Antuerpiæ typis Nutii, & Maguntiæ Lippii, tom. VI. 1659. fol. *In quibus* (ait vere *Societatis Scriptorum* laudator) *tantum eminet Ludovici ingenium, tanta juris civilis comprehensio & dispositio ut mirum sit hominem, qui in theologicis studiis ab adolescentia totam pene ætatem contrivit,*

vit, *tantam consequutum fuisse juris scientiam, eamque tam exacte tradere potuisse.*

Dicitur etiam reliquisse in schedis duo alia de re jurisprudentiæ volumina, quæ limare & absolvere non potuit morte occupatus, quæ ei contigit quinque annis majori sexagenario Madriti, non diu postquam e Lusitania rediisset, 12. Octobris anni MDC.

LUDOVICUS DE MONTESINOS, origine forsan Bellomontanus, certe in oppido agri Toletani, quod Mascaraque, tribus ab hac urbe leucis disparatum, appellant, editus patre Joanne a S. Petro Sotelo, theologus, doctorque Complutensis. Postquam in hac schola sub Alphonso Deza, Societatis Jesu professore magni nominis, & aliis meruisset, statim atque in candidatorum albo nomen suum scripsit, Philosophum interpretandi locum obtinuit; & ab eo tempore omnes fere alios scholæ gradus usque ad supremum horis matutinis theologiam docendi fere sine competitore, cumque ingenti totius academiæ pressit commendatione plausuque. Ob perspicuitatem ingenii, perindeque doctrinæ, *clari doctoris* cognomentum adeptus, ea docuit frequentia discipulorum, gymnasium plusquam sexcentorum capax implente, ut e foribus ipsis atrioque nonnulli adstarent. Cui muneri per XXXVI. annos ea assiduitate vacavit, lubentiaque animi, ut recusatis quibuscumque pontificatibus, & inter alios Salmanticensi, tentatus etiam lippitudine, ac fere cæcus missionem haud procuraverit, sed opera anagnostis usus, quem juxta haberet, quæ suggerebat is auditoribus ipse dictaret. Morum animi & corporis integritate doctrinam mirifice commendabat, solitus ante matutinarum prælectionum pensum hora integra preces ad Deum effundere, ipsumque contemplari. Cogitasse quoque dicitur de commutanda in religiosam presbyterali vita, idque inter Carmelitas Excalceatos, si non retardasset propositum scholæ amor, ac studentium & collegarum callidæ preces votaque, ac tandem mors virum sic desideratum, octo annis majorem sexagenario, septima nempe die Octobris MDCXXI. ad feliciorem & augustiorem vitæ conditionem ab hac mortali emigrare jussisset. Jacere eum ad SS. Justi & Pastoris MM. Compluti refert; qui hæc & alia in præceptoris commendationem præfatus est, Alphonsus Sancius, olim auditor, ad ejus opera, quæ Carmelitarum collegium Complutense post mortem auctoris edi curavit; nempe:

Commentaria in Primam Secundæ Partis S. Thomæ: duobus voluminibus. Compluti apud viduam Joannis Graciani Dantisco anno 1622. in folio. Prior quidem tomus comprehendit priores LXX. quæstiones, posterior reliquas, hoc est, *De Peccatis. De Legibus. De Gratia Dei.* Ulteriora commentaria desiderantur. Typis etiam commissus fuit:

El Sermon, que predicó en las Honrras de Felipe II. en Alcala. Matriti anno 1599. in 4. Legesis de Ludovico nostro, ejusque vere Christiani præceptoris virtutibus, Alphonsum de Andrada, Jesuitam, ad finem libri, cui titulus, *El Estudiante perfecto.*

F. LUDOVICUS DE MONTOYA, Bellomontanus, Alphonsum de Leon & Mariam Alvarez de Montoya genitores nobili loco natos, Augustinianorum vero coenobium Salmantinum religiosæ vitæ natalem locum habuit. In eo ordine ea vixit semper opinione sanctitatis ut, viginti quatuor annos tantum numerans, jam rexerit novitiorum mores. Medinæ sodalibus præfuit; dein Portugalliam venit reformator Lusitaniæ provinciæ, cujus collegium Conimbricense novum erectum, monasterium quoque Olisiponensis urbis diu, atque itidem provinciam administravit. Electus is quoque in ministerium præbendi aures Sebastiano Portugalliæ Regi poenitenti, renuntiavit aliquando huic oneri, nec Visensis episcopatus infulis decorari passus est. Edidit vir juxta pius ac doctus, insignisque ecclesiastes:

Obras de los que aman a Dios: novem tractatibus. I. *Una meditacion breve de la Pasion de Nuestro Señor* (& hic tractatus, olim editus ab auctore ipso, in hanc aliorum collectionem conjectus fuit, qui inter B. Francisci Borgiæ opuscula huic viro sanctissimo adjudicatur). II. *Del Santissimo Sacramento.* III. *De la Union del Alma con Dios.* IV. *De la Santa Cruz.* V. *Del agradecimiento de los beneficios de Dios.* VI. *De dieziseis obras de amor que hacen los que aman a Dios.* VII. *Exercicio quotidiano de amor.* VIII. *Estacion espiritual del Christiano.* IX. *Doctrina que el auctor envió a un amigo suyo.* Olisipone apud Joannem da Barreira 1565. in 8.

Plures ejus *Sermones de Conceptione Deiparæ immaculata* adservari in coenobio de Gratia dicto (ejusdem urbis Olisiponensis ut credimus) refert ex aliis Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

Natus anno MCCCCXCVII. obiit VII. Septembris MDLXIX. duobus septuagenario major. Cujus vitæ & virtutum historiam Hieronymus Romanus, & Alexius de Meneses, Augustiniani, procuderunt; Thomas quoque de Herrera, ejusdem ordinis, in *Historia domus Augustinianæ Salmanticæ urbis* in compendium redegit. Lusitanum eum ap-

appellans Miræus insigniter falsus fuit. Jacet in memorato cœnobio Deiparæ Mariæ de Gratia Olisiponensis urbis, loco quodam honorifico, in quem a sepulcro fuit communi translatus anno MDLXXXIII. de quo & ejus epitaphio adire poteris Antonium a Purificatione in *Chronico hujus provinciæ Eremitarum Portugallicæ*, part. II. lib.V. tit. III. §. XXIII.

D. LUDOVICUS DE MORALES, Pinciæ edidit:

Epitome de los Hechos y dichos del Emperador Trajano. 1654.

LUDOVICUS MUÑOZ, Matritensis, Nicolai filius, qui in curia Regia vixit negotiis procurandis, quomodo & Petrus alter filius, nostrique germanus frater, intentus. Relator (ut vocant) ipse causarum in Regii Patrimonii senatu pietati vere natum pectus habuit, nec ejus possessione contentus, talentique suffossi & infructuosi, quod paterfamilias Evangelicus stulto servo imputavit, memor eloquentiam, qua pura & mascula instructum se a natura sentiebat, & quidquid literis profecisset ad instillandam aliorum animis probitatem, morum innocentiam & sanctitatem convertit. Quod non tam regulis quam exemplis, quippe quæ altius in viscera descendunt, atque rem pietatis validius promovent, conficiendum sibi existimavit. Nec tamen sine regulis exempla ob oculos posuit, imo quidquid sanctum & mysticum in vita & rebus gestis compertæ pietatis hominum latet, aut non omnibus manifestatur, sic acie mentis, optime a Deo præparatæ, visus fuit pertingere, sic stilo in commentaria deducere ut inter omnes hujus argumenti enarratores palmam cui deferat vix ullum habeat. Duxit ergo is calami penicillo germanos illustrissimorum sanctitatis heroum vultus, quos nunquam abolebit oblivio. Eccillos:

Vida de S. Carlos Borromeo. Matriti anno 1626. in 4.

Vida del venerable Siervo de Dios Maestro Iuan de Avila. Matriti 1635. in 4. Vertit in Italicam sodalis quidam Jesuitarum, quæ ex hac versione prodiit Mediolani apud Josephum Marellum 1667. 8.

Vida de Fr. Bartolome de los Martyres, de la orden de Santo Domingo, Arzobispo y Señor de Braga, sacada de las Historias que de el escribieron los Padres Fr. Luis de Granada, Fr. Luis de Cazegas, y Fr. Luis de Sousona de la misma orden. Matriti 1645. 4.

Vida y virtudes del venerable varon el Padre Maestro Fr. Luis de Granada. Matriti apud Mariam de Quiñones 1639. 4.

Vida que el Siervo de Dios Gregorio Lopez hizo en algunos lugares de la Nueva España: quæ ipsa est historia a Francisco Losa olim, & quidem aureo calamo, exarata, per Ludovicum nostrum locupletior facta, servatis tamen, propter dignitatem veteris & oculati historici, ubique ejus verbis. Ibidem anno 1642. in 4.

Vida y virtudes del venerable Padre Camilo de Lellis fundador de los Clerigos Reglares ministros de los enfermos, que llaman Agonizantes. Ex Italico in vernaculam linguam, nostri opera conversam, prodire fecerunt iidem patres ex officina quadam Matritensi post mortem auctoris anno 1653. in 4.

Vida y virtudes de la venerable Virgen Doña Luisa de Caravajal y Mendoza, su jornada a Ingalaterra y sucesos en aquel Reyno. Matriti 1632. 4. ex manuscriptis Michaelis Walpoli, Jesuitæ, schedis, quem Aloysia inter Anglos ministrum habuit a confessionibus, vitæque spiritualis ducem, imo ex ipsiusmet Aloysiæ monumentis manu propria exaratis, relationibus nempe ac literis, unde Walpolus plura ex suis acceperat.

Vida de la venerable Madre Mariana de San Joseph fundadora de la Recoleccion de las Monjas Augustinas, Priora del real convento de la Encarnacion, hallada en unos papeles escritos de su mano; sus virtudes observadas de sus hijas. Matriti Regiis typis in folio 1645. De hujus viri sanctitate, doctrinæ ejus & fructuosis lucubrationibus ex æquo respondente, multa reperiuntur annotata in præfatione quadam patris Salvatoris Falconis, ordinis Clericorum Infirmis Ministrantium ad Ludovici nostri *Vitam*, prius laudatam, *Venerabilis Patris Camilli de Lellis*, ejusdem ordinis patriarchæ.

LUDOVICUS DE NARVAEZ, scripsit in re musica:

Libros del Delfin de musica para tañer viguela. Valladoliti anno 1530. in 4. Vidit D. Thomas Tamajus.

F. LUDOVICUS A NATIVITATE, Lusitanus, ex familia S. Francisci provinciæ Portugalliæ, scripsit, ut accepi ex Georgio Cardoso:

Divindade do Filho de Deus humanado. Olisipone in folio.

Aplausos da Conceiçaon: quod opus MS. apud se esse ait.

LUDOVICUS NONNIUS (vulgo NUÑEZ) Alvari, medici Lusitani, filius, Antuerpiæ natus (Georgius autem Cardosus in schedis suis Santarenensem appellat, quod in-

inde esset pater Alvarus, ut suspicari possumus), medicus & ipse excellens, historicus, poeta, in singulis ostendit ingenii præstantiam, variam doctrinam, antiquitatis notitiam non vulgarem. Adhæc tractabilis & comis moribus: talem certe fatentur qui præsentem absentemque norunt aliquando. Scripsit:

Hispaniam, sive de oppidis, fluminibusque veteris Hispaniæ elegantissimum (Gasparis Barthii ad lib. VI. *Thebaid.* v. 877. & cujus non?) *Commentarium.* Antuerpiæ apud Verdusium 1607. in 8. Rursus editam in corpore *Hispaniæ illustratæ*, volum. IV.

Ichthyophagiam, sive de esu piscium. Antuerpiæ apud Bellerum 1616. 8.

Diæteticon, sive de re cibaria libros IV. Ibidem 1626. in 8. De quo opere laudatus nuper Barthius ad lib. II. *Theb.* v. 707. *Vide*, ait, *elegantissimum Diæteticon Ludovici Nonnii, viri doctissimi, & multis magnorum medicinalium conditoriorum conditoribus prudentioris, qui humanitatem humanitatis morbis curandis & sanitatibus tuendis non sejunxit.* Hortaturque subinde eum ad illustrandum interpretatione sua pulcherrimum Collumelæ *De cultu hortorum* librum metricum, mutuam pollicitus ab observationibus a se factis operam.

Commentarium in Julium Cæsarem, Augustum, Tiberiumque Hugonis Goltzii. Ibidem 1620. folio, typis Aertesii.

In ejusdem Goltzii Numismata Græciæ, seu in Tabulas Insularum Græciæ. Ibidem apud eumdem. Lusit quoque *Epicedium* Justo Lipsio, editum in *Fama posthuma* ejusdem *Lipsii*, & alia quædam *carmina* sparsim edita. Hæc totidem fere verbis Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica*, qui adjungit, de vivo adhuc Nonnio loquens, parata editioni eum habere *Elogia Hispanorum armis illustrium.* Nos Valerianis nonnihil adjunximus.

LUDOVICUS NUÑEZ CORONEL, Segoviensis, Antonii frater, natu major, & in collegio Montisacuti apud Parisienses sodalis, eo tempore philosophiam docuit, editisque libris publici omnium usus fecit, quo bonæ artes in Gallia prorsus jacebant, ingeniorumque vel felicissimorum omnis opera in construendis strophis & sophismatibus dialecticis ponebatur. Sed hoc vitio damus temporis non hominum. Ludovici interim commentaria cum hac inscriptione prodierunt:

Tractatus de formatione syllogismorum. Parisiis apud Joannem Barbier 1507.

Physicæ perscrutationes: ad Enecum Mendoza & Zuñiga, Burgensem mox episcopum, S. R. E. cardinalem. Parisiis apud Jacobum Juntam anno 1530. Scripserat autem hoc opus circa annum MDXI. Vix ausim affirmare hunc Ludovicum esse Coronelium illum, cui inscripta Erasmi epistola quædam lib. XIX. *Epistolarum* legitur, in qua deferre se multum illius admonitionibus super quadam in *Matthæi Evangelium* præfatione & paraphrasi, & in *Apostolicas* seu *Canonicas Epistolas* metaphrasi non obscure prodit. Hunc sane iterum commendat *absolutissimi theologi* præconio in literis ad Alphonsum Manricum, præsulem Hispalensem, datis eodem libro *Epistolarum.*

LUDOVICUS NUÑEZ DE TOLEDO, Villæfranchæ dominus, obtulit Philippo II. Regi:

Chronicon quoddam: quod asservari in bibliotheca Escurialensi affirmat, rei testis, Gundisalvus Argote de Molina in prologo ad *Itinerarium Ruderici Gomez de Clavijo*, quod ipse typis mandari curavit.

F. LUDOVICUS OSORIO, Lusitanus, sodalis Redemptorum Sanctissimæ Trinitatis, propria gentis lingua dedit, sermone partim ligato partim illigato:

Pancarpia de Varoës illustres & Santos collocados da ordem da Sanctissima Trindade.

LUDOVICUS DE OVIEDO, pharmacopola Matritensis, divulgavit:

Metodo de la coleccion y reposicion de las medicinas simples y de su correccion y preparacion. Matriti anno 1581. apud Alphonsum Gomezium in 8. & 1609. apud Ludovicum Sanchez in folio.

Tratado de Botica. Apud eumdem Sanchez 1621. in folio.

D. LUDOVICUS PACHECO DE NARVAEZ, Bæticus, domo ex Beatia urbe nobilissima & clarissimorum hominum altrice, unus, aut princeps, fuit nostra ætate eorum qui ad defensionem sui & hostium offensionem gladium, armaque alia, ex mathematicarum disciplinarum regulis tractare noverunt, aliosque hanc artem, & in his Philippum IV. clarissimæ memoriæ Regem nostrum, dum ætate esset huic exercitio opportuna, feliciter docuit. Peregrinatus olim fuerat militiæ nomine in Fortunatis insulis, instructor aciei (Sargento mayor vulgo) Lanzarotæ cujusdam earum, in Canaria tamen omnium præcipua, commorari solitus. Matritum vero postquam venit substitit ibi ad mortem usque, ut credimus, armorum archimagister Regio diplomate nuncupatus. Traxit is cum Hispalensibus quibusdam, ei arti addictis, super Hieronymi Carranzæ, qui primus huic rei normam & lucem attulisse dicitur, doctrina contentionis funem, unde va-

varia utrimque ſcripta prodierunt. Hujus hæc opera nota habemus:

Libro de las Grandezas de la Eſpada, en que ſe declaran muchos ſecretos, que compuſo el Comendador Geronimo de Carranza. Matriti 1600. in 4. apud heredes Joannis Iñiguez de Lequerica.

Compendio de la Filoſofia y deſtreza de las armas de Geronimo Carranza. Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1612. Obſcuriorum nempe plurium illius locorum (de quo hujus artis peritos cenſionem velim facere) illuſtrandorum cauſa, quod Matriti jam notus diſciplinæ iſtius peritia ſcripſit, extraneis & ad rem haud pertinentibus omiſſis.

Carta al Duque de Cea, diciendo ſu parecer acerca del libro de Geronimo de Carranza, de Madrid en quatro de Mayo de MDCXVIII. in 8. In hac epiſtola Joannis Pons Perpinianenſis meminit, hujus artis, antequam Carranza monumentis ſuis eam illuſtraret, centum & triginta quinque integris annis ſcriptorem.

Cien concluſiones, o formas de ſaber de la verdadera deſtreza fundada en ciencia, y diez y ocho contradicciones a las de la comun. Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1608. in folio.

Modo facil y nuevo para examinarſe los Maeſtros en la deſtreza de las armas, y entender ſus cien concluſiones o formas de ſaber. Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1625. in 8.

Engaño y deſengaño de los errores, que ſe an querido introducir en la deſtreza de las armas. Matriti 1635. in 4. Nempe adverſus Ludovici Mendez de Carmona, hujus artis Hiſpali profeſſoris, libellum ita inſcriptum *En defenſa de la doctrina y deſtreza de Carranza.* Præceſſerat:

Apologia contra Carranza. Et mox (niſi idem ſit cum nuper laudato opus):

Defenſa de ſu Apologia contra Luis Mendez de Carmona en nombre de D. Juan Fernando Pizarro. in 8. Hæc epiſtola eſt hujus nomine ſcripta ad D. D. Federicum Portocarrero Fernandez de Cordova. Truxilii 1623. 8.

Advertencias para la enſeñanza de la deſtreza de las armas aſi a pie como a cavallo. Matriti 1639. 4.

LUDOVICUS DE LA PALMA, Toletanus, Jeſuita, provinciæ Toletanæ bis præfectus, domorum (quomodo appellant) profeſſarum, atque item collegiorum ſæpius rector, vir magna prudentia & integritate morum, ſcripſit:

Hiſtoria de la Sagrada Paſion ſacada de los quatro Evangeliſtas. Compluti anno 1624. in 4.

Practica y breve declaracion del camino eſpiritual, como lo enſeña el B. P. Ignacio Fundador de la Compañia de Jeſus. Matriti 1629. in 8. Hanc Latine reddidit Jacobus Dyck, Jeſuita, ediditque Antuerpiæ 1635. in 8. Viennæ eodem anno, & Monachii.

Carta de la vida y muerte del P. Franciſco de Porras. Vertit quoque in vernaculum ex Latino:

Medico Religioſo del P. Carlo Scribanio. Matriti 1635.

El Exercicio de la muerte.

Denatus eſt Matriti xx. Aprilis anno MDCXLI. ætatis ſuæ LXXXI.

LUDOVICUS DE PARACUELLOS, neſcio quis, edidit librum:

De los deſagravios de Nueſtra Señora en la Ciudad de Granada.

LUDOVICUS DE PARAMO, natus in oppido Borox diœceſis Toletanæ, archidiaconus & canonicus eccleſiæ Legionenſis, deinde apud Siculos Fidei cauſarum Apoſtolicus inquiſitor, D. Gaſparis de Quiroga, Toletani archiepiſcopi, ejuſdemque generalis per Hiſpanias atque illi ſubditas provincias inquiſitoris, nutu & auſpiciis commentatus eſt:

De Origine & progreſſu Officii Sanctæ Inquiſitionis, ejuſque dignitate & utilitate; nec non & Romani Pontificis poteſtate, & delegata Inquiſitorum, edicto Fidei, & ordine judiciario Sancti Officii. Matriti anno 1598. in folio. Antuerpiæque anno 1614. folio. Plenum ſcilicet opus varia eruditione ac doctrina; quas ſcribendi ſtilus & Latine eloquentiæ facultas non mediocriter ornant.

Reſponſa duo pro defenſione Juriſdictionis Sanctæ Inquiſitionis adverſus oppoſitiones & capitula Judicum ſæcularium regni Siciliæ. Primum Matriti anno 1594. alterum ibidem 1599. in 4.

Ad S. D. N. Paulum V. P. M. Confutationes Decretorum, quæ a Venetorum Duce adverſus Immunitatem Eccleſiaſticam edita ſunt. Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1606. in 4. At manuſcriptum apud me habeo:

De Monarquia regni Siciliæ adverſus Cardinalem Baronium volumen juſtum, ducis Feriæ, Siciliæ tunc proregis, precibus formatum. Incipit *Cum aliquot ab hinc menſibus* &c. nuncupaturque Philippo III. Regi.

LUDOVICUS DE PASTRANA, cappellanus eccleſiæ cathedralis Conchenſis, dedit foras:

Principios de la Grammatica en Roman-

ce. Pinciæ apud Guilielmum Robi anno 1583. in 8.

LUDOVICUS PEGUERA, Catalanus, Minorissensis (Manresa oppidum intelligo), jurisconsultus, assessor olim ordinarius curiæ ut vocant capitaniæ, deinde in dicasterio Barcinonensis urbis foroque criminalium causarum senator Regius, scripsit docte:

Praxim Criminalem & Civilem: quam *additionibus* locupletem Acasii de Ripoll, juris interpretis in Barcinonensi academia, edidit in eadem urbe Antonius de Lacavalleria 1649. in folio, post veteres editiones.

Decisiones Cataloniæ Senatus: duobus voluminibus. Barcinone anno 1605. & anno 1611. deinde Venetiis apud Joannem Antonium Somascum anno 1608. in folio.

Quæstiones Criminales in actu practico frequentiores in Barcinonensi regio Concilio criminali pro majori parte decisas. Barcinone 1585. in folio. Venetiis 1590. in 8. Francofurti 1599. in 4.

Auream & elegantem repetitionem in Cap. III. incipiens, Item ne super Laudemiis &c. Regis Petri III. in Curia Cervariæ, in qua multa de Feudis, Laudemiis, & Jure prælationis in alienatione rerum feudalium. Barcinone apud Petrum Mali 1577. fol. Tribuitur quoque ei, Hispane scripta:

Practica de celebrar Cortes en Cataluña. Barcinone 1632. in 4. Postumum opus.

LUDOVICUS DE PERAZA, nescio quis, qui bachalaurum sese vocat, reliquit manuscriptam ante centum annos:

La Historia de Sevilla: quod pensum post eum forte volverunt Alphonsus Morgadus, Rodericus Carus, Paulus de Espinosa, D. Didacus Ortiz de Zuñiga. Extant duo, quod sciam, MSS. exemplaria, alterum in bibliotheca ducum de Alcala, & alterum penes D. Ferdinandum de la Sal Hispali. Habuit quidem penes se Gundisalvus Argote de Molina, qui laudat inter codices MSS. quibus utebatur, & olim habuit Sancius Hurtado de la Puente, senator Hispalensis dicasterii, cum viveret.

LUDOVICUS PEREIRA, Lusitanus, edidit versibus Lusitanis:

Elegiada do sucesso da Armada del Rey D. Sebastiaõ. Ulisipone 1588.

LUDOVICUS PEREZ, e Portillo Castellæ Veteris oppido, protonotarius Apostolicus, poeta & orator, idemque sacerdos, mansit apud D. Ludovicum de Mendoza, Mondexaris marchionem, a quo & Nicolaus Clenardus, ille propter grammaticam Græcam satis notus, domi habitus fuit ut linguæ Græcæ arte patronum imbueret. Edidit quidem noster:

Operum Poeticorum volumen: scilicet ad Philippum, Cæsaris invictissimi filium, *De expugnatione novæ Carthaginis* (Tunetum intelligo) *deque excelsis inibi heroica virtute gestis Ludovici Mendozæ Marchionis. De ortu altissimo Domini nostri Jesu Christi, & laudibus Christiferæ Virginis. Hymnum Sapphicum de laudibus Divi Stephani Protomartyris. Carmina in laudem sancti Hieronymi. De Contemptu mundi, mortis futuræ, horribilisque Judicii timore.* Pinciæ 1561. in 4.

Vernacule etiam:

Loores de Nuestra Señora. Pinciæ apud Sebastianum Martinez anno 1564. in 4.

Calidades del Can y del Cavallo. Ibidem apud Hadrianum Chemart 1568. in 8.

Glosa famosa sobre las Coplas de D. Jorge Manrique. Pinciæ 1561. in 8. & 1564. ac Medinæcampi 1574.

LUDOVICUS PEREZ RAMIREZ, Lusitanus, Hispali medicus, & in academia primarius hujus artis professor emeritus, scripsit:

Defensa de las sangrias del Tovillo. Hispali 1652. 4. per Joannem Gomez de Blas.

LUDOVICUS PIMENTEL, Jesuita, auctor inscribitur libro hujus tituli:

Historia de Mindanao, hujus scilicet insulæ in orientali orbis plaga.

LUDOVICUS PINHEIRO, Lusitanus, ex oppido Esqueira ditionis Aveirensis, Societatis Jesu sacerdos, scripsisse dicitur:

Historia de Nossa Senhora de Carquere, e sucesso do milagro que obrou no primeiro Rey de Portugal D. Alfonso Henriquez. Hujus non meminit *Societatis Bibliothecæ* ultimus locupletator, nisi idem sit cum alio cognomine, Talabricensi, eodemque Lusitano, qui de rebus scripsit Japonicis.

LUDOVICUS PIÑEIRO, Lusitanus, Talabricensis, qui in Societate vixit usque ad annum MDCXX. ætatis suæ LX. obiitque Ulisipone. De rebus Japonensibus scripsit:

Relacion del suceso que tuvo nuestra Santa Fe Catolica en los reynos del Japon desde el año DCXII. hasta el de DCXV. imperando Cubosama. Matriti 1617. in folio apud Alphonsum Martinum.

LUDOVICUS PONS DE ICART, Tarraconensis eques, jurisconsultus ac doctor, scripsit:

De las Grandezas y cosas memorables de la Me-

Metropolitana Ciudad de Tarragona. Ilerdæ anno 1572. in 8.

Historia de los Arzobispos de Tarragona: erat ante aliquot annos MS. penes D. Fabricium Pons de Castelvi, actoris nepotem, Regium Barcinonensis dicasterii judicem, quod opus se vidisse retulit mihi D. Josephus Pellicer, historicus Regius. Promiserat quoque *De Inscriptionibus urbis Tarraconensis*, diversum librum a superioribus, quem nondum foras datum credimus. Hunc etiam penes D. Fabricium fuisse audio typis circa anno MDCXL. communicandum; ac item *In laudem S. Theclæ* scriptum quoddam.

D. LUDOVICUS, INFANS PORTUGALLIÆ, Emmanuelis Regis filius, anno sexto præteriti sæculi in oppido Abrantes natus; non tantum Regiæ stirpis ad se transmisso, sed & propriæ virtutis dotumque a natura liberalissime concessarum proprio merito, Lusitanæ princeps juventutis, gentisque amor delitiæque, quod Tito olim Cæsari Romanus orbis adjudicavit. Hic in comitatu Caroli Cæsaris Tunetanæ interfuit expeditioni. A Petro Nonnio, celeberrimo illius ævi mathematico, hujus disciplinæ omnes partes affatim cum didicisset, imposuit sibi, ut & docere alios posset, scribens librum:

De modos, proporçoes & medidas: Lusitana lingua, hoc est, *De modis, proportionibus & mensuris*. Teste Damiano Goesio in *Vita Emmanuelis Regis*, parte I. cap. CI. Hujusmet esse dicitur viri Principis aliqua pars fabulosæ historiæ *Palmerini*, quæ Francisci de Moraes nomen præ se fert, atque item comœdiam *Duardos* dictam, quæ inter alias Ægidii Vicentii legitur. Cardosus in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam*.

Obiit diem suum Olisipone ad finem anni MDLVI. ætatis XLIX. Antonio filio notho post se relicto, qui sequentibus annis Rex importune salutatus exilium patriæ sibi peregrinationisque creavit ærumnas.

F. LUDOVICUS DE PRÆSENTATIONE, Lusitanus, Mirtili oppido natus, Carmelitarum sodalis, theologiam, quæ mores format & ab eis appellatur, eo tempore docebat quo foras emisit:

A Vida e morte do Padre Fr. Estevaõ da Purificaçaõ Religioso da orden de Nossa Senhora do Carmo da provincia de Portugal. Olisipone 1621. 4. Deinde edidit eadem vernacula gentis lingua:

Excellencias da misericordia e frutos da esmolla. Anno 1625. in 8. apud Gerardum de Vinha.

LUDOVICUS DE LA PUENTE, Pincianus, Societatis Jesu, post prima illa religiosi hujus firmamenti sidera decus floruit maximum, præcipue doctrina salutari & ascetica, quæ dirigendæ & ab insidiis hostium communiendæ salutis viæ impenditur, quamque, nisi experimento prius didiceris, frustra alios docere velis. Ea nimirum Ludovicus fuit sanctitate vitæ ut non solum letalis nullius culpæ conscius sibi fuisse dicatur, sed & vigesimo ante obitum anno sese voto adstrinxisse leviorum quoque & venialium deliberatam admissionem, quantum humana fragilitas potest, evitandi. Quo ex tempore (ait *Societatis Bibliothecæ* auctor) *nihil in ipso notari potuit quod constaret esse reprehensionis capax.* Diserte ab hoc auctore Pontani recensentur virtutes, de quibus, & toto vitæ tempore ab eo gestis, liber extat justæ molis a Francisco Cachupin, ejusdem Societatis, scriptus. Et hoc tempore placuit jam congregationi Sacrorum Rituum de sanctitate illius ut consueto more examen habeatur. Opera ejus, quæ tota pietatem spirant, mireque promovent, jam subjicimus:

Meditaciones de los mysterios de nuestra santa Fe con la practica de la oracion mental sobre ellos: duobus tomis, sive sex partibus. Qui Pinciæ primum prodierunt, ut credimus, anno 1605. 4. deinde Barcinone 1609. in 4. atque iterum Pinciæ ex officina Godinez 1613. 4. Hos in Italiæ linguam transtulit Julius Cæsar Braccini, Lucensis, quæ interpretatio cum alibi sæpius, tum Romæ prodiit ex officina Andreæ Fei anno 1620. in 8. Item in Gallicam vertit Antonius Balinghem, Audomarensis, teste Valerio Andrea in *Bibliotheca Belgica*, & iterum Renatus Gaulthier, Regius consiliarius & advocatus generalis in magno concilio, tum alias, tum anno 1612. in 4. apud viduam Guilielmi de la Noue Parisiis. Belgice Jacobus Susius, saltem partes quartam & quintam, Antuerpiæ apud Joannem Knobarum editas. Latinas fecit Melchior Trevinus, & ex aliqua parte Ricardus Gibbonus, omnes ejusdem Societatis, quæ prodierunt Coloniæ Agrippinæ apud Kinckium anno 1612. *Compendium* quoque etiam Gallicum dedit ut audio idem Renatus Gaulthier, consiliarius Regius, Parisiis anno 1645. in 8. Anglicumque Thomas Everardus 1623. sicuti & Hispanum Nicolaus de Arnaia, ejusdem Societatis, Valentiæ editum 1617. 8. (quod ipsum interpretatione Gallica Fr. Berlaugar, ordinis Minorum Observantiæ, donatum prodiit Parisiis apud Rinaldum Chaudiere 1614. in 12. & Italica nescio cujus alibi). Forte & hoc ipsum Arnaiæ (id quod Flandrice vertisse Theodorum Kievit, Roterodamensem, atque edidisse sub Turani Vekiti nomine scribit Alegambe) aliudque D. Martinus de Bo-

Bonilla, sub nomine Francisci a Cruce; Latinum vero Petrus Ximenez, similiter & ipse Jesuita, Coloniæ apud Joannem Kinckium anno 1623. & rursus 1629. 8. in quibus editionibus, nomen licet occultatum is voluerit, efficere non potuit quin Ludovicus Dulcebenius, ejusdem Societatis, hujus *Compendii*, Italice a se versi, Petrum Ximenium autorem laudaret.

De la Perfeccion Christiana: quatuor voluminibus. Quæ Melchior Treviñus, ejusdem cum eo instituti, Latine vertit, Coloniæque edidit apud Kinckium anno 1614. Gallice quoque laudatus supra Renatus Gaulthier Parisiis editum anno 1612. apud Dionysium de la Noue; item Franciscus de Rosset, juris doctor, & advocatus parlamenti Parisiensis, primum tomum interpretatus est, qui in eadem urbe prodiit ex officina Laurentii Sonnii 1614. in 4. secundum vero Fr. Thomas Jaurimont, in eadem officina excusum 1613. 4. tandem Bernardinus de Montereul, Jesuita, integrum opus recensuit, & Parisiis apud Sebastianum Lare 1645. in 12. sex voluminibus edi curavit. Hispane autem sic inscripta prodierunt:

Tomo primero. De la Perfeccion Christiana en todos estados sobre la Historia de Ruth. Pinciæ apud Joannem Godinez 1612. 4.

Segundo tomo. De la Perfeccion del Christiano en los estados y oficios de las tres Republicas, Seglar, Eclesiastica y Religiosa: tratase mas particularmente de la Seglar. Ibidem typis Francisci Fernandez de Corduba anno 1613. in 4.

Tercer tomo. De la Perfeccion Christiana en los estados de Continencia y Religion y en la guarda de los consejos Evangelicos. Pampilone apud Nicolaum de Assyain 1616. 4.

Tomo quarto. De los Sacerdotes, Confesores, Maestros, Predicadores, Obispos y Prelados. Ibidem apud Carolum de Labayen 1616. in 4.

Guia espiritual de la Oracion, Meditacion, y Contemplacion; de las divinas visitas, y gracias extraordinarias; de la mortificacion, y obras heroycas, que la acompañan. Pinciæ apud Joannem Bustillo anno 1609. 4. Matritique apud Alphonsum Martinum anno 1614. in 4. Latine, opera ejusdem Trevinii, Coloniæ 1613. in 8. Gallice quoque Parisiis ejusdem Francisci de Rosset opera, tum anno 1612. 8. tum 1627. in 8. Et Italice ex versione viri clarissimi Alexandri Sperelli, qui ante aliquot annos obiit, Eugubinus episcopus, notusque operum suorum celebri fama, dum esset protonotarius Apostolicus atque Parmensis præsulis vicarius generalis, Romæ 1628. in 8. apud heredes Zannetti, qui in nuncupatoria ad illustrissimam dominam Catharinam Gymnasiam de opere isto ait esse quidem *unam ex pulcherrimis hujus argumenti lucubrationibus vereque spiritus & mysticæ theologiæ quintam* (ut appellat) *essentiam.*

Vida del Padre Balthasar Alvarez. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1615. 4.

Directorio Espiritual para la Confesion, Comunion, Sacrificio de la Misa; sive *De recto Sacramentorum usu.* Hispali apud Andream Grande 1625. in 8.

Latinum quoque edidit opus, scilicet:

Expositionem moralem & mysticam in Canticum Canticorum, quæ continet exhortationes sive sermones de omnibus Religionis Christianæ mysteriis atque virtutibus: tomis duobus. Coloniæ 1622. in folio. Parisiisque apud Cramoysi 1646. in folio.

Pertexuit quoque *Vitam & res gestas* lectissimæ & admirandæ virginis *Marinæ de Escobar* usque ad annum MDCXXIV. quo ipse obiit; quod opus continuavit usque ad Marinæ mortem, quæ anno contigit MDCXXXIII. Michael Oreña, ejusdem Societatis, qui in gubernanda virginis conscientia Ludovico successit. Prior pars, quæ ad nostrum pertinet, edita jam legitur Madriti apud Franciscum Nieto 1665. in folio.

Obiit quidem is Pinciæ XVIII. Februarii, hujus, quem diximus, anni MDCXXIV. ætatis suæ LXX. aditæ Societatis L.

F. LUDOVICUS PUEYO ET ABADIA, Cæsaraugustanus, Carmelita, diffinitor suæ provinciæ Aragoniæ, artium magister, ac theologus doctor Cæsaraugustanus, in cujus urbis lyceo Scotum ex cathedra hoc anno MDCLXXXI. docet, concionator ibidem fama notus, edidit hactenus:

Analogias de Pulpito y Catedra, proporciones panegyricas, y escolasticas. Cæsaraugustæ 1676.

F. LUDOVICUS DE QUIROS, ordinis S. Francisci provinciæ Sancti Jacobi, Canariensisque præfectus alterius provinciæ, scripsit:

Breve Sumario de los milagros, que el Santo Crucifixo de S. Miguel de las Vitorias de la ciudad de la Laguna en la Isla de Tenerife ha obrado hasta el año de MDCX. y de los primeros Predicadores de la Fe en las Islas de las Canarias. Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja anno 1612.

F. LUDOVICUS RAM, ordinis Minorum provinciæ Aragoniæ, concionator egregius, edidit vulgari sermone:

Descripcion del Convento de Nuestra Señora

ra de Monlofu y Ju montaña. Cæfarauguftæ 1634. in 4.

F. LUDOVICUS DE S. RAYMUNDO, Granatenfis, ex familia Reformata Deiparæ Virginis Mercenariorum, commiffario per Italiam generali a fecretis, edidit:

Variarum Refolutionum Moralium primam partem. Panormi 1651.

Variarum Refolutionum fecundam & tertiam partem. Ibidem.

F. LUDOVICUS DE REBOLLEDO, Francifcanus provinciæ Bæticæ, quam ineunte hoc fæculo præfectus adminiftrabat, fcripfit lingua vernacula, elegantius quam accuratius (ut ait Waddingus, idoneus quidem teftis, qui idem faxum verfavit):

Chronica general de San Francifco y de fu orden Apoftolico: cujus prior pars prodiit Hifpali anno 1598. in folio. Huic fubnectitur: *Un Catalogo de los Santos y Varones notables de la mefma orden.* Pofterior ibidem edita eft anno 1603. in folio, pertingitque ufque ad Leonardi de Griphonibus, generalis magiftri quarti fuper vigefimum, tempora. Profitebatur is concionatorium munus non fine laude, unde nata eft:

Primera parte de cien oraciones funebres, en que fe confidera la vida, y fus miferias, la muerte y fus provechos. Hifpali apud Clementem Hidalgo 1600. 4. & 1603. in 12. Matriti 1604. 4. Cæfarauguftæ apud Joannem Quartanet 1608. 4. Hifpanam fecit ex Landulfo Carthufiano monacho:

La Vida de Chrifto. Hifpali.

Conftitutiones quoque plurium *Capitulorum generalium* fui ordinis in unum volumen redegit, atque in eadem urbe Hifpalenfi edidit 1610. Tribuit præterea ei Haroldus in fupplemento adhuc inedito *Waddingi Scriptorum*:

Un Tratado del Monte Alvernia.

F. LUDOVICUS RENGINO, Mexici natus, Dominicanus provinciæ Mexicanæ, edidiffe fertur varios *Tractatus & Sermones* linguis Indiarum Mexicana, Myfteca, Zapoteca, Mije, Chochona & Tarafca. Antonius de Leone in *Bibliotheca Indica occidentali*, tit. XVIII. & Auguftinus Davila Padilla in fine *Hiftoriæ Provinciæ* hujus *Mexicanæ*.

LUDOVICUS DE RIBAS, patria Valentinus, facerdos Societatis Jefu, facræque theologiæ doctor, Cæfarauguftæ philofophiam, hanc eamdem theologiamque in patria docuit. Cenfor ibi Sanctæ Inquifitonis, rector collegii, præpofitus domus profeffæ, ac tandem provinciæ Aragoniæ præfectus fuit. Editam ab eo fcimus:

Summam Theologicam. Lugduni anno 1643. in folio.

D. LUDOVICUS DE RIBERA, Hifpalenfis, ut fufpicor ex eo quod Bætim appellat patrium, in eaque urbe fatis notum fit hoc cognomen, ex Peruana urbe Potofi ad fororem, virginem Deo facram in monafterio Conceptionis Deiparæ, pia mifit atque egregia carmina, quæ prodierunt hoc titulo:

Sagradas Rimas. Hifpali apud Clementem Hidalgo 1612.

F. LUDOVICUS DE RIBERA, Hortenfis monachus ordinis Ciftercienfis, hujufque domus abbas, vertit noftrate lingua Joannis Caffiani *Collationes Patrum*: fcripfitque *elogia Sanctorum, quorum reliquiæ in monafterio Hortenfi affervantur.* Teftibus Chryfoftomo Henriquez in *Phœnice*, & Carolo Vifchio in *Bibliotheca Ciftercienfi.* Vivebat anno MDXC.

F. LUDOVICUS RODRIGUEZ, Gallæcus, Noienfis, Minorum fodalis, apud Civitatenfes facram fcientiam docebat cum edendum dedit:

Dialecticæ Ariftotelis Compendium, commentaria & plures articulos fuper Logicam Joannis Duns Scoti. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1624. Tria reliqua volumina in *Phyficam & Metaphyficam*, quæ parabat emittere, adhuc defiderantur, nam nec Waddingus eorum meminit.

F. LUDOVICUS RODRIGUEZ, Francifcanus, tranftulit in Mexicanam linguam *Salomonis Proverbia*, pluraque alia fragmenta facrorum Bibliorum: opufculum item aureum, five Thomæ a Kempis, five Joannis Gerfonis, *De Contemptu Mundi*, demptis tantum XX. poftremis capitibus libri III. quæ poft ejus deceffum adjunxit Joannes Baptifta, ejufdem ordinis, præfectus cœnobii Tetzavani.

Sermones item *varios* & *Tractatus*; necnon *brevem Catechifmum.* Waddingus & Antonius Leonius.

LUDOVICUS RODRIGUEZ DE PEDROSA, Lufitanus, Olifiponenfis, doctor medicus Salmantinæ academiæ, atque hac ætate profeffor clarus, ante quinquaginta fere annos Salmanticam veniens, viginti dumtaxat natus, cathedram, quam Regentiæ vocant in claffe medicorum, ftatim obtinuit; inde autem gradatim per alias Prognofticorum Methodique ad præcipuam, atque uberis proven-

ventus, philosophiæ Naturalis professionem ascendit: unde ad primarium ejusdem medicæ artis docendæ locum fuit vocatus. Hujus viri existimationem, doctrinæque præstantiam id imprimis ambigere non sinit, quod emerito jam, & juxta scholæ hujus leges a professione quiescenti, nova quædam alia medicinæ cathedra, Regii Castellæ senatus providentia huic rei creata tribus aut quatuor ab hinc annis, commendata sit. Præterquamquod exteris, preli beneficio, communicare jam cœpit quæ antea premebat acuminis & industriæ referta monumenta, parum trita ab aliis via, philosophos ac medicos quasi manu ducens ad naturæ adyta. Vulgavit hactenus, ex decem quos elaboratos habere se ait:

Selectarum Philosophiæ & Medicinæ difficultatum, quæ a Philosophis vel omittuntur vel negligenter examinantur tomum primum. Salmanticæ apud Melchiorem Estevez anno 1666. in folio. In fine secundæ disputationis refert se ad suam *Pharmacopæam*.

LUDOVICUS RODRIGUEZ DE VERGARA, canonicus ut vocant Magistralis, sive theologus ecclesiæ Calagurritanæ, hujusque sacræ scientiæ doctor, scripsisse dicitur:

Detestationem peccati. Cujus rei mihi auctor est Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro* hujus ecclesiæ.

LUDOVICUS SANCHEZ, typographus Matritensis, collegit ex variis auctoribus, publicavitque ex officina domus suæ:

Manual de exercicios espirituales. Matriti 1615. in 16. Idemne est, cui Petrus Alba tribuit:

Regla y Instruccion de la Congregacion de Nuestra Señora de la Concepcion. Matriti 1630. in 16?

LUDOVICUS SANCHEZ DE MELO, Lusitanus, jurisconsultus, Olisipone prius deinde Hispali & Malacæ advocatus causarum, scripsit:

Invectiva Poetica contra cinco vicios Sobervia, Invidia, Ambicion, Murmuracion y Ira, y elogios de las virtudes contrarias. Malacæ 1641. in 4.

Tractatum de Induciis debitorum a creditoribus suis, aliisque personis concedendis, vel non; ad Justinianum Cæsarem in libro ultimo C. Qui bonis cedere possint, & municipales leges regni Castellæ & Lusitaniæ. Malacæ anno 1642. in 4. Venetiis 1649. Quo in opere *Singularium Responsorum*, atque item *Singularium Quæstionum* (si non tamen iidem sunt) libros a se conscriptos memorat.

LUDOVICUS DE SANLLORENTE, Cordubensis, sanctæ Hispalensis ecclesiæ portionarius, antiquariæ omnis rei & suppellectilis amator & curiosus indagator, edidit, cum Romæ olim versaretur:

Vitam B. Attonis Pacensis, Episcopi Pistoriensis: ad Joannem Bertrandum de Guevara, Pacensem in Hispania antistitem. Romæ apud Stephanum Paulinum 1613. 4.

Idatii Lemicensis Episcopi continuationem ad Chronica Sancti Hieronymi: quam ex codice quodam MS. Parisiensi tunc primum edere sese affirmat. Ibidem 1615. 4. Quam quidem editionem cum Scaligeriana & Sirmondiana conferre pretium operæ erit.

Flavii Lucii Dextri Chronicon, jam vulgare, MS. noster habuit, brevibusque illustravit notis, cujus exemplum apud me est.

Denatus fuit Hispali MDCXXI. cujus D. Emmanuel Sarmiento, ejus collega, atque exequutor testamenti, intra portam sacræ ædis maximæ, quæ a turri vicina nuncupatur, sepulti memoriam insigni elogio reliquit posteris commendatam.

F. LUDOVICUS SANZ DE PROXITA, ordinis Carmelitarum, cui Valentiæ in patria se addixit, theologus doctor & professor Valentinus, scripsit:

Sermones varios. in 4. Valentiæ apud Bernardum Nogues: & quatuor alia volumina ejusdem argumenti lucem adhuc desiderant.

Expositio item ejusdem *literalis, & moralis in Habacuc*.

Denatus est Valentiæ secunda die Julii MDCLXII.

LUDOVICUS DE SARABIA, post canonum professionem in academia Oscensi, canonicus almæ urbis Cæsaraugustanæ, scripsit:

De Jurisdictione Adjunctorum coadjuvantium Episcopum contra Clericos criminaliter procedentem.

F. LUDOVICUS DE SCALA, forte ESCALERA, Franciscanus, scripsit tractatum vulgarem:

De Provisione Toleti facta anno MDXLI. pro mendicis, qui prius per portas discurrebant pro colligenda stipe. Incipit: *El año pasado de MDXLI. se truxo a Toledo una provision* &c. Scriptus fuit, ut apparet, anno sequenti, extatque MS. in bibliotheca Sancti Joannis Regum, Toletani Franciscanorum cœnobii, uti refert Franciscus Haroldus in *Appendice*, seu *Auctario*, adhuc inedito, Waddingiani operis *De Scriptoribus ordinis Minorum*.

LU-

LUDOVICUS SCRIVA, Valentinus, vir nobilis, ſcripſit ad Franciſcum Mariam Feltrium della Rovere, Urbinatum ducem:

Tribunal de Venus. Venetiis apud Aurelium Pincium 1537. 8.

D. LUDOVICUS SEQUEIRA, in Japoniæ regno epiſcopus, miſit ad nos:

Relacion del martyrio de ſeis Chriſtianos del Japon: quæ edita fuit cura Joannis Moſquera, Jeſuitæ, anno 1606. in 8.

F. LUDOVICUS DE SOLORZANO, Dominicanus, ſacræ theologiæ magiſter, in Mexicana, unde erat religioſis natalibus, Americæ ſeptemtrionalis provincia ſacrarum Scripturarum doctrina floruiſſe dicitur apud hiſtoricum ordinis Prædicatorum ejuſdem provinciæ parte IV. lib. III. cap. LIII. circa annum ſcilicet hujus ſæculi XV. ſcripſiſſeque duobus tomis:

De locis communibus Gloſſæ incognitæ. Quæ quo ſint referenda velim ab alio doceri.

F. LUDOVICUS SOTELO, Hiſpalenſis, Minorum Excalceatorum ſodalis, ex provincia Bætica, unde erat religioſa profeſſione, in Indiam prius occidentalem, atque inde ad Japoniorum regna delatus excoluit ibi ſedulo induſtrieque longinquam illam Chriſti vineam, atque eamdem ad ultimum martyrio ſuo, cum aliis duobus ſociis anno MDCXXIV. fortiſſime tolerato, nobiliorem atque illuſtriorem reddidit. De quo adiri Waddingus poteſt in *Scriptoribus* & in *Martyribus Franciſcanis.* Eatenus vero ad hunc album ſpectat quod ſcripſerit in vinculis & Japonico carcere:

Epiſtolam ad Paulum V. de ſtatu rerum Japonicarum & mittendis eo idoneis operariis. Prodiit Matriti reciſſis quibuſdam (ait Waddingus) quæ religioſam quamdam familiam male poſſent habere.

Epiſtolas alias pleraſque, ad principes, prælatos eccleſiarum, alioſque graves viros, de eodem argumento.

Catechiſmum Japoniorum, alioſque libellos, genti erudiendæ opportunos.

F. LUDOVICUS DE SOTOMAYOR, Luſitanus, Oliſiponenſis, ſodalibus Prædicatoribus in patria adſcriptus, Lovanii theologos audivit, unaque Græcæ atque Hebraicæ linguarum præceptores. Londinum veniens, quo tempore Philippus Rex Catholicus per Mariam conjugem Anglorum potiebatur, Latinam ipſe linguam docere juſſus fuit, quo ſimul Catholica pietate imbueret curialium pueros, flexibilemque illam, quo manuduxeris, ætatem. His tribus linguis, quæ janua ſunt ad Scripturarum ſacrarum intimam cognitionem, eo ſcilicet propoſito Belgii poſtinde, & in Germania atque ubique, incubuit ut penetraret facilius Bibliorum adyta, Patribus adjunctis, e quorum caſtris nec latum unguem, nec digitum tranſverſum, ut dici ſolet, diſcedere voluit; quaſi theologum eccleſiæ filium dedeceret aliunde quam ex doctrina & commentariis eccleſiæ Patrum velle ſapere, aut divinas literas interpretari. Averſatus idcirco fuiſſe dicitur Forerii & Oleaſtri conſilium non advocandi horum teſtimonia ad ſuas in Scripturam ſanctam lucubrationes; nec induci potuiſſe ut eorum libros ad privatam bibliothecam admitteret, in oreque hoc ſemper tuliſſe *nihil ſapit qui ſine Patribus ſapit.* Tridentinæ interfuit ſynodi poſtremis ſeſſionibus ſub Pio IV. pontifice; atque hinc Luſitaniæ redditus Conimbricæ in academia docere cœpit Bibliorum doctrinam, unaque doctiſſima in ejuſdem Scripturæ quoſdam libros digerere commentaria, omnibus omnium diſciplinarum floſculis, quos ſtudium multiplex ac feliciſſima ei ſuppeditabat memoria, conſperſa, ad quorum editionem ab ipſo ſacrorum ſummo antiſtite Clemente VIII. literis XXVIII. Martii MDXCVII. Romæ datis benigniſſime fuit invitatus. Numquam legit quin ſimul annotaret; dextræque manus, aliquando chiragra debilitatæ, uſui aſſiduitate docuit lævam ſufficere. Uſque ad XLV. profeſſionis annum in ſchola duravit, aliquando tandem rude donatus, quo adveniente, liber jam & ſui juris, cellæ cum libris ſeſe incluſit, robuſtiſſimam, qua ſemper viguit, ſalutem omnibus horis cum pietatis & religioſæ vitæ operis tantum dividens. Obiit tandem Conimbricæ LXXXIV. annis natus, ipſo Pentecoſtes feſto die anni MDCX. magno ſui deſiderio, & ſanctitatis apud omnes fama relicta. De quo plura lectu digna continent *Hiſtoriæ Dominicanæ regni Portugalliæ* partis primæ libri III. capita fere integra XXXVIII. & XXXIX. Monopolitani epiſcopi *Hiſtoria generalis Prædicatorum*, parte III. lib. III. cap. LX. Georgius Cardoſus, aliis laudatis, in *Agiologio Luſitano*, XXX. die Maii. Scripſit:

Cantici Canticorum Salomonis interpretationem doctiſſimam. Oliſipone 1599. indeque 1601. fol. & cum indice Pariſiis 1605. fol.

Ad Canticum Canticorum notas poſteriores & breviores: ex his, quæ poſt ſuperiorem interpretationem e manibus emiſſam, obſervaverat. Pariſiis apud Michaelem Sonium 1611. in 4.

Commentarium ad priorem & poſteriorem Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Timothæum. Itemque:

In Epiſtolam ejuſdem *ad Titum.* Pariſiis apud

apud Michaelem Sonium 1610. in folio.

Commentaria duo alia, *in Jobum*, *& in Joannis Evangelium*, una cum superioribus laudat auctor *Historiæ* Castellanæ *ordinis Prædicatorum.* Ludovicus Cazegas adjunxit & *in Lucam* & *in Psalmos.*

Legitur in collegio Sancti Thomæ Conimbricensis in sepulcrali ejus lapide hæc inscriptio:

Magnus Theologus, vir Cœlo
dignus,
F. Ludovicus Sotomaior,
Dominicanus, Fidei
Vehemens assertor
In utraque Germania
& Anglia.
Primarius Conimbricæ
Divinorum librorum Interpres
Longe illustris & emeritus.
Moriens ipsa die & hora
Qua Spiritus Sanctus
Corda repleverat Apostolorum,
Suæ mortis divinus
Vivam Sanctitatis
Imaginem expressit,
Quam vivens sibi paraverat
Deum sequendo.
Tandem hic situs est
Anno MDCX. *ætatis* LXXXIV.

F. LUDOVICUS DE SOUSA, Dominicanus, lustrali nomine EMMANUEL DE SOUSA COUTINHO, Lusitanus, Lupi S. Georgii de Mina, gubernatoris, atque Mariæ Noroniæ parentum nobilissimorum proles, cum justæ ætatis factus Hierosolymitanis equitibus Sancti Joannis se in tirocinium dedisset, atque in captivitatem aliquando Maurorum deveniens pretio se redemisset, occidentales & orientales Indiarum plagas visitavit, unde in patriam redux equestri militiæ renuntians matrimonio copulavit se Magdalenæ a Villena, Joannis de Portugallia, comitis Vimiosi, filiæ, atque in Africana illa numquam satis deplorata expeditione occisi relictæ. Huic matrimonio per plures annos hesit filia etiam ex eo dives; nisi turbato mortalitatis ordine parentes ea prævertisset. Id forte, an aliud? in causa fuit Sousæ consilio, pietatis pleno, a Magdalena conjuge sponte ejus discedendi, communique voto in Dominica familia religionis se obstringendi sacramento. Vixit ergo inter sodales perfecti religiosi quædam veluti idea, Emmanuelis nomine in Ludovici commutato, in gratiam Ludovici de Portugallia, Vimiosi comitis, amicissimi capitis, eidem sacro instituto addicti. Nec nisi ut superioribus obediret ordinis sui historici munus suscepit, cui vere ingenium elegans, excultumque olim rhetoricis atque humanitatis artibus, judicium in paucis maturum, miraque & exquisita Lusitani sermonis facundia destinabant. Pleraque huic argumento necessaria instrumenta ex tabulariis magno labore jam collegerat Ludovicus Cazegas; sed informibus his & rudibus vitam quasi inspiravit noster, qui tamen modeste honorem suum servavit Cazegæ, cum non injuria præcipuam sibi inscriptionis laudem tribuere posset: quo super ipse legi dignus est secunda parte *Dominicanæ Historiæ*, lib. IV. cap. VII. Huic operæ intentum Benficæ in monasterio, loco ei religionis natali, mors eum consignavit immortalitati Majo mense anni MDCXXXII. qui fuit eidem religiosæ vitæ duodevigesimus. Præfatus fuerat olim, cum suæ spontis esset, Emmanuelis Sousæ Coutinhi vocatus nomine, in Jacobi Falconis, poetæ Valentini, opera Latina eleganter docteque. Deinde sub altera Ludovici compellatione, qui Cazegæ fundamentis superstruxisset, edidit:

A Historia da Vida de Dom F. Bartholome dos Martyres da ordem dos Pregadores Arcevispo & Senhor de Braga, reformada em estilo & ordem & ampliada &c. *por Fr. Luis de Sousa.* Vianæ 1619. in folio.

Historia de S. Domingos particolar do reino & conquistas de Portugal: tribus partibus, quorum prima vivente eo prodiit ex monasterio ipso Benficæ, ubi degebat auctor, typis Gerardi a Vinha 1623. in folio; secunda diu post Sousæ obitum, fratris Antonii de Incarnatione cura, Olisipone 1662. in folio; tertia adhuc desideratur, eam tamen laudat & ad manum habet Georgius Cardosus, ut ex commentariis ejus apparet ad diem XXVII. Martii in *Agiologio Lusitano.*

Vida de Sor Margarita do SS. Sacramento. Laudatur hæc ab eodem Cardoso die XI. Maii, litera g.

Chronica do Rey D. Joaõ o Terceiro de Portugal duobus libris conscripsit, ut morem gereret Philippo IV. Regi, pensum ei hoc imponenti. At opus hocce, consignatum Portugalliæ proregi ut typis mandaretur, latet adhuc nescio apud quem ineditum, luce prorsus ut cetera dignissimum.

D. LUDOVICUS DE SOUSA, nobilissimæ stirpis Lusitanæ propago, comitis Mirandensis filius, publicavit hujus inscriptionis librum:

Tumulus Serenissimi Principis Lusitaniæ Theodosii ornatus virtutibus, oppletus lachrymis. Anno 1652. aut circiter, in 4.

F. LUDOVICUS SUAREZ, Lusitanus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, scripsit:

De Mystica Theologia quoddam opus.

Obi-

Obiisse eum Londini scriptum reliquit Cardosus in schedis.

D. LUDOVICUS TELM, Catalanus, in Ilerda urbe natus, Carthusianorum sodalis, famæ inter domesticos inclytæ, Olisiponensis atque Eborensis hujus ordinis monasteriorum fundator, scripsit Lusitanis, sua eorum lingua:

De la Oracion mental.

Abiit e vita hac mortali XV. Augusti MDXCVIII. ætatis L. in Cazallensis oppidi cœnobio. De cujus viri gestis videndus est D. Josephus Valles in libro suo, cui titulus, *Primer instituto de la sagrada Religion de la Cartuxa y Fundaciones de las casas de España*, pag. 291.

LUDOVICUS DE TENA, Bæticus, Accitanus, sacræ theologiæ doctor Complutensis, ingenii præstantia eruditioneque nulli professorum ætatis suæ, quorum in sacra maxime doctrina hoc lyceum affatim dives est, hominum doctissimorum existimatione secundus. Huic eidem natales doctrinæ, hoc est philosophicas literas atque theologicas, ferebat acceptas, sodalis quippe prius collegii theologorum, deindeque S. Ildephonsi, decoratus est doctorali pileo, accepitque publicum Aristotelem interpretandi locum. Superiore exeunte atque hoc ineunte sæculo Scotum docebat, mox pomeridianam, indeque principem, theologiæ cathedram moderandam suscepit. Canonicum etiam sacræ Scripturæ sacerdotium in Toletana maxima ecclesia obtinuit, jam simili functus loco dignitateque inter sodales S. Justi Complutenses. Annæ Austriacæ, serenissimæ Galliarum Reginæ, ab eleemosynis datus, eamdem reatus confitentem ex munere audivisse in Gallia dicitur. Posthæc in pontificium ordinem Regia destinatione admissus a die III. Augusti MDCXVI. ad Dertusanos ivit episcopus. Restant ab eo edita:

Isagoge in totam Scripturam; sive de Sacræ Scripturæ existentia (ut ipse ait rem explicans) *quidditate & qualitatibus, integritate Textus Hebraici, & translationibus; deque singulorum librorum auctoritate & auctoribus, idiomateque, quo scripti sunt.* Nempe post Sanctes-Pagnini veterem *Isagogen*, quæ vere ad mysticos intellectus tota respexit. Nostra edita est Barcinone 1620. in folio.

Commentaria & Disputationes in Epistolam D. Pauli ad Hebræos. Toleti 1617. in folio, & antea 1611. in folio, nuperque, ut audio, Londini 1665. folio.

In Jonam & Habacuc Prophetas, atque item *Quodlibeticas quæstiones varias*, perfectas reliquit, atque adprobatas ad typorum lucem. Editum etiam vidimus:

El Sermon que predicó en Toledo en la Beatificacion de Santa Teresa. in 4.

Denatus est XXVI. Septembris MDCXXII. jacetque in cappella Deiparæ Virginis de la Cinta ut vocant, in eadem Dertusensi ecclesia, sub hac inscriptione:

Hic, nostræ ætatis venturæ & gloria, Tenæ
Præsulis ossa cubant, spiritus astra colit.

Uti scribit Franciscus Martorell & Luna lib. II. *Hist. Dertusanæ urbis*, cap. IV.

LUDOVICUS DE TERO, Societatis Jesu, Hispalensis, S. Hermenegildi collegii rector, dedit foras epistolam:

De la muerte y virtudes del Padre Juan de Pineda de la Compañia de Jesus. Anno 1637. in 4.

LUDOVICUS TERUEL, Granatensis, Jesuita, si *Bibliothecæ Societatis* auctorem, & Antonium Leonem *Indicæ* scriptorem testes sequimur, paratum habebat superioribus annis opus:

De Indorum Idololatria. Edideratque ipse jam:

Gramatica de la lengua Tabalosa.

LUDOVICUS TESSIRA (idem credimus cognomen cum Texeira), Lusitanus, eques militiæ S. Jacobi, jurisconsultus, Emmanueli serenissimo Portugalliæ Regi nuncupavit:

Commentaria in Titulum DD. De Rebus dubiis. Venetiis apud Gregorium de Gregoriis 1507. in folio grandiore. Extat Hispali hæc editio in bibliotheca Coloniana.

LUDOVICUS DE TEXEIRA, Lusitanus, hac suæ gentis lingua scripsisse dicitur:

Descriçaõ do Iapaõ e Islas de Azores. Hunc distinximus, corrigi parati, ab alio ejusdem cognominis, sive Ludovico, sive Joanne, qui sub Joanne II. & Emmanuele Regibus floruit, & eruditione juris & philologiæ clarus fuit, de quo inter scriptores sæculi decimiquinti, sub Joannis Teixeræ nomine, alias agimus.

LUDOVICUS DE TEXEIRA, Lusitanus, edidit, nescio an vernaculo gentis an Castellæ sermone:

Nueva Geographia y Hidrographia del Orbe 1598. & 1604. Antonius de Leone in *Bibliotheca nautica.*

F. LUDOVICUS TINEO DE MORALES, Sepulvedanus, nobili loco natus, Præmonstratensium sodalis, ac diffinitor (imo

(imo & vicarius) generalis, sacræ theologiæ magister, atque literis tam sacris quam profanis apprime excultus, suavissimisque & integris moribus præditus, editioni parabat ante annum integrum:

Mercurio Evangelico, hoc est, concionum sacrarum volumen. Carmine autem:

Epitalamio en las Reales Bodas del Rey D. Felipe IV. con la Reyna Doña Mariana de Austria. 1650.

LUDOVICUS TIRADO DE HINESTROSA, Hispalensis, jurisconsultus, Granatæ in collegio, quod Regium vocant, sodalis, atque utriusque juris professor, scripsit:

De Barba & Coma, necnon Clericali habitu solemnem Diatribam pro obtinenda Sacrorum Canonum Licentiæ laurea. Granatæ 1643. in 4.

LUDOVICUS DE TORO (sic interpretor Latinum TOREI cognomen, quo auctor usus est), doctor medicus, Placentiæ medicinam faciens edidit:

De Febris Epidemicæ, & novæ, quæ Latine puncticularis, vulgo Tabardillo & Pintas dicitur, natura, cognitione & medela. Burgis apud Philippum Juntam 1574. in 8.

LUDOVICUS DE TORRES, Complutensis, presbyter Societatis, primum docendi locum in collegio, quod in hoc florentissimo gymnasio Jesuitæ habitant, non minus triginta annis cum laude tenuit, supremisque Religionis vindicibus a censuræ theologicæ fuit munere. A quo in vulgus prodierunt:

Disputationum in Secundam Secundæ D. Thomæ de Fide, Spe & Charitate, & Prudentia tomus I. Lugduni apud Horatium Cardon anno 1617. in folio.

De Justitia Tomus unus. Ibidem per Jacobum Cardon & Petrum Cavellat 1621. in folio.

De Gratia Tractatus in XVI. opuscula distinctus. Lugduni apud Ludovicum Prost anno 1623. in 4.

Diversorum Opusculorum Teologiæ tomus I. 1625. in 4. Ibidem. Cui accedit *Quæstio, an liceat Religiosis cathedram ad docendum ambire.*

De Trinitate & Angelis.

De Pœnitentia, Censuris & Irregularitate, tomus unicus.

Selectæ Disputationes in Theologiam scholasticam, positivam & moralem, cum adjunctis centuriis censurarum de qualitate multarum propositionum Luisii Turriani. Lugduni apud Jacobum Cardon 1634. in folio. Quod tamen opus improbant sodales Societatis scriptores passim, ut videre est apud Gabrielem de Henao *De Eucharistia* disput. 12. sect. 4. n. 108. Dicastillum disput. 9. *De Pœnitentia* dub. 2. n. 145. & t. 2. *De Sacramentis* tract. 8. disp. 14. dub. 6. n. 95. & dub. 8. n. 134. Cardinalem de Lugo *De Eucharistia* disp. 22. sect. 2. n. 26. & *De Pœnitentia* disp. 18. n. 23. & disp. 20. n. 15. Augustinum Bernal disp. 55. *De Incarnatione* n. 6. Dianam sæpius, & alios.

Summa Theologica Moralis, duabus partibus: quarum prior est de Virtutibus, & vitiis, altera de Sacramentis & Censuris. Ibidem eodem anno & 1634. in folio.

De Eucharistia.

In Secundam Secundæ Divi Thomæ: tomus III. & IV. Hæc *Bibliotheca Societatis* de Turriani scriptis.

Vita decessit Matriti die XIII. Februarii anno MDCXXXV.

LUDOVICUS DE TORRES, Dominicanus, cum in cœnobio Burgensis urbis theologiæ docendæ operam daret scripsit:

Veinte y quatro discursos sobre los pecados de la lengua, como se distinguen, y de la gravedad de cada uno dellos. Burgis 1590. in 4. Barcinone apud Sebastianum de Cormellas 1607. Latine editum opus quoque est, & Italice Romæ, interprete Hercule Bentiglovio, in officina Ascanii Donangeli 1592. in 8. Item Latine:

In Antiphonam Salve Regina Declamationes sex: quas cum in Italiam venisset ad comitia ordinis sui generalia secum attulit, & animo concipiens edere, ac Michaeli Bonello, S. R. E. cardinali, nuncupare, diem suum obiit, Romæ ut existimo. Editæ tamen sunt ab eodem Donangelo, atque eidem cardinali dicatæ. Romæ apud eumdem Ascanium & Hieronymum Donangelum 1592. in 8.

Egregium ecclesiastem, theologum eruditum, honestisque moribus ornatum vocat eum Alphonsus Fernandez, qui & obiisse ait anno MDXC. Joannes autem Marieta non ante annum MDXCII. Romæ affirmat vita functum.

LUDOVICUS DE TORRES DE LIMA, Lusitanus, Limensis, scripsit:

Avisos do Ceo, sive *Compendio das mais notaueis causas, que no Reyno de Portugal acontecerão desde a perda del Rey D. Sebastião ate o anno de MDCXXVII.* Conimbricæ apud Emmanuelem Didaci 1654. in 8. Cardosus.

LUDOVICUS DE TOVAR, Asturicensis, theologus, scripsit:

Trium-

Triumphos de Nuestro Señor Jesu Christo y de su gloriosa Resurreccion. Salmanticæ apud Petrum Serrano 1589. in folio. Forte ejusdem est:

Poema mystico de S. Antonio de Padua. Olisipone apud Craesbeck 1616. in 8.

F. LUDOVICUS DE TOVAR, Palentinus, ordinis S. Dominici, qui se sacræ theologiæ bachalaurum, sui temporis more, appellat, dum in Senensi urbe & schola degeret emisit foras:

Divinam revelationem Erithreæ Sibyllæ cum commentariis, in qua a bello Trojano usque ad diem judicii futura prædixit. Senis per Simeonem, filium Nicolai Nardi, 1508. in 4. ad egregium Henricum de Meneses, filium illustrissimi comitis Tarocensis, ac Lusitani exercitus apud Tingim Africæ ducis, qui in eadem Senensi schola studiis vacabat. De patria auctoris certiores nos reddidit Gabriel de Gabrielibus, Roncilionensis, in carmine ad lectorem hujus opusculi, qui Ludovicum, inter alia, *magnum philosophum, bonumque rhetorem* appellat, *ac terræ & poli motus diligentem scrutatorem.*

D. LUDOVICUS TREXO, edidit:

Advertencias y obligaciones para torear con el rejon. Matriti 1639. in 8. Interfectus in duello fuit paulo postea in curia Regia.

LUDOVICUS TRIBALDOS DE TOLEDO, Tevarensis (oppidum est Tevar Conchensis territorii sacri) non autem in Sancti Clementis oppido natus, quod relatum fuit Auberto Miræo, eruditione vir præstanti ac veterum rerum & verborum notitia, elegans imprimis ac nitidus Latini auctor carminis, rhetoricæ artis inter Complutenses professor, Gaspari Guzmanio, duci Olivariensi, summo reipublicæ Philippi Regis nostri vice administratori, a cura bibliothecæ fuit. Interimque Indicarum rerum stilo prosequendarum curam (quod quidem apud nos munus honoris & compendii plurimum conferre, Indicique senatus Regii nutu summo cuique viro, nec vulgarem hujus studii laudem adepto, imponi solet) ab Antonii Herreræ, magni illius præstantissimi argumenti enarratoris, obitu accepit. Prodiit ab eo usque ad hunc diem:

Epenessis Iberica, sive de laudibus Hispaniæ Poematium. Matriti in 4. Antuerpiæ 1632. in 4.

Tractatum quoque *de Ophira regione*, manu exaratum, reliquit moriens, sive *De Ophirica Salomonis navigatione Tartessiacis, hoc est, Hispaniæ Bæticæ, oris asserta*, qui hactenus cum tenebris, negligentia heredum, luctatur: ὀμοπλοαν *Salomonis, seu de illius ad Tharsis vel Ophir, hoc est, Hispaniam, sociata cum Tyriis velificatione*, appellat opus Aubertus Miræus in *Bibliotheca.*

Idem vertit in vernaculum sermonem:

La Geografia de Pomponio Mela ilustrada con notas y nombres modernos de lugares, montes y rios. Matriti 1642. in 8. Scriptam quoque ab eo *Chilensis regni* (quo idiomate non dicunt) *Historiam* in appendice illa rerum & scriptorum nostri temporis lego, qua Basilius Varen, Clericus Regularis Minor, *Cæsarum* Petri Messiæ Hispalensis *Chronicon* locupletavit; aliundeque mihi notum sollicitasse, annis elapsis, ut Regiis typis atque expensis ederetur opus satis magnum auctoris heredes, penes quos erat foliorum quasi CCC. M. S. codex.

Blemmata (sic volebat is pro *Emblematis*) CCL. *cum commentariis*: inedita, ut Miræus refert.

Obiisse eum anno MDCXXXIV. Michael Joannes Bimbodinus refert in epistola ad Josephum Ripamontium, Ambrosianum sodalem, quæ edita est in Augustini Barbosæ nostri opere *De Ecclesiasticis pensionibus*: virum *prisci moris variæque ad miraculum & solidæ eruditionis*, Tribaldum honorifice appellans. Locum diemque adjunxit Miræus, Matritum scilicet, undevicesimumque Octobris, cum natus fuisset anno MDLVIII.

LUDOVICUS DE VALDIVIA, Granatensis, Societatis Jesu, inter primos qui Chilense regnum Evangelicam legem ad incolas portantes adierunt, post longam ibi moram, fructu plenam, ad nos reversus in collegio Vallisoletano per sexennium studia moderatus est. Scripsit:

Arte Grammatica: Vocabulario: Doctrina Christiana: Confessionario breve en la lengua de Chile. Limæ apud Franciscum Cantum anno 1606. in 8.

Mysterios de la Fee: eadem lingua.

Grammatica: Vocabulario: Catecismo, y Confessionario en las lenguas Allentiac y Millcayac, quarumdam Chilensis regni gentium propriis. Ibidem 1608. in 8.

Relacion de su entrada en el reino de Chile para apaciguar aquellos rebeldes el año de 1612. Erat Matriti M. S. apud Laurentium Coquum. *Bibliothecæ Societatis* auctor tribuit ei alia inedita, scilicet:

De Casibus reservatis in communi.

De Casibus reservatis in Societate Jesu. Et Hispanice:

De los Varones ilustres de la Compañia de IHS.

LUDOVICUS DE VALENCIA, Catalanus, ex oppido Piera, vir nobilis, & juris doctor Barcinonensis, atque in eodem lyceo per duodecim annorum tempus docendi functus munere canonicam civilemque doctrinam, ea quidem auditorum frequentia ut pro incapaci gymnasio aliud magis amplum Barcinonensis urbis rectores extruere ei dictanti habuerint opus. Auctore ipso statutum in schola factum fuit, ne honoraria professorum missio ante expletum docendi tricennium in posterum concederetur: quod quidem tempus ad XXIIII. annos postea redactum fuit. Emeritus jam ipse cooptatus fuit ad septemviratum principatus pro brachio militari, quod vulgo dicitur Oidor en la Diputacion, qui magistratus primam obtinet inter alios sedem, deinde allectus a Rege ut in Sardiniam iret senator, Regiæ audientiæ ut vocant senator, bona ejusdem gratia, valetudinem obtendens, sese subduxit oneri. Edidit:

Animadversiones scholastico-practicas juridicas: tribus partibus. Barcinone.

Illustrationem ad Constitutionem VII. Titulo de Electione Doctorum Regiæ Audientiæ, ubi forma interpretandi statuta methodice docetur. Ibidem.

LUDOVICUS VALERA DE MENDOZA, natus in Cazorla, Bæticæ urbe, patriam adornavit scribens, quæ adhuc lucem non vidit, sed extitisse refertur penes Gundisalvum Argote de Molina:

Historia de la Ciudad de Cazorla.

LUDOVICUS DE LA VALLE, in curia Romana advocatus, teste Leone Allatio in *Apibus Urbanis*, edidit:

De Auctoritate & facultate in causis spoliorum Illustriss. Dñi. Delegati in regnis Hispaniarum. Genuæ 1623. in 4. Editioni habere eum parata adjunxit idem Allatius:

Additiones ad Decisiones Domini Ludovici de Manzanedo Rotæ Auditoris. Bartinorensem vocat eum Allatius, Barcinonensem forte intelligens.

LUDOVICUS VALLE DE LA CERDA, Conchensis, Regius calculator piarum ut vocant Sanctæ Cruciatæ largitionum, publicavit:

Avisos de estado y guerra para oprimir rebeliones y hacer paces con enemigos armados o tratar con subditos rebeldes. Matriti 1599. 4. Itemque:

Desempeño del Patrimonio real y de los reynos sin daños del Rey y vasallos, y con descanso y alivio de todos por medio de los Erarios publicos o Montes de piedad. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1618. 4. priusque apud Petrum Madrigal 1600. 4.

LUDOVICUS VAZQUEZ, Abulæ natus, & in ecclesia S. Vincentii ejusdem urbis parochus, scripsit:

Vida del Venerable Sacerdote Juan de Briviesca. Matriti apud Franciscum Nieto anno 1664. 4.

LUDOVICUS DE LA VEGA, in Cordubensi ecclesia cæremoniarum (quod Christianum propriumque verbum est) magister edidit:

Kalendario perpetuo.

F. LUDOVICUS DE LA VEGA, Hieronymianus monachus in cœnobio Sanctæ Mariæ de Stella, concionator ibi ac pro præfecto, scripsit:

Historia de la vida y milagros de Santo Domingo de la Calzada. Burgis 1606. in 4.

LUDOVICUS VELAZQUEZ DE AVENDAÑO, jurisconsultus ac professor Complutensis academiæ, in curia Vallisoletana exercuit deinde advocatum, ediditque:

Glossam Legum Taurinarum. Toleti anno 1588.

In Novam Recopilationem. Matriti 1593. quod opus non vidimus.

Tractatum de Censibus Hispaniæ: ad D. Petrum de Vega. Compluti 1614. in folio.

Ac vernacule:

Tratado de la justa imposicion del tributo de los millones: M. S. vidit D. Thomas Tamajus.

LUDOVICUS VELEZ DE GUEVARA, Astigitanus in Bætica (Ludovicum Velez de Dueñas appellare videtur Andreas Florindus in *Additionibus* ad Martini de Roa *Astigitanam Historiam*), in Matritensi curia usque ad supremum vitæ diem ea præcipua laude floruit, quam & incomparabilis ingenii festivitas, facundiaque tam prosaici quam ligati sermonis, urbanitasque amœnissima privato & nullius census homini parere potuit. Facetiarum enim sic erat fertilis, totoque ore & corpore veluti factus ad jucundissima quemque obvium lætitia perfundendum, ut quidquid hac super re dixeris minus sit: adeo ut vel iratus, & in stomacho etiam, subtilissime ac festivissime jocaretur. Adhæc incredibili sui fiducia quæque passim etiam iniquissima ludendi salesque spargendi loca aggrediebatur, & miro quodam ardentis ingenii multiplicisque naturæ successu non solum expediebat inde se, verum & so-

ſolita ubertate, tamquam in æquo, fungebatur. His dotibus, facultateque poetica, qua nec Lupo a Vega, nec ulli alii comœdiarum auctori cedere debuit, Philippo Regi IV. cujus aliquando oſtiarium egit, omnibuſque curiæ ordinibus ſic in pretio & ulnis fuit ut cum eo quidquid exhilarare curiam poſſet extinctum penitus fuiſſe videretur. Compoſuit is:

Comœdias plures: eo tempore quo Lupus jam laudatus in theatris regnabat, quæque paſſim typis mandatæ ſunt.

Elogio del Juramento del Sereniſſimo Principe D. Felipe Domingo, quarto deſte nombre. Matriti 1608. Necnon & jocoſum opus, cui nomen fecit:

El Diablo Cojuelo, novela de la otra vida. Matriti 1641. in 8.

Vitam cum morte commutavit Matriti, ut diximus, circa annum MDCXLVI. filio relicto Joanne, tam patrimonii quam amœnitatum & poetici ſpiritus herede; jacetque ad monaſterium Auguſtinianorum Matritenſium, a Domina Maria Aragonia erectrice nuncupatum, in ſepulcro excellentiſſimorum ducum de Veraguas.

LUDOVICUS VELEZ DE SANTANDER, cum in familia eſſet D. Roderici a Caſtro, S. R. E. cardinalis, atque Hiſpalenſis archiepiſcopi, viginti annorum adoleſcens, edidit:

Las Bodas de los Catolicos Reyes de Eſpaña D. Felipe III. y Doña Margarita de Auſtria celebradas en la inſigne ciudad de Valencia. Hiſpali 1599. Deinde:

El Recebimiento de la Reyna Doña Ana. in 8.

F. LUDOVICUS VENEGAS, Hiſpalenſis, ordinis Sancti Dominici, ſacræ theologiæ doctor, edidit:

Sacellum Mariæ Beatiſſimæ Virginis variis conceptibus moralibus illuſtratum. Friburgi Briſgoiæ 1624. in 4.

LUDOVICUS VENEGAS DE HINESTROSA, ſcripſit:

Tratado de Cifra nueva para Tecla, Harpa y Viguela, canto llano, de organo y contrapunto. Compluti apud Joannem Brocar 1557. in folio.

F. LUDOVICUS VENEGAS DE PERLIN, edidit:

Conſideraciones devotas acerca de la veneracion y eſtima que debemos hacer del Santiſſimo Sacramento de la Euchariſtia. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1618. 12.

LUDOVICUS DE VERA, qui a ſecretis fuit Gaſpari Garcerano Pinoſio, comiti de Guimera, atque item duci Montisleonis, vertit in vernaculum Caſtellæ idiotiſmum:

Declaracion de la Doctrina Chriſtiana: ex Italico Roberti Bellarmini. Cui adjunxit ex anonymi alterius etiam Italico:

Una lucha y combate del alma con ſus afectos deſordenados. Valentiæ apud Vincentium Franco 1619. in 8. Hiſpalique apud Petrum Gomez de Paſtrana anno 1648. 8. Poſtremus autem hic libellus prodierat prius Barcinone 1610. in 16. Præfert quoque hujus nomen, *El Sumario genealogico de la Caſa de Pinos*, cujus quidem auctor eſt laudatus ſupra Gaſpar Garzeranus Pinoſius, comes de Guimera, uti affirmat Stephanus Corvera in *Vita Dominæ Mariæ de Cervellon*, cap. LXXXVIII.

F. LUDOVICUS DE VERA, Limæ Indorum occidentalium natus, ex ſodalitio fratrum Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, vicariuſque ejus ordinis generalis, in gymnaſio Limenſis urbis Sanctum Thomam docuit ex propria, eaque primaria, hujus doctrinæ cathedra. Scripſit:

Super Libros Regum commentaria. Limæ anno 1635. in folio. Franciſci de Figueroa, Dominicani, loco ſuo a nobis laudati, frater hic fuit.

LUDOVICUS DE VICTORIA, natus Abulæ, multa in publicum dedit *Artis Muſicæ*, quam eximie calluit, documenta & experimenta, ut ait Ægidius Gundiſalvi Davila in *Theatro Eccleſiæ Abulenſis.*

F. LUDOVICUS DE VILLALOBOS, Auguſtinianus, ſacræ theologiæ magiſter, cum in Urſaonenſi ſchola ſacros libros interpretaretur, Petrique, Joannis filii, Gironis, Urſaonenſis ducis, confeſſiones exciperet, edidiſſe fertur, patria ut ſpero lingua:

De la Perfeccion de la vida Chriſtiana. Deceſſiſſeque in cœnobio oppidi Dueñas anno MDLXXII. auctore mihi Thoma de Herrera in *Alphabeto Auguſtiniano.*

LUDOVICUS DE VILLALONGA, Balearicus, archidiaconus & canonicus Majoricenſis, Bononiæ, ubi legali doctrinæ bonas horas dedit, coram ſcholaſtica concione, in qua tunc temporis reperiebantur Joannes Crotus, & Carolus Ruinus, celeberrimi juris profeſſores, recitavit a ſe elucubratam:

Relectionem in L. Re conjuncti D. De Legatis III. Compluti 1540. in folio. Laudat hunc

hunc inter Baleares scriptores Vincentius Mut altero volumine *Historiæ Balearis*, lib. XI. cap. III.

F. LUDOVICUS DE VILLALPANDO, Franciscanus, ex primis Jucatanicæ provinciæ apud Indos mystis, uti Gonzaga scribit in IV. parte ac provinciæ S. Josephi rebus, Indicam linguam in ordinem atque certas regulas, quibus facillime addiscitur, edito libello, redegit. Henricus Willot in *Athenis Franciscanis*. Florebat anno MDLXIIII.

F. LUDOVICUS VINCENTIUS, cujusnam ordinis incertum mihi, laudatur operis auctor, aut forsan interpres, ita inscripti:

Historia de todas las propriedades de las cosas. Toleti 1529. fol. Latini, ut suspicamur, *De Proprietatibus rerum* commentarii.

LUDOVICUS VINCENTIUS, Lusitanus, Ægidii Vincentii, magni poetæ, filius, *Comœdias* & ipse scripsisse dicitur. Cardosus.

D. LUDOVICUS DE ULLOA, Taurensis, nobili loco natus, ingenii acumine & urbanitate, poeticæque facultatis laude nemini æqualium sui temporis palmam concedit. Ejus generis, quod vernaculæ linguæ Sonetos vocant, summam reportavit laudem. Seria & ludicra eadem felicitate scribit, omnibus carus, & in aula nostra ob eximias has & alias animi dotes magno in pretio habitus. Extant typis commissa poetica ejus opera cum hac inscriptione:

Obras de D. Luis de Ulloa. in 4. Prosaica item alia, quorum ex numero est:

Fiestas que se celebraron en Madrid por el nacimiento de D. Felipe Prospero Principe de Asturias. in 4.

En defensa de las Comedias: discursum vernacula lingua, quem M. S. vidimus.

Juicio de Marco Bruto de D. Francisco de Quevedo. M. S. est in bibliotheca Villumbrosana, tom. 24. *Miscellaneorum*.

F. LUDOVICUS DE URRETA, Valentinus, ordinis Prædicatorum, in ejusdem urbis cœnobio scripsit:

Historia Eclesiastica, politica, natural y moral de Ethiopia. Valentiæ apud Petrum Patricium Mey anno 1610. in 4. Item:

Historia de la orden de Predicadores en la Etiopia, y de los Santos y conventos della. Ibidem 1611. in 4. Quibus in libris temere aut falso plura dixit, si credimus Nicolao Godinho, Jesuitæ, *De Abassinorum rebus* scribenti. Meminit Urretæ, quasi adhuc superstitis anno hujus sæculi XV. Joannes Lopez, Monopolitanus episcopus, in *Historiæ Dominicanorum* parte IV. lib. III. cap. LVIII.

D. LUDOVICUS ZAPATA, toparcha locorum Chol & Jugubelada, carmine celebravit res gestas Caroli Cæsaris in eo poemate cui nomen fecit:

Carlos famoso, en octavas. Valentiæ 1566. apud Joannem Mey in 4.

Vertit etiam carmine Hispano, rhythmorum lege soluto:

La Arte Poetica de Horacio. Olisipone apud Alexandrum de Sequiran anno 1592. in 8.

F. LUDOVICUS DE ZARAGOZA, ita a patria urbe dictus, quod inter Capuccinos, quorum fuit sodalis, in more est, provinciæ suæ Aragonensis minister ac diffinitor generalis, edidit:

Lucubrationum Theologicarum, seu materiarum scholasticarum juxta mentem Sancti Bonaventuræ duo volumina: ut Lucas Waddingus in *Bibliotheca Franciscana*, & Benedictus Polaccius de Scandriglia in *Fructibus Seraphicis* auctores sunt.

L U I S I A.

D. LUISIA MAGDALENA, comitissa de Paredes, serenissimæ Infantis Mariæ Theresiæ, Galliarum nunc Reginæ, dum in sacris adhuc paternis esset, educationi & cameræ præfuit. Unde excelsi dextræ impulsus eam abripuit ad induendum novum hominem in Carmelitarum Nudipedum sodalitate domus oppidi de Malagon, quam aliquando administravit, & in qua heroicæ virtutis splendori cedere fecit ingenitæ nobilitatis, clari matrimonii palatinorumque munerum, quantumvis excelsa merita dotesque, se ipsa major & mundanis omnibus. Scripsit:

El Año santo, o meditaciones para todos los dias en la mañana, tarde y noche, sobre los misterios de la vida de Christo Señor nuestro y de su pasion. Hunc librum edidit D. Achilles, Neapolitanus, protonotarius Apostolicus, & commissarius Sancti Officii, apud Sanctum Georgium Hibernorum collegium Matriti habitans, in hac eadem curia anno 1658. in 4. Meminit heroinæ hujus D. Joannes Palafox, præsul Oxomensis, in *notis ad epistolam XXIV. Sanctæ Teresiæ a Jesu*, in recensione plurium claræ in sæculo stirpis feminarum quæ huic reformationi Teresianæ nomen apud nos dederunt.

D.

D. LUISIA DE PADILLA, clarum nobiliſſimæ hujus familiæ germen, parentibus nata eſt D. Martino de Padilla & D. Luiſia de Padilla, comitibus de Sancta Gadea, quem Martinum, Caſtellæ ut vocant majorem adelantatum, a conſiliis ſtatus Philippus III. idemque & Philippus II. parens, immortalis memoriæ, Hiſpanarum triremium præfectum habuerunt. Nupſit ea D. Antonio Ximenez de Urrea, comiti de Aranda, in regno Aragoniæ ex Hiſpanorum magnatum numero, nataliumque claritatem ſplendidiore adhuc ingenii atque eruditionis lumine ſupra ſexus morem imbuit, pietatiſque ornamento conſpectiſſimam fecit. Edidit namque, nobilitatis & pietatis cauſam ſimul agens, multiplicatum aliquot voluminibus opus ita inſcriptum:

Lagrimas de la Nobleza, y Nobleza virtuoſa: tribus tomis. Cæſarauguſtæ 1637. in 8. & 1639. quo anno cum ederet poſtremum ex his librum Petrus Henricus Paſtor, Auguſtinianus, provinciæ ſuæ Aragonenſis ex-præfectus, qui nomen ſuum anterioribus præfixerat, auctori eorum Luiſiæ Padillæ primum adjudicavit omnes, heroinæ modeſtiam excuſans, quæ ei hanc perſonam impoſuerat. Item ſcripſit:

Defenſa de la Verdad y invectiva contra la mentira. Cæſarauguſtæ anno 1640. 8.

Excelencias de la Caſtidad. Ibidem anno 1642.

LUISIA SIGÆA, Toletana, patre nata eſt in ea urbe Didaco Sigæo, de quo Joannes Vaſæus in *Chronici Hiſpaniæ* cap. IX. verba faciens, de adhuc vivo ita ait: *Multum debet huic viro Luſitania, quippe qui vel primus, vel certe ex primis, literas humaniores Luſitaniæ invexit, poſtea illuſtriſſimi Brigantiæ ducis & fratrum ipſius præceptor, nunc tandem in Regiam familiam cooptatus eſt, & a Rege ſtudiorum amantiſſimo* (Joannem III. intellige) *docendis aulæ Regiæ pueris nobilibus præfectus. Filia vero Aloyſia Sigæa in familia eſt ſereniſſimæ dominæ Mariæ Principis primariæ, quæ & ipſa inter eruditas hujus ævi recenſeri merito poteſt.* Qualis autem hæc fuerit ab eodem Vaſæo excipias potius quam a me velim: *Dabit Hiſpania Aloyſiam Sigæam, virginem Toletanam, ſed in aula Luſitana per multos jam annos educatam, quinque linguarum adeo peritam ut non immerito Paulus III. Pontifex maximus, literas illius ad ſe ſcriptas Latine, Græce, Hebraice, Syriace atque Arabice laudibus pariter ac fauſtis comprecationibus ſit proſequutus, admiratus tam multiplicem ingenii fructum & donum multiplicis linguarum ſcientiæ, in viris quoque rarum, nedum in feminis: ſic enim ſonant verba diplomatis.* Ipſa Sigæa in quadam epiſtola ad Philippum II. Regem Toletanam ſe eſſe patria confirmat, e Gallis tamen oriundam, nutritamque apud Luſitanos. Græca, Hebræa, præter Latinam, & Arabica linguis a patre & aliis præceptoribus eruditam ibidem ait admiſſam ſe in aula Luſitana apud Mariam Portugalliæ Infantem, ejusque præceptoris munere non infeliciter uſam. Quo tempore magnifici hujus elogii celebritatem ab Andrea Reſendio, viro clariſſimo, promeruit in *Epiſtola* ad eamdem *Mariam Principem*, qui, poſtquam ex aulicis feminis Vaſiam quamdam doctrinæ quoque nomine laudaſſet, ita de noſtra ait:

Altera Sigæa eſt, virgo admirabilis, unam
Quam natura potens ideo produxit ut eſſet
Femina quæ maribus vitam opprobrare ſupinam
Poſſet, & ignavos magno adfeciſſe rubore.
Nam, cum ſeptenæ vix dum trieteridis annos
Computet, indefeſſa dies noctesque Latinas
Volvere non ceſſat chartas, non ceſſat Achæas,
Moſeaque & Solymos rimatur ſedula vates;
Quin per Achemenios ſcopulos, Arabumq́ ſalebras
Currit inoffenſe, linguarum quinque perita.

Audis a viro ſummæ fidei uno ſupra viginti annis tantum natam adeo excelluiſſe in tot linguarum cognitione Sigæam. Nupſit ea poſt aliquod tempus Alphonſo a Cuevas, Burgenſi civi, nec abjectæ quidem ſortis, nec obſcuri ſanguinis viro, qui eam in hanc urbem aſportavit, ubi, cum ſereniſſima Hungariæ Regina, caſu neſcio quo, illam vidiſſet, benevoleque alloquuta eſſet, non ſolum ea a ſtudiis, ſed & marito a ſecretis uti voluit: quæ omnia totidem fere verbis ipſa refert ad Regem ſcribens. Immature ea obiit, quod ex inſcriptione, tumulo a marito affixa, claret:

D. O. M.
LOISIÆ SIGÆÆ FŒMINÆ
INCOMPARABILI
CUJUS PUDICITIA CUM ERUDITIONE
LINGUARUM
QUÆ IN EA AD MIRACULUM
USQUE FUIT
EX ÆQUO CERTABAT.
FRANCISCUS CUEVAS MŒRENTISS.
CONJUGI B. M. P.
VALE BEATA ANIMULA CONJUGI
DUM VIVET
PERPETUÆ LACHRYMÆ.

Verum ex quodam carmine, quod Joannes Merulus, nobilis Toletanus, in laudem ejuſdem confecit, de die obitus illius conſtat, ad cujus finem ſic ille annotavit: *Loiſiæ Sigææ, Toletanæ, ſui ſæculi Minervæ. To-*

le-

letum nascentem excepit, Lusitania honores & divitias dedit, Burgi maritum unicumque filium, & proh dolor! ante diem sepulcrum anno salutis MDLX. *Octobris die* XIII. Patrem Didacum Sigæum obiisse in Portugalliæ oppido Torresnovas, ibique in cœnobio Carmelitarum jacere, cum hac epigraphe *Aqui ja. Diego Sigeo*, retulit nobis ejusdem oppidi civis, rev. pater Fr. Emmanuel a Resurrectione, Augustinianus Excalceatus, dum in urbe Roma Lusitanæ provinciæ suæ procurator ageret. Quo cum parente sepeliri se ipsa voluit in confecto ibidem loci, dum ibi moraretur, priusquam in Castellam sese transferret, publico ultimæ voluntatis coram Constantino Mendez de Gouvea, notario ejusdem oppidi de Torresnovas, expressæ documento, quod se vidisse idem pater Emmanuel affirmabat. Angela Sigæa nostræ Aloisiæ fuit soror germana, Græce Latineque & ipsa pro ætate & sexu non mediocriter erudita, in musica autem arte sic excellens ut cum præstantissimis ejus professoribus (inquit Vasæus) contendere posset.

Hujus doctissimæ & admirabilis feminæ *Epistolas Latinas* XXXIII. ad diversos directas, penes me habeo, quas mihi ante aliquot annos communicavit D. Josephus Pellicerius, amicus meus, Regius historicus, ex manuscripto codice D. Josephi a Ronquillo, qui, quantumvis alias vir nobilis, de avito Sigææ sanguine jure gloriatur. Epistolam illam ad Paulum III. Papam, quinque linguis scriptam, non vidimus. Reliquæ vero, quæ apud nos sunt, locum forsan habebunt in appendiculo hujus *Bibliothecæ*.

Dialogum de differentia vitæ rusticæ & urbanæ scripsisse quoque illam notum habemus ex quodam insigni testimonio Alphonsi Matritensis, archidiaconi de Alcor in Palentina ecclesia, magnæ quidem existimationis fideique scriptoris, ex *Historia* ejusdem *Palentinæ urbis*, totidem Hispanis verbis, ne quid finxisse in eruditissimæ feminæ laudem videri possim: *Sobre todas parece cosa monstruosa, y que se debe contar por cosa de prodigio en este tiempo. Esta es una dueña, llamada Luisa Sigea, que al presente vive en Burgos, cuyo padre, Frances de nacion, casó en Toledo, y con esta hija, que alli le nacio, se fue a Portugal, y la puso en palacio en servicio de la Princesa Doña Maria, hija del Rey D. Manuel y de la Infanta de Castilla Doña Leonor. A esta Sigea enseñó su padre algunas letras, y ella despues en palacio se dio tanto a ellas que se hizo muy docta en filosofia y oratoria y poesia, y principalmente en las lenguas Latina, Griega, Hebrea y Caldea, las quales tan facilmente habla y escribe como la nuestra Castellana. Por lo qual, segun ella misma escribe, es conocida en la mayor parte de Europa. Y aun con todo esso no creyera yo la fama, que suele a veces engrandecer las cosas, si no viniera a mis manos un libro que compuso, y no de molde, sino de su mano segun me dixeron, en el qual, en forma de dialogo entre dos damas, se trata elegantemente la diferencia que hay entre la vida cortesana de palacio y la solitaria de la aldea y campo. Disputase la materia por ambas partes con gran copia de razones y autoridades de filosofos morales. Lo que tengo aqui en mucho es, que aunque esta señora en este libro no pusiera nada de su casa, sino buscar para su proposito sentencias tan notables de Platon, Aristoteles, Xenofonte, Plutarco y otros muchos autores Griegos, y ponerlas a la letra enteras en su propria lengua y caracteres Griegos, y trasladarlas luego letra por letra en Latin, y juntamente las autoridades de Profetas y Psalterio y Salomon, escritas en lengua y caracteres Hebreos, y trasladadas en Latin, digo que aun quando mas no hiciera habia hecho mucho. Quanto mas que en lo que escribio de suyo mostro grande erudicion en filosofia y historia, con harta elegancia en Latin, y gentil vena en los versos. Esta señora casó despues en Burgos muy honradamente, donde vive con su marido este año de* MDLXI. *y las cargas del matrimonio no la impiden el noble exercicio de las letras.* Hæc Alphonsus Matritensis.

Poetica ejus quædam asservabantur in bibliotheca Olivariensi.

Sintram, certe poematium, sic ab oppido Portugalliæ dictum, Mariæque Infanti nuncupatum, eadem olim ad Paulum III. Papam cum una ex epistolis proxime laudatis remisit, eo quod audivisset (ut verbis ejusdem epistolæ dicam) *numeris potius quam oratione soluta* eum *delectari*. Alia nos latent.

LUPERCIUS.

F. LUPERCIUS DE HUETE, Aragonius, ordinis Prædicatorum Valentinæ domus, sacræ theologiæ magister, doctus vir (ut a domesticis audit) tam in scholastica quam in sacrarum Scripturarum disciplina, edidit:

Metaphrasticam expositionem in primum caput Geneseos ex SS. Patribus & sacris Doctoribus ac Theologis scholasticis collectam. Valentiæ apud Philippum Mey anno 1589. in 4.

Denatus fuit anno MDC.

LU-

LUPERCIUS LEONARDUS DE ARGENSOLA, Bartholomæi, ejuſdem cognominis, frater germanus, Balbaſtrenſis, origine Italus, ex Leonardorum ſtirpe Ravennatenſis in Romaniæ provincia urbis, unde Leonardorum appellationem derivare a propinquis accepimus. Cæſarauguſtæ is educatus ac liberaliter inſtructus literis Matritum ſe contulit, exinde, curiam ſequutus aulicaque munera, Alberti Auſtriaci, S. R. E. cardinalis, ac Toletani antiſtitis, familiaris fuit a cameræ ſervitio (Gentilhombre de la Camara cum noſtris intelligo) atque ſereniſſimæ Mariæ, Germanorum Imperatricis, quæ inter Excalceatas Seraphici ordinis ſanctimoniales Matritenſes diem ſuum piiſſime obiit, a ſecretis. Contulit quoque docto ac diſerto homini Philippus Rex II. Aragonenſium rerum hiſtoriam ſcribendi munus, ad quod & ipſum Aragoniæ regni deputati publicæ rei gerendæ patres, vice ejuſdem regni, ſolemniter delegerunt. Et quidem, Suritæ *Annales* continuaturus, plura hujus argumenti congeſſerat cum Philippi III. Regis juſſu Neapolim venit una cum Lemoſio comite, D. Petro Ferdinandi a Caſtro, eique a ſecretis belli fuit cum pro Rege huic ille præeſſet genti. Importuna autem mors, vix paucis annis extra patriam peregrinantem, anno ſcilicet hujus ſæculi XIII. aut ſequenti in eadem Neapolitana urbe oppreſſit, virum longiore quidem vita dignum, ac publice haud parum utilem futurum. Felix namque ingenium, valdeque maturum judicium, beneficio naturæ adeptus, arte ſtudioque in talem profecerat hiſtoricum qualis omnino debuit e Suritæ Blancæque, maximorum virorum, manibus lampada excipere. In poeticis ſi parem aut ſimilem quæras Bartholomæo Leonardo Argenſolæ, vatum Appollini, is eſt vere Lupercius frater, ejuſdem cum eo roboris ac venuſtatis, eandemque aliarum omnium virtutum, quæ in unum confluentes poetas efficiunt maximos. Plane a Juſto Lipſio, ad Lupercium noſtrum ſcribente cent. IV. epiſtolam XXVI. (eſt & alia eidem inſcripta XX. nempe cent. V. *Miſcellaneæ*) *Gerionum* idcirco appellatione donantur ipſe & Bartholomæus, aliuſque forſan frater Petrus nomine, ordinis Eremitarum, qui, egregius cum eſſet eccleſiaſticarum concionum formator, annis vix triginta natus, Matriti poſt Indiam luſtratam, ibique præfecturam provinciæ exercitam, diem vidit extremum. Scripſit, ſed ineditam reliquit Lupercius:

Relacion de los movimientos de Aragon por cauſa de Antonio Perez: dignum opus, cum fidei tum eloquentiæ nomine, ampliſſimo quoque hiſtorico, quod ſe vidiſſe apud dominum Joannem de Funes & Villalpando, Oſeræ marchionem, M. S. alicubi refert Uſtarrozius. Exemplum quoque hujus quoddam eſt penes D. Petrum Valerum Diazium, amicum noſtrum, Collateralis Neapolitani concilii ſenatorem, qui & Lupercii quamdam ſervat epiſtolam, Aragoniæ regni diputatis, ut vocant, directam, qua ex Neapoli precatur eos ampliari ſibi commeatus procul a patria manendi tempus, unaque totius Neapolitani regni deſcriptionem a ſe confectam remittit. Poetica ejus opera id volumen continet quod ſub hac inſcriptione vulgo notum eſt:

Rimas de Lupercio y del Doctor Bartholome Leonardo de Argenſola. Cæſarauguſtæ anno 1634. in 4. Reliquit idem delineatam diligenter:

Deſcripcion (Mappas vocant) *del Reyno de Aragon.* Qua Lupercii opera forte uſi ſunt, qui tandem huic rei operas ſuas addixerunt, Joannes Baptiſta Labaña, & Paulus Albinianus de Rajas, Jeſuita.

LUPUS.

LUPUS DE ABREU, Luſitanus, ſodalis Jeſuitarum, ſcripſit, laudante Cardoſo:

Summam quamdam moralis theologiæ, ut credimus.

LUPUS ALPHONSUS DE HERRERA, Hiſpalenſis, qui diu apud Italos diverſatus dicitur, anno ætatis ſuæ XXIX. habuit, ac poſtea edidit:

Orationem elegantiſſimam *in Academia Complutenſi die S. Luciæ anno* MDXXX. Ibidem apud Michaelem de Eguia 1531. in 8. In ea *Sapientiæ humanæ* (verbis auctoris utimur) *de induſtria convicium fecit in gratiam divinarum literarum, quibus nonnulli parum pie repudium mittunt, quo hæc humana ſectentur obnoxius.* De qua cenſuit hoc feſtiviſſimo epigrammate Benedictus Ximenez de Ciſneros, Franciſci, cardinalis ampliſſimi, hujuſmet cognominis, ex fratre nepos:

In muſas potuit qui talia dicere, lector,
Dicere pro muſis quid potuiſſe putas?
Pierides dicent merito, nil tale timentes,
A Cicerone peti ſe voluiſſe magis:
Quod ſi ferre lupos ſimiles Hiſpania poſſet,
Paſtores ovium poſſet habere lupos.

LUPUS BRAVO, urbis Hiſpalenſis incola, ſcripſit:

Linages de Eſpaña: M. S. fuit in bibliotheca Gundiſalvi Argote de Molina.

LUPUS DE CASTILLA, Peruanus, Limenſis, Jeſuita, ſcripſit:

Grammatica y Vocabulario de la lengua de Angola para poder inſtruir mas facilmente a los

los Negros que se traen esclavos de Africa, en los mysterios de la Fee. in 8.

LUPUS DEZA, Segoviensis, liberalibus Oropesæ imbutus disciplinis, Salmanticæ civilibus; tandem, uxore ducta, philosophiæ atque historiæ impensius vacare cœpit in Ortaleza, quod prope Matritum est, oppido manens, ubi edidit:

Gobierno politico de Agricultura. Matriti apud Alphonsum Martin anno 1618. in 4. Ejusdem alios tres tractatus servabat, dum viveret, penes se D. Thomas Tamajus, qui hodieque alicubi latent, scilicet:

Juicio de las Leyes civiles: qui & fuit apud D. Joannem Bertrandum de Guevara, Compostellanum antistitem.

Apologia por el Padre Mariana contra los errores de su contradictor. MS. in folio.

Tratado de Corte.

Hic Alphonsi Dezæ, Jesuitæ, magni nominis theologi, nepos ut credimus fuit ex fratre Lupo, abiitque ad plures an. MDCXXVI. ineunte climacterico ejus ætatis LXIII.

LUPUS DE ESPEJO, Oriolanus in regno Valentiæ, doctorque Valentinæ scholæ, in Italiam delatus edidit illius gentis sermone:

Historia de' primi Re delli regni di Napoli & Aragona: ad Alphonsum de Aragonia, Calabriæ ducem. Incipit: *Inanzi che questo Reame* &c. Vidi apud Carmelitanos Romani hospitii Hispanorum, S. Annæ nuncupati.

LUPUS FELIX DE VEGA CARPIO, Matritensis, sexagesimo secundo anno superioris sæculi e probatæ nobilitatis ortus parentibus, veterem illam parœmiam, *rhetorem fieri, poetam vero nasci oportere*, unus ante alios videtur omnes exemplo suo confirmasse. Dictavit enim jam aliis versus necdum puer, cum ei manus formandis literis non adhuc sufficeret. Post imbibitas cum puerilibus disciplinis liberales quasdam artes, factumque in familia domini Hieronymi Manriqui, Abulensis antistitis, atque inquisitoris generalis, primum ejus virtutis specimen, qua ceteros omnes suæ gentis atque exterarum poetas longo superaturus erat intervallo, philosophicis præceptoribus in Complutensi academia excolendum se dedit. Idque optimo quidem consilio, cum non aliunde quam a philosophia ingeniis etiam sublimioribus justæ vires, neque vero poetæ futuro, hoc est, sobriæ honestatis vindici, bonorum & malorum congrua distinctio, quidve suadendum aut dissuadendum sit, constare possit. In hac schola æqualium nulli primas detulit per quadriennii spatium. Adolescentiæ hinc atque etiam juventutis operas in secretorum conscientia exhibuit aliquot viris principibus, nempe, Albano duci, magno illo, ut credimus, Ferdinando, sive Federico, ejus successori; tum etiam Malpicæ marchioni ejus temporis; demumque comiti de Lemos, D. Ferdinando, aut Petro Ferdinandi a Castro, ejus filio, Neapolitanorum utrique proregi. Necnon & peregrinatus est, pars animi causa, pars necessitatis & militiæ. Nam & improsperam illam, Philippi II. auspiciis, a Medinæ Sidoniæ duce factam adversus Anglos navalem expeditionem una cum fratre germano miles fuit sequutus. Binas interim uxores, Isabellam, Didaci de Urbina, Regii haraldi, filiam absque ulla prole; Joannam deinde Guardiam, Caroli & Felicianæ sibi parentem, in matrimonio habuit. Hac autem orbatus viam illam, qua sacri eunt homines, ad immortalis vitæ patriam rectius ducere atque securius existimans, Toleti sacerdotem ordinari se obtinuit, sacerdotibusque adscriptus Matritensibus in congregatione horum propria, non tantum virtutem omnem coluit, sed & virtutis nomine his aliquando præfuit, Tertii quoque Ordinis S. Francisci regulam professus. Et, quod honoris est, in Sancti Officii ministrorum (Familiares vulgus vocat) receptus album; Melitensis etiam sacræ militiæ insignia, quæ presbyteris ex indulgentia pontificum conferri solent, una cum theologi doctoris titulo, literisque id significantibus, benignitate & amore plenis, atque habitæ de illo summæ existimationis indicibus, ab Urbano VIII. sacrorum principe, cum perfectissimo poeta, tum poetarum fautore egregio, lætabundus accepit. In hoc sacerdotali statu laudabiliter, & sine ullius querela, vixit in aulæ totius oculis cordeque usque ad annum MDCXXXV. ætatis suæ septuagesimum tertium, quo scilicet in pervigilio ipso S. Augustini, hoc est Augusti XXVII. die, quatuor dierum febris eum extinxit, seu verius, immortalitati consignavit ejus viri animam, quam immortalitate quadam jucundissimæ, ac sine ullo exemplo adæquaturæ omnem posteritatem, famæ sublimior quovis elogio vis ingenii, fructusque exinde opimi jam editi, cum summo vulgaris Hispanæ, non metricæ tantum sed & pede liberæ, facundiæ augmento, pridem donaverant. Scilicet is Lupus est quem comœdia Hispana, cui, non dico vulgarium linguarum omnes, sed & Græcorum Latinorumque celebratissimæ loco decedere non dedignantur, primum fere auctorem, ac sine controversia principem, agnoscit. Reptabat hæc & balbutiebat olim inter manus Lupi de Rueda, Naharri, & si-

ſimilium, abſque ulla ſpe ulterioris ad tolerabilem aliquem ſtatum progreſſionis, cum Lupus noſter, ephebus etiamnum, a ſe in gremium ſuſceptam, anima & vultu proprio viribuſque donavit, ſenſimque deinde uſque ad perfectiorem & robuſtam ætatem fere ſolus fovit, direxit, ſuſtentavit, ac demum id perfectionis culmen, in quo hodie poſita eſt (ſine invidia hoc dictum eo poſteriorum ſit), occupare fecit. Nullus enim, ſive æqualis ejus, ſive qui poſtea vixerit, inter tot ingenio atque eruditione præſtantes viros caſtitatem proprietatemque comici ſermonis, quo ille uſus eſt, adæquare potuit. Nullus ſic e quotidiano rerum uſu & humana converſatione ad inſtruendas hujuſmodi actiones profecit, quæ vere quidquid homines de plano agimus in ſcenam deferunt. Nulli contigit, aut veterum aut recentiorum, nec facile continget ullo alicui ſæculo, tot comicas omnis generis actiones theatro ſiſtere, aut paratas habere. Mille & octingentis comœdiis, ſacriſque, ſive, uti appellant, Sacramentalibus Actis, quos in die Corporis Chriſti ſub dio recitari mos eſt Hiſpaniæ, ſupra quadringentis, quod domeſticis & amicis ejus affirmantibus injuria non crederemus, poetarum fere omnium comicorum, qui ad noſtram pervenerunt memoriam, unus adæquavit laudem & meritum. Præter enim quamplures fictarum actionum repræſentationes, in quibus continebat ſe antiqua uſque ad eum comœdia, nil ferme hiſtoria cujuſvis gentis, ſive Græcæ, ſive Latinæ, ſive barbaræ, ac multo magis Hiſpanæ, celebrioris cujuſdam eventus nota impreſſum habet quod particularis comœdiæ argumentum Lupus non fecerit. Idcirco minime verti ei vitio debet quod, veterum prætergreſſus leges, licere ſibi exiſtimaverit quaſcumque res & quomodocumque in theatrum invehere, hiſtoricis fabuloſa, comicis tragica, ridiculis ſeria miſcendo, ita ut nullum ſocci & cothurni diſcrimen, nullæ intervallo temporis ac perſonis theatralibus præſcriptæ leges liberum frænarent ſpiritum, dum tantum placeret populo, actionum hujuſmodi vero cenſori: reveraque experimento confirmavit nullam prorſus alienam a theatro materiam eſſe. Duorum aut trium dierum, & aliquando unius tantum diei ſpatio, abſolvebat perfectiſſimas quaſque comicarum actionum, comœdiſque recitandas porrigebat, pacto ſemel earum pretio ſine ulla examinis alea recepto. Qua quidem facilitate & frequentia in publicum producendi quæ mire exhilararent populum ſic populare & plauſibile Lupi nomen factum eſt ut, quod memoria hominum vix de alio refertur, communi omnium & proverbiali ſermone quidquid bonum perfectumque cujuſcumque generis ſumma quaque extollendum eſſet laude Lupi eſſe affirmaretur. Innumera ſunt quæ, ſive ſoluta ſive ligata oratione, toto vitæ ſpatio in laudem fere & commendationem aliorum, quo natura ipſa & amore virtutis propendebat totus, vel ut amicis gratificaretur, vel ut ſibi morem gereret, elucubravit, ſeu effudit potius ex largiſſima & inexhauſta ingenii vena. Latino etiam carmine valuiſſe eum ex fragmento apparet eclogæ cujuſdam piſcatoriæ, cui *Amarillyda* nomen fecit, quod intexuit ipſe Lupus, ad Joannem Baptiſtam Marinum, ſummum Italorum ſui ſæculi poetam, ſcribens, nuncupatoriæ epiſtolæ comœdiæ hujus tituli, *Virtud, pobreza y muger*, vigeſima *Comœdiarum* ejus parte comprehenſæ. Mirum & ſtupendum de ſe idem alicubi refert, homo minime arrogans, ſed ingenuus & verax, ſingula quina ſcriptæ chartæ folia ſingulis vitæ ſuæ diebus, ſi calculus eſſet ineundus, reſpondere. Quod univerſæ poſteritati non magis admirationi quam invidiæ futurum recte collegit is, qui vernaculo iſto epigrammate diſerte parentavit vita functo poetæ:

El aplauſo, en que jamas
Te podra baſtar la fama,
Lo mas del mundo te llama,
Y aun te queda a deber mas:
A los ſiglos quedarás
Por duda y deſconfianza,
Por coſtumbre a la alabanza,
A la invidia por oficio,
Al dolor por exercicio,
Por termino a la eſperanza.

Solidam vero ac ſingularem a bonis omnibus commendationem ſibi comparavit Lupus magnis virtutibus; cum fere alias conſueverit ægra ſors mortalium, vel turpibus vel ruſticis moribus, animique arrogantis præſumptione, ſublimia quæque ingenii ac doctrinæ culmina deprimere atque obſcurare. Lupus, vere aliis magis quam ſibi natus, neminem, qui eum non provocaſſet prius, carmine impetivit, in laudes rerum hominum occaſionum ſemper intentus. Urbanitati humanitatem conjunxit, hiſque generoſitatem velut pediſſequam dedit. Locupletem quippe cenſum, quamplurimum procerum munificentia, propriarumque lucubrationum compendio quæſitum, ſubveniendis egenorum neceſſitatibus piiſque aliis uſibus largiter impendebat. Plura continet Joannis Petri a Montalbano elogium, libro præfixum, cui titulus eſt, *Fama poſtuma a la vida y muerte del Dotor Frei Lope Felix de Vega Carpio, y elogios panegyricos a la inmortalidad de ſu nombre, eſcritos por los mas eſclarecidos in-* ge-

genios, *solicitados por el Dotor Juan Perez de Montalban*, Matriti edito 1636. in 4. Itali quoque poetæ famigeratiſſimi vatis obitum dulci concentu defleverunt in eo libro, qui ex officina quadam Veneta ſic inſcriptus prodiit, *Eſſequie Poetiche, o vero lamento delle Muſe Italiane in morte del Signor Lope de Vega, Poeta Spagnolo*, D. Joanni de Vera & Zuñiga, comiti de la Roca, noſtri Regis Philippi IV. ad Venetorum rempublicam legato, nuncupatus, 1636. in 4.

Opera ejus, pars major metrica, quippe qui cum Ovidio quidquid conabatur dicere verſus erat, pars proſaica ſunt. Comœdiarum certe id omne, quod in volumina compactum fuit, hoc elencho includitur:

Comedias de Lope Felix de Vega Carpio: viginti quinque tomis, quorum ſinguli duodecim continent. Matriti omnes prodierunt, indeque aliis in locis.

Primus ſcilicet has: *Los Donayres de Matico. Carlos el perſeguido. El Cerco de Santa Fee. Vida y muerte de Wamba. La Traicion bien acertada. El hijo de Reduan. Nacimiento de Urſon y Valentin. El Caſamiento en la muerte y hechos de Bernardo del Carpio. La Eſcolaſtica zeloſa. La Amiſtad pagada. La Comedia del molino. El Teſtimonio vengado: con doce entremeſes*. Valentiæ prius, deinde Pinciæ apud Joannem de Buſtillos 1609. in 4.

II. La fuerza laſtimoſa. La Ocaſion perdida. El Gallardo Catalan. El Mayorazgo dudoſo. La Condeſa Matilde. Los Benavides. Los Comendadores de Cordova. La bella malmaridada. Los tres diamantes. La Quinta de Florencia. El Padrino deſpoſado. Las Ferias de Madrid. Matriti 1609. apud Alphonſum Martinum, & 1618. Barcinone 1611.

III. Los Hijos de la Barbuda. La adverſa fortuna del Cavallero del Eſpiritu Santo. El Eſpejo del mundo. La noche Toledana. La Tragedia de Doña Ines de Caſtro. Las mudanzas de fortuna y ſuceſos de D. Beltran de Aragon. La privanza y caida de D. Alvaro de Luna. La proſpera fortuna del Cavallero del Eſpiritu Santo. El Eſclavo del Demonio. La proſpera fortuna de Ruy Lopez Davalos. La adverſa fortuna de Ruy Lopez Davalos. Vida y muerte del ſanto negro llamado Fr. Benedicto de Palermo: con tres entremeſes. Matriti apud Michaelem Serrano 1613. 4. Barcinone 1614.

IV. Laura perſeguida. Nuevo mundo de Colon. El aſalto de Maſtrique por el Principe de Parma. Peribañez y el Comendador de Ocaña. El Ginoves liberal. Los Torneos de Aragon. La Boda entre dos maridos. El Amigo por fuerza. El Galan Caſtrucho. Los Embuſtes de Celauro. La Fee rompida. El Tirano caſtigado. Matriti apud Michaelem Serrano 1614. Pampeloneque eodem anno.

V. Exemplo de Caſadas y prueba de la paciencia. Las deſgracias del Rey D. Alonſo. Los ſiete Infantes de Lara. El Baſtardo de Ceuta. La venganza honroſa. Hermoſura de Rachel: primera y ſegunda parte. El premio de las letras por el Rey D. Felipe. La Guarda cuidadoſa. El Loco cuerdo. La rueda de la Fortuna. La enemiga favorable. Matriti 1615. 4.

VI. La batalla del honor. La Obediencia laureada, y primer Carlos de Ungria. El Hombre de bien. El ſervir con mala eſtrella. El Cuerdo en ſu caſa. La Reyna Juana de Napoles. El Duque de Viſeo. El Secretario de ſi miſmo. El llegar en ocaſion. El Teſtigo contra ſi. El marmol de Feliſardo. El mejor maeſtro el tiempo. Ibidem 1615. apud Alphonſum Martinum.

VII. El Villano en ſu rincon. El caſtigo del Diſcreto. Las pobrezas de Reinaldos. El Gran Duque de Moſcovia. Las Paces de los Reyes, y Judia de Toledo. Los Porceles de Murcia. La Hermoſura aborrecida. El primer Fajardo. La Viuda caſada y doncella. El Principe deſpeñado. La Serrana de la Vera. S. Iſidro de Madrid. Ibidem 1617. apud eumdem.

VIII. Deſpertar a quien duerme. El anzuelo de Feniſa. Los Locos por el cielo. El mas galan Portugues, Duque de Berganza. El Argel fingido, y renegado de Amor. El poſtrer Godo de Eſpaña. La priſion ſin culpa. El Eſclavo de Roma. La Imperial de Othon. El niño innocente de la Guardia. Ibidem apud eumdem eodem anno.

IX. La prueba de los ingenios. La Donzella Theodora. El Hamete de Toledo. El auſente en el lugar. La Niña de plata. El Animal de Ungria. Del mal lo menos. La hermoſa Alfreda. Los Ponces de Barcelona. La Dama boba. Los Melindres de Beliſa. Ibidem apud eumdem eodem anno 1617.

X. El Galan de la Membrilla. La venganza venturoſa. D. Lope de Cardona. La Humildad y la ſobervia. El Amante agradecido. Los Guanches de Tenerife, y Conquiſta de Canaria. La Otava maravilla. El ſembrar en buena tierra. Los Chaves de Villalva. Juan de Dios y Anton Martin. La Burgaleſa de Lerma. El poder vencido y amor premiado. 1618. apud eumdem.

XI. El perro del hortelano. El azero de Madrid. Las dos eſtrellas trocadas y ramilletes de Madrid. Obras ſon amores. Servir a ſeñor diſcreto. El Principe perfeto. El amigo haſta la muerte. La locura por la honra. El Mayordomo de la Duqueſa de Amal-

Amalfi. El Arenal de Sevilla. La Fortuna merecida. La Tragedia del Rey D. Sebastian, y bautismo del Principe de Marruecos Ibidem apud eumdem anno 1618.

XII. Ello dira. La sortija del olvido. Los enemigos en casa. La cortesia de España. Al pasar del arroyo. Los Hidalgos de la aldea. El Marques de Mantua. Las flores de D. Juan, y rico y pobre trocados. Lo que hay que fiar del mundo. La firmeza en la desdicha. La desdichada Estefania. Fuenteovejuna. Ibidem in eadem officina 1619.

XIII. La Arcadia. El Halcon de Federico. El remedio en la desdicha. Los esclavos libres. El desconfiado. El Cardenal de Belen. El Alcalde mayor. Los Locos de Valencia. Santiago el verde. La Francesilla. El desposorio encubierto. Los Españoles en Flandes. Ibidem iisdem typis 1620.

XIV. Los Amantes sin amor. La Villana de Getafe. La gallarda Toledana. La Corona merecida. La Viuda Valenciana. El Cavallero de Illescas. Pedro Carbonero. El verdadero amante. Las Almenas de Toro. El Bobo del Colegio. El Cuerdo loco. La ingratitud vengada. Ibidem apud Joannem Cuesta 1620.

XV. La mal casada. Querer la propria desdicha. La Vengadora de las mugeres. El Cavallero del Sacramento. La Santa Liga. El Favor agradecido. La hermosa Esther. El leal criado. La buena guarda. Historia de Tobias. El ingrato arrepentido. El Cavallero del milagro. Ibidem apud Ferdinandum Correa 1621.

XVI. El Premio de la hermosura. Adonis y Venus. Los Prados de Leon. Mirad a quien alabais. Las Mugeres sin hombres. La fabula de Perseo. El Laberinto de Creta. La Serrana de Tormes. Las Grandezas de Alexandro. La Felisarda. La inocente Laura. Lo fingido verdadero. Apud Alphonsum Martinum anno 1622.

XVII. Con su pan se lo coma. Quien mas no puede. El Soldado amante. Muertos vivos. El primer Rey de Castilla. El Domine Lucas. Lucinda perseguida. El Ruiseñor de Sevilla. El Sol parado. La Madre de la mejor. Jorge Toledano. El Hidalgo Abencerrage. Iisdem typis 1621.

XVIII. Segunda parte del Principe perfeto. La Pobreza estimada. El divino Africano. La Pastoral de Jacinto. El honrado hermano. El Capellan de la Virgen. La piedad executada. Las famosas Asturianas. La Campana de Aragon. El Rustico del Cielo. El valor de las mugeres. Ibidem apud Joannem Gonzalez anno 1623.

XIX. De cosario a cosario. Amor secreto hasta zelos. La inocente sangre. El Serafin humano. El Hijo de los leones. El Conde Fernan Gonzalez. D. Juan de Castro: primera y segunda parte. La limpieza no manchada. El Vellocino de oro. La mocedad de Roldan. Carlos V. en Francia. Ibidem in eadem officina 1623.

XX. La discreta venganza. Lo cierto por lo dudoso. Pobreza no es vileza. Arauco domado. La ventura sin buscalla. El valiente Cespedes. El Hombre por su palabra. Roma abrasada. Virtud, pobreza y muger. El Rey sin reyno. El mejor mozo de España. El Marido mas firme. Ibidem apud viduam Alphonsi Martini 1625.

XXI. La bella Aurora. Ay verdades que en amor. La Boba para los otros y discreta para si. La noche de S. Juan. El castigo sin venganza. Los Bandos de Sena. El mejor Alcalde el Rey. El premio del bien hablar. La Vitoria de la honra. El piadoso Aragones. Los Tellos de Meneses. Por la puente Juana. Postuma prodiit hæc pars 1635. apud viduam Alphonsi Martini.

XXII. Quien todo lo quiere. No son todos ruiseñores. Amar servir y esperar. Vida de S. Pedro Nolasco. La primera informacion. Nadie se conoce. La mayor vitoria. Amar sin saber a quien. Amor pleyto y desafio. El Labrador venturoso. Los trabajos de Jacob. La Carbonera. Matriti, ut superiores, apud viduam Joannis Gonzalez anno 1635. in 4.

XXIII. Contra valor no hay desdicha. Las Batuecas del Duque de Alva. Las quentas del Gran Capitan. El piadoso Veneciano. Porfiar hasta morir. El robo de Dina. El saber puede dañar. La embidia de la nobleza. Los pleytos de Ingalaterra. Los Palacios de Galiana. Dios hace Reyes. El saber por no saber y vida de S. Julian de Alcala de Henares. Has collegit Emmanuel de Faria & Sousa, & excudit Maria de Quiñones Matriti 1638. in 4.

XXIV. El Palacio confuso. El Ingrato. La Tragedia por los zelos. El Labrador venturoso. La primer culpa del hombre. La despreciada querida. La industria contra el poder y el honor contra la fuerza. La porfia hasta el temor. El Juez de su misma causa. La Cruz en la sepultura. El honrado con su sangre. El hijo sin padre. Hæc Matriti edita fuit; sed & alia, hoc sub ipso titulo XXIV. partis, Cæsaraugustæ lucem vidit apud Didacum Dormer 1632. has Comœdias continens: *La Ley executada. Selvas y bosques de Amor. Examen de maridos. El Que diran. La honra por la muger. El Amor vandolero. La mayor desgracia del Emperador Carlos V. y hechizera de Argel. Veer y no creer. Dineros son*

ſon calidad. De quando aca nos vino. Amor pleyto y deſafio. La mayor Vitoria.

XXV. La Eſclava de ſu Galan. El Deſprecio agradecido. Aventuras de D. Juan de Alarcos. El mayor impoſible. La Vitoria del Marques de Santa Cruz. Los Cautivos de Argel. Caſtelvies y Monteſes. De lo que ha de ſer. El ultimo Godo. La necedad del diſcreto. El Juez en ſu cauſa. Los embuſtes de Fabia. Cæſarauguſtæ apud viduam Petri Verjes 1647. in 4. Reliquæ ſeorſim vulgatæ, præter quaſdam in libro comprehenſas, cui titulus hic eſt:

Vega del Parnaſo. Hæc eſt collectio quamplurium Lupi carminum poſt ejus mortem procurata, inter quæ octo ſunt comoediæ, ſcilicet: *El guante de Doña Blanca. La mayor virtud de un Rey. Las bizarrias de Beliſa. Porfiando vence amor. El deſprecio agradecido. El Amor enamorado. La mayor vitoria de Alemania. Si no vieran las mugeres.* Matriti typis regni 1637. Nondum quidem omnes hæ trecentarum quinquaginta excedunt numerum; unde colligi neceſſe eſt reliquum, uſque ad memoratam ſummam, ſeorſim editum fuiſſe, aut in ſchedis auctoris ipſius remanſiſſe. Certe anno MDCIX. quo epopeia, *Geruſalem conquiſtada* dicta, in lucem prodiit, Franciſcus Paciecus, qui ad opus præfatur, quingentarum comoediarum uſque ad id tempus ab eo confectarum meminit, quas quidem anno MDCXXIV. aſcendiſſe jam ad numerum mille & ſeptuaginta Lupo ipſi credimus, affirmanti in XXII. partis prooemio. Mille tandem & octingentas omnino eum abſolviſſe, cum fato ceſſit, Joannes Perez a Montalbano auctor eſt, cliens ejus, & qui ignorare rem non potuit, nec fallere voluiſſe credendus eſt in eo, quod laudavimus, elogio.

Autos Sacramentales, Loas, y Entremeſes. Matriti 1644. in 4.

Metrica ſimiliter hæc ſunt, ſive proſa & verſibus mixta:

La Filomena. La Andromeda. La Tapada (deſcriptio ſcilicet amoeniſſimæ Brigantini ducis montanæ domus). *Epiſtolas a diverſos. Novela de las fortunas de Diana.* Matriti apud Alphonſum Martinum 1621. in 4.

Rimas humanas: unaque *Arte de eſcrivir Comedias.* Matriti 1609. 16.

Segunda parte de las Rimas. Matriti 1602. in 8.

La Dragontea, o Tercera parte de las Rimas: hoc eſt de geſtis Franciſci Drac, Angli. Matriti 1598. in 8. & anno 1602. in 8.

La Hermoſura de Angelica: canticis ſeu libris XX. & alia. Ibidem apud Joannem Cueſta 1605. 8.

Geruſalen conquiſtada, Epopeya Tragica. Barcinone apud Raphaelem Nogues 1609. 8. & apud Gabrielem Graells 1619.

Corona Tragica, o Vida y muerte de la Sereniſima Reyna de Eſcocia Maria Stuarda: ad Urbanum VIII. P. M. Matriti apud viduam Ludovici Martinez 1627. 4.

La Circe, con otras rimas y proſas. Ibidem apud Franciſcum Martinum anno 1624. in 4.

Laurel de Apolo. Continet mentionem & laudes Hiſpanorum omnium poetarum. Simulque: *La Selva ſin amor, con otros verſos.* Matriti 1630. 4.

El Robo de Proſerpina.

La Roſa blanca.

La Mañana de S. Juan.

Catorce Romances a la Paſion de Chriſto N. S. Conchæ apud Salvatorem Viader 1620. 16.

Sentimientos a los agravios de Chriſto.

La Virgen de la Almudena: poema hiſtoricum. Simulque:

Triunfos divinos, con otras rimas ſacras. Matriti 1625. in 4.

Iſidro, poema Caſtellano: brevioribus verſibus, eaque metri lege ut ſinguli quinque inter ſe componantur, Quintillas ex re vocant: hiſtoria eſt S. Iſidori Agricolæ Matritenſis. Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1599. in 8. & 1613. Complutique apud Joannem Gratianum 1607. in 8.

Rimas ſacras, primera Parte. Matriti apud Alphonſum Martinum 1614. in 8. & 1619. Ilerdæ 1615. in 8.

Paſtores de Belen: partim proſa oratione partim verſa. Matriti 1612. in 8. Ilerdæ apud Ludovicum Maneſcal 1613. in 8. Compluti 1616. Valentiæ apud Joſephum Gaſch 1645. in 8.

Relacion de las Fieſtas de Lerma. Simulque:

Relacion de las Fieſtas que hizo Madrid a la Canonizacion de S. Iſidro. Matriti in eadem officina 1622. in 4.

Relacion de las Fieſtas que Toledo hizo al nacimiento de D. Felipe IV. Principe de las Eſpañas. Ibidem in 4.

Triunfo de la Fe en el Japon los años de DCXIV. *y* DCXV. Matriti apud Alphonſum Martinum 1618. in 8.

Quatro Soliloquios al arrepentimiento y converſion del Pecador. Salmanticæ apud Anton. Ramirez 1612. in 8.

Fieſtas en Denia al Rey D. Felipe III. 1599. in 8.

Diſcurſo ſobre la Poeſia culta. Matriti anno 1621.

El Peregrino en ſu patria. Barcinone 1605. in 8.

Arcadia, ad Jacobi Sanazzari imitationem.

nem. Matriti apud Petrum de Madrigal 1603. in 8. Antuerpiæ apud Nutium 1605. in 12. Ilerdæ apud Hieronymum Margarit 1612. in 8. Barcinone 1615. in 8. Matriti anno 1654.

La Dorothea, Comedia en verso y prosa. Matriti post priores editiones 1654. in 8. in typographia Regia. Propter hujusmodi prosometrica opera dictum puta a Gaspare Barthio, ad lib. Statii *Achilleidos* 1. vers. 3. postquam Homeri & Virgilii excellentiam in dispositione operis & artificio in res præteritas & futuras lectores ducendi, quorum ingeniosissimam structuram imitatum fuisse ait ex mythistoricis Heliodorum, in poesi Hieronymum Vidam, *exprimunt*, subjungit, *& superare laborant, aliquot Hispani idiomatis satiri scriptores, mixtim rhythmo & prosa scribentes, præcipue, non postremus inter omnia omnium ætatum ingenia, Lupus Vega.*

Justa Poetica en la Beatificacion de S. Isidro, recopilada por Lope de Vega Carpio. Matriti 1620.

Rimas humanas y divinas de Thome de Burguillos. Matriti 1634. in 4. Sub ascititio isto nomine, quo Lupus utebatur in jocosis carminibus, edi curavit ludrica omnia, inter quæ festivissimum est quod nuncupavit:

La Gatomaquia, sive felium amores & pugnas: quo antiquiorum omnium & recentiorum hujusmodi post Homerum auctorum luminibus obscuravit.

Isagoge a los Estudios reales del colegio de la Compañia de Jesus de Madrid.

Epitome de su vida.

La Fiesta primera del Palacio, o Retiro nuevo.

La Congregacion de los Sacerdotes de Madrid.

La venida del Duque de Osuna a España.

Pira sacra en la muerte del Excelentisimo Señor D. Gonzalo Fernandez de Cordova.

Egloga, Eliso, en la muerte del Maestro F. Hortensio Felix Paravicino.

Egloga, Filis, a la decima Musa.

Egloga, Amarillis, a la Reyna Christianisima de Francia. Hæc forte Latina illa est cujus mentionem supra habuimus.

Egloga Panegyrica al Serenisimo Infante D. Carlos.

Elogios a la muerte de Juan Blas de Castro. Hæc majoris operæ carmina sunt; omnium namque meminisse nec possumus, nec, si copia nobis esset, minutiora quæque prosequi deberemus

F. LUPUS FERNANDEZ, ordinis Eremitarum (nescio cujus sæculi vir) scriptum reliquit:

Espejo del Anima, en que se trata de los vicios, y de las virtudes, con un Tratado de la Penitencia, y sus partes. MS. extat in bibliotheca excellentissimi comitis de Villaumbrosa, Castellæ senatus præsidis.

LUPUS FERNANDEZ DE CASTANHEDA, Lusitanus, Santarenensis, Ferdinandi Lopez de Castanheda, Portugalliæ affatim celebris historici, parens, scripsisse ipse quoque dicitur, uti filius:

Historia da India, & varia *Poetica*. Cardosus.

F. LUPUS GALLEGO, Cisterciensis monachus Hortensis monasterii, brevem libellum scripsisse refertur:

Sobre la Oracion del Padre nuestro.

LUPUS GALLEGO, Lusitanus, Conimbricensis, scripsit:

Grammaticam. Cardosus.

LUPUS GUILLARTE, Navarrus, Joannis Cardonæ, qui Navarræ fuit prorex, a sacris, scripsit:

Discurso de la Vida y muerte de D. Juan de Cardona Virrey de Navarra. MS. in 8.

Relacion de las fiestas, que se hicieron en Pamplona en los Casamientos de los Condes de Lodosa. Pampelone apud Carolum de Labayen 1608. in 8.

LUPUS DE OBREGON, ad S. Vincentium Abulensis urbis parochus, scripsit vulgari lingua adversus Mahometi insanias falsas, operi hoc affixo titulo:

Confutacion del Alcoran y Secta Mahometana sacado de sus proprios libros y de la vida del mismo Mahoma: ad D. Didacum de Alaba Esquivel, Abulensem episcopum, Granatensis curiæ præsidem. Granatæ 1555. in folio.

F. LUPUS PAEZ, Franciscanus provinciæ Castellæ, scripsit:

Origen, aumento y estado de la Venerable Orden Tercera de Penitencia con las vidas de los Santos que ha tenido. Matriti 1623. & 1629. in 16.

Corona de la Virgen distribuida por mysterios. Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1613. in 16.

LUPUS DE RUEDA, Hispalensis, comœdiarum auctor, dum in fasciis esset apud nos comica hæc poesis, publicavit quasdam, aliaque hujusmodi, nempe hæc vidimus:

Las primeras dos elegantes y graciosas comedias del excelente Poeta y representante Lope de Rueda, sacadas a luz por Juan de Timoneda: estas son, Comedia Eufrosina, Co-

Comedia Armedina. Valentiæ 1567. in 8. Hispalique 1576. in 8.

Dos Comedias : *Comedia de los desengaños, Comedia Medora.*

Dos Coloquios Pastoriles : *Coloquio de Camila, Coloquio de Tymbria.* Valentiæ, Hispalique iisdem annis.

Registro de Representantes. Simulque:

El Deleitoso, recopilado por Juan de Timoneda. 1567. 8.

Decessisse dicitur Cordubæ, & pro artis suæ excellentia sepeliri meruit in ecclesia cathedrali inter cappellam maiorem & chorum canonicorum. Plura de eo reperies in prologo *Comœdiarum* Michaelis de Cervantes.

LUPUS DE SALINAS, Escalonensis, jurisconsultus ac poeta non inelegans, scripsit, nuncupavitque D. Antoniæ Paciecæ, Franciscanæ sanctimoniali, ex clarissima Escalonensium ducum stirpe natæ, heroicis versibus Hispanis:

Suma de la Vida del Serafico Padre San Francisco : canticis v. Toleti apud Joannem Rodriguez 1587. in 8. & Matriti 1604. in collectanea quadam editione, *Tesoro de divina Poesia* nuncupata, quam Stephanus de Villalobos procuravit.

LUPUS SANCHEZ DE VALENZUELA, commendatoris (nescio cujus militaris ordinis) titulo appellatus, scripsit:

Historia de la Conquista de Oran y Mazalquivir : quam adservabat inter alia MSS. Gundisalvus Argote de Molina.

D. F. LUPUS DE SEQUEIRA PEREYRA, Lusitanus, sacerdos sacræ militiæ Avisiensis, necnon & monasterii præfectus (Dom Prior mor vocant) deinde episcopus Portalegrensis, postremo Guardiensis, edidit:

Tractado das cosas insignes da ordem de Avis : uti refert Antonius Brandaon, Cisterciensis, lib. XVI. *Monarchiæ Lusitanæ*, cap. I.

LUPUS SERRANO, Lusitanus, Eborensis, quamquam ingenio ad poesim esset proclivi, operas & labores medicæ arti addixit; factusque ævo illo Regis Sebastiani medicus, adhuc tamen velut exercitio artis suæ horas nocturnas, quod ipse affirmat, suffuratus, senex jam, expertæ sibi disciplinæ monumenta pereleganti carmine Latino duxit scribens:

De Senectute & aliis utriusque sexus ætatibus & moribus : libris XIV. Olisipone apud Antonium Riberium 1579. in 8. Accessit:

Deploratio Populi Israelitici juxta flumina Babylonis.

LUPUS DE SOUSA COUTINHO, Lusitanus eques, S. Georgii de Mina in Guineæ ora maritima gubernator, Emmanuelis pater, qui in Ludovicum de Sousa ordinis Prædicatorum deinde transformatus fuit, insignemque in paucis historicum præstitit, uti nuper diximus, carmine Lusitano scripsit:

O Primeiro Cerco de Dio na India no anno de MDXXXVIII. Conimbricæ 1559. in folio.

A Perdiçaon de Manuel de Sousa de Sepulveda, aliaque mathematica : cujus disciplinæ aliarumque cognitione eum imbutum fuisse refert cum ingenti hominis commendatione is, qui Ludovici filii vitam secundæ parti *Dominicanæ regni Portugalliæ Historiæ*, ante paucos annos publicatæ adjunxit.

LUPUS DE VADILLO, numeratur inter eos qui manu exarata reliquere opera genealogica, laudatur enim ab studii hujus cultoribus ejus opus:

Nobiliario dictum.

M

MAGDALENA.

MAGDALENA GERONIMO, mater ut vocant & fundatrix domus probationis Vallisoletanæ, dedit in publicum:

Razon y forma de la Galera y Casa real, que el Rey nuestro Señor mandó hacer en estos reynos para castigo de las mugeres vagantes. Pinciæ apud Franciscum Fernandez 1608. in 8.

MALACHIAS.

F. MALACHIAS DE LA VEGA, monachus Vallisbonæ, cœnobii prope Durium flumen Cisterciensis, in hac eadem domo, & in Sacramenia, & in Rivisicci variis temporibus præfectus, chronographus adhæc regnorum Castellæ in comitiis Regiis anni hujus sæculi quinti supra vicesimum renuntiatus, scripsit hactenus ineditam:

Chronologia de los Ilustrisimos Jueces de Castilla, Nuño Nuñez Rasura y Lain Calvo, y los que dellos decienden en estos reynos : duobus tomis. Habent quidam viri, harum rerum curiosi, exempla domi suæ, ac inter alios visitur Matriti in bibliotheca excellentissimæ comitissæ de Villaumbrosa & de Quintana, quam a suo conjuge D. Petro de Guzman, lectissimo hujus nostræ ætatis Regum nostrorum consiliario, magnique Castellæ senatus præside, relictam in deliciis habet, supra sexum librorum & literarum amans. Tribus hanc historiam tomis contentam, quæ originalis est auctoris, affirmat index editus hujus-

juſce bibliothecæ. D. Thomas Tamajus in *Notis ad Luitprandi Chronicon*, æra DCCCCXXI. pag. 215. *Schedas Genealogiarum* MSS. Malachiæ de la Vega habere ſe in bibliotheca ſua refert, non uno volumine contentas; quod an opus a præcedenti aliud ſit affirmare nequeo.

MANCIUS.

F. MANCIUS DE CORPORE CHRISTI, natus in oppido quodam prope Villamnovam Sancti Mancii diœceſis Palentinæ, Dominicanis Salmanticæ aggregatus, deinde ad S. Thomam Hiſpali ſodalis, Compluti primum, mox Salmanticæ docuit maxima cum laude primario antemeridiano e ſuggeſtu Dei ſcientiam. Qua geſta per triginta & amplius annos egregie cura, obiit tandem VII. idus Julii MDLXXVII. Edidit is, ſed non vulgavit:

In Summam Theologiæ Divi Thomæ Scholia doctiſſima.

Thomæ item *Cajetani explanationem*, cujus ſectam tenuit, obſcura illius reddens interpretationibus pervia.

F. MANCIUS DE CRUCE, Luſitanus, incertum nobis cujuſnam inſtituti regularis, edidit vernacule.

Eſpelho eſpiritual de Novicios, hoc eſt, Speculum ſpirituale Novitiorum. Conimbricæ 1620. 8.

MANFREDUS.

MANFREDUS GOVEANUS, ex Antonio parente Luſitano, celebratiſſimo legum Romanarum interprete, Auguſtæ Taurinorum, dum ibi, ſenatorum numero adſcriptus, pater degeret, natus & ipſe, ſenator & a conſiliis ſtatus ſereniſſimo Sabaudiæ duci Carolo Emmanueli, ſcripſit, referentibus Franciſco Auguſtino ab Eccleſia & Andrea Roſſoto, ſcriptorum Pedemontanorum hiſtoricis:

Orationem Latinam in exequiis Philippi II. Hiſpaniarum Regis Taurini dictam, atque ibidem editam 1599.

Conſilia aliquot, ſparſim edita, & *Notas & Animadverſiones in Practicam Civilem, & Criminalem Julii Clari*. Venetiis apud Barctium 1640. *Carmina* plura.

Obiit anno MDCIII. jacetque in templo S. Mariæ Conſolationis monachorum Ciſtercienſium ſub epitaphio, quod ipſe ſibi & ſuis in cappella a ſe extructa ante aliquot annos fecerat.

MARCELLUS.

MARCELLUS DIAZ DE CALLECERRADA, poeta, non ſine ingenio & venere fabulam ardentis Endymionem Dianæ luſit, ea ſic inſcripta:

El Endymion en octavas. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1627. in 4. prodiit.

F. MARCELLUS DE RIBADENEYRA, ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi, ex Salmantina Franciſcana domo, in qua literas perdidicerat, in orientalem plagam ſe contulit, meſſem Deo in deducendis ad fidei jugum ſacræ infidelibus facturus. Ibi poſtquam rem Chriſti fortiter geſſit, comiteſque denegato ſibi martyrio coram ſpectavit impenſos, ad nos rediens, pœnitentiarius Apoſtolicus, ſcripſit:

Hiſtoria de las Islas del Archipielago, China, Tartaria, Cochinchina, Malaca, Sian, Camboja y Japon. Barcinone 1601. 4.

Vida y hechos de los Martyres que padecieron en el Japon. Barcinone eodem anno. Quorum agonis ſpectator ipſe fuit. Adjungit Waddingus alia, quæ non vidimus, nec ſatis compertum habemus noſtrate an lingua ſcripta ſint, nempe:

Corona de las excelencias de Nueſtra Señora: duobus tomis. Neapoli 1605. & 1606. apud Joannem Baptiſtam Subtilem.

Alabanzas y prerogativas de Nueſtro Padre San Franciſco.

Excelencias de Santa Maria Magdalena.

F. MARCELLUS RUIZ, Ciſtercienſis, edidiſſe dicitur:

Diſcurſos Evangelicos de la Inmaculada Concepcion de Nueſtra Señora. Compluti 1659. in 4.

F. MARCELLUS AB SPIRITU SANCTO, Salmanticenſis, Excalceatus ſodalis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcripſit:

De los cinco Martyres de Salamanca. Item:

Vida de nueſtra Señora con Notas para rezar el Roſario. Salmanticæ.

MARCUS.

F. MARCUS ANTONIUS ALEGRE DE CASSANATE, Aragonius, Turiaſonenſis, ordine fratrum Carmelitarum Cæſarauguſtæ ſuſcepto, idque dum pater eum curiæ, in vicem avunculi, quem a ſecretis habebat Philippus Rex III. annuente Rege ipſo, deſtinabat, induſtriam ſuam eo totam contulit ut, præter conciones ad populum ex munere habitas, de antiquitate, nobilitate ac rebus geſtis Carmelitarum commentaretur, factus interim theologiæ doctor. Unde hi libri prodiere, ex quibus tamen haud magnam gratiam apud ſuos Carmelitas collegit, qui incurioſe ac negligenter eum in hiſtoria do-

domeftica verfatum fuiffe conqueruntur, atque inter eos Joannes Cheron, Burdegalenfis, in *Vindiciis Scapularis privilegiati*, pag. 105. *pium virum magis quam antiquarium* appellans; & Francifcus Bonæfpei in *Armamentario Carmeli*, num. 859.

Paradifus Carmelitici decoris, five de origine Ordinis Carmelitarum, rebufque ab his per tot ætates geftis, ac de Carmelitis pietate aut fcientia claris. Lugduni 1639. in folio. Cui accedit, feu appenditur:

Apologema, five murus defenfionis pro Joanne Patriarcha XLIV. *Hierofolymitano*: duobus tractatibus, quorum prior de illius illibata fide & fanctitate, alter de ejus Carmelitica profeffione, & quod auctor fit libri *De Inftitutione Monachorum* in lege veteri exortorum & in nova perfeverantium, tractat. His adjungitur:

Encomiaftica in celebratione Comitiorum provinciæ Aragoniæ Carmeliticæ Marianæ Religionis declamatio anno MDCXVII. *Kalendis Novembribus Valentiæ habita.*

Joannis Tritemij de laudibus Carmelitanæ Religionis liber, diligentiffime recognitus & reftitutus. Omnia hæc fimul ediderunt Lugdunenfes. Adifis Labbeum in *Addendis* ad II. tomum *De Scriptoribus Ecclefiafticis* pag. 826.

Hifpane vero, ut exiftimo, hi loquuntur:

De los milagros de Nueftra Señora del Carmen liber unus: et, fi diverfum eft opus:

De Sacris Operibus (ut ipfe ait) liber unus: qui typis Petri Vergeli Cæfarauguftani prodierunt anno 1625. in 8.

Sobre el Evangelio de los talentos liber unus.

Vida y encomios de S. Prudencio Obifpo de Tarazona, catalogo de fus Obifpos, y de algunos fucefos notables de aquella ciudad. Cæfarauguftæ 1626. apud eumdem Vergelium. Manufcripta jam prelo matura habere fe affirmavit (Latina an Hifpanica non diftinguit):

Commentarios morales fuper Regulam primitivam, quam Patriarcha Albertus Carmelitis dedit: libris duobus.

Florem Sanctorum five de Sanctis ordinis fui.

Sermones Quadragefimæ, Adventus, & de Sanctis: novem tomis.

Martyrologium Carmelitanum.

Cæremoniale Sanctimonialium ordinis fui: in vernaculum a fe verfum.

Sacras Orationes diverfis locis per Hifpanias: fermone Latino habitas.

Natus anno MDXC. denatus eft Septembri menfe MDCLVIII.

F. MARCUS ANTONIUS ALOS ET ORRAZA, patria Valentinus, ordinis Sanctiffimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, edidit:

Selectarum Difputationum Theologicarum Scholafticarum primam partem. Valentiæ apud heredes Chryfoftomi Garriz 1642. in 4.

In Genefim. In folio Valentiæ.

In Roberti Gaguini Generalis ejufdem ordinis Tractatum de Conceptione Deiparæ Virginis. Ibidem.

De Senfibus S. Scripturæ. in 8.

Vernacula quoque lingua:

Sermones varios. Ibidem in 4.

De Ayudar a bien morir a los que van al fuplicio. Ibidem in 8.

Vida de San Juan de Mata y Felix de Valois Fundadores de la Orden de la Santifima Trinidad. Ibidem in 4.

Sobre el Breve de Alexandro VII. acerca del objeto de la Fiefta de la Concepcion. Ibidem, ficut fupra dicta omnia, typis Hieronymi de Villagraffa ab anno 1656. Vir fuit magnæ pietatis, & magni Valentiæ apud omnes habitus.

MARCUS ANTONIUS ARROYO, miles claffis quæ ad Naupactum devicit Turcas, centurioque, publicavit:

Relacion del progrefo de la Armada de la Santa Liga entre Pio V. Filippo II. y Venecianos contra el Turco. Simulque:

Difcurfo fobre el acrecentamiento de los Turcos. Mediolani 1576. in 4.

D. MARCUS ANTONIUS BRAVO, Cordubenfis, theologus doctor, & fanctæ congregationis Indicis confultor, dum Romæ agit publici juris fecit hujus tituli librum:

Excitatoria Beneficiariorum de opinionibus improbabilibus. Typis Vareffi 1672. in 4.

Obiit Perpiniani, a Gallis detentus cum Didaco Caftrillo, Gaditano epifcopo, cui erat a fecretis, anno MDCLXXIV.

F. MARCUS ANTONIUS DE CAMOS, Barcinonenfis, equeftri genere ortus, ad annum ufque ætatis XXXVIII. politicis ac militaribus officiis diftrictus manfit. Commodum poft extincta uxore, quo melius Deo vacaret, in Eremitarum Sancti Auguftini ordinem fe recepit, necnon & in facrarum Scripturarum ftudio eo proceffit ut libris editis, facræ theologiæ magifter factus, prodeffe aliis, feque pofteris commendare poffet. Nimirum fcripfit:

Microcofmo y gobierno univerfal del Hombre Chriftiano. Barcinone 1592. Matriti 1595. Quo fcilicet homines, cujufcumque fint conditionis, ad opus officii fui recte faciendum inftruuntur: prima operis parte Reges; altera

ra omnes hi, qui jurisdictionem vice Regia exercent, atque item hi quorum opera necessaria est reipublicæ; demum tertia & ultima ecclesiastici ordines.

La Fuente deseada, o Institucion de vida honesta y christiana: metricum opus, tertio quoque versu similiter desinens. Barcinone 1598. 8. apud Gabrielem Graells.

Obiit quidem is Neapoli, dum in dies expectaret confirmari sibi a Pontifice Tranensis ecclesiæ infulas, anno ætatis suæ LXIII. Christianæ reparationis MDCVI.

MARCUS ANTONIUS PALAU, Valentinus, ex Dianio, seu Denia, oræ maritimæ oppido, in Oriolensi ecclesia episcopali præpositus decanusque, edidit:

Un Paradoxo de las Flotas de Salomon. Oriolæ. Hujus operis, uti Latine scripti, meminit Antonius de Leone in *Bibliotheca Geographica*. Imo ipse operis auctor meminit in alio, quod Dianii apud Vincentium Palau, ejusdem propinquum, servatur manu exaratum, cujusque mihi, dum in Italiam illac pergerem, copiam fecit, hoc nempe:

Antiguas memorias y breve relacion de los mas notables sucesos de la ciudad de Denia y su famoso Templo de Diana desde su antigua poblacion hasta el estado presente.

Edidisse fertur (vulgarine an Latina lingua?):

Defensionem Dominicanam Immaculatæ Conceptionis: quam laudat D. Antonius Calderon in libro suo *Pro titulo Immaculatæ Conceptionis*, cap. XIV. num. 4. Certe hujus Italam versionem vidimus, opera Christophori Brignone, sub hoc titulo: *La Nebbia sgõbrata: Desesa Domenicana per la Immacolata Concettione di Maria.* Panormi 1654. in 4.

MARCUS ANTONIUS RAMIREZ, scripsit:

Devocionario o Tesoro de devocion. Qui liber prohibetur in *Indice* nostro *expurgatorio.*

MARCUS AURELIUS ALEMAN, nescio quis, dedit vernacule:

Despertador de Ingenios. Et:

De Arithmetica Algebrica. Valentiæ apud Joannem Mey 1552. in 4.

D. MARCUS BRAVO DE LA SERNA, episcopus urbis & provinciæ de Chiapa in America septentrionali factus XII. die Martii MDCLXXIV. ex archidiacono de Valderas Legionensis ecclesiæ, abbateque Regiæ collegiatæ de Arbas, olim Salmanticæ ad collegium, quod Archiepiscopi appellant, sodalis togatus, scripsit, & serenissimo Principi Joanni Austriaco dicavit:

Espejo de la juventud, moral, politico, y christiano. Matriti apud Matthæum de Espinosa & Artiaga 1674. in folio.

F. MARCUS DE LA CAMARA, Complutensis, ex ordine Minorum sodalium Observantiæ Regularis provinciæ Sancti Evangelii, publicavit:

Quæstionarium conciliationis simul & expositionis locorum difficilium Sacræ Scripturæ, in quo DC. Scripturæ loca exponuntur. Compluti apud Joannem Gratianum 1587. in 4. Item:

Elenchum Concionum pro Dominicis totius fere anni, præcipuis festivitatibus Domini, & communi Sanctorum.

D. MARCUS DE CRUCE, Lusitanus, Olisiponensis, Canonicus Regularis, Lusitana lingua scripsit:

Antiguidades do Mosteiro do Resoios de Conegos Regulares na Diocesis Bracharense. Laudat hunc librum Cardosus in *Agiologio.*

Tratado da ordem dos Conegos regulares de Portugal. Eodem Cardoso teste die XVI. Junii, litera b. Item:

Historia da Fundaçaõ do Mosteiro de S. Vicente da fora ejusdem urbis Olisiponensis. Cujus idem Cardosus meminit tomo 2. fol. 346. in comm. litera f.

F. MARCUS DIAZ, Lusitanus, Elvensis natu, sodalis provinciæ Romanæ Reformatorum S. Francisci, edidit:

Ordinem perpetuum recitandi divini officii. Romæ 1637.

MARCUS GARZIA, in nosocomio generali Matritensi chirurgus, & hujus artis magister, dedit foras:

Honor de la medicina, y aplauso de la Cirugia castellana. Necnon joco-serium aliud opus, ita nuncupatum:

La Flema de Pedro Hernandez. Matriti 1657. in 8.

MARCUS GEORGIUS, Lusitanus, magister doctorque theologus, nuncupavit D. Roderico Pinario, episcopo Portuensi:

Ordem e Regimento da Vida Cristaã. Conimbricæ anno 1559.

F. MARCUS DE GUADALAXARA ET XAVIER, Cæsaraugustanus, Carmelitarum sodalis, Alcañiziensis cœnobii anno MDCVI. præfectus fuit creatus. Vehementi fervidaque is studiorum contentione, die nocteque intentus operi, rem historicam his relatis ad posteros monumentis locupletavit:

Quarta Parte de la Historia Pontifical, general y catholica: nempe post primam & alteram Gundisalvi de Illescas, tertiamque Ludovici Babiæ, attexuit quartam de vita & rebus gestis Clementis VIII. & Leonis XI. usque ad electionem Pauli Papæ V. Cæsaraugustæ 1612. in folio. Matritique & Barcinone apud Cormellas. Superest quoque ejusdem Ludovici Babiæ hujusmet temporis pars quarta.

Quinta Parte de la Historia Pontifical y Catholica: de Pauli V. vita. Ibidem 1614. in folio, & Matriti 1630. & Barcinone apud Sebastianum Cormellas. Hæc in *Indice Romano* suspenditur, donec corrigatur, decreto XXIII. Augusti MDCXXXIV. ut *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor refert.

Prodicion y destierro de los Moriscos de Castilla hasta el Valle de Ricote, con la disension de los dos hermanos Xerifes, y presa en Berberia de la fuerza y puerto de Alarache. Pampelone 1614. in 4. Diversum opus ab hoc est:

Memorable expulsion y justissimo destierro de los Moriscos de España. Pampelone 1613. in 4. apud N. Assiain.

Catalogo de los Santos de la orden de Nuestra Señora del Carmen.

De las Indulgencias y gracias concedidas a la orden de Nuestra Señora del Carmen. Item, si diversa res est:

Tesoro espiritual de la orden del Carmen. Cæsaraugustæ 1616. 8. apud Joannem de Lanaja: quem ex Hispano fecit Italicum Elias Marrugius, ejusdem ordinis, atque edidit anno 1624.

Milagrosa vida y muerte de Santa Maria Magdalena de Pazzis natural de Florencia de la orden de Nuestra Señora del Carmen: ex Italico Vincentii Puzzini. Cæsaraugustæ anno 1627. in 8. Inedita reliquit:

Los Apotechmas de la misma Santa Virgen: libello uno.

Vida y hechos del venerable Martyr de Jesu Christo Pedro Arbues llamado vulgarmente Mastrepila: libro uno.

Vida de S. Alberto de Trapana.

Arte de bien morir: librum singularem, qui una cum superiore *S. Alberti vitæ* penes Marcum Antonium Alegre Cassanatensem extabat. Audio & asservari nunc in Cæsaraugustano Carmeli cœnobio; sed *Vitam Alberti* patriarchæ typis editam.

Obiit infatigabilis ac pius vir in domo sua Cæsaraugust. anno Christiano MDCXXX. die Januarii XV. jam ab aliquo tempore bis centum ducatorum pensione Philippi IV. Regis nostri beneficio auctus.

F. MARCUS DE LOS HUERTOS, Dominicanus, scripsit:

Quæstiones ad universam Dialecticam. Duaci apud Belleros 1622. in 8.

De Sacrificio Missæ.

MARCUS DE ISABA, Capuanæ arcis in Neapolitano regno præfectus, edidit:

Cuerpo enfermo de la Milicia Española, con discursos y avisos para que pueda ser curado, utiles y de provecho. Matriti anno 1594. Huic ultimam manum & colophonem imposuisse dicitur Michael Guerrero de Caseda, Tudelensis, qui levir auctoris erat, eamdemque arcem, vicariamque ejusdem arcis curam obtinuerat.

MARCUS JOSEPHUS, nescio quis, nobis edidit:

Dialogos de los Reloxes.

F. MARCUS DE LISBOA, sive ULISIPONENSIS, ab urbe patria sortitus cognomentum (alias de BETHANIA, qua scilicet nuncupatione a Gaspare audiit Barrerio, dum *Itinerarium* suum ei offerret), honestisque parentibus natus, Franciscanorum institutum sibi delegit sequendum, sedecennisque amplexus fuit. Ab ea jam ætate, hujus sacræ familiæ monumentis pervolutandis impense addictus, spem fecit sodalibus neminem posse alium inter Lusitanos rerum suarum chronicon vernacula lingua commodius pangere. Quod quidem egregie præstitit rem agere jussus. Magno certe adjumento Italica ei peregrinatio fuit, priusquam alteram, hoc est secundam, operis partem aggressus est, pedibus quidem, juxta ordinis sui præscriptum, ut ipsemet in prooemio hujus partis lectori suo refert, suscepta: quæ copiam ei quamplurimarum rerum, partim ex Italorum relatione, partim ex veterum instrumentorum a se diligenter excussorum fide, quas deinde commentariis suis inferret, præbuit. Fama est in Africana expeditione Mirandensi eum ecclesiæ, cui Antonius Pinarius, consilio Sebastiani Regis adeo præcipiti non multum æquus, ob idque ingratior eidem factus, renunciasset, præsulem designatum post gubernatam sodalium provinciam, quod frustra fuit, Pinario infulas sponte resumente. Verum a Philippo Rege Portuensis episcopus cooptatus, tum primum cœpit pontificia dignitate conspicuus esse, anno scilicet MDLXXXI. qua per decennium integrum fuit perfunctus, religiosæ paupertatis & parsimoniæ antiquum atque illibatum undequaque tenorem servans. Chronicon opus prodiit tribus partibus, prima & secunda Lusitanice, sic inscriptis:

Primeira parte das Chronicas da ordem dos fra-

frades Menores do Seraphico Padre San Francisco. Olisipone 1556. folio.

Segunda parte das Chronicas &c. Ibidem 1562. in folio. Utraque pars recocta est in eadem urbe anno 1615. in folio. Tertia autem in gratiam Philippi Regis, jam Lusitanos obtinentis, Castellæ proprio idiomate ab auctore nostro edita est, nempe:

La Tercera parte de las Chronicas de San Francisco &c. Salmanticæ 1570. apud Alexandrum de Canova. Priores illas duas jam verterant in eamdem linguam Castellani sodales duo, communicata opera, Didacus Navarrus, Castellæ provincialis præfectus, & Philippus de Sosa, ex provincia Bætica: quæ interpretatio formis excusa est Compluti 1566. ac diu post Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1626. & Barcinone 1634. in folio instaurata est editio. Italice apud Brixiam anno 1581. alias 1591. etiam prodiisse in 4. ex interpretatione Horatii Diolæ, Bononiensis, refert Antonius Verderius in *Supplemento Gesnerianæ Bibliothecæ*; & Venetiis 1598. apud Erasmum Viottum, *ubi* (ait Waddingus in *Annalibus Franciscanis* ad annum 1525. §. 16.) *plurima addita sunt & mutata, & magno auctario per multa capita, a 16. usque ad 29. diffunduntur gesta Matthæi* (Basii, Capuccinorum instituto-ris) *ortus, progressus & incrementum PP. Capuccinorum.* Subjungitque idem Waddingus: *Auctor hujus numerosæ mutationis nullibi se prodit, neque unde prodierit tam speciosum additamentum potuit hactenus ad plenum investigari.* Quæ notare, quia ad Marci historiam pertinent, Marcusque veluti hujus supplementi Italici auctor a Bzovio laudatur, referente & observante eodem Waddingo, operæ pretium fuit nobis visum. Gallice item opera Joannis Blancona, uti Waddingus refert.

Reformatas tempore suo auspiciisque *Portuensis Episcopatus Constitutiones*, *Synodoque sacrorum hominum e tota diœcesi collecta stabilitas* publicari fecit Conimbricæ anno 1585. & alibi. Præterea edidisse Marcum Latino sermone aliquot libros, doctis hominibus accommodatissimos, nonnullos quoque Lusitanico, ad animos religione & in Deum caritate imbuendos, Franciscus Gonzaga, dum Sanctæ Catharinæ a Carnota cœnobium, quod in provincia S. Antonii Portugallica est, laudat, in *De origine Religionis Franciscanæ* reliquit scriptum. Ex his est, quem vidimus preli donatum luce:

Exercicios, e muito devota meditaçam da vida & paizam de nosso Senhor Jesu Christo: ex Joannis Tauleri Latinis. Visæi anno 1571. in 8.

Flores de virtudes tirados da Escritura & vidas dos Santos: ex Marco Marulo Spalatensi.

A vida de Santa Colletta: MS. apud Georgium Cardosum, *Agiologii Lusitani* auctorem, quod ipse retulit in epistola ad Franciscum Haroldum Romam missa. Idem Cardosus in schedis MSS. laudat ejusdem:

Meditationes super orationem Dominicam.

Diem vidit extremum in Portu ipsa urbe, sedis suæ cathedra, idibus Septembris anno MDXCI. jacetque in ejusdem ecclesiæ sacello, Deiparæ Mariæ Salutari dicato, quod vivus ipse sibi extrui curaverat. Agunt de Marco nostro Rodericus da Cunha *De Portuensibus episcopis*.... & Emmanuel da Speranza in *Chronico* sui *Franciscanorum Lusitaniæ* ordinis.

MARCUS LOPEZ, Jesuita, vertit ex Latino:

Relacion de la Prision y martirio del Padre Juan Ogilveo Escoces, que la escrivió de su mano en la carcel de la ciudad de Glasconia, ocho dias antes que muriese, y la continuaron los presos sus compañeros. in 8.

MARCUS MARTINEZ, auctor inscribitur:

De la Tercera Parte del Cavallero del Febo. 1623. in folio.

MARCUS MARTINEZ DE ALCALA, idem forsan cum superiore, scripsit:

Tercera Parte del Espejo de Principes y Cavalleros; hechos de los hijos, y nietos del Emperador Trebacio: continuans fabulosum opus Didaci Ordonii. Compluti 1589. in folio.

F. MARCUS DE MOURA, Lusitanus, ex familia sacra Redemptorum Sanctissimæ Trinitatis, Scalabitanæ domus minister, manuscriptum reliquit *ordinis* sui *Chronicon*: nescio an vernacule, nam nec expressit hoc F. Bernardinus de Sancto Antonio in *Epitome redemptionum.*

MARCUS ROIVELA, Aragonius, ex oppido La Puebla de Valverde, scripsit, Blasco Lanuza teste in *Aragonensi Historia*:

De Grammatica constructione: aliaque.

F. MARCUS SALMERON, domo ex oppido Buendia Conchensis diœcesis (ex Huete urbe alii dicunt) ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, sacræ theologiæ magister, Philippoque Catholico Regi IV. a concionibus. Post gubernatam bis domum Matritensem, aliasque, & Castellanam ordinis provinciam, vicesque generalis præ-

præfecti geftas in Aragoniæ & Navarræ provinciis, fummam ipse hanc præfecturam obtinuit, non diu poftea, nempe anno MDCXLVII. Truxilienfis, quæ apud occidentales Indos ecclefia eft, factus epifcopus. Scripfit hiftorica quidem hæc:

Recuerdos Hiftoricos y Politicos de los fervicios que los Generales y Varones iluftres de la religion de la Merced han hecho a los Reyes de Efpaña defde fu gloriofa fundacion el año de MCCXVIII. hafta el de MDCXL. Valentiæ 1646. in folio.

Sacra Apologia, difpoficion del Señor de los Exercitos, exemplar vivo de las armas Catolicas en favor de la Fe y de los vafallos del Rey D. Felipe IV.

Rapfodia en la muerte del Principe D. Balthafar.

Sacra vero:

Sobre los Evangelios de la Quarefma: duobus tomis.

Theforo efcondido en el campo de la Humanidad del Hijo de Dios, glorias de Maria, piedras preciofas, efplendor hermofo de fus folemnidades. Barcinone 1641. in 4.

El Principe efcondido; meditaciones de la vida oculta de Chrifto defde los doce hafta los treinta años: iluftranfe con letras divinas, humanas y politicas, y con noticias chronologicas. Matriti 1648. folio. An idem cum hoc eft opus:

Sermones de la Infancia de Chrifto. Hifpali 1644?

Sexaginta fere annos natus diem vidit extremum Matriti anno MDCLVIII. Januarii die xx.

MARCUS SALON DE PAZ, Burgenfis, alias BURGOS DE PAZ, jurifconfultus clarus, & in Pinciana curia advocatus, defignavit fibi in lucem edendum opus, prolixum fane, nec citra molem bibliothecæ integræ abfolvendum, cujus extat fpecimen tantum in eo volumine quod ita infcripfit:

Ad Leges Taurinas infignes Commentarii; quorum primus hic tomus, quatuor continet exactiffimas relectiones: nempe Taurinarum legum, a Joanna Hifpaniæ Regina & Carolo filio promulgatarum, una cum prooemio, tres priores leges grandiori ac folido volumine interpretatus eft. Pinciæ 1568. in folio.

Confiliorum item *quinquaginta* collectio prodiit poft mortem auctoris, Didaci filii cura, Medinæ anno 1576. in folio. Qui ipse Didacus ex patris & avi fchedis produxit confecitque *Quæftiones* fuas *civiles*, de quibus fuo loco. *Confilia* ifta cum additionibus doctoris de Balboa prodierunt quoque Neapoli 1631.

F. MARCUS DE SEPULVEDA, Toletanus, ordinis Sanctiffimæ Trinitatis, ac doctor theologus Salmantinus, fcripfiffe dicitur:

De las vitorias que han ganado los Chriftianos con la proteccion de Nueftra Señora.

Denatum referunt Salmant. an. MDCXX.

F. MARCUS SERRA, Alcodianus (Alcoy eft oppidum in Valentiæ regno), fodalis fratrum Prædicatorum, facræ theologiæ magifter ac profeffor. Domum fuam Valentiæ urbis rexit, & in provincia integra Aragoniæ præfecti vices, Fidei judicibus a cenfura theologica, edidit in *Summam* Angelici Præceptoris brevia commentaria, nempe:

In Primam Partem: tomis tribus in 12. Romæ ab anno 1653.

In Primam Secundæ: totidem.

In Secundam Secundæ: tomis tribus.

In Tertiam Partem, de Sacramentis. 1653. Omnia hæc edita primum Valentiæ fuerunt in 12.

F. MARCUS DE VILLALBA, monachus Cifterciēnfis monafterii Montis-Sion, integritate morum eximius, Hifpanicam congregationem præfectus rexit, atque hinc Fiteri perpetuus abbas creatus fuit a Philippo Rege II. Catholico. Scripfit, cum & theologiæ doctor effet Complutenfis:

In Ifaiam Prophetam libros x.

Definiciones de la orden del Ciftel y obfervancia de Efpaña. Salmanticæ apud Mathiam Gaftium 1584.

Epiftolam confolatoriam ad Philippum II. Hifpaniarum Regem, claffe navali, quam in Angliam miferat, ventis quaffata & difperfa. Salmanticæ in 4. 1588. Commendat monumenta hæc viri fanctitas, quam difcoopertum femel atque iterum ejus cadaver, poft aliquot annos integrum atque incorruptum inventum, non leviter comprobat.

Deceffit circa annum MDXC.

MARGARITA.

D. MARGARITA DE NORONHA, alias DE S. PAULO, Francifci, comitis de Linhare, filia, Lufitana, ordinis S. Francifci in monafterio Annuntiatæ Virginis Olifiponenfi, fcripfit:

Difcurfos fpirituais: quod affirmavit Antonius de Soufa de Macedo in *Floribus Lufitaniæ*, cap. VIII. excellentia XI.

Exercicio efpiritual con varias oraciones a Nueftra Señora: editum fuiffe ad finem libri nuncupati *Convento efpiritual*, cujus auctor fuit Granatenfis quædam monialis Capuccina, Olifipone 1626. monet Cardofus in fchedis MSS. Vertit item in Lufitanum:

A Regra de ſua Orden. Teſte Cardoſo iiſdem ſchedis.

MARIA.

D. MARIA ANNA DE CARAVAJAL ET SAAVEDRA, Granatenſis, ſcripſit:

Natividades de Madrid, y noches entretenidas en ocho Novelas. Matriti apud Dominicum Garſiam & Morras 1633. in 4.

MARIA ANNA DE S. JOSEPHO, monialis ordinis Eremitarum Albæ, quod in Salmanticenſi ſacro territorio ducale oppidum Toletanæ ampliſſimæ familiæ eſt, v. Auguſt. MDLXVIII. ex Joanne de Manzanedo & Herrera & Maria Maldonado parentibus in lucem edita. Reformationis virginum Deo ſacrarum, quæ ſub Auguſtini vexillo militant, hoc noſtro ſæculo auctor in Eibarenſi Guipuſcuæ provinciæ oppido prima fundamenta jecit; conſtitutiones ab inclyto non minus ſanctitate quam doctrina viro, Auguſtino Antolinez, provinciali tunc præfecto, iis formatas perfecit, & Pauli Papæ V. auctoritate munitas videre meruit; monaſteria Medinæcampi, Valladoliti, Palentiæ, ac tandem Matriti Regium atque nobiliſſimum Incarnati Verbi, Margaritæ Reginæ auſpiciis, conſtruxit, in eoque poſt XXVII. annos ſanctiſſime completos obiit XV. Aprilis MDCXXXVIII. ætatis ſuæ LXX. inſignis pietate, inſignis prudentia noſtri temporis heroina. Scripſit juſſu Hieronymi Perez, innocentia morum ſpectatiſſimi viri, qui erat ei a confeſſionibus, nec ſine approbatione, ut creditur, venerabilis ſervi Dei Ludovici Pontani, Jeſuitæ:

Su Vida: ex cujus aliqua parte, inter chartaceam ſupellectilem ejuſdem Hieronymi reperta, necnon & ſupplemento a monialibus ipſis cœnobii Matritenſis, poſt parentis obitum in grati animi ſignum confecto, Ludovicus Muñozius compegit vernaculam hiſtoriam: *De la Vida de la Venerable Madre Mariana de San Joſeph, fundadora de la Recoleccion de las monjas Auguſtinas, Priora del Real Convento de la Encarnacion, hallada en unos papeles eſcritos de ſu mano, ſus virtudes obſervadas por ſus hijas.* Matriti 1645. in folio. Accedunt in hac editione ejuſdem venerabilis ancillæ Dei diſcurſus quidam:

Sobre algunos Capitulos de los Cantares de Salomon: exemplo Tereſiæ de Jeſu ſanctiſſimæ, quorumdam ejuſdem libri verborum interpretis, ad nutum Hieronymi Perez, jam laudati, mirabili ac ſupra ſexus captum ſtilo & ſapientia perfecti.

MARIA DE LA ANTIGUA, quam in Cazalla, Bæticæ provinciæ oppido, Paxauguſtanus pater & Luſitana mater procrearunt, puella induit habitum Dominicani ordinis, deinde ſub Seraphico inſtituto monialibus, quæ ſine velo & clauſuræ neceſſitate ſeſe Deo ſacrare ſolent (Beatas nos dicimus), aggregata majorem vitæ partem in Marchena oppido ſanctiſſime vixit; illuminata deſuper, quippe quæ ſine ulla doctrina, cum nec legere nec formare ſciret literas, ut fertur, auctor quamplurium documentorum ſpiritualium a Deo ſibi dictatorum, ſcriptoque conſignatorum. Miraberis lecto numero. Fr. Petrus a Sancto Cæcilio in libello, adhuc inedito, *De Scriptoribus ordinis Beatæ Mariæ de Mercede* (hunc enim ordinem non diu ante mortem amplexa fuit includens ſeſe Loræ oppidi juxta Bætim Excalceatarum virginum cœnobio) admonet codices fere ter mille eſſe qui ab ea hodie habentur (codicillos intelligo, aut pugillares paucorum foliorum), mira doctrina refertos, omnibus eccleſiaſticis, tum ſæcularibus, tum regularibus, utriuſque ſexus valde neceſſarios. Quæ omnia Fr. Bernardinus de Corbera, quondam illius confeſſarius, ordinis Minorum, ille ait, typis curat excudere. Obiit XXII. Septembris MDCXVII. Audio litem inter Franciſcanos Mercenarioſque ſodales fuiſſe de librorum dominio, poſterioribuſque eam adjudicatam.

MARIA BAPTISTA, Luſitana, monialis ordinis Prædicatorum in monaſterio S. Salvatoris Oliſiponenſis urbis, ſcripſit:

Hiſtoriam hujus *monaſterii*, Luſitana lingua: a Georgio Cardoſo laudatam die XI. Maii, lit. f. & XXVI. ejuſdem, lit. g.

A Vida de S. Joſeph, e un Tratado do Roſario e varias devoçoẽs. Cardoſus in ſchedis MSS.

D. MARIA BAZAN, monaſterii Sanctæ Fidei Toletanæ urbis militaris ordinis S. Jacobi præfecta, ſive ut vocant commendatrix, ſcripſit:

Vida de la Señora Infanta D. Sancha Alfonſo Comendadora de SantIago. Matriti anno 1651. in 4.

MARIA DE JESU, olim, ſeu familiari cognomine, CORONEL, Graccurri (Agreda eſt in Aragoniæ confinio Caſtellæ municipium) nata, inter moniales Immaculatæ Deiparæ Virginis Conceptionis ejuſdem loci, quæ S. Franciſci profitentur regulam, virgo Deo ſacra, eximiæ ſanctitatis opinione olim clara, certiorem eam in dies clarioremque tota Hiſpania & apud omnes hominum ordines magnis virtutibus, ſingularibuſque ſibi diſpenſatis e cœlo donis, uſque ad mortem reddidit. Hæc ipſa mirabilis femina re-

ve-

velata sibi de Jesu Christi Domini nostri & Mariæ ejus matris vita & rebus gestis quamplura mysteria ignota, inaudita hactenus, comprehendisse dicitur in quodam opere, quod, a viris undique doctissimis & piissimis diligentissime examinatum riteque approbatum, typis nuper Matritensibus fuit subjectum, tribus contentum tomis, hoc titulo: *Mystica Ciudad de Dios*, alias, *Historia divina y Vida de la Virgen Madre de Dios Maria Santisima*. Matriti 1670. in folio. Atque item ad hanc *Historiam Notæ* Joannis Ximenez Samaniego, præfecti nunc generalis Franciscanorum. Eodem anno. Scripsit item:

Leyes de la Esposa conceptos y suspiros del corazon para alcanzar el ultimo y verdadero fin del agrado del Esposo y Señor.

Meditaciones de la Pasion de Nuestro Señor.

Sus Exercicios quotidianos. Receptæ sunt hoc jam tempore probationes ordinaria auctoritate super insignibus servæ Dei virtutibus, quæ XXIV. Maii MDCLXV. ad æternas sedes abiit, procuraturque a Sede Apostolica procedendi in causa ejus Canonizationis facultas.

MARIA MAGDALENA, Lusitana, monialis cœnobii Matris Dei Ulisiponensis ordinis Minorum, edidit vernacula gentis lingua:

Vida de S. Joaõ Evangelista. Olisipone anno 1628. in 8.

MARIA DE MESQUITA PIMENTEL, Lusitana, virgo Deo sacra ordinis Cisterciensis in monasterio de Cellas Conimbricensis tractus, scripsit poema (Castellanum an Lusitanum?):

Da Infancia de Christo: ut paria faceret Helenæ Silviæ, quæ in eodem monasterio *De Passione Domini* alterum edidit. Refert Bernardus Brittus in *Chronico Cisterciensi*, lib. VI. cap. XXXIV. Prodiit Ulisipone 1639. in 8.

MARIA DE PRESEPIO, Lusitana, virgo Deo sacra in monasterio S. Marthæ..... quod ordinis..... est, *Constitutiones* ejus domus, Olisipone editas anno 1583. in 4. fecit.

D. MARIA TELLEZ, virgo Deo sacra in monasterio Sancti Francisci de Tordesillas, ex Ludolphi Carthusiani Latino procudit ipsa sermone Hispanico:

Pasion de Nuestro Señor Jesu Christo. Pinciæ apud Nicolaum Tiersi 1539. 4.

MARIA DE TRINITATE (da Trindade Lusitani, ex qua gente fuit, nuncupant), sacra Deo virgo in cœnobio, cujus aliquando præfecta fuit, de Sacauem regulæ Matris Dei Olisiponensis, scripsit:

As Vidas de Sor Maria da Coluna ed outras Religiosas: MS. Teste Cardoso in *Agiologii Lusitani* tomo II. fol. 309. in com. litera i.

D. MARIA DE ZAYAS ET SOTOMAYOR, Matritensis, amœni ingenii femina, scripsit:

Novelas amorosas y exemplares. Tum alibi, tum Cæsaraugustæ 1638. in 8.

Novelas y Saraos. Segunda Parte. Cæsaraugustæ 1647.

MARINA.

D. MARINA DE ESCOBAR, Pinciæ orta ex parentibus Didaco de Escobar, Civitatensi, & D. Margarita Montaña de Monserrate, Bernardini, qui Caroli V. Imperatoris protomedicus fuit, filia, exacti sæculi anno LIV. Virgo domi suæ permanens, tanquam Gertrudis aut Brigitta, sive Mathildis nostri temporis, propter revelationum, ut vocant, ei a benignissimo animarum nostrarum sponso frequentissime de summis quibusque mysteriis Christianæ fidei factarum, excellentiam vulgo apud nos habetur. Divino eadem præcepto adacta in literas retulit quidquid hujusmodi sibi fuit a Deo monstratum: id vero, ut eidem supernæ voluntati obsequeretur, digessit & in commentariorum vitæ ejusdem sanctissimæ virginis formam redegit, virtutibus & ipse vir insignis, Ludovicus de Ponte, Jesuita, qui ei a confessionibus triginta annis fuit, post cujus obitum pluribus decursis annis tandem prodiit in lucem publicam:

La Vida maravillosa de la Venerable Virgen Doña Marina de Escobar natural de Valladolid sacada de lo que ella misma escrivió de orden de sus padres espirituales. Matriti apud Franciscum Nieto 1665. in folio. Comprehendit volumen hoc alteram tantum partem vitæ; obeunte enim diem suum Pontano, ad alium spectare cœpit de virginis rebus cura.

MARSILIUS.

F. MARSILIUS VAZQUEZ, Toletanus, sacræ theologiæ doctor excellens, habitum Cisterciensem suscepit Romæ in monasterio SS. Vincentii & Anastasii ad Aquas Salvias; anno MDLXXIX. professionem emisit Florentiæ in cœnobio Castelli; philosophiam & theologiam diu docuit in Thusciæ provinciæ monasteriis, ac postmodum etiam publice Florentiæ ac Ferrariæ. Fuit & theologus archiepiscopi Florentini, ac Sancti Officii consultor, necnon & theologus Ferdinandi Primi magni Etruriæ ducis, & inter sui sæculi theologos summæ opinionis. Scripsit plura

ra ac præclara hæc opera, quibus luculenta doctrinæ ac ingenii sui argumenta reliquit posteris:

Commentaria in Aristotelis Philosophiam: tomis VIII.

In Ethica Aristotelis nobile *Commentarium*.

De Auxiliis librum unum: ad Clementem VIII. Papam, dum Romæ ferveret quæstio hæc implicatissima.

Obiit Florentiæ in monasterio Castelli, abbas titularis Sanctæ Luciæ dioecesis Florentinæ, anno MDCXI. plura alia egregia opuscula de diversis materiis posteritati relinquens. Sic Ferdinandus Ughellus in *Italia Sacra*, inter episcopos Montis Pelusii, tom. I. in Hippolyto Massarino; & in *Supplemento Cistercienfis Bibliothecæ* Carolus Vischius, quod jam pertextum est ipsi *Bibliothecæ* in ultima editione Coloniensi anni 1656.

MARTIALIS.

MARTIALIS GOVEANUS, vulgo de GOVEA, Lusitanus, ex Pace-Julia (Bexa vocant) oriundus, Andreæ, atque adeo Antonii, eximii viri, Goveanorum frater, quos omnes Lutetiæ in schola, cui præerat, Barbarana, Lusitaniæ Regis impensis, patruus instituit. Poetices maxime fuit studiosus, sibique ante alios Ovidium proposuit imitandum, uti ait de illo in *Bibliotheca* Scotus, cui & *Carmina* varia, *Epistolas* scilicet, *Elegias*, aliaque hoc genus ille ostendit. Edidit tantum:

Institutiones in octo orationis partes. Parisiis 1534. in 8.

MARTINUS.

D. MARTINUS ABARCA DE BOLEA ET CASTRO, Aragonensis, baro Clamosæ, Sietanique, Turrium aliorumque oppidorum toparcha, nobilissimis Aragoniæ familiis prognatus, Bernardum Abarcam, sub Regibus Carolo & Philippo hujus regni vicecancellarium, parentem habuit, fratremque Ludovicum Pincianæ, mox supremæ Indiarum curiæ senatorem, cui Franciscus Sancius Brocensis, vir doctissimus, suas *Grammaticæ artis præceptiones* nuncupavit, ipse literis & poetico studio commendatur posteris, ex quo nata sunt hæc monumenta:

Las Lagrimas de S. Pedro, en otava rima. Credo interpretationem hanc esse Ludovici Tansili poematis ejusdem argumenti.

Orlando enamorado, en otava rima. Ilerdæ 1578. apud Michaelem Ponts.

Orlando determinado. Cæsaraugustæ 1587. in 8.

Historia de las Grandezas y cosas maravillosas de las provincias Orientales. Hæc est interpretatio operis M. Pauli, Veneti, non ex Italico auctoris, sed ex Latino Joannis de Parvo. Cæsaraugustæ 1601. in 8. apud Tavanum. Promisit hic in laudato hoc libro commentaturum se *De Africanis provinciis*, præcipueque *De Congi regno*, quo de nihil hactenus vidimus; quemadmodum neque *De Amazonibus*, & alia poemata, quæ Vincentius Blascus de Lanuza nostro tribuit. Enecum hic habuit patruum, eximia pietate virum, coenobiique Sanctæ Fidei Cæsaraugustani erectorem, cujus liber, vernacula lingua scriptus, *De la Bienaventuranza*, hoc est, *de Beatitudine*, inscriptus, nondum tamen, ut credo, typis editus, ab eodem Lanuza in *Aragoniæ Historiis* laudatur. Martini quoque laudes, novo ingeniosæ pietatis merito, Anna Francisca filia cumulat. Hujus namque virginis in æde Sanctæ Mariæ Casbensis, quæ sanctimonialium Cistercienfium est, Deo sacræ librum editioni paratum esse dudum scio, qui sanctarum quarumdam sui ordinis feminarum res olim gestas continet. In lucem edidit Martinus Hieronymi de Urrea dialogum *De Militari honore*, cui sanguine proximus fuisse dicitur.

F. MARTINUS DE ACUÑA, Bæticus, Carmelitarum sodalis in coenobio S. Mariæ de Luna susceptus, episcopus quondam Liparensis, quæ insula una ex Vulcaniis est in conspectu Siciliæ, a Gregorio XIII. P. M. renunciari promeruit. Scripsisse varia fertur theologica, ex quibus unum vidit MS. opus Cassanate, sat grandi volumine, *De Arte divini amoris*. Floruit circa annum MDLXXIII.

F. MARTINUS DE ALCAZAR, Hieronymianus ex Laurentina Regia domo, in lucem edidit:

Kalendarium Romanum perpetuum ex Breviario & Missali Clementis VIII. auctoritate recognitis, cum festis, quæ generaliter in Hispania celebrantur, in quo ordo recitandi officium divinum & missas celebrandi dilucide exponitur. Matriti ex typographia Regia anno 1618. in 4.

D. MARTINUS DE ALCOLEA, Carthusianus monachus Regii coenobii del Paular nuncupati in territorio Segoviensis urbis, laudabili consilio Dianam tomis duodecim theologiæ totius moralis doctorem, eum tamen inordinatum, maleque sibi convenientem confusis partibus ac temere in medium opus jactis, distinxit primus, & quæ separata erant diversis in locis conjunxit coordinavitque, vereque cum Ovidio *Dissociata locis concordi pace ligavit*, scribens, inscriptionem for-

mante Diana ipso, dum in vivis ageret:

Antoninum Dianam coordinatum, seu ejus omnes resolutiones morales ipsius verbis ad propria loca & materias fideliter dispositas ac distributas, ac in novem tomos digestas. Lugduni sumptibus Joannis Antonii Huguetam & Guilielmi Barbier 1667 in folio. Deinde & vastissimam erratorum sylvam quæ irrepserunt in *Indices* novem tomorum R. P. Antonini Diana secundum novam coordinationem impressorum Lugduni 1667. diligentissime collectam ab auctore ipso. Lugduni 1669. 8. sumptibus Floridi Anisson, bibliopolæ Matritensis.

F. MARTINUS ALPHONSUS DE MIRANDA, Lusitanus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, scripsit, auctore mihi Fr. Bernardino de S. Antonio in *Epitome redemptionum*, lib. I. cap. XII.

De Triumpho Sanctæ Crucis: lingua ut credo vernacula Portugalliæ.

Dialogo del Tiempo: duobus tomis. Olisipone 1624. Idemne est qui, sub Martini Antonii de Miranda nomine, scripsit:

Discurso de la vida y muerte de D. Antonio de Zuñiga Capitan General de Portugal. Olisipone 1618. in 4?

MARTINUS ALPHONSUS DEL POZO, Cordubensis, patriæ ecclesiæ canonicus, ut vocant, magistralis, quem insignem in concionandi opere, atque adeo ab omni populo acclamatum, omniumque disciplinarum genere apprime eruditum vocat Petrus Serranus, is qui in *Leviticum*, *Ezechielem* & *Apocalypsim* commentatus est, in prooemiali epistola ad opus Martini nostri, quod nuncupavit ipse:

Elucidationes in omnes Psalmos Davidis. Compluti 1587. in folio.

MARTINUS ALPHONSUS VIBALDUS, Toletanus, origine forsan Genuensis, sive Ligur, ortus anno MDXLIV. aut circiter. In Bononiensi Sancti Clementis Hispanorum collegio capellanus sodalis, professor theologiæ floruit clarissimus, necnon & in Savonensis urbis ecclesia, sitaque ibi Sixti IV. ut vocant capella, lectoris plublici munere cohonestatus, ut ipse in *Epistola* ad Franciscum Mariam Feltrium de Ruvere, ducem Urbinatem, nuncupatoria operis, *Zelus Christi contra Judæos, Sarracenos & Infideles* inscripti, Petri de la Cavalleria, Cæsaraugustani, quod primus in lucem protulit, scriptum de se reliquit. Magister fuit Bononiensis & doctor theologus, jurisconsultus, & Canonicus Regularis Congregationis S. Salvatoris. Ejus scripta:

Candelabrum aureum Ecclesiæ sanctæ Dei, in quo de septem Sacramentis, censuris & irregularitatibus præcipue agitur. Bononiæ apud Joannem Rostium 1588. in 4. deinde aliis in locis auctior & locupletior ab auctore ipso facta. Brixiæ 1590. in 4. Barcinone 1596. in 4. Venetiis 1602. Coloniæque. Adjungitur:

Explanatio in tres Sixti V. P. M. Constitutiones. I. De Clericis male promotis. II. Contra procurantes abortum. III. De habitu & tonsura &c.

Baculus Sacerdotalis. Colon. apud Gymnicum 1600. in 8. & Venetiis apud Ciotti.

De verbis Dominæ Tractatus, hoc est, quæ Maria Virgo ad Angelum & cognatam Elisabeth loquuta fuit. Venetiis apud Ciotti in 4.

Bellum Legale inter Leges & Consuetudines. Cujus, ut a se jam publicati, auctor meminit in præfatione operis vulgaris Italicæ linguæ quod infra laudabimus.

Petri de la Cavalleria Cæsaraugustani laudatum tractatum *Zeli Christi contra Judæos, Sarracenos & Infideles*, anno MCDL. conscriptum, cum exemplari Savonensi MS. studiosissime collatum, primus publicavit, *glossasque* copiosissimas, atque eruditissimas adjecit. Venetiis apud Baretium de Baretiis 1592. in 4. Adjunctus est *Samuelis Rabbi* ad *Isaac Rabbi tractatus*, alias notus; *contra* eosdem *Judæorum errores*. Antonius Possevinus adjudicavit minus recte Vibaldo librum *Zeli contra Judæos* laudatum.

Deinde vulgari lingua dedit foras:

Scuola Catolica morale: triginta dialogis. Venetiis apud Georgium Valiscum 1602. 8. quod opus, Neapoli tunc temporis degens, Stephano Centurioni dedicavit. Item:

Historia della Vita e miracoli di S. Agnello Abbate Padrone e difensore di Neapoli. E secunda editione prodiit Neapoli 1627. 8. apud Dominicum Maccaranum. In his se appellat ipse collegii Bononiensis sodalem, magistrum, doctorem & canonicum Sancti Salvatoris, ut in epitaphio, quod habet ejus sepulcrum in ecclesia S. Jacobi Hispanorum Neapolitanæ urbis, legitur, in Engenii *Neapoli sacra*, pag. 537.

Æterna vita ut vivat
D. Martinus Alphonsus Vibaldus
Hispanus
Canonicus Regularis Congregationis
Divi Salvatoris
Et hujus ecclesiæ Pœnitentiarius
Obiit XV. Octobris
MDCV.

F. MARTINUS DE ALVIZ, Soriensis,

ſis, ordinis Eremitarum S. Auguſtini ex ſodali Jeſuitarum, ſacræ theologiæ magiſter, Compluti in collegio ſtudia moderatus eſt, atque in celeberrima hujus oppidi academia veſpertina ex cathedra prius, indeque ex primaria, S. Thomam atque ejus doctrinam docuit. Supremæ Inquiſitionis conſultor fuit theologus, & ſupra memorati collegii præfectus, quod munus gerens obiit ſexagenario major ineunte anno MDCXXXIII. Vir omnium æqualium judicio in rebus theologicis famæ admodum celebris. Ex multis quæ prelo parata habuiſſe dicitur edidit tantum:

In Primam Partem S. Thomæ volumen unum. Compluti ut credimus.

D. MARTINUS DE ANAYA MALDONADO, domo ex oppido Reyna in Extremadura, religioſus ſacerdos ordinis S. Jacobi Hiſpalenſis cœnobii, ſcripſit ad amicum anonymum:

Diſcurſo ſobre el tratado que de los Santos de Sevilla y ſu dioceſis eſcribió el Padre Quintanadueñas. Barcinone, ſeu verius Hiſpali 1637. in 4. Scribere ſe jam tunc profeſſus fuit, folio hujus opuſculi 22. *Hiſtoriam* ſui *ordinis Sancti Jacobi*, cujus etiam ſecundum volumen laudat. Pars forſan hujus hiſtoria quædam eſt:

El Patron de Eſpaña Santiago el Mayor illuſtrado. Diſcurſo hiſtorial de ſu vida y muerte, y coſas memorables ſuyas y de los Eſpañoles. MS. penes marchionem Mondexarenſem, in cujus titulo auctor vocat ſeſe iterum præfectum domus Jacobitarum Hiſpalenſium.

MARTINUS ANDREAS, ex Aragoniæ regno, Sacræ Rotæ Romanæ judex præterito ſæculo, reliquit edendas:

Deciſiones ejuſdem Sacræ Rotæ a ſe confectas. Tum prius, tum anno 1635. Romæ.

D. MARTINUS DE ANGULO ET PULGAR, Bæticus, ſcripſit erudite:

Epiſtolas ſatisfactorias: unas a las objeciones, que puſo a los Poemas de D. Luis de Gongora Franciſco de Caſcales: otra a las propoſiciones que contra los miſmos poemas eſcrivió cierto ſugeto docto. Granatæ 1635. Confecit item ex verſibus, magni habiti a ſe poetæ, nuper laudati Ludovici a Gongora *Centonem* ingenioſiſſimum, qui editus fuit in 4. atque ejuſdem Gongoræ laudes continet.

MARTINUS ANTONIUS DELRIO, ex Antonio, Cantabro, Artzelariæ & Cleidaliæ toparcha, & Eliſabetha Lopez de Villanova anno MDLI. Antuerpiæ natus. Hi-

ſpanis jure optimo annumeratur, quantumvis æque inter Belgas locum invenerit in Valerii Andreæ *Bibliotheca*, & Franciſci Sweertii *Athenis Belgicis*; laudatus inſuper ab Hermanno Langeveltio, qui ejus vitam, Auberto Miræo & Philippo Alegambe, qui elogia ſcripſerunt. In Hiſpania hic lauream juris Civilis ambivit, Salmanticæque fuit adeptus anno MDLXXIV. unde reverſus in Belgium ſuum juridicum egit militarium copiarum (Auditorem generalem vocant) atque fiſci Regii præfectum. Pinciæ quoque in Hiſpania, ſæcularibus honoribus vale dicto, ſacramentum dixit religioſæ vitæ in Jeſuitarum Sodalitate. In eadem Hiſpania demum ſacras literas docuit Salmanticæ, poſt alia alibi geſta ſcholæ munera, ubique laudabiliter & cum diſcipulorum magno numero. Vitæ reliqua diſcere poteris e laudatis ſupra Belgarum laudatoribus. Opera ejus breviter dabimus:

In C. Solini Polyhiſtorem Notæ, una cum brevibus ſcholiis in T. Livii Epitomen. Antuerpiæ apud Plantinum 1572. in 8. Quæ viginti annos tantum natus in publicum emiſſit.

In Claudiani Poetæ opera notæ & conjecturæ. Ibidem ſæpius in 16.

Adverſaria in L. Annæi Senecæ Tragœdias. Quibus adjunxit poſtea alterum tomum continentem: *Veterum Tragicorum fragmenta, Senecæ vitam & novum in Tragœdias commentarium.* Ibidem 1594. 4. Sine cujus commentariis (Barthius ait ad lib. *Theb.* VII. v. 537.) *nolim eas Tragœdias legi juventuti.* Qui auctor Martinum noſtrum *virum eruditiſſimum doctiſſimumque, ac multæ lectionis magnæque operæ ſcriptorem* ad lib.v. *Sylv. Statii* c. 11. v. 141. & ad lib. *Theb.* IV. v. 409. vocat.

Miſcellanea Scriptorum ad univerſum Jus civile. Pariſiis apud Sonnium in 4. & auctiora ſtudio Petri Broſſæi Lugduni 1606.

Repetitio L. Tranſigere C. De Tranſactionibus.

Exercitatio ad L. Contractus D. De Regulis Juris.

De Principiis Juris libri II. Aliaque in jure affecta habebat (ait Valerius Andreas) & prelo parata, ut in *Miſcellaneis* ipſe præfatur. Verum cum ſanctiore habitu ſanctius ſtudium adſumpſit, muſis tamen non omnino valere juſſis. Sequuta ſunt igitur ſacra & eccleſiaſtica opera hæc:

Diſquiſitionum Magicarum tomi III. Lovanii, Moguntiæ, & Lugduni ſæpius editi. Imputatum ſcio, ab eo qui *De Immunitate Cyriacorum* ſuppreſſo nomine proprio ſcripſit, Thomæ Maluendæ, Dominicano, viro

clariſſimo, quod de auctore hujus operis *Diſquiſitionum* dixerit magica impugnare eum quidem, at referre tamen atque adeo docere, proindeque opus hoc ſupprimendum eſſe: id quod in *Additionibus* ad pag. 319. primæ editionis operis *De Antichriſto* Maluendam pronuntiatæ ait. Injuria quidem, nam hæc verba ſunt Maluendæ in hiſce *Additionibus* prædictæ paginæ editionis Romanæ, quæ prima eſt: *Adde innumeros, quos citatos invenies apud Nicolaum Serarium in cap. VIII. Tobiæ, Petrum Thyræum libris de Infeſtis, de Spirituum viſionibus, de Dœmoniacis &c. Martinum del Rio, qui tribus integris tomis Magicarum Diſquiſitionum curioſiſſime & uberrime de tota in univerſum Magia, ejuſque generibus poſt alios nuper diſſeruit.* Hæc Maluenda. De qua re monitum me profiteor ab induſtrio viro, magnæque lectionis, Annio Magliavechio, ſereniſſimi Principis, magnique Thuſciæ ducis.... Medicæi ab ſtudiorum communione.

In S. Orientii epiſcopi Illiberitani Commonitorium & S. Althelmi Ænigmata breves notæ. Antuerpiæ apud Trognæſium anno 1600. in 12.

Florida Mariana: de laudibus & virtutibus Deiparæ Virginis panegyrici XIII. Ibidem apud Plantinum.

Opus Marianum: nempe *Speculum Marianum*, *Speculum charitatis & patientiæ Jeſu & Mariæ*, *Polemica Mariana*, & *Florida Mariana*, nuper laudata. Simul edita Lugduni 1607. in 8.

Vinditiæ Areopagiticæ: contra Joſephum Scaligerum. Ibidem 1607. in 8.

Peniculus foriarum Elenchi Scaligeriani, ſub nomine *Liberii Sangæ*. 1609. in 12.

Commentarius in Cantica Canticorum. Ingolſtadii 1604. in folio, et alibi.

Commentarius literalis in Threnos Jeremiæ. Lugduni 1608. in 4.

Pharus Sacræ Sapientiæ, ſive commentaria literaria in Geneſim. Ibidem in 4.

Adagialia ſacra e Veteri Teſtamento: duobus voluminibus. Ibidem 1612. in 4.

De Difficilioribus & utilioribus S. Scripturæ locis tomi III. inediti hactenus.

Sub nomine anagrammatico *Rolandi Mirtæi Onatini* publicavit:

Commentarium rerum in Belgio geſtarum a Petro Henriquez comite Fontano. Madriti 1610. & Lovanii 1611. in 4.

Obiit calculi doloribus oppreſſus Lovanii, cum recens ab Hiſpania rediiſſet, XIX. Octobris anni MDCVIII. ætatis ſuæ LVIII.

D. MARTINUS DE ARAGON, comes de Ribagorza & dux de Villahermoſa, celebratur ab Aragonenſibus ſcriptoribus ob neſcio quid dialogice elucubratum *De Medallas*, ſive de numiſmatibus antiquis. Videndi Franciſcus Andreas de Uſtarroz, & D. Franciſcus de Urrea, chronographi regni Aragoniæ, in opuſculo inſcripto *Diſeño de la Bibliotheca* &c. et D. Vincentius Joannes Laſtanoſa *en los Dialogos de las Medallas*, pag. 88.

MARTINUS ARIÑO, continuavit Petri Mexiæ Hiſpalenſis notiſſimam omnibus nationibus *Variæ lectionis ſilvam*, ſcribens:

La Quinta y Sexta Parte de la Silva de varia leccion. Cæſarauguſtæ anno 1559. in 8. Nomen auctoris continent initiales literæ cujuſdam epigrammatis, quod in principio libri conſpicitur.

MARTINUS DE ARLES ET ANDOSILLA, canonicus & archidiaconus vallis de Aivar in eccleſia Pampilonenſi regni Navarræ, quomodo ſe appellat in eo opere, quod publici juris fecit a Navarro Azpilcueta laudatum cap. VI. *De Horis Canonicis*, n. 45.

De Superſtitionibus contra maleficia & ſortilegia, quæ hodie vigent in Orbe terrarum. Pariſiis 1517. in 16. Recoctum Venetiis 1584. Joannes Trullus, celebrans ſui ordinis Canonicorum Regularium claros viros, hunc inter alios (nam Pampilonenſis eccleſia Regularis eſt) lib. I. cap. VI. *ſacræ paginæ interpretem, ſeu profeſſorem eximium* (in qua ſchola non dicit) opuſque hoc ejus *eruditum* appellat.

MARTINUS DE ARREDONDO, ſcripſit, cum veterinarius eſſet:

Albeiteria. Matriti 1658.

F. MARTINUS AB ASSUMPTIONE DEIPARÆ VIRGINIS, ordinis Excalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis generalis miniſter, ſcripſit:

Alteza del Alma por la oracion.

D. MARTINUS AUGUSTINUS, Antonii, archiepiſcopi Tarraconenſis, clariſſimi viri, ex fratrene aliunde mihi incertum, nepos, ſcripſit, quod & domi ejus educatus fuiſſet:

Hiſtoria de D. Antonio Auguſtin Arzobiſpo de Tarragona: cujus, dum viveret auctor, meminit Vincentius Blaſcus Lanuza in *Hiſtoria Eccleſiaſtica regni Aragoniæ.* Inedita hæc remanſit ejus morte, ut Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius alicubi refert.

MAR-

MARTINUS DE AZPILCUETA, clarissimus Navarræi nominis (unde NAVARRUS vulgo denominatus), Canonicæque totius doctrinæ lumen fulgentissimum, Varasoayn, hujus regni oppido haud longe a Pampelone dissito, natales referebat acceptos, originem vero duabus familiis nobilibus, de Azpilcueta scilicet paternæ (ad quam pertinuisse S. Franciscum Xaverium ex Azpilcuetæ ipsius *Miscellaneo ultimo de oratione* compertum habemus), ac de Jaureguizar (quod palatium vetus sonat) alias Bastan, maternæ, quæ in Pyrineis montibus palatia ut vocant, sive domicilia sua pridem fixerunt. Guipuscoæ conterminæ provinciæ civis, & Jesuitarum pater, Ignatius forte nascendi fere æqualis fuit inclytæ huic Navarræ proli. Quam quidem anno MCDXCIII. hoc regnum protulit, Castella autem Nova (ut verbis ejusdem fere utar) educavit, Gallia virum fecit, Castella Vetus Salmanticæ sublimi loco posuit, Lusitania ornavit decoravitque, ac tandem Roma summis, quos privata fortuna capit, honoribus vivum auxit, ejusdemque diem suum obeuntis cum magnificentissima pompa funus duxit. Beneficio enim longissimæ ætatis hoc adeptus est, ut variis locis disceret, variis doceret, summis quibusque viris sæculi superioris æqualis viveret, pluresque olim discipulos, in fastigio summarum quarumque dignitatum positos, sibi obnoxios fautores & laudatores haberet. Annis adhuc tener initiavit se Canonicorum Regularium instituto in monasterio Roncisvallis, peculiaris cujusdam sectæ, cujus cruceum quoddam insigne, ac religiosum habitum nunquam dimisit, & aliquando Villaris præceptoriam, sive commendam, quæ prope Villagra Legionensis dioecesis oppidum est, obtinuit, ut ipse refert *De Reditibus Ecclesiasticis* differens, quæstione III. monito XX. Primum Compluti liberalibus artibus, philosophia naturali & morali, prætereaque documentis Magistri Sententiarum theologicis instructus, ad mercatum doctrinæ juris in Galliam se contulit, sive, quod magis credimus, Hispaniam non sponte reliquit, una cum Joanne Labretano, Navarræ paulo ante Rege, quem auctoritate Apostolica Ferdinandus Hispaniæ Rex Catholicus censuris innodatum regno dejecerat. Ejus quippe sequuti sunt partes sanguinis Regii proceres, Petrus de Navarra, ejusdem regni mareschallus, Franciscusque ejus frater, cui quidem Martinus noster (ut ipse de se alicubi ait) cum comes, tum doctor, quatuordecim integris annis ab eo tempore adhæsit, intereaque tam ei quam fratri prudentibus & gravibus persuasit officiis ut, Galliæ renuntiantes ac perditæ Labretani causæ, in patriam, Cæsarisque Caroli ditionem & gratiam (successerat hic Ferdinando avo) redirent. Franciscus de Navarra is est quem Civitatensem, deindeque Pacensem, destinavit præsulem idem Carolus, Valentinumque tandem Philippus filius ob ejus merita, tertiusque a sexagesimo supra sesquimillesimum annus e vivis abstulit. Ergo Tolosæ Tectosagum & Carduci (nunc Cahors) sacros canones Navarrus docuit, meminitque ipse in *Epistola* ad ducem Alburquerquensem *apologetica*, quo sæpius nobis infra recurrendum est utpote vitæ ejus summarium, anno circiter MDXX. habuisse repetitionem, ut scholastico appellant verbo, seu dissertationem se Tolosæ, quam vocat pacificam, hoc scilicet in ea usus argumento & scopo, neminem, eo quod civis aut extraneus sit, ejusdemve aut alterius gentis, sed tantum eo quod virtutem amet aut aversetur, debere esse, aut minus, amore a ceteris prosequendum. Porro Franciscum a Navarra, perpetuum sibi, ut annotavimus, patronum, Carolo Cæsari reconciliatum, Hispaniæque restitutum, ipse post biennium sequutus est, Gallia relicta; Salmanticæque iterum eidem se conjunxit, coepitque statim ab ingressu suo in hanc scholam raræ cujusdam virtutis existimatione imbuere omnium mentes, & gigantæis passibus ad principatum Canonicæ doctrinæ consequendum eniti. Ac re vera is nihil quod arrogantiæ nomine vituperari debeat usurpavit cum diceret: æque ut ex Galliarum Parisiensi gymnasio Joannes Martinus Siliceus & alii liberalibus artibus atque utrique philosophiæ incrementa magna, theologiæque Franciscus a Victoria, Dominicanus, formam & germanos veluti vultus adduxerunt, e Tolosana se in Salmanticensem academiam vere solidam ac perutilem juris Pontificii sapientiam invexisse. Vir enim, ad pietatem non minus quam ad studia cogitationes omnes suas dirigens, eo toto propendit semper animo ut pro ea doctrina, quæ ad forum, quod vocant externum, & politiam ecclesiasticam pertinet, totaque academia tunc temporis regnans per omnia ubique pulpita personabat, eam sacrorum Canonum doctrinam assereret, familiaremque discipulis redderet inculcando & explanando, quæ de spirituali negotio atque animæ foro & salute disquirit. Quod quidem strenue ac pervicaciter magis, & cum singulari ejus scholæ plausu atque auditorum concursu, exequutus est e Decretorum atque inde ex primaria cathedra juris Pontificii, quæ suffragatorum ac totius gymnasii consensu altera post alteram ei obvenerant. Fama est, nescio an ex vero, & in collegio Sancti Salvatoris, quod Ovetense audit, ejusdem

dem universitatis ab antiquioribus per manus accepta (uti Ægidius Gundisalvi Davila refert in *Salmantinæ Ecclesiæ Theatro*), sodalem hujus inclytæ domus Azpilcuetam fuisse. Meminit ipse in *Relectione cap. Vovit, de Judiciis* notabili III. illatione XXVII. solemnis cujusdam concertationis anno MDXXVIII. a se ibidem habitæ, de potestate Regia jure naturali in universitate residente, ex præscripta nuper academicis professoribus lege a D. Petro Pacieco, visitatore ac reformatore, qui Giennensis episcopus & S. R. E. cardinalis, cum scripto hæc is consignaret, assumptus jam fuerat, argumentorum tela in propugnatorem vibrantibus altero & altero ejus sæculi ornamento, maximæque dignitatis ac famæ viris, D. Francisco de Bobadilla & Mendoza, ejusdem scholæ tunc præfecto, sive ut vocant, magistro, qui ex Cauriensi antistite inter purpuratos & is fulgere patres, & D. Didaco de Alava, professore tunc Canonici juris, qui & Asturicensis & Abulensis præsul sequentibus annis cooptari promeruit. Jam vero ibi quatuordecim annos docens nil aliud meditabatur quam absoluto vicennio a prælectionibus absolvi, emeritaque mercede exhibitus domi studiis vacare; cum circa annum proxime memoratum opus habuit importunissimo huic scholæ tempore eam relinquere, & Salmantinam primæ horæ cathedram cum Conimbricensi ejusdem professionis & ordinis commutare. Nempe Joannes III. Portugalliæ Rex, stabiliendæ suæ huic novæ academiæ efficacissimis apud Carolum Cæsarem, sororis Isabellæ Augustæ interventu, officiis id pervicerat, eo ut Navarrus transferret se communis Hispaniæ magister, studiique sui absque ulla controversia princeps, majori quidem honorario quam sive in Hispaniis, sive in Galliis alicui hactenus professori obtigerat remunerandus. Quomodo hanc suam transmigrationem ipse excusat in *Repet. ad cap. Inter verba XI. quæst. III.* præfatione ad *Commentaria in septem de Pœnitentia distinctiones*, & in *Apologetica*, quam sæpius ad partes adducimus in sui defensionem *epistola*. Sedecim ibi integris annis continuavit adhuc professionis munus, usque dum ad emeritorum partam tot vigiliis quietem schola dimissus, in Castellam, & aliquando in patriam rediit, neptibus ex fratribus præmortuis prospecturus, ibique, & in Castellæ curia duodecim aliis annis mansit, opera & consiliis, ut ipse in *Apologia* ait, publicæ rei deserviens. Meruit & in Castella, dum hic habitaret, serenissimorum Joannæ, Portugalliæ Principis viduæ, ejusque ex Maria Imperatrice sorore nepotum, Bohemiæ Principum, confessionibus sacramentalibus aures præbere. Tandem cum Portugalliam denuo cogitaret, forsan conscientia tactus beneficiorum sibi a Catharina Regina olim collatorum, aut quod ejus regni pecuniis sese exhibens opimos consilii ac doctrinæ fructus alibi reddere, si non iniquum, saltem ingratum existimabat, novæ cujusdam curæ munus, idque gravissimum, subire jussus fuit a Rege Philippo, qui quidem talium rerum providentissimus vix alium a nostro credidit maximi ponderis negotio præfici oportere. Tactum scilicet veluti de religionis cœlo culmen Hispanæ ecclesiæ, Bartholomæus de Carranza & Miranda, archiepiscopus Toletanus, dicere causam eo tempore debuit coram generali Hispaniarum inquisitore. Desiderabatur æqualis causæ ac reo patronus, nec alii fas erat summæ dignitatis virum quam summæ existimationis & doctrinæ singularis viro defendendum committere. Pinciæ hunc prius, deinde Romæ, quo Miranda se Summi Pontificis contulerat jussu, magna patrocinatus est industria. Qua in Urbe positus, gentium olim, nunc sacrorum domina, nil videtur ultra cogitasse, quam sede hic fixa sibi commorandi, studiorum fructus concipere novos, aut saltem renovatos & maturiores vulgo literatorum communicare. Scripserat enim, dum inter nos versatur, plura Hispane, quæ ad exteras nationes, cum utilitate earum non mediocri aut contemnenda, transferri posse nec ipse ignorabat, nec sibi, quominus aliis, in labore isto interpretandi locupletandique vetera sua commentaria proficeret imperare poterat. Præsentia autem viri, jam satis olim curiæ Romanæ ex fama noti, adeo existimationem ejus auctam fuisse ut nemini privatos inter constituto major & illustrior contingere posset argumenta hæc ostendunt. Pius V. Papa excepit eum benevole advenientem, jussitque ut Francisco Alciato, cardinali propœnitentiario, assisteret. Gregorius XIII. (si Ægidio Gundisalvo Davila, D. Petri Dezæ cardinalis per id fere tempus familiari, chronographo deinde Regio, fidem habemus referenti) cum comitatu aliquot cardinalium in propria ejus domo adiit ac salvere jussit. Quod libens eo referre velim quo Janus Nicius Erythræus in Navarri imagine, *Pinacothecæ* suæ primo volumini appensa, nos docuit, Pontificem hunc tantum homini honorem habuisse ut, cum per Urbem iter agens ante ejus ædes obequitaret (quod semper, decrepitus licet, fecit), continuo juberet evocare eum foras, & integram fere horam in via detineret. Pari eum purpurati patres ubique honore ac eximia reverentia omnes prosequebantur. Inter alios laudatus nuper D. Petrus Deza, ejus olim di-

discipulus, iisdem, ac si unus esset ex collegio cardinalium, officiis, teste eodem Davila, excipiebat domi, alloquebatur, ac recedentem deducebat. Miram rem verbis Joannis Nicii Erythræi, qui Joannes Victorius de Rossi proprio erat nomine, civis Romani magnæ eloquentiæ nec vulgaris doctrinæ, qui puer novit senem, referemus: quemadmodum olim Roscius, nobilis histrio, assequutus fuerat ut in quo quisque artificio excelleret is in suo genere Roscius diceretur, ita Navarrum, conversis in se hominum studiis, peperisse ut ex suo nomine, non jam hominis sed honoris vocabulo, quicumque in aliqua facultate excelleret Navarrus appellaretur. Obvenit ergo ei Romæ quam sublime potuit honoris culmen, non minus e probatissimis & homine Christiano & sacerdote dignis moribus, quam e sapientiæ ac vere masculæ & fructuosæ eruditionis commendatione. Plane etenim sicut hujus posterioris meriti nomine domus ejus (quod iterum verbis Erythræi dixerim), non unius modo civitatis, sed totius orbis terrarum, oraculum habebatur, quo omnes confugerent, unde in suis rebus dubiis responsum referrent, quodque dictum ab eo esset non aliunde quam ex Apollinis ore veluti prolatum acciperent: ita virtutum laude id consequutus fuit, ut qui doctissimus idem & gravissimus & innocentissimus haberetur. Singulari animi mansuetudine ac lenitate omnibus consilii sui indigentibus præsto fuit dum Romæ vixit, atque id quidem nulla accepta mercede, quam nec expetivit, nec oblatam accepit. Quotidie sacrum celebrabat, fundendisque ad Deum precibus, præter statas divini officii horas, vacabat; jejunia ritus ecclesiastici vel nonagenarius numquam sibi indulsit; carnem perpetuo servavit ab omni fœditatis labe immunem: qua vitæ parsimonia & castitate adeptus non modo est ut vegetum se, ac studiis habilem, ad ultimam usque senectutem præstaret, sed & quod unde egenorum subveniret necessitatibus, quam misericordiæ virtutem mire semper excoluit, ad manum haberet. Vehebatur ille per Urbem seniore mula ut viribus jam deficientibus parceret, quæ quidem, sessoris tanquam conscia largitatis & moris, ad obvium quemque in via pauperem consistebat, donec misericordiæ officium dominus exequeretur. Quod æque pium ac festivum e Jacobi Philippi Thomasini elogio nostri libenter huc transmisimus. Id autem maxime ostendit egregia eum fuisse animi moderatione, atque honorum, qui quovis etiam servilium obsequiorum pretio ambiri & comparari solent, contemptu, quod ad excipienda quævis reipublicæ tam ecclesiasticæ quam sæcularis munera ubique fuit inexorabilis. Priusquam enim Salmanticæ olim ad cathedras majores & dignioris ordinis ascenderet ad senatorium locum invitatus curiæ regni sui Navarrensis, quæ Pampelone est, simulque ad hujus ecclesiæ canonicum sacerdotium, academicam professionem studiaque forensibus negotiis prætulit; quemadmodum & postquam Conimbricæ magister esse desiit, & in Castellam reversus fuit, bona Regis Philippi II. gratia, inter patres allegi recusavit, qui rerum hujus regni universalem curam gerunt, necnon & in summum Sanctæ Inquisitionis senatum assumi. Eo enim dirigebat eo tempore animi sui omnem curam, ut in secessu quodam, Joanni & Catharinæ uxori, Portugalliæ Regibus, ut idem alicubi ait, noto, cum pangendis commentariis, tum ampliandis & expoliendis, quæ olim panxisset, vacans, emeritis jam annis proprio arbitrio frueretur. Quæ eadem studiorum caritas, cum in Lusitania esset, Regibus nuper laudatis carissimus, eum vetuit ne ad episcopales infulas in eo regno gerendas, quod iis in voto erat, se destinari permitteret. Hunc tandem virum, meritis ac repudiatis quam gestis honoribus potiorem atque illustriorem, in longæva ætate mors oppressit, dum annum ageret nonagesimum quartum, non centenario majorem, quod Jacobo Menochio *Præsumptionum* lib. III. cap. I. & Guidoni Pancirolo lib. *De claris Legum Interpretibus* III. & quod magis est Thomæ Correæ in oratione ipso die funeris, ut infra videbimus, dicta excidit. Demortui funus ducere Sixtus V. Pontifex jussit religiosorum & quorumcumque sacerdotum cunctos ordines, Sacræ Rotæ auditores, prælatosque cujuscumque generis omnes, quod Romæ tunc præsens Davila refert. Id ea pompa processit a radice collis Hortulorum seu Pincii, ubi, ex quo Romam venit, habitaverat, ad ædem S. Antonii nationis Lusitanæ; in cujus templi medio positum cadaver, circumstantium male frenato ardore, eam expertus fuit in vestibus, quæ sanctitate viris quibusque probatissimis inter solemnia funeris injuria, sed a pietate veniens, nisi custodibus arceatur, inferri plerumque consuevit. Ad latus ejusdem templi visitur nunc Navarri imago, pectore tenus formata, quæ rude quidem habitaculum pulcherrimæ animæ ad vivum reddit. Invenusto quippe ore fuit, naso aquilino, hoc est, in medio prominente, in ima parte depresso, sic macilentus & gracilis ut potius quam hominem spirantis hominis imaginem referre videretur. Adjunxerunt sepulcro exequutores testamenti hunc titulum:

D.

D. O. M.
MARTINUS AB AZPILCUETA
NAVARRUS H. S. E.
DIVINI HUMANIQ. JURIS CONSULTISS.
QUI SALMANTICÆ PRIMUM
DEINDE CONIMBRICÆ FAVENTIBUS
PORTUGALLIÆ REGIBUS JUS
PONTIF. DOCUIT
ROMAM PROFECTUS PIO QUINTO
GREGOR. XIII. SIXTO V. PP. MM.
CARUS
OMNIBUS NATIONIBUS GRATUS
HUIC XENODOCHIO BENEFICUS
OBIIT XI. KAL. JUL. CIↃ. IↃ. XXCVI.
ÆTATIS ANNO XCIV. M. VI. D. VIII.
MULTIS DOCTRINÆ SUÆ
PERVULGATIS MONUMENTIS.
MARTINUS ZURIA AVUNCULO
BENEMERENTI
POS.

Marmore sub gelido Navarri arentia membra
Stant clausa, in cineres non abitura leves;
Ast animus puris purus sese intulit astris,
Cujus perpetuo fama superstes erit.
Ille quidem dignus cujus non stamina Clotho
Solveret, est vitæ quo duce aperta via.
Ut tamen in terris æquavit Nestoris annos
Sic illi in cœlo stet sine fine quies.

Navarri certe laudibus plena sunt æqualium atque eo inferiorum commentaria, quoties mentio ejus incidere solet, nec enim jejune adductus in rem dimittitur. Magno viro Andreæ Resendio *doctorum Conimbricensium facile & sine controversia princeps* jure fuit visus; quemadmodum & *doctorum juris Canonici sua ætate facile princeps* Emmanueli Costæ, qui præceptorem eum habuit in Lusitania. *Eruditione vir insignis, semperque in scholis versatus, & omnes sui temporis canonistas excedens* a D. Francisco Sarmiento audiit, quamtumvis antagonista, ut mox dicetur. Testimonium item ejus in moralibus magni habendum, cum solvit culpa conscientias, eo quod homo fuerit eximiæ sanctitatis & doctrinæ, & non timoratæ modo sed & scrupulosæ conscientiæ, cum Rodericus Arriaga in tract. *De Legibus* disp. XXII. sectione I. num. II. tum ex eo Josephus Giballinus *De univ. rer. humanar. negotiatione*, parte I. lib. II. cap. II. art. X. num. 5. docent. Laudatores alios collegit Petrus Cenedus in *Collectaneo* XII. partis II. *Collectaneorum Juris Canonici*. Vitam autem ejus & res gestas Simon Magnus Ramlotæus, Belga, Leodii ad S. Petrum canonicus, ejus olim familiaris, una cum ejusdem Navarri *Manuali*, Romæ apud Victorium Elianum 1575. in 4. & Coloniæ edidit, eo adhuc superstite, qui tamen (testimonio Valerii Andreæ in *Bibliotheca Belgica*) sibi eam displicuisse ad Simonem scripsit. Idcirco ea præferenda est quam Julius Roscius Hortinus, homo eloquens, præfixit editioni primæ Romanæ omnium ejus operum, a Michaele Azpilcueta, qui nescio quo ex latere nepos eidem fuit, an. MDXC. hoc est, post ejus obitum sexto, ex officina Jacobi Tornerii procuratæ. Rei enim Romæ intentus, ubi propinqui tunc manebant defuncti, falsa ab iis incertave haurire, aut iisdem intrudere, vix potuit. Præter hos eximii viri laudes panegyrico stilo dixit parentali ipso die III. kal. Jul. MDXXCVI. in S. Antonii æde sacra, Thomas Correa, Lusitanus, celeber eo tempore in gymnasio Romano eloquentiæ ac rhetoricæ artis professor, quæ oratio eodem anno fuit, quo habita, Jacobi Tornerii typis publicata. Eleganter quoque viri famam posteritati elogiis suis commendaverunt, Latine quidem, hi quorum superius meminimus, Joannes Philippus Thomasinus in *Virorum illustrium elogiis*, & Janus Nicius Ærythræus in *Pinacotheca*, Guidoque Pancirolus lib. IV. *De claris Legum Interpretibus*, atque item Aubertus Miræus in fine prioris partis *Bibliothecæ Ecclesiasticæ*, & Antonius Possevinus in *Apparatu sacro*. Italice Hieronymus Ghilinus in *Theatro literatorum hominum*. Hispanice Alphonsus Villegas in tertio volumine *Floris Sanctorum*; ac Lusitane demum Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano*, die VI. Junii. Quidquid vero de se ac rebus suis modeste potuit Navarrus ipse docere alios, id ex ea epistola, duci de Alburquerque directa, petendum est, qua is pro defensione sui nominis adversus malevolorum quasdam imposturas copiose ac luculenter agit; multaque in librorum præfationibus, quos statim annotamus, huc pertinentia deprehendi possunt. Opera ejus hæc typis edita sunt, auctoris sui veræ imagines, quas posteritas omnis nunquam non reverebitur. Editionem Romanam ante oculos habemus, paulo ante laudatam, Jacobi Tornerii anni 1590. quæ quidem tribus tomis constat præter *Consilia* seorsim publicata; quibuscum confecit deinde Venetam suam quinque voluminum Joannes Gnerilius anno 1602. additis nonnullis operibus, nondum editis. Primum volumen Romanum continet:

Manuale sive Enchiridion Confessariorum & Pœnitentium: in quem librum quidquid scivit, aut alibi scripsit, se conjecisse Navarrus ipse Julio Roscio Hortino, qui vitam ejus scripsit, affirmavit. Hoc opus primum vernacula Hispaniæ lingua scriptum, & *Manual de confessores y penitentes* inscriptum, prodiit Salmanticæ ex officina Andreæ de Portonariis 1557. in 4. itemque *Addiciones al*

al Manual una cum *De Usuras y Simonia*, Pinciæ anno 1569. Convertit postea ipse auctor in sermonem Latinum, quo quidem loquens excusum sæpius fuit, & inter alias editiones notæ nobis sunt Antuerpiensis Plantini Romana anni 1588. Coloniensis Arnoldi Mylii 1600. in 8. Polivit aliquanto stilum atque additionibus illustravit Simon Magnus Ramlotæus, Leodiensis ecclesiæ S. Petri canonicus, ediditque Parisiis apud Rovillium 1587. in 8. *Additionibus* quibusdam auxit Franciscus de Sese, jurisconsultus, Venetiisque foras dedit 1573. in 4. Wirtzburgi 1586. in 8. Andreas item Victorellus, presbyter Bassanensis, *notas & appendices* addidit, cardinali Burghesio nuncupatas. Venetiis apud Marcum Guarinum in 4. *Manualis compendium* reliquit inter inedita Franciscus Panigarola, ordinis Minorum, Waddingo teste. At quidem aliud fecit Petrus Alagona, Societatis Jesu, quod non semel Romæ & alibi emisit Latinum, sed postea ipsum fuit Italice conversum & publicatum, teste Possevino.

Manuale de Confessori, una cum quinque commentariis ejusdem auctoris nostri, *De Cambiis* : *De Usuris* : *De Simonia* : *De Defensione proximi* : *De Furto notabili*, & quæstione quadam *de Irregularitate*, ex interpretatione Italica Nicolai Guglinisi, Minoritæ, non sine aliquali opera Francisci Tarvisini, alias Turco (cujus meminit Hieronymus Rubeus in *Hist. Raven.* lib. x. ad annum 1564.), Carmelitæ, Venetiis prodiit apud Giolittum 1574.

De Horis Canonicis & oratione: olim Hispane. Cæsaraugustæ 1560. in 8. Conimbricæque apud Joannem de Barreda 1561. in 8. deinde Latine. Lugduni 1580. Romæ 1586. Adjunguntur huic tractatui:

Miscellanea centum de oratione, præsertim de Psalterio & Rosario Virginis Matris Mariæ, & de institutione recta oratorum, & actis quibusdam eorum, & de pertinentibus ad illa.

Secundum volumen continet:

Commentarium brevem *de silentio in divinis officiis, præsertim in choro servando* : ad cap. *In loco benedictionis* v. quæst. IV. ex *Manuali* fere collectum.

Commentarium in cap. Inter verba XI. quæst. III. in quo de gloria, honore, laude ac bona fama, deque ingloria, vituperio, infamia & detractione &c. *tractatur.* Prodierat primum vernacule cum hac nuncupatione : *Comentario en romance a manera de Repeticion Latina y Escolastica de Juristas sobre el capitulo inter verba XI. quæst. III.* Conimbricæ apud Joannem Barreiro 1544. in folio. Pinciæque iterum 1572. Latinitate hunc postea donavit auctor, atque prodire fecit Romæ 1584. in 4.

De Regularibus commentarios tres; super cap. Scilicet, cap. Non dicatis, cap. Cui portio XII. quæst. I. cap. Nullam XVIII. quæst. II. cap. Statuimus XIX. quæst. III. Romæ 1576. 4. Recognitos postea ab auctore ipso.

De Alienatione rerum Ecclesiasticarum, ac de spoliis Clericorum commentarium, in principium & gloss. Summæ XII. quæst. II. De Spoliis Clericorum, super cap. Non liceat Papæ, eadem causa & quæstione. Romæ 1573. in 8. Recognovit idem postea & locupletavit.

Commentarium resolutivum de Usuris, in cap. Si fœneraveris XIV. quæst. III. Scriptum olim Hispane, conversum inde ab auctore in Latinum. Vernaculus editus fuit una cum *Additionibus ad Manuale* Pinciæ 1569. Latinus vero Romæ 1585. in 4. & Antuerpiæ 1600. in 8.

De Reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, quo docetur, quibus usibus sint impendendi, & quibus personis dandi aut relinquendi: super cap. Quoniam quidquid XVI. quæst. I. sive ut primum prodiit *De reditibus Ecclesiasticis* inscriptum Romæ 1568. & 1574. ad Pium V. Pontificem Maximum directum. Vernaculus & is commentarius fuit ab auctore conceptus, ac Philippo II. Regi dicatus, cum hoc titulo, *Tratado de las rentas de los beneficios eclesiasticos para saber en que se han de gastar.* Pinciæ 1566. Scopus hujus operis hic est, ut doceat ecclesiasticos viros, non ex præscripto misericordiæ, sed ex lege ac præcepto justitiæ, ad id obstrictos esse ut bona ecclesiastica in pauperum sustentationem, exceptis tantum sibi pro statu suo necessariis, erogent. Cui cum opposuisset V. C. D. Franciscus Sarmiento, Rotæ ut appellant per id tempus judex, librum suum *De Reditibus Ecclesiasticis*, Pio eidem Pontifici nuncupatum, arctam illam nostri viam ecclesiasticis monstratam, asperitatis ac nimii rigoris plenam esse in eo persuadere contendens, defendit sese Navarrus, inscripto eidem illi Papæ:

Apologetico pro libro suo de Reditibus Ecclesiasticis. Romæ ut credimus 1570. sive 1571. & Antuerpiæ 1574. Ex quo utroque opere postea formavit commentarium istum, quem primo loco laudavimus, editusque fuit in Romana editione, quam sequimur, & forte prius anno 1585. in 4. Adjunguntur eidem commentario epistolæ duæ magnorum virorum, calculis suis Navarri sententiam approbantium, Francisci nempe Turriani, Societatis Jesu, ad Gundisalvum Herrera, Laodicensem episcopum, & Achillis Statii, Lusitani, ad eumdem Navarrum directæ, una cum responsione ejusdem.

Commentarium in cap. Humanæ aures XXII. *quæst.* V. *de veritate responsi partim verbo expresso, partim mente concepto, redditi*: ad Gregorium XIII. Pont. Max.

De Finibus humanorum actuum commentarium, in cap. Cum minister XXIII. *quæst.* V. Lugduni 1573. in 8. Romæ 1585. in 4. Cujus argumenti occasione, quia ob multiplicem bonum finem desiderare famam & bonum nomen possumus, adjunxit huic tractatui:

Epistolam Apologeticam ad Illustrissimum Excellentissimumque Dom. D. Gabrielem a Cueva, Ducem Alburquerquensem, Gubernatoremque Mediolani: pro se adversus illos, qui falso contendebant atque connixi sunt probare Romæ infensum sibi esse Philippum Regem II. synopsim, uti jam monuimus, vitæ ipsius rerumque ab eo gestarum luculentissimam.

Commentaria in septem Distinctiones de Pœnitentia. Ediderat olim Conimbricæ anno 1542. in tres distinctiones, quintam nempe, sextam, & septimam, deinde Matriti cum additionibus 1566. tandem Lugduni 1569. Quibus tribus distinctionibus adjunxit postea quatuor alias a se illustratas.

Commentarium de Anno Jobelæo & Indulgentiis omnibus: in §. *In Levitico* cap. *Si quis aliquando de Pœnitentia* dist. I. &c. Conimbricæ anno 1550. auctiorem deinde Romæ 1576. in 4. Mediolani 1579. in 8.

Tertium continet:

Relectionem in cap. Si quando. De rescriptis. Simulque alteram:

In cap. Cum contingat, eodem tit. Condiderat olim has Conimbricæ, recognovit atque edidit Romæ 1575. Prodierunt quoque typis Matritensibus 1595. in folio.

Commentarium in Rub. de Judiciis. Atque item:

Relectionem cap. Novit, ejusdem tit. *de Judiciis*, recitatam olim Conimbricæ in pleno academiæ totius congressu an. MDXLVIII. Romæ, Lugdunique 1576. Romæ iterum 1585.

Relectionem cap. Accepta, de Restit. spoliatorum. Pronuntiata fuit item Conimbricæ anno MDXLVIII. Romæ autem recognita anno MDLXXXV.

Relectionem cap. Ita quorundam. De Judæis, in qua de rebus ad Sarracenos deferri prohibitis & censuris ob id latis. Conimbricæ 1550. in 8.

Commentarium de datis & promissis pro justitia vel gratia obtinendis; in Extrav. Ab ipso. Greg. XIII. P. M. qua innovatur Extrav. Bonifacii VIII. ea de re olim edita. Romæ anno 1576. in 4. Post Romanam hanc editionem prodiit Veneta Joannis Guerilii anno 1602. quæ nonnulla adjunxit opuscula, scilicet, tomo seu volumine primo:

De Cambiis.

De Simonia mentali.

De Furto notabili.

De Necessitate defendendi proximum ab injuria.

De Homicidio casuali.

Secundo hæc:

Comment. in cap. Inter verba XI. *quæst.* III. locupletiorem quam prius.

De Incompatibilitate beneficiorum.

Tertio:

De Eleemosyna.

De Lege pœnali.

Præter hæc tria volumina, tam Romana quam Veneta editio continent:

Consiliorum seu Responsorum lib. V. juxta ordinem Decretalium dispositos, duobus voluminibus in 4. Lugduni 1591. & Romæ 1602. Horum *Summam* dedisse Gregorium Sairum Venetiis anno 1601. lego.

Compendium horum *omnium Navarri operum* elaboravit Jacobus Castellanus, Tarvisinus, sacræ theologiæ doctor, Venetiisque edidit 1598. 4. apud Robertum Mejettum, iterumque 1602. tertiumque apud Somaschum 1605. quod emendatum, declaratumque, & variis adjectionibus auctum fuisse a Petro Antonio de Lazzaro, Papiensi, philosopho ac theologo, docuit nos in *Advocatorum Sacri Consistorii Syllabo* diligens atque eruditus vir, Carolus Cartharius, eorumdem advocatorum decanus, pag. 166.

D. MARTINUS DEL BARCO CENTENERA, natus in oppido Logrosan Placentinæ diœcesis, Indicam fluminis, cui ab Argento nomen contingit, expeditionem sequutus miles, carmine aliquando hanc eamdem celebravit, scribens:

Argentina y conquista del Rio de la Plata y Tucuman y otros sucessos del Piru: poema. Ulisipone 1602. in 4. Ejus quoque est, prosaicum tamen:

El Desengaño del Mundo. F. Alphonsus Fernandez *Annal. Plasentiæ* lib. III. cap. XXIII. ejus meminit.

D. MARTINUS DE BONILLA, Salmantinus, Martini de Bonilla, primarii canonum professoris, Castellæ deinde senatoris, tandemque Abulensis præsulis, ex fratre, ni fallor, nepos, jurisconsultus, & Abulensis canonicus, patruique generalis vicarius, edidit olim sub nomine Joannis de Cruce:

Compendio de las meditaciones del P. Luis de la Puente acerca de la vida y pasion de Jesu Christo. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1655. in 16.

D.

D. MARTINUS CARRILLO, Cæsaraugustanus, jurisconsultus in Cæsaraugustanam academiam a Petro Cerbuna, ejus urbis antistite, fundatore allectus ut Decretorum cathedram regeret, decennium & amplius huic penso magna cum laude studiorumque fructu insumpsit, rector etiam ejusdem gymnasii creatus. Necnon ecclesiasticæ reipublicæ gerendæ admotus fuit ab Oscensi præsule, Berengario de Bardaxi, Franciscano, similiterque a Cæsaragustanis Alphonso Gregorio & Thoma Borgia, vicesque eorum trium gessit officialis, ut vocant, sive vicarius generalis, quo tempore & sacerdotium Cæsaraugustanæ ecclesiæ canonicum obtinuit. Profectus quoque anno MDCXI. in Sardiniam insulam, auspiciis Regiis eam, hoc est, Regios omnes ejus judices & administros integre ac laudabiliter censoria potestate munitus visitavit, adornata insuper ejus insulæ descriptione, omniumque in ea contentorum relatione, quam edidit reversus, Regique obtulit. Demum anno MDCXV. hujus meriti virum Philippus idem Rex II. abbatia ornavit Montis-Aragonis, quæ ordinis est Canonicorum Regularium Sancti Augustini in eodem Aragoniæ regno antiqua & locuples, quam ad mortem usque administravit a pietate virtutibusque aliis laudatus. Doctrinam ejus, non juris tantum, sed etiam historiæ monumenta quædam posteritati consecrarunt, scilicet:

Annales, memorias Chronologicas, que contienen las cosas sucedidas en el mundo, señaladamente en España, desde su principio y poblacion hasta el año de MDCXX. ad Philippum IV. Regem Catholicum. Oscæ 1622. in folio, iterumque post auctoris obitum Cæsaraugustæ 1634. in folio.

Elogios de Mugeres insignes del viejo Testamento. Oscæ 1626.

Historia del glorioso S. Valero Obispo de Zaragoza con los martirios de S. Vicente, Santa Engracia, S. Lamberto, y los inumerables Martyres naturales y protectores de la misma ciudad. Cæsaraugustæ 1615. in 4. apud Joannem de Lanaja. Cui adjungitur:

Un Catalogo de todos los Prelados, Obispos y Arzobispos y Abades del reino de Aragon.

Relacion al Rey D. Felipe, del nombre, sitio, plantas, conquistas, christiandad, fertilidad, ciudades, lugares y gobierno del reyno de Sardeña. Barcinone 1612. in 4. apud Joannem Mathevat.

Catalogum quoque *Archiepiscoporum Cæsaraugustanæ Ecclesiæ* Latinum Calari Sardiniæ typis subjecit anno 1611. Juridica hæc sunt quæ sequuntur, Latina, & vulgaria:

Itinerarium ordinandorum. Cæsaraugustæ 1596. in 8.

Memorial de Confessores. Ibidem 1596. in 8. apud Michaelem Ximeno. *Con un tratado de ayudar a bien morir.* Ibidem 1622. in 8.

Explicacion de la Bulla de los Difunctos. Ibidem 1601. Compluti 1615. in 4. apud Joannem Gratianum.

Practica de Curas. Oscæ apud Petrum Blasco 1624. in 4.

Explicacion del Jubileo centesimo y suspension de las Indulgencias. Cæsaraugustæ 1600. in 8. apud Angelum Tabanum.

Tabla de los Sacramentos.

Didacus de Ainsa in *Historia Oscensis urbis* refert scriptam habuisse Martinum nostrum *Vitam Sanctæ Brigittæ Sueciæ Reginæ, unaque Christi Redemptoris nostri, ac Deiparæ Matris res gestas ex ejus revelationibus deductas*: itemque *Commemorationem virorum quorundam illustrium.*

MARTINUS DE CARVALHO VILLASBOAS, Lusitanus, juris utriusque doctor, causarum patrocinium exercebat Mediolani scribens:

Espejo de Principes y Ministros: ad Ranuccium Farnesium, Parmæ ducem. Mediolani in 4.

F. MARTINUS DE CARZEL, Dominicanus Aragoniæ provinciæ, scripsit expositionem Hispanam:

In Psalmum XLIV. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Barcinone 1605. in 8. Monumenta hujus ordinis historica part. IV. lib. IV. cap. II. floruisse eum circa hujus sæculi initium confirmant.

F. MARTINUS DE CASTAÑEGA, Franciscanus provinciæ Burgensis, scripsisse refertur:

Tratado de las supersticiones, hechicerias, y varios conjuros y abusiones, y de la possibilidad y remedio dellos. Lucronii apud Michaelem de Eguia 1529. in 4. ad D. Antonium de Castella, Calagurritanum episcopum.

F. MARTINUS DEL CASTILLO, Burgensis, ordinis Minorum de Observantia in Mexicana, ut vocant, Sancti Evangelii provincia, lector jubilatus, atque ejusdem provinciæ aliquando præfectus, dum in Sancti Bonaventuræ collegio Mexicano rectorem ageret, & studiis præesset, edendos in Europam transmisit:

D. Petri Chrysologi Sermones aureos, scholiis ac locupletissimis moralium conceptuum varietate commentariis illustratos: addita sancti vi-

vita, & ejus ad Eutychetem epiſtola notis pariter elucidata. Lugduni apud Aniſſonios fratres, & Joannem Poſſuel 1676. folio. Scripſiſſe dicitur etiam:

Super cap. XIII. Danielis, & In Abdiam Prophetam.

Item vernaculo ſermone:

El Humanado Serafin y unico llagado: Tratado Apologetico de como ſolo el Patriarca S. Franciſco entre todos los Santos de la Igleſia goza y poſee las llagas penetrantes, cruentas y viſibles de N. S. Jeſu Chriſto. 1656. in 4.

MARTINUS DE CELORIGO, Luſitanus ex cognomine videtur, judex bonorum confiſcatorum Sanctæ Inquiſitionis Toletanæ, ſcripſit pro Chriſtianis ex infecto ſanguine Hebræorum venientibus:

Alegacion en que ſe funda la juſticia y merced que algunos particulares del reyno de Portugal piden a ſu Mageſtad. Matriti 1619. fol.

F. MARTINUS CLAVER, ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, provinciæ Philippinarum, ut domeſtico appellant verbo, diffinitor, in ſchedis reliquit:

Hiſtoria de la provincia de Filipinas del orden de S. Aguſtin.

F. MARTINUS CORNEJO, Matritenſis, Auguſtinianus, Rodericopolitanæ, Burgenſis Matritenſiſque domorum præfectus, collegiique Complutenſis rector, viſitator, ut vocant, provinciæ Caſtellæ, edidit:

Cifras de la vida de S. Aguſtin, y del origen y fundacion de los Ermitaños de la Religion. Matriti 1623. in 8.

MARTINUS CORTES, ex oppido regni Aragoniæ Buxalaros, Gaditanæ urbis incola, ſcripſit ad Carolum Cæſarem:

Compendio de la Esfera y Arte de navegar. Hiſpali apud Antonium Alvarez 1551. in folio.

F. MARTINUS A CRUCE, Auguſtinianus ſodalis Excalceatus provinciæ Aragoniæ, ejuſdemque procurator generalis, emiſit ſuo nomine in lucem:

Eſpaña reſtaurada en Aragon por el valor de las mugeres de Jaca y ſangre de Santa Oroſia. Cæſarauguſtæ apud Petrum Cabarte 1627. Nomine, inquam, ſuo, non ſuum opus, ſed anonymi cujuſdam, eamdem religionem profeſſi, qui præcepto ſuperiorum adactus in Martini manum & nomen ire hunc laborem permiſit; ſperare tamen ſeſe ait ut proprio nomine aliquando dignoſcatur auctor, editis ſequentibus monumentis:

El Privado de Faraon Redentor de Egipto Joſef. Item:

Triunfos Celeſtiales de Aragon.

F. MARTINUS DE LA CUEVA, Bæticus, Carmonenſis, ex Minoribus Obſervantibus S. Franciſci, Andreæ Inſulano, generali ordinis Seraphici miniſtro, a ſecretis fuit & ab epiſtolis, ſcripſitque:

De corrupto docendæ Grammaticæ Latinæ genere & de ratione ejuſdem recte breviterque tradendæ: ad Philippum Luſitaniæ Principem, Joannis III. Luſitaniæ Regis filium heredem. Antuerpiæ apud Joannem Gravium 1550. in 8. Parare ſe in Laurentium Vallam *Annotationes* in hoc libro profeſſus fuit.

F. MARTINUS DE LA CUEVA, a ſuperiore diverſus ut videtur, ejuſdem tamen inſtituti, ſed non ejuſdem provinciæ. Hic enim Caſtellanos inter ſuos laudatur a Petro Salazario, *Caſtellanæ Franciſcanorum Hiſtoriæ* ſcriptore, referturque ſcripſiſſe:

Sermones para todo el año.

F. MARTINUS DOYZA, Aragonius, Alcanizienſis, ex ſacra Seraphica ejus regni familia, cum ex munere ſibi impoſito verbum Dei Cæſarauguſtanis civibus in cœnobio Franciſcanorum, magno concionis plauſu, commonſtraret, ſtilo inſuper ſignare id volens, edidit:

Conciones a Dominica I. Adventus uſque ad feriam III. Reſurrectionis, tam de feſtis occurrentibus, quam de tempore: duobus tomis. Cæſarauguſtæ 1602. in 4. Brixiæque 1610. 4.

MARTINUS DE EGUILUZ, Cantaber, ſcripſit:

Milicia, Diſcurſo, y Regla militar. Matriti 1592. in 4. Antuerpiæque 1595.

MARTINUS DE ESPARZA ARTIEDA, Navarrus, ex oppido Ezaroz Pampilonenſis diœceſis, Societatis Jeſu theologus, Salmanticæ percurſo hujus ſacræ ſcientiæ ſtadio, ſub optimis præceptoribus Petro Hurtado de Mendoza, Joanne Martinez de Ripalda & Antonio Perezio, miſſus fuit Compoſtellam Ariſtotelem ut doceret, ac poſt triennium, theologiæ tradendæ cauſa, Vallisſoletum, deindeque Salmanticam, ac tandem Romam, in cujus urbis collegio Romano, poſt duodecennem Hiſpanienſem profeſſionem, totidem alios annos hoc idem penſum volvit magna cum ſui nominis celebritate. Rude nunc jam donatus, de graviſſimis tamen ſacrarum S. Officii & Rituum congregationum negotiis ex munere conſulitur ab Ale-

Alexandro VII. P. M. ſibi adjudicato, carus omnibus, & magno in pretio habitus ob inſignem doctrinam atque ingenii alacritatem cum eximia prudentia defœcatoque judicio conjuncta. Edidit olim:

Immaculatam Conceptionem B. Mariæ Virginis deductam ex origine peccati originalis. Romæ typis Corbelleti ſemel atque iterum, deinde Maceratæ, Dilingæ & alibi. Extat idem opus inſertum *Parthenicis* Joannis Euſebii Nierembergii operibus, & P. Faſſari operi *De Conceptione.*

Curſum Theologicum: tomis x. brevioribus, ad majorem ſtudentium commoditatem. Ibidem in eadem Corbelletti officina, necnon & in alia Fabii de Falco. Qui deinde in majorem formam, duplexque volumen redacti, prodierunt tertio ex officina Lugdunenſi Philippi Borde & ſociorum anno 1666. in folio. Prius continet *Primam & Primam Secundæ*, poſterius *Secundam Secundæ* ac *Tertiam Partem* Sancti Thomæ.

Appendicem ad Quæſtionem de uſu licito opinionis probabilis, continentem reſponſionem ad quædam recentiorum argumenta. Romæ in typographia Cam. Apoſtolicæ 1669. in 4.

De virtutibus moralibus in communi. Romæ apud Tinaſſium 1674. in 8.

Epiſtolas item Sancti Auguſtini in unicum faſciculum collectas & ordine diſpoſitas. Monachi 1668. in 16. typis Mariæ Schelin. Vivit adhuc Romæ hoc anno 1681. quo hæc ſcribimus.

MARTINUS FERNANDEZ DE ENCISSO, in Caſtellæ Aureæ provincia Indica primus gubernatoris apparitor (Alguazil mayor de Caſtilla del Oro vernacule dixeris) ſcripſit, & Carolo Cæſari adhuc juveni dicavit:

Summa de Geografia, que trata de todas las partidas y provincias del mundo, en que ſe trata del arte de marear, juntamente con la esfera en romance, con el regimiento del Sol y del norte. Hiſpali apud Jacobum Cromberger 1519. in folio, iterumque 1530. tertio item apud Andream de Burgos 1546. in fol.

MARTINUS FERNANDEZ ENDRINO, in Decretis bachalaurus, auctor mihi ex eo tantum notus quod ediderit, ſine loco tamen ſeu anno editionis:

Expoſitionem Arboris conſanguinitatis ſuper Gloſſam Joan. Andreæ in eadem arbore. folio.

MARTINUS FERNANDEZ DE FIGUEROA, ſcripſit, Antonio Leonio mihi auctore in *Bibliotheca Indica Orientali*, tit. xi. forte Luſitanica lingua:

Hiſtoria del viage de la armada de Pedro de Anaya a la Perſia y Arabia por mandado del Rey D. Manuel. MS.

MARTINUS DE FIGUEREDO, Luſitanus, vir nobilis, juris utriuſque doctor, Regius Portugalliæ ſenator, humanioribus literis bene inſtructus, diſcipulus quippe Angeli fuit Politiani, ut dicitur, edidit:

Commentum in Plinii naturalis Hiſtoriæ Prologum. Oliſipone apud Germanum Galhard 1529. in folio.

MARTINUS DE FRIAS, in Salmantina ſchola theologicas literas tot annis docuit ut emeriti etiam profeſſoris juribus ac privilegiis aliquando frueretur. Vicarius fuit D. Franciſci a Bobadilla, Salmantini præſulis, totiuſque diœceſis ut vocant viſitator, ediditque, Hiſpana lingua ut credimus:

Tractatus perutiles, ſcilicet artem & modum audiendi confeſſiones. Canones pœnitentiales. Caſus Papæ & Epiſcopis reſervatos. Prima rudimenta Curatorum ad ſummam redacta. Familiaritatem mulierum a Sacerdotibus fugiendam. Valorem miſſæ. Sacerdos; qui promiſerit diverſis ſacrum unum, an ſatiſfecerit omnibus unum tantum celebrans. Modum & ordinem viſitandi. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1550. 4. Ex ſecunda editione, cum diverſo ordine prodiiſſent quoque circa annum 1528. in 4.

F. MARTINUS DE LA FUENTE, monachus Ciſtercienſis domus Hortenſis, domeſticarum cærimoniarum peritiam, curamque afferendæ rei eccleſiaſticæ bene oſtendit in eo libro, quem triplicem dedit, qua tamen lingua mihi incertum, hoc titulo:

De Officialibus monaſterii, ſacrificio miſſæ, & horis canonicis. De modo legendi horas canonicas Dominicis diebus & feriis totius anni. De Sanctis, ſive de modo legendi Officium in ſolemnitatibus Sanctorum. De ſignis, quibus monachi uti debent in locis & horis ſilentii. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1586. in 8. Hæc ex *Bibliotheca Ciſtercienſi.* At ego librum vidi ejuſdem, neſcio an eumdem, vulgari lingua, ſic inſcriptum:

Libro de los Uſos de la ſagrada orden del Ciſtel, y obſervancia de Eſpaña corregidos, añadidos, y enmendados por mandado del Capitulo general que ſe celebró en Nueſtra Señora de Palazuelos año MDLXXXVI. Salmanticæ apud Joan. Fernandez 1586. in 8.

Obiit in monaſterio S. Claudii Galleciæ anno MDXCV.

MARTINUS DE FUNES, Jeſuita, in academia Germaniæ Græcenſi octo annis theologiam docuit ſcholaſticam, Mediolani etiam

etiam moralem magna cum laude, moribus ornatus placidiſſimis, & apprime pius, ut *Bibliothecæ Societatis* auctor ait, edidiſſeque eum:

Diſputationem de Deo uno. Itemque alteram:

Diſputationem de vitiis & peccatis in genere. Græcii typis Widmanſtadii 1589.

Speculum morale & practicum, in quo continetur medulla caſuum conſcientiæ: III. partibus. Conſtantiæ apud Nicolaum Kalt 1598. Coloniæque 1610.

Methodum practicam utendi libro Thomæ de Kempis De Imitatione Chriſti ſcripſit, cum doceret Mediolani, permiſitque tacito auctoris nomine vulgari: quam Italice reddidit, atque edidit Bartholomæus Zucchius Mediolani 1603.

Is, cum ſub annum ſalutis MDCXVII. in Hiſpaniam proficiſceretur, in Colle, agri Florentini oppido, vitam cum morte commutavit.

F. MARTINUS GARZIA, Requenenſis, cœnobii Carmelitarum ſodalis, doctor Salmantinus, qui floruit circa annum MDLXVII. ſcripſiſſe fertur plura, quæ adſervantur in Pinciano monaſterio, auctore Caſſanate in *Paradiſo Carmelitici decoris*: inter alia, ut alibi lego, eſt *De ſimilibus Sacræ Scripturæ* liber.

MARTINUS GARZIA, in Aragoniæ regno, ejuſque oppido Caſpe natus, juvenis in Italiam veniens, in collegioque S. Clementis Hiſpanorum Bononienſi anno MCCCCLXVI. admiſſus, theologiæ aliarumque diſciplinarum cum non mediocriter eſſet peritus, academicam ejus ſcientiæ lauream reportavit. In reditu Darocenſis eccleſiæ archidiaconatum, quæ dignitas eſt in Cæſarauguſtana eccleſia, atque item canonicum in ejuſdem regulari per id tempus collegio ſacerdotium obtinuit. Catholicis Regibus Ferdinando atque Eliſabethæ a concionibus ſacris fuit, Reginæ inſuper a confeſſionis ſacramento; regnique Aragoniæ ob meritum, quod in converſione plurium, cum Maurorum, tum Hebræorum, ad rectæ fidei viam ſcriptis voceque fuerat conſequutus, ab iiſdem Catholicis Regibus inquiſitor, Fideique delectus cuſtos. Barcinonenſis tandem creatus antiſtes obiit. Ab eo habemus:

Concionum volumen juſtum: quas Cæſarauguſtæ habuerat, doctrina utriuſque theologiæ ſcholaſticæ atque expoſitivæ, lectione SS. Patrum, atque imprimis zelo & ardore animarum ſalutis plenas. Has Cæſarauguſtæ edi curavit Auguſtinus Olivan, Barcinonenſis canonicus, 1550.

Diſtichorum Catonis interpretationem Martini vulgarem, Hiſpani ſermonis verſibus comprehenſam, laudat Vincentius Blaſcus Lanuza *Aragon. Hiſtor.* lib. V. cap. XXXVIII.

Reliquit etiam:

Annales, ſeu Hiſtoriam Sereniſſimorum Aragoniæ Regum: cujus meminit Hieronymus Zurita lib. I. *Annal. Aragoniæ* cap. XLIV. extareque in bibliotheca D. Franciſci de Urrea, ejus regni chronographi, ſcriptum reliquit Joannes Franciſcus Andreas de Uſtarroz, regni & ipſe hiſtoricus, in libro *De Patria Sancti Laurentii*, cap. VI. pag. 118. Martini cum laude maxima extat apud plures memoria, Joannem nempe Geneſium Sepulvedam, ſodalem in Bononienſi collegio, in ea, quam *De rebus Ægidii Cardinalis Albornotii* refert, clarorum iſtius ſodalitii virorum notitiam exhibet; Lupum de Obregon, qui in *Confutatione Alcorani* uſum ſe noſtri monumentis ignorari noluit; Didacum Murillo in *Hiſtoriæ Cæſarauguſtanæ urbis* tract. II. cap. LI. Martinum quoque Carrillum in *vita S. Valerii Epiſcopi Cæſarauguſtani* cap. I. qui tamen doctiorem in theologicis quam in re hiſtorica eum arbitratur; Franciſcumque Andream Uſtarrozium, proxime laudatum; Joannem Trullum *De Canonicis Regularibus* lib. I. cap. VI. n. 11. Gabrielem Pennotum *in Hiſtoria Canonic. Regularium* lib. II. cap. XXX. num. 9. Franciſcum Diago *in Hiſt. Comitum Barcinon.* lib. III. cap. XXIIII. Ludovicum Paramo *De Orig. S. Inquiſitionis*, lib. II. tit. II. cap. VIII. num. 33.

MARTINUS GARZIA, auctor operis inſcribitur, quod MS. fuit in bibliotheca Olivarienſi, hoc titulo inſigne:

Carlos V. Emperador y Rey de Eſpaña, ſus batallas, ligas y exercitos deſde el año MDXXII. haſta el de MDXLV. in folio. Extat nunc in bibliotheca comitis Villæumbroſæ, cum titulo Martini Garziæ Cereceda.

MARTINUS GIRON DE PALAZEDA. Vide JOANNES MARTINEZ DE RIPALDA.

MARTINUS GODOY DE LOAISA, Seguntinæ eccleſiæ decanus, Latinam orationem, a Petro Fontidonio Segovienſi habitam in Tridentina ſynodo ad patres ibi congregatos, comitis Lunæ, Hiſpaniarum Regis legati, nomine fecit Hiſpanam, prodireque fecit Segontiæ anno 1563. in 8. ex officina Sebaſtiani Martinez. Vulgavit quoque ſimiliter procurata:

Diſtichos de Caton y otras ſentencias. Lugduni apud Michaelem Silvium 1556. 8.

MAR-

MARTINUS GOMEZ DE PAMPLONA, partim interpretatus eſt, partim collegit ediditque ſimul tractatus ſequentes de peſte:

La Preſervacion de la Peſte de Marſilio Ficino.

Conſejo contra la Peſte del Dotor Garbo.

Tratado de la Peſte, del Tarentino Protomedico del Rey de Francia.

Lo que hay contra la Peſte en las epiſtolas de Nicolas Monardes. Pampelone 1598. in 8. in officina Matthæi Mares.

MARTINUS GONZALEZ, edidit:

Memorial de la reſtauracion de Eſpaña. Pinciæ 1600. in folio.

D. MARTINUS DE GURREA ET ARAGON, dux de Villahermoſa, & comes de Ribagorza, ſcripſiſſe dicitur:

Dialogos de Medallas: quod ſcriptum, una cum ipſis numiſmatibus, quorum vim collegit magnam laudatus dux, penes D. Antonium Gundiſalvi Eximini de Urrea, comitem Berbedelis, eſſe affirmat in *Hieronymi Suritæ vita*, lib. 11. cap. 1. num. 11. Didacus Joſephus Dormer.

MARTINUS DE HERMOSILLA, Balbezili, quod Seguntinæ dioecefis oppidum eſt, parochus, dedit foras carmine Hiſpanico:

La Degollacion de San Juan Bautiſta, en quintillas. Matriti 1630. in 8.

MARTINUS DE HERRERA, neſcio quis, dedit verſum a ſe in ſermonem vernaculum ex Italico Gaſparis Loarte, Jeſuitæ:

Conſuelo de Afligidos: MS. in 4. inter libros comitis de Villaumbroſa.

MARTINUS DE IBARRA, Cantaber, in re poetica, quod rarum in gente decus, noſtrorum aut exterorum hominum, qui Latina carmina modulati ſunt, paucis ſecundus, edidit:

Caroleidos libros IV. heroicis verſibus. Barcinone 1516. in 4. Quorum argumenta, ne ſis neſcius, tetraſtichon hoc comprehendit:

Primus ſancta canit Caroli incunabula Magni;
Quæſitum Arctoo Regem de patre Secundus;
Tertius Heſperiæ ſulcantem cærula claſſem;
Imperium fratres mutantes numine Quartus.

In Michaelis Verini Diſticha commentarium. Lugduni 1539. ut eſt in Geſneri *Epitome.* alias Lugduni 1530. & apud Frellonium 1547.

Grammaticæ item *Rudimenta*, ejuſdem auctoris, edita ſunt Perpiniani anno 1524. Extat Hiſpali hæc editio in Coloniana bibliotheca. Senex jam Græcas literas Compluti docuiſſe fertur, uti legimus apud Valerium Andream in *Catalogo.*

F. MARTINUS IGNATIUS DE LOYOLA, Cantaber, Minorum Reformatorum ſodalis, S. Ignatii Loyolæ Societatis Jeſu fundatoris propinquus, epiſcopus Argentei fluminis ut vocant in meridionali America, ſcripſit, Antonio Leonio atque Ægidio Gonzalez teſtibus:

Itinerario de Eſpaña a las Filipinas, y de alli a la China, y buelta por la India Oriental. Hoc edidit in *Sinica* ſua *Hiſt.* F. Joannes Gonzalez de Mendoza, non diſſimulato auctoris nomine, in editione anni 1585. aliter atque factum fuit in altera anni 1586.

MARTINUS DE ISLARES, ſcripſit, uti ex MS. Roderici de Agandaru *Hiſtoria Philippinarum Inſularum* refert Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica Occidentali*, tit. VII.

Relacion del viage de Ruy Lopez de Villalobos al deſcubrimiento de las Filipinas. MS.

F. MARTINUS A JESU MARIA, ET F. THOMAS A SANCTO VINCENTIO, Carmelitæ Excalceati, egregia doctiſſimaque

Apologemata ſuper origine & antiquitate ordinis Carmelitarum, Philippo IV. Regi Catholico obtuliſſe generalique Inquiſitioni Hiſpaniarum, referuntur in *Diſſertatione Hiſtorico Theologica Thomæ Aquinatis de S. Joſepho de Patriarchatu Eliæ*, parte II. ſectione III. in fine.

F. MARTINUS DE S. JOSEPHO, Placentiæ natus, Franciſcanus Excalceatus provinciæ Sancti Pauli, theologiæ olim lector, quæ mores informat, cuſtoſque ut vocant definitorque ſuæ provinciæ, atque etiam Valentinæ Sancti Joannis Baptiſtæ viſitator, ſcripſit:

Coronica de las Provincias de S. Joſef y de S. Pablo de los Deſcalzos de San Franciſco: duobus tomis. Arevali 1644.

Vida del B. Fr. Pedro de Alcantara. Matriti eodem anno.

Diſcurſo Apologetico en que prueba que el B. Fr. Pedro de Alcantara pertenece a las provincias de S. Joſeph y S. Pablo. Ibidem 1642.

Aviſo de Confeſores y Guia de Penitentes. Matriti apud Gregorium Rodriguez 1649. folio.

Epitome del Orden judicial religioſo. Cæſarauguſtæ 1638. in 8.

Breve expoſicion de los preceptos que en la re-

regla de los frailes Menores obligan a pecado mortal. Primum anno 1638. Cæfarauguftæ, hinc Salmanticæ 1643. deinde cum additionibus 1655. in 4. Matriti.

Explicacion de muchas Bulas y Privilegios Apoftolicos concedidos a los Regulares. Cæfarauguftæ 1638.

F. MARTINUS DE S. JOSEPHO, Francifcanus, edidit, Luca Waddingo atteftante:

Ceremonial de la Mifa. Vallifoleti 1623. Quem natum ait in oppido quodam dioecefis Segovienfis, unde magis apparet diverfum effe eum a fuperiore.

MARTINUS LANAXA, Cæfarauguftanus, Jefuita, cum Cæfarauguftæ domefticis in collegio præfuit, tum in æde facra Virginis Lauretanæ Marchiæ Italæ poenitentiarii Hifpanicæ linguæ quinquennio munus geffit, fcripfitque vernacule:

De la excelencia, frutos, y myfterios del facrofanto facrificio de la Mifa. Cæfarauguftæ apud Dionyfium de Puiada 1648. qui liber Italicæ linguæ communicatus anno 1658. Bononiæ prodiit.

Induftrias para aumentar el merito de las buenas obras. Murciæ apud Joannem Fernandez 1642.

Contra el nocivo, y barbaro efpectaculo de correr Toros. Cæfarauguftæ apud eumdem Puiada 1661.

Vida de Santa Lucilla Virgen y Martyr, cuyo cuerpo fe guarda en Calataiud. Iifdem typis 1654. 4.

Vida del Venerable Doctor Francifco Garzia de la Sierra. 1654. in 4.

Del eftado de la Perfequucion del Japon, y iluftre muerte del Padre Marcello Maftrillo. Cæfarauguftæ apud nofocomium Regium 1639.

Allegationes utriufque juris complures, ad tuenda jura collegiorum aliquot Aragoniæ, feorfim editas. Degebat in collegio Cæfarauguftano cum ederetur demum *Bibliotheca Societatis* cum additionibus Nathanaelis Sotuelli.

D. MARTINUS DE LARREATEGUI, Cantaber, in collegio Salmantini gymnafii, quod ab Ovetenfi antiftite fundatore cognomentum habet, profefforem egit juris civilis ut vocant vefpertinum, inde inter judices Pincianæ curiæ allectus, merito doctrinæ integritatifque in fupremo tandem Caftellæ fenatu jus dicere promeruit. Scripferat Salmanticæ:

Selectarum Juris civilis Difputationum lib. VIII. Salmanticæ editos 1630. in 4.

Obiit XVII. die Junii MDCLI. Matriti in curia.

MARTINUS LASO DE OROPESA, Oropefanus, canonicus ecclefiæ Burgenfis, moribus & literis perquam ornatus, Francifco Mendozæ, S. R. E. cardinali, a fecretis, fcriptam reliquit poft mortem publicandam Lucani Hifpanam verfionem profaicam, quæ edita fuit hoc titulo:

Lucano traducido de verfo Latino en profa Caftellana: cum additione trium librorum, quibus Lucano indicta bellorum civilium ultima traduntur, ad Antonium Perezium, Regi Catholico a fecretis. Burgis apud Philippum Juntam 1588. in folio, quæ quidem valde laudatur.

Romæ obiit diem fuum auctor, tumulatus in templo Apollinari Martyri facro, quod Germanæ nationis collegio a Gregorio XIII. adplicitum poftea fuit, cum hac infcriptione:

D. O. M.
MARTINO LASSO HISPANO
EX VICO OROPESA PROV. ABULENSIS
ORIUNDO
CANON. ECCLESIÆ BURGENSIS
FRANCISCO CARD. A MENDOZA
A SECRETIS, OMNIBUS DISCIPLINIS
ORNATO VIRO,
MORUM ETIAM COMITATE INQ. REB.
GERENDIS FIDE ET INDUSTRIA
PERSPICUO.
SEXAGESIMO QUINTO SUÆ ÆTATIS
ANNO OMNIBUS SUIS REBUS
EX VOTO COMPOSITIS E MEDIO
SUBLATO.
PETRUS ORDOÑEZ DE AÑAYA
EXEQUUTOR
ET JOANNES BAPTISTA BONELLUS
EX TESTAMENTO HÆRES
BENEMERENTI. P.P.
OBIIT XVIII. JANUARII,
MDLIV.

F. MARTINUS DE LEDESMA, defumpto ab oppido natali, quod Tormi fluvio adjacet, ut fama eft, cognomine, Dominicanus fodalis, ea literarum facrarum, præcellentifque ingenii exiftimatione fuo tempore, hoc eft, circa annum MDXLIV. cenfebatur ut præcipuum ante alios habuerit Joannes Rex Portugalliæ III. quem ad primarian theologiæ lectionem Conimbricenfis academiæ, cui præceptoribus optimis & doctiffimis ornandæ, fuoque operi magnificentiffimo ad unguem perficiendo invigilabat per eos dies, e Salmantina urbe accerferet. In eo munere plufquam triginta annis continuo fe exercuit, nec emeritus juxta morem ab opere

re deſtitit. Adeo libenti animo ſtudiis & ſcholaribus ſe impendebat. Quod ut præſtaret vir juxta modeſtus ac pius noluit inde ad epiſcopatum Viſenſis urbis, quem ei Catherina Sebaſtiani Regis minorennis mater obtulit, averti. Præter ſcripta plura in D. Thomæ *Summam Theologicam*, toties in recitationibus ſeu prælectionibus academicis tam prolixæ profeſſionis percurſam, &, ſi aliquem majorem ſermonis cultum admoviſſet, egregie illuſtratam, edidit:

In Quartum librum Magiſtri Sententiarum volumina duo. Antonius Poſſevinus in errore verſatus eſt dum *De Matrimonio* tractatum Petri Ledeſmæ Martino huic tribuit, cujus & Ludovicus Souſa in *Hiſtoriæ ordinis* ſui *Dominicano-Luſitanæ* lib. III. cap. V. cum laude meminit.

Ereptus fuit e vivis anno MDLXXIV. jacetque in majori ſacello ad S. Thomæ collegium, quod ipſe in eadem academia Conimbricenſi ædificaverat.

F. MARTINUS DE LEON, Hiſpalenſis, Auguſtinianus, dum in Peruano tractu peregrinaretur edidit:

Relacion de las Exequias que el Excelentiſimo Señor D. Juan de Mendoza y Luna Marques de Monteſclaros Virrey del Piru hizo en las Honras de la Reina D. Margarita de Auſtria. Limæ 1612. in 4. apud Petrum Merchan.

Reverſus in patriam meruit Puteolanis in regno Neapolitano epiſcopus dari; quo loci cum, rebellante urbis Regiæ populo, exemplumque urbis principis ſequentibus quampluribus regni oppidis, eximia fidelitate magnaque animi præſentia id confecerit, ne vicina lues gregem ſuum invaderet, virum ſic de republica meritum Philippus Rex noſter IV. in Panormitanum archiepiſcopum transferri curavit. Qua in ſede obiit exeunte anno MDCLV.

F. MARTINUS DE LEON, ordinis Prædicatorum, apud Indos ſcripſit, ſed non niſi poſt ejus obitum editum fuit:

Manual breve y forma de adminiſtrar los Sacramentos a los Indios. Mexici 1617. in 8. Sub hoc eodem nomine prodiit:

Modo de enſeñar la Dotrina Chriſtiana a los Indios. 1614. in 8.

F. MARTINUS DE LILIO, Seraphici ordinis Caſtellæ provinciæ, ſcripſit:

De la Oracion mental, y exercicios eſpirituales: duabus partibus, quarum poſterior (ait Lucas Waddingus) auctorem habet Ludovicum de Riaño, Matritenſem. Matriti apud Antonium Martin 1611. in 8.

Florem quoque *Sanctorum* eidem tributum lego.

MARTINUS LOPEZ DE ITURGOYEN, Regius fiſcalis advocatus in auditorio ſeu conventu juridico Limenſi, miſit ad Regem noſtrum:

Relacion del viage que por el eſtrecho hizo Jaques Tremit el año de MDCXXXIII. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica*, tit. XI.

MARTINUS LOPEZ DE LEZANA, neſcio cujus ſæculi homo, haraldum tamen, ſive proprio Hiſpanorum vocabulo Faraute, ducis Medinæ Aſſidonenſis geſſit, ſcriptumque reliquit:

Linages de Eſpaña: quem librum MS. habuit Gundiſalvus Argote de Molina, laudatque alicubi D. Joſephus Pellizerius, chronographus Regius.

F. MARTINUS MARTINEZ, Benedictinus, ſacræ theologiæ magiſter, ordiniſque ſui chronographus, in domo Sancti Æmiliani eum profeſſus, ne deeſſe videretur commiſſo muneri in publica re monaſterii ſui & inſtituti ſcripſit:

Apologia por S. Millan de la Cogolla Patron de las Eſpañas monge de la orden de S. Benito. in 4. Matriti 1642. Cui adjungitur:

Vida de S. Millan eſcrita por S. Braulio Arzobiſpo de Zaragoza traducida en Caſtellano por Fr. Prudencio de Sandoval.

Obiit Pinciæ anno MDCXXXIII. rebus domeſticis illuſtrandis intentus.

MARTINUS MARTINEZ, Cantapetrenſis a loco natali dictus (Cantalapiedra nomen ei eſt in diœceſi Salmantina), ſacræ theologiæ magiſter, qui primus Salmanticæ poſt trecentos ab hujus gymnaſii erectione annos tribus linguis Biblia ſacra interpretatus eſt, impoſitum ſibi munus primarii perpetuique profeſſoris adimplens. Edidit:

Inſtitutiones linguarum Hebraicæ & Chaldaicæ. Salmanticæ apud Gaſt. 1571. in 8.

Hypotypoſeon Theologicarum ſive regularum ad intelligendas Scripturas divinas libros X. ad D. Petrum Pontium Legionenſem, Placentinum epiſcopum. Ibidem 1565. in folio; mutuata nimirum inſcriptione a Clemente Alexandrino & a Sexto Philoſopho. Prohibetur tamen in Tridentinæ ſynodi catalogo librorum hoc opus ex hac prima editione, & ſi quæ aliæ natæ fuerint ante aliam anni 1582.

MARTINUS MARTINEZ DAMPIES, Catalanus forte, Joanni Aragonio, Ripacur-

tiæ comiti, Cataloniæque proregi, nuncupavit:

Translacion del Santo viage de Tierra santa fecho y compuesto por el Reverendo Bernardo de Breindenbach Dean de Maguncia. Cæsaraugustæ 1498. folio. Vertit necnon ex Catalano sermone:

Libro de Albeiteria, que escrivió Manuel Diaz Mayordomo del Rey D. Alonso de Aragon. Cæsaraugustæ 1498. in folio. Prodiit quoque ab eo, lingua Castellana ejus temporis:

Triunfo de Maria: versibus dodecasyllabis (Coplas de arte mayor nos dicimus) & prosa, cum moralitatibus. in 4. Vidit D. Thomas Tamajus.

F. MARTINUS A MATRE DEI, in oppido Castellon de Monegros natus, Carmelitarum Nudipedum sodalis, Cæsaraugustæ, ut fertur, religionem professus, generalisque ut vocant ordinis diffinitor, imo & provinciæ Aragoniæ præfectus, edidit pluribus vertendum linguis:

Practica y exercicio de bien morir. Matriti 1628. in 16. Item hujus tituli librum:

Las tres Asistentes de Jesus: hoc est paupertatem, dolorem & infamiam. Cæsaraugustæ 1654. in 8. Item:

Estaciones del Ermitaño de Christo. Necnon duo alia opera scripsisse dicitur, quæ Latina ejus, qui Latinum scriptorum Carmelitarum Excalceatorum catalogum nuper Romam misit, appellatione laudaverim, nempe:

Arbitrium spirituale. Et:

Chelim Christiferam.

MARTINUS MICHAEL NAVARRO, Turiasonensis, atque ejus cathedralis ecclesiæ canonicus, vir singulari Græcis in literis Latinisque eruditione, excellentis ingenii ac spiritus poeta, quamplura reliquit metricæ hujus artis, manuscripta quidem hactenus, monumenta, quæ in bibliotheca fuerunt D. Antonii de Aragon & Corduba eminentissimi S. R. E. cardinalis, servatque Cæsaraugustæ Hieronymus Martel, hujus ecclesiæ metropolitanæ cantor. Matriti possidebat *Descriptionem Hispaniæ* versibus formatam Latinis, dum viveret, annis superioribus D. Michael Baptista de Lanuza, in supremo Aragoniæ senatu vices protonotarii gerens, sat propriis scriptis notus. Laudant Navarrum Joannes Andreas Ustarrozius Aragoniæ chronographus in *Panegyrico D. Thomæ Tamaji a Vargas*, & in libello *De las medallas desconocidas*, pag. 169. aliique. Cujus & in laudem pueri Christi martyris, Dominici Vallensis, Latinum epigramma Joannes Tamajus, *Hispani Martyrologii* auctor, edidit tomo IV. die XXXI. Augusti. Edita sunt post ejus mortem, cura laudati jam D. Michaelis de Lanuza:

Rimas varias: vulgari carmine elegantissima.

MARTINUS MONTER DE CUEVA, Aragonius, domo ex Osca urbe, juri civili operam dedit Bononiæ, in Clementino Hispanorum collegio die IX. Julii anno MDLXV. cooptatus sodalis, eamque in eo studio progressionem fecit ut, cum in patriam remeasset, jurisprudentiam de superiore loco primarius antecessor ingenti opinione doctrinæ fuerit professus. Deinde ad rempublicam gerendam invitatus summa integritatis laude locumtenentem curiæ Justitiæ, judicem deinde Regiæ audientiæ Aragonensis, hinc anno MDXCVI. fiscalem in supremo Matritensi rerum Aragonicarum consilio, tandemque senatorem gessit. Habemus quidem ab eo sequentia opera:

Ad Rubricam & L. I. D. de officio ejus cui mandata est &c. Bononiæ 1571.

Ad Titulum C. de Pactis Commentaria. Oscæ apud Joannem Perez de Valdivielso 1586. in folio.

Ad Rub. Soluto matrimonio, Commentaria. Bononiæ 1570. in folio.

Decisiones Sacræ regiæ Audientiæ causarum civilium regni Aragonum, discursu theorico & practico compactarum. Cæsaraugustæ 1598. Et Marpurgi in Germania apud Paulum Egenolphum 1601. in folio.

Propugnaculum pro Gymnasio urbis Oscensis: scilicet evitando præjudicio, quod huic scholæ, nova si erigeretur Cæsaraugustæ schola, creabatur: hoc opus ad eos, quorum curæ res erat, direxit. Sed reposuit pro Cæsaraugustanis Joannes Gaspar Ortigas.

Commentaria ad Tit. Si certum petatur. Ac

De Alimentis, inedita, ut suspicamur. Laudat inter alios Josephus de Sesse tomo 2. decissione CLVII. num. 11. & alias.

MARTINUS DE MOROS, civis Bilbilitanus (Calatayud oppidum Aragoniæ regni juxta vulgarem captum intelligo) commentarium reliquit MS.

De la Vida de D. Pedro Cerbuna Obispo de Tarazona: quem laudat Franciscus Blasco de Lanuza in *Historia Ecclesiastica Aragoniæ*.

F. MARTINUS DE MURVA, Cantaber, patria ex Garnica oppido, ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, scripsit:

Historia general de los Ingas del Piru. Circa annum MDCXVIII. cum iconibus vestium, armorum, ceterorumque indumento-

rum

rum ejus gentis coloribus suis distinctis : quæ ex bibliotheca domus Matritensis transiit in bibliothecam D. Laurentii Ramirez de Prado, Regii senatoris, auctoribus mihi fratre Petro a Sancto Cæcilio, ejusdem ordinis, in MS. libello *De Familiæ* suæ *Scriptoribus*, & illustrissimo D. antistite Hydruntino, D. Gabriele Adarzo Santanderio, literis ad me datis.

MARTINUS OLAVIUS, vulgo OLAVI, Cantaber, ex Victoria urbe Alabæ provinciæ metropoli, doctor prius theologiæ Parisiensis, ibique philosophiæ professor, sodalis deinde Jesuitarum, ab Ignatio ipso fundatore susceptus, ac iisdem fere diebus cum eo vivis ereptus, ingenti fuit opinione doctrinæ, cum viveret, scripsitque, ut *Bibliothecæ* auctor ait:

Assertiones de conditione, lapsu & reparatione hominis : & alias itidem collectas ex lectionibus, quas in collegio Romano habuit.

De Justificatione : opus MS. in bibliotheca Ambrosiana Mediolani

Oratio quædam edita est inter Tridentinas, quam coram hoc ecclesiæ senatu, Societati nondum initiatus, dixit.

Modesta quoque *responsio ad Decretum Parisiense a Sorbonicis Doctoribus contra Societatem Jesu in ipsis ejus initiis latum.* Extat in *Historia Societatis*, tom. I. lib. XV. num. 46.

Decessit XVI. kal. Septemb. an. MDLVI.

F. MARTINUS DE PERAZA, Ocaniensis, nobili loco natus, in pubertate Cisterciensium, mox Carmelitarum sodalis, sacræque theologiæ magister. Salmanticæ ex primaria cathedra sacros libros fuit interpretatus, post Cæsaraugustanam similem professionem, Hebræorum linguæ peritus, vigintique fere annis ad populum conciones habuit salutari eloquentia, quæ & in monumentis ab eo relictis spectatur. Nempe in lucem emisit:

Sermones Quadragesimales, y de Resurreccion : duobus voluminibus. Salmanticæ 1604. in 4. apud Artum Tabernier, & Andream Renaut. Barcinone sequenti anno apud Raphaelem Vives & apud Sebast. Cormellas.

Sermones de Adviento y de Santos. Cæsaraugustæ 1600. in 4. apud Angelum Tabanum.

Quadragesimalia duo alia volumina reliquisse in schedis refertur, quorum unum vices agit *Davidicorum Psalmorum*, alterum *Pauli Apostoli Epistolarum* commentarii. Item & *Mariale*. Quod in bibliotheca excellentiss. D. D. Didaci Arce Reinoso, inquisitoris Hispaniæ regnorum generalis, Regique nostro a conciliis status, fuisse referunt Joannes Tamajus in *Martyrologio Hispano*, VIII. die Decembris, & Petrus Alba, Tamajum laudans, in *Militia Conceptionis*. Necnon & doctissima *in Job Commentaria*, quorum editioni intercessit Joannis Pinedæ, Jesuitæ, similis labor in lucem emissus ; si vera sunt quæ de nostro refert *Paradisi Carmelitici* auctor, Marcus Antonius Alegre a Cassanate. Asservantur ea in bibliotheca Salmantina Carmelitarum.

Obiit in eadem domo præfectum agens, sacrorumque Bibliorum in gymnasio primarium interpretem, anno MDCIV. minor quinquagenario.

F. MARTINUS DE PEREA, domo Pacensis, professione Augustinianus, Mexici apud Americos septemtrionales primariam theologiæ cathedram rexit, atque ibi, & in Bætica inde reversus, provinciæ præfecturam administravit. Huic tribuit *Alphabeti Augustiniani* auctor, Thomas de Herrera:

In Regulam Sancti Augustini commentaria: ingenti volumine, quæ an edita sunt haud docet.

D. MARTINUS PEREZ DE AYALA, patriam habuit Hieste, oppidum diœcesis Carthaginensis, aut potius Securam in montanis, quæ ab ea nomen accipiunt, quod scriptum ipse in *Relatione Vitæ suæ* dicitur reliquisse ; natus anno MDIV. nobilibus quidem sed nullarum facultatum parentibus. Quare primoribus literis & grammatica, quam accurate didicit, tanquam instrumento usus fuit ad se ipsum ac viduam matrem necessariis exhibendos, præceptorem ejus artis exercens. Compluti dein philosophiæ theologiæque dedit operam, necnon Salmanticæ in collegio S. Jacobi equestris ordinis, admissus paulo ante ad Uclesianam religiosorum sacræ hujus militiæ familiam & domum. Quo in gymnasio Franciscum Victoriam, Dominicanum, præceptorem sortitus est. Toleti philosophiam, Granatæ etiam theologiam docuit, academicis professionis insignibus utrobique susceptis. Usque dum a Giennensi antistite D. Francisco a Mendoza evocatus, aures sibi pœnitenti ut præberet, viceque illius episcopatum regeret, patronum paulo post in Italiam sequutus, Lovaniique in Belgio residens, Hebraicæ ac Græcæ linguis addiscendis vacavit ; indeque cum quodam Lovaniensi doctore, post Giennensis obitum, destinatus Wormatiam ivit pro Catholica religione tuenda cum hæreticis congressurus. In Belgium postea reversus Antuerpiæ in quodam fratrum cœnobio interpretatus est Paulum Apostolum, atque scribere cœpit celebres illos in defensionem Apostolicarum traditionum commentarios. Profectus inde, Caroli Cæsaris jussu, ad Tridentinam synodum interfuit sessioni, quæ de justificatione divi-

næ gratiæ Catholica expoſuit dogmata. Unde in Germaniam revocatus deligi promeruit ab eodem Cæſare anno ejus ſæculi XLVIII. in Accitanæ eccleſiæ præſulem : quod munus gerens interfuit ſecundo Tridentini concilii, denuo convocati a Julio III. P. M. tribus ſeſſionibus , translatus poſt novem annos ad Segovienſis urbis ſedem. His infulis ornatus tertio Tridentum ivit, magnum illum virum Benedictum Ariam Montanum , ejuſdem ſecum religioſæ familiæ , in comitatu ducens, dum annus verteret LXII. In reditu Valentinæ eccleſiæ archiepiſcopali datus fuit paſtor , cui ſponſæ adhæſit ab anno LXIV. uſque ad LXVI. Valentiæ obiens, ſexageſimo ſecundo ætatis nondum completo , vir longiore vita dignus , Benedictique ejuſdem Ariæ Montani elogio , in præfatione *Itinerarii* Benjamini Tudelenſis , *doctiſſimus ſimul ac piiſſimus , nec linguæ Hebraicæ ignarus* ; item Bernardini Gomezii a Miedes , Albarrazinenſis epiſcopi, in *Enchiridio Podagræ*, vulgari lingua ſcripto, ubi occaſionem mortis ejus refert , *vigilantiſſimus paſtor* ; in monumentis Ucleſienſis ſuæ domus *vir acerrimi judicii & ingenii, religione , literis & doctrina clariſſimus* merito nuncupatus. Princeps nobis relictum ab eo opus illud eſt:

De Divinis , Apoſtolicis , atque Eccleſiaſticis traditionibus , deque auctoritate ac vi earum ſacroſancta aſſertiones , ſeu libri decem: ad Philippum Hiſpaniarum Principem. Coloniæ apud Gaſparem Gennepeum 1549. Pariſiiſque eodem anno apud Audoenum Parvum in 8. De quo Michaelis Medinæ , Franciſcani , viri doctrina celeberrimi , lubet elogium ſubjungere : *Martinus Ayala, Segovienſis epiſcopus* (ait lib. I. *De recta in Deum fide* , cap. IV.), *vir , præter integrum animum & excellens ingenium , veteris eccleſiaſticæ lectionis conſultiſſimus ; quibus dotibus ſic urget hæreticos opere illo de Eccleſiaſticis traditionibus ut , niſi diabolo obſidente oculis animi capti eſſent , aperte viſuri ſint quantum impiæ iſtæ novationes a veteris illius eccleſiæ moribus diſtent.* Reliqua ſunt , Latina quidem:

Commentaria in Univerſalia Porphyrii. Granatæ 1537. in folio.

Hiſpana hæc autem , pietatem promoventia:

Compendio y declaracion de lo que ſon obligados a guardar los Cavalleros de la Orden de Sant Iago , aſi por los votos , fin de ſu orden y diſpoſicion de ſu Regla , como por los eſtatutos y loables uſos y coſtumbres della. Huic accedit:

Un breve Tratado para bien confeſar. Mediolani 1552. in 8. Aliud opus credo eſt:

Compendio para examinar la conciencia. Valentiæ 1582. Antuerpiæque apud Plantinum in 16. Alias *Confeſſionario.* Pampelone 1612. Pinciæque antea 1604. in 16. addita inſuper : *La Proteſtacion de la fee del Maeſtro Caſtañiza.*

El Catecumeno , o Chriſtiano inſtruido. Mediolani 1552. in 8.

Aviſos de bien morir. Mediolani 1552. in 8.

Doctrina Criſtiana para los que entienden ya algo mas de lo que a los niños ſe les ſuele enſeñar comunmente , por modo de Dialogo. Mediolani 1554. in 8. Magnus ille vir , D. Joannes de Ribera , archiepiſcopus Valentinus , edi curavit Valentiæ , quaſi antea ineditum & in ſchedis Martini noſtri repertum , neſcio an diverſum a laudatis , opus hoc titulo:

Cateciſmo : forma & ipſum dialogiſtica. 1599. 4. apud Petrum Patricium Mey. Cur etiam non tribuemus ei:

Concilium Valentiæ celebratum an. MDLXV. *Synodumque* ſequenti : quæ duo typis edidit Joannes Mey ibidem anno 1556. Necnon & ex ejus ſchedis collectum aliud:

Doctrina Chriſtiana en lengua Arabiga y Caſtellana para inſtruccion de los nuevamente convertidos del reyno de Valencia. Ibidem iiſdem typis 1566. in 8? MS. quoque reliquit *Vitæ ſuæ* , quam diximus , *Relationem*, qua uſus fuit Ægidius Gundiſalvi Davila in ejus formando elogio inter Segovienſis eccleſiæ epiſcopos , ac Didacus Colmenares in ejuſdem urbis *Hiſtoria.* Item *Vitam & res geſtas Petri Alphonſi* ſodalis , qui præfectus fuit domorum S. Marci & Ucleſii , integritate morum venerabilis. Hanc Ucleſienſes adſervare affirmavit mihi oculatus teſtis , illuſtriſſimus D. D. Hieronymus Maſcareñas , Segovienſis epiſcopus. Jacet in ſede ſua Valentina in capella S. Petro ſacra ſub hoc epitaphio:

IN SPE RESURRECTIONIS MORIOR.
HIC SITUS EST MARTINUS DE AYALA
ARCHIEPISCOPUS VALENTINUS,
QUI LICET
TRES ECCLESIAS REXERIT
GUADIXENSEM , SEGOVIENSEM,
ET HANC POSTREMO VALENTINAM
IN QUA DECESSIT,
NIHIL TAMEN TULIT ÆGRIUS QUAM
PRÆESSE.
OBIIT NONIS AUGUSTI
MDLXVI.

MARTINUS PEREZ DE UNANOA, patria Valentinus , Jeſuitarum ſodalis , ac theologiæ doctor , quam totos XV. annos Valentiæ docuit , atque aliquot inſuper Barcinone. Rexit collegia Oſcenſe , Cæſarauguſtanum , Valentinum , atque item Valentinam pro-

professorum domum, censor adhæc theologus apud Aragonenses rerum Fidei judices. Hæc ejus opera:

De Ineffabili Sacrosanctæ Trinitatis mysterio Tractatus. Lugduni 1639. in folio.

De Mirabili Verbi Incarnati mysterio commentarius. Ibidem 1643. in folio.

De Sancto Matrimonii Sacramento opus morale Theologicum LX. *Disputationibus divisum.* Ibidem apud heredes Petri Prost 1645. in folio.

De Pœnitentia. Lugduni in folio.

MARTINUS DE QUIÑONES, nescio quis, scripsisse dicitur:

De Temperantia, & Fortitudine. in 4.

F. MARTINUS DE RADA, Navarrus, eremitarum Salmantinæ domus Sancti Augustini sodalis, in occidentalibus Indorum regionibus, necnon & Philippinis ut vocant insulis peregrinatus, Sinis quoque bis, sed frustra, tentatis, scripsisse dicitur:

Itinerario del viage que hizo de Manila a la China. MS. Quod idem opus judico cum:

Sinensis regni descriptione.

Arte y Vocabulario de la lengua China. Auctores sunt Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica*, & Thomas de Herrera in *Historia Salmantino-Augustinianæ domus.*

F. MARTINUS DE RECARTE BENGOCHEA (hæc propria illius appellatio, non de Recalde Bengochea alias ei tributa) Guipuscoanus, ex oppido Ataun Pampilonensis diœcesis, Carmelitarum Matritensium ab anno MDXCVIII. sodalis, inter quos vixit ac vivere desiit anno MDCXLIV. pietatis ac doctrinæ reportata laude. Scripsit:

Del Aborrecimiento del pecado: duobus libris. Matriti anno 1617. apud Alphonsum Martinum in 8.

Instruccion para confesarse. Ibidem 1618.

Parabat prelo, sed Latine:

Solem veræ Legis Dei: tomo uno in folio. Atque item vulgare aliud opusculum:

Consuelo en los trabajos appellatum. Formavit insuper:

S. Isidori Agricolæ Matritensis officium cum octava: aliosque tractatus de variis rebus, sive theologicis, sive politico-christianis. Domestica munera & literarios titulos ambivit nunquam, & vel sibi oblatos non admisit. Parentibus editus fuerat Martino de Recarte & Catherina de Aguilar & Fabra, laudati oppidi de Ataun civibus.

F. MARTINUS DE REQUENA, Augustinianus Excalceatus, in lucem emisit:

Exequias del-Rey Felipe III. en Guaxaca. 1623. in 4. Aliis est Dominicanus, quod scire non multum interest.

MARTINUS DE REYNA, oppidi Aranda, quæ a Durio flumine cognominatur, incola, dedit versum a se, ut jactat, in sermonem vernaculum:

Dechado de la vida humana moralmente sacado del Juego del Axedrez. Pinciæ apud Franciscum Fernandez de Cordoba 1549. 4. Fabulosum advocat hujus operis e Græcia auctorem Xersem philosophum, seu philometorem, quem ait hoc scripto symbolico, tanquam serio luderet, voluisse Regem Babiloniorum Evilmerodach, trucem & injustum, recte gubernandi rationis admonere. Cumque adeo rara sint hujus libri exempla, Latine a quodam e Græco versi, ut non nisi codicem suum, quod usus fuit, & alterum in bibliotheca fratrum Minorum Legionensium viderit, sese, inquit, ut verteret & in vulgus daret, persuasum fuisse.

MARTINUS DE ROA, Cordubensis, Jesuitarum sodalis, puerorum institutioni totos sedecim annos addictus, atque in collegio Cordubensi rhetorum disciplinam, mox & sacras literas professus, ingentem sibi eruditionis, eloquentiæ atque omnigenæ doctrinæ laudem comparavit, vulgaris maxime linguæ puritatis atque elegantiæ nomine in paucis, qui hoc regnum tenent, numerandus. Collegia sodalium rexit Astæ, Hispali, Malacæ, Astigi, Cordubæ, vices præpositi domus professæ Hispalensis, atque item provincialis præfecti totius Bæticæ provinciæ gessit, a qua etiam ivit in Romanam curiam procurator. Plura scripsit Latina & vernacula. Prioris ordinis hæc:

Singularium locorum ac rerum libri v. in quibus cum ex sacris, tum ex humanis literis multa ex Gentium, Hebræorumque moribus explicantur. Cordubæ 1600. in 4. Lugdunique 1604. in 8. Simulque edidit:

De Die natali sacro & profano librum unum. Cui adjungitur:

Singularium locorum liber VI.

Singularium Sacræ Scripturæ volumen alterum, libris..... Lugduni anno 1634. in 8. Utrumque editum nuper fuit Lugduni apud Laurentium Anisson 1667. 8.

De Cordubæ in Hispania Bætica Principatu, & de auctoritate & antiquitate Sanctorum Martyrum Cordubensium, ac de Cordubensi Breviario. Lugduni apud Horatium Cardon 1617. in 4.

Orationem Panegyricam ad Dominum Franciscum de Reinoso Episcopum Cordubensem.

In Abacuc Prophetam, & in *Ps. secundum Commentaria.*

Offi-

Officia Sanctorum Ecclesiæ Cordubensis a Sede Apostolica adprobata.

De Accentu, & recta in Latinis, Hebræis Græcis & Barbaris pronuntiatione. Cordubæ 1589. in 8. Prodiit liber sub nomine Ludovici Petri Francesii, qui patruelem suum Roam nostrum appellat.

Supplementum item *Breviarii Hispalensis* edendum reliquit, ut in *Bibliotheca* legitur *Societatis.*

Hymnos item & *Poemata* quædam.

Vernaculo sermone eleganti hæc:

Vida y maravillosas virtudes de D. Sancha Carrillo. Hispali 1615. in 4.

Vida de D. Ana Ponce de Leon, Condesa de Feria, monja en Santa Clara de Montilla. Hispali eodem anno apud Alphonsum Rodericum Gamarram, ac Cordubæ prius 1604.

Flos Sanctorum, fiestas, y Santos naturales de la ciudad de Cordova, algunos de Sevilla, Toledo, Granada, Xerez, Ecija, Guadix, y otras ciudades, y lugares de Andalucia, Castilla, y Portugal. Hispali 1615. in 4.

Santos Honorio, Eutichio, Estevan Patronos de Xerez de la frontera; nombre, sitio, antiguedad de la ciudad, valor de sus ciudadanos. Hispali 1617. in 4. apud Alphonsum Rodriguez.

Ecija y sus Santos, su antiguedad eclesiastica y secular. Hispali apud Emmanuelem de Sande 1529. in 4.

Malaga, su fundacion, su antiguedad eclesiastica y seglar; sus Santos Cyriaco y Paula M.M. San Luis Obispo sus patronos. Malacæ typis Joannis Rene 1622. in 4.

De las Antiguedades y excelencias de Cordova. 1627. in 4. Atque item vertit ex Latino suo ipsius opusculo:

Antiguo Principado de Cordova en la España ulterior o Andaluz, traducido del Latin y acrecentado en otras calidades eclesiasticas y seglares. Cordubæ 1636. in 4.

De la Antiguedad, uso y veneracion de las Santas Imagenes y Reliquias. Hispali per Gabrielem Bejarano 1613. in 12.

Del Estado de las Almas en Purgatorio. Apud eumdem 1619. in 12. & 1620. Barcinone item apud Sebast. Cormellas 1631. 8. Opusculum Italiæ donatum a Tiberio Putignano, atque item Latio a Joanne Buccceleno, Jesuita, Galliæ item a nescio quo, & Tolosæ typis editum 1645. in 12.

Del Estado de los Bienaventurados en el Cielo, de los Niños en el limbo, de los condenados en el Infierno, y deste mundo despues del dia del Juicio universal. Hispali 1624. Barcinone 1631. in 8.

Oficios y beneficios del Angel de nuestra guarda. Cordubæ apud Salvatorem de Cea Teza 1622. in 8.

Antiguo monasterio de S. Cristoval de la ciudad de Cordova, illustrado.

Discurso de la antigua Ilipa tribuit ei Rodericus Caro in *Chorographiæ Hispal. Conventus* lib. III. cap. XI.

Ex Italico vertit Hispanice:

Vida, Santidad y milagros de Santa Francisca Romana o de Ponciani. Italus auctor est Julius Ursinus, ejusdem Societatis, prodiitque opus, seu compendium a nostro majoris operis factum, Hispali apud Gamarram 1615. in 4. Item ex Latino convertit:

La Instruccion y regla del Bienaventurado S. Leandro Arzobispo de Sevilla a su hermana Santa Florentina. Ibidem apud Mathiam Clavijo 1629. in 4.

Tribui eidem non nescio, quamvis dissimulet *Bibliothecæ* auctor:

La Vida del Herm. Francisco de Moscoso de la Compañia de Jesus, natural de Badajoz.

Manuscriptam quoque *Historiam* reliquit integram *Bæticæ provinciæ Jesuitarum*, Hispano eodem sermone: cujus priorem partem, scilicet quod intercedit ab exordio ipso usque ad annum sæcularem, Granatæ vidimus apud sodales collegii Sancti Pauli; ejus, quod superest, temporis gesta Cordubæ in domo Societatis adservari a fide dignis accepimus. Sub nomine tandem D. Andreæ de Morales Cordubensis decurionis edidisse fertur:

Los Procedimientos de la ciudad de Cordova y fidelidad guardada al Emperador Carlos V. Rey de España en el tiempo de las Comunidades, ut scribit *Bibliothecæ* auctor.

Denatus noster est Montillæ Prieguensis marchionis oppido amplo & divite, quinta die Aprilis anni MDCXXXVII.

MARTINUS DE ROXAS, magistri ordinis equitum Melitensium ad Tridentinam synodum orator, *Concionem* in eo oecumenico consessu habuit VII. die Sept. MDLXIII. quæ inter alias edita est Lovanii, ac nuper Parisiis. Incipit *Cum nuntiis* &c. Castellanus hic natalibus, juris utriusque doctor, cancellariæ hujus religionis regens diu extitit, eo etiam tempore quo vice publica laudatam concionem habuit. Factus inde Melitensis episcopus a Gregorio XIII. ex Regia nominatione, obiit tandem Romæ XIX. Augusti MDLXXVII. *Doctrina virum & prudentia clarum* vocat eum D. Rocchus Pirrus in *Notitia VII. Sicula Ecclesiæ Melitensis.*

F. MARTINUS DE RUEGO, Franciscanus provinciæ Burgensis, cœnobii S. Mariæ Angelorum urbis Sancti Dominici Calceatensis præfectus, scripsit, Waddingo teste:

Purgatorio de la conciencia. Burgis apud Philippum Juntam 1598. in 8.

F.

F. MARTINUS RUIZ, ordinis Minorum provinciæ Castellæ, scripsit, auctore mihi Luca Waddingo:

Directorium & Processionarium Fratrum Minorum. Salmanticæ 1612. nescio an Hispanice.

MARTINUS RUIZ DE MESA, edidit:

Vida del Maestro Juan de Avila.

D. MARTINUS DE SAAVEDRA ET GUZMAN, Calatravensis eques, in regno Neapolitano provinciæ Barensis quondam præses, scripsit, atque ibi edidit:

Discursos de razon de estado y guerra. Trani 1635. in 8.

D. MARTINUS DE SANTOLARIA, Oscensis ecclesiæ canonicus, philosophiæque in ejusdem urbis academia professor, scripsit:

Dialecticam. 1585. Laudat hunc Petrus Salvator Ardevines Isla in sua vernacule conscripta *Mundi fabrica*, lib. II. cap. XIV. lib. III. cap. II. & lib. IV. cap. III. D. Vincentius Joannes Lastanosa *en los Dialogos de las medallas*, pag. 85.

D. MARTINUS DE SARABIA, Pincianus, antecessor, scripsit, ut alicubi lego:

Discursum pro dignitate humanæ naturæ & sapientia Stoica.

D. MARTINUS DE SARABIA, jurisconsultus, Vallisoleti in gymnasio Decretalium & Clementinarum ordine professor, & in dicasterio advocatus publicavit:

Disputationem ad Textum singularem in L. vetus fuit quæstio LXVIII. D. De Usufructu. Pinciæ apud Ant. de Rueda 1648. 4.

Recitationem solemnem ad jurisconsultum Pomponium in L. Quod vendidi XIX. De contrahenda emptione. Ibidem apud Antonium Vazquez de Esparza. in 4.

MARTINUS DE SEGURA, Matritensis, magister, & professor rhetoricæ artis primarius in Complutensi academia, quem Ciceronem Christianum Leander de Granada, Benedictinus, olim discipulus, in libri prologo, cui *Institutionem Confraternitatis Servorum Deiparæ Virginis* inscripsit, doctissimumque magistrum Joannes de Guzman vocant in *Rhetorica*. Scripsit:

Grammaticam Institutionem: quatuor libris Compluti editam 1580. in 8. Didaco Hispaniarum Principi dicatam. In cujus prologo ait eam se formasse ad nutum precesque D. Francisci de Truxillo, præceptoris sui ac Legionensis postea episcopi, *qui non solum divina mysteria, sed has artes* (inquit) *acutissime expendit eo proposito, ut de quibusdam Antonii Nebrissensis erroribus; ab eodem si ultra vixisset, prudens ut erat, retractandis studiosos artis admoneret.* Distinctus hic est ab Alfonso Segura antiquiore, Lucii Marinei Siculi auditore, de quo in altera *Bibliothecæ* parte egimus.

MARTINUS STEPHANUS, domo ex oppido Cenizeros, diœcesis..... Jesuita, edidit in Complutensi collegio:

Compendio del rico aparato y hermosa arquitectura del Templo de Salomon, y de la magestad y grandeza del mismo Rey; averiguase la diversidad de talentos, pesos y medidas, que se hallan en la Escritura. Compluti 1615. 8. apud Joannem Gratianum.

MARTINUS STEPHANUS, vulgo STEVA, præceptor artis grammaticæ Barcinonensis, liberaliumque artium doctor, edidit:

Syntaxim de VIII. partium orationis constructione, novo commentario sive cautionibus quibusdam & Catalana interpretatione adamussim decoratam. Barcinone apud Gabrielem Graells 1614. in 8.

MARTINUS SUAREZ DA CUNHA, Lusitanus:

Orationem Romæ habuit (atque edidit) coram Summo, ut credimus, Pontifice *in die S. Joannis Evangelistæ*, quam dicavit cardinali Aldrobandino. Cardosus.

MARTINUS DE TAPIA, Soriensis, artis musicæ commentaria publici juris fecit, hac inscriptione:

Vergel de Musica espiritual, especulativa y activa, donde se tratan las alabanzas de la musica y despues los artes del canto llano y contrapunto en suma y en theorica. In Burgo Oxomensi 1570. in 4. apud Didacum Fernandez de Cordoba.

F. MARTINUS DE TORNAMIRA, Catalanus ut credimus, in provincia Romana Cisterciensium sodalium sacræ hujus familiæ vota concepit, in qua summis quibusque functus fuit honoribus. Scripsisse quædam dicitur opera, atque item nonnulla ex Hispano Italice descripsisse, quorum non plus notitiæ in præsentiarum dare possumus.

F. MARTINUS DE TORRECILLA, Cappuccinus Castellæ provinciæ, scripsit:

Consultas Morales..... de las proposiciones condenadas por la Santidad de Inocencio Undecimo. Matriti.....

Artium Cursum: tribus tomis.

Li-

Libro de la Tercera Orden. Habere dicitur jam elaborata alia, ſcilicet:

Theologiæ Curſum: tribus tomis.

Morale aliud opus: tribus tomis.

Caſuum ſive Conſultationum ſingularium tomum unum.

Controverſiarum contra Gentiles, Judæos, & Hæreticos tomum unum.

Promptuarium, ſive *Manuale Qualificatorum S. Inquiſitionis.*

Del Orden Judicial: & alia.

MARTINUS VAZQUEZ SIRUELA, Bæticus, ex oppido Alborge prope Malacam, canonicus collegiatæ eccleſiæ Sacri Montis Granatenſis, in quo commoratus theologiam docuit, & omnibus bonis artibus, antiquitatis totius notitia, linguarumque cognitione ingenium acre & ſui juris non mediocriter locupletavit. Vocatus inde fuit Matritum ut Gaſparem Harium, Felichii marchionem, Ludovici de Haro principis, apud Philippum IV. aulici, filium primogenitum, Latinas doceret literas. Quo munere functus portione Hiſpalenſis eccleſiæ in gratiam diſcipuli fuit ornatus. Vixit in ea aliquot annos, non ſolum docti atque eruditi ſed probi ac pii viri fama conſpicuus, & omnibus carus uſque ad fatalem diem Junii menſis primam anni MDCLXIV. quæ paralyſi jam diu præoccupatum, ſibique dumtaxat vicinæque morti intentum, magno omnium bonorum dolore, e vivis abſtulit. Amiciſſimum mihi, dum viveret, caput quam parce ac modeſte potui, veluti de re mea loquutus, collaudavi. Multa hic vir eruditiſſimus obſervavit, in adverſaria retulit, memoria continuit; pauca ad unguem abſolvit, ut fere conſueverat nihil perfunctorie aut per tranſennam, quod ex occaſione offerretur, examinare; unde plurima incepta manſerunt in ſchedis. Elaboraverat Hiſpali agens:

De Sanctis Hiſpalenſibus opus: quo in argumento non plene ei ſatisfecerant Antonius Quintanadueñas, Jeſuita, & D. Martinus Anaya Maldonado. Vidi ego commentarium juſtæ molis *De San Fulgencio hermano de los Santos Arzobiſpos Leandro y Iſidoro, y de los libros que eſcrivió*, ſumma diligentia & accuratione abſolutum.

Expectari fecerat apologiam quamdam nominis ſui adverſus Franciſcum Bilches, Jeſuitam, de *Sanctis Giennenſibus*, & *Hiſtoriæ Beaciæ urbis* ſcriptorem, a quo parum æque tractatus fuerat.

Præfatur eruditiſſime, acutiſſime, elegantiſſime ad Thomæ Hurtadi, Toletani, Clerici Regularis Minoris, *Reſolutiones Orthodoxas morales de vero Martyrio Fidei*, ut ex ungue hoc leonem agnoſcas.

F. MARTINUS DE LA VERA, Hieronymianus monachus in Laurentina Eſcurialenſi domo, quam ſemel atque iterum rexit, necnon & integrum ordinem generalis magiſter, ſcripſit:

Inſtruccion de Eccleſiaſticos previa y neceſaria al buen uſo y practica de las ceremonias, muy util y provechoſa para ecleſiaſticos y ſeculares para ſaber como han de adorar a Dios en lo divino, y honrar a los hombres en lo politico: ad Philippum IV. Hiſpaniarum Regem. Anno 1630. in 4. De rebus mathematicis, cujus doctrinæ callens & curioſus non mediocriter fuiſſe dicitur, nonnullis monumentis atque artis inſtrumentis in bibliotheca Eſcurialenſi relictis.

Obiit Abulæ in collegio, cui præerat, XXIII. Junii MDCXXXVII.

MARTINUS DE VIANA, artium & ſacræ theologiæ profeſſor ſub Alexandro VI. Papa, cum a ſacris eſſet Romæ cardinali Sancti Georgi, ſedis Apoſtolicæ camerario, edi curavit Romæ, quas in ea Urbe habuit orationes, ſcilicet:

De Chriſti ad cælos aſcenſione habitam coram Alexandro VI. anno MCDXCIV.

In Die Cinerum in eodem loco anno MCDXCVI.

In Die Sanctiſſimæ Trinitatis ibidem MCDXCIV.

In Feſto S. Thomæ de Aquino in templo S. Mariæ ſuper Minervam ad Cardinalium Collegium anno MCDXCVI.

MARTINUS DE VICIANA, Valentinus, ex Burriana oppido, parentem habuit Martinum alium Vicianam, Ferdinandi Aragonii Cæſarauguſtani antiſtitis œconomum, Calatravenſem equitem, in populari tumultu pro tuenda patroni ſalute anno MDXXII. interfectum; officium ipſe propriorum ſtudiorum patriæ impenſurus Valentinorum res geſtas & origines, virorumque nobilium ſtemmata quadripartito opere digeſſit, nempe quatuor libris ſcribens:

Coronica de la Ciudad de Valencia y ſu Reyno. Valentiæ 1564. in folio duobus tomis: ſeorſim tamen editus eſt: *Libro quarto de la Cronica de la inclyta Ciudad de Valencia, en el qual ſe contienen las diſcordias, guerras y muertes cauſadas por la conjuracion plebeya nombrada Germania, y como fenecio, y fue el reyno reſtituido en paz y ſoſiego.* Barcinone anno 1566. in folio.

Alabanzas de las lenguas Hebrea, Griega, Latina, Caſtellana y Valenciana. Valentiæ apud Joannem Navarro anno 1574. in 4. Scripſitne ultra hæc: *Tratado de los Reyes de Aragon?* Ego affirmare vix auſim an diſtin-

ſtinctum aliquid ab *Hiſtoria Valentina* ſignificaverit D. Philadelfus Muñoz, qui tractatum iſtum laudat tomo I. *Theatri Genealogici Siciliæ*, pag. 247.

Libro de los Linages: forte Valentini regni Gandiæ duci dicatum laudat Gaſpar Eſcolanus lib. VI. *Hiſtoriæ* hujus regni, c. XXIII. num. 4.

F. MARTINUS DE VILLANUEVA, natus in oppido La Roda, dioeceſis ..... ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſacræ theologiæ doctor Complutenſis, poſtquam ..... annis in hac univerſitate theologiam e ſuperiore loco tandemque e cathedra docuiſſet, die ..... anni MDC ...... ad eccleſiam Cajetanæ urbis in Neapolitano regno fuit promotus, indeque ad Rhegienſem metropolitanam die .... MDCLXXV. translatus, quam hodie regit, doctrina vir & religioſa vita, ſuaviſſimiſque moribus hoc honore aliiſque admodum dignus, edidit:

Proclamacion a Chriſto Crucificado en tiempo de la Peſte de Sevilla el año de 1659. Toleti.

Panegyrico al Cardenal D. Fr. Franciſco Ximenez de Ciſneros en el colegio mayor de Alcala.

Las Honras que hizo la Univerſidad de Alcala al Rey D. Felipe IIII.

D. MARTINUS DE XIMENA JURADO, natus in oppido Villanueva de Anduxar, Giennenſis dioeceſis, eminentiſſimo S. R. E. cardinali, Toletanoque præſuli, D. Balthaſari de Moſcoſo & Sandoval a ſecretis, hujuſque metropolitanæ ac primatis eccleſiæ portionarius, ſcripſit accurate:

Catalogo de los Obiſpos de las Igleſias Cathedrales de la dioceſis de Jaen, y Annales Eccleſiaſticos de ſu Obiſpado. Matriti apud Dominicum Garſiam 1654. in folio. Promiſerat *Catalogum* alterum *virorum pietate ac literis illuſtrium* ejuſdem dioeceſis. In bibliotheca comitis de Villaumbroſa fuit:

Kalendario Menologio de los Padres Griegos compueſto por Gilberto Genebrardo, con annotaciones de Baronio, o del Doctor Juan Molano recogido por Martin Ximena Jurado. MS. De quo libro *Menologio* his notis signato nihil dicere habeo.

MARTINUS XIMENO, Aragonius, Darocenſis, ibidemque profeſſor grammaticæ artis, edidit:

Inſtitutiones Grammaticas. Compluti 1574.

MARTINUS DE ZEAORROTE, ex Clericis Regularibus Minoribus, domo ex oppido Miranda de Arga regni Navarræ, edidit librum ſpiritualem ita inſcriptum:

Dios contemplado, y Chriſto imitado, Practica de la Oracion mental. Matriti 1672. apud Matthæum de Eſpinoſa. in 4.

MASSEUS.

F. MASSEUS, Luſitanus, ordinis fratrum Minorum provinciæ Pietatis, domo ex oppido Campomajori Tranſtaganæ ditionis, olim ante ſuſceptum Franciſcanum ſchema Emmanuel de Sylva Tellez in ſæculo dictus, generiſque nobilitate conſpicuus, ſcripſit:

Summario de Confeſſores. Semel iterumque necnon & tertio Conimbricæ, juſſu Joannis Soarezi epiſcopi, anno 1571. editum. Cardoſus. Hunc inter *Anonymos* laudamus.

MATHIAS.

D. MATHIAS DE AGUIRRE, Aragonenſis, doctor theologus Oſcenſis lycei, atque ejuſdem rector, in ejuſdem urbis eccleſia archidiaconus de Vallibus, edidit:

Conſuelo de Pobres, y remedio de Ricos: en que ſe prueba la excelencia de la limoſna. Oſcæ apud Franciſcum Larrumbe 1664. in 4.

D. MATHIAS DE AGUIRRE DEL POZO & FELIZES, Aragonius, ſcripſit:

Navidad de Zaragoza repartida en quatro noches. Cæſarauguſtæ apud Joannem de Ivar 1634. in 4.

MATHIAS DE BOCANEGRA, Angelopolitanus, e Mexicano regno, Societatis Jeſu concionator, ſcripſit:

El Viage del Duque de Eſcalona, Virrey de Mexico por tierra y mar. Mexici 1640. in 4.

Hiſtoria del auto general de la Fee, celebrado en Mexico el año de MDCLII. Ibidem.

Sermones: qui ſeorſim editi ſunt plures.

Denatus eſt Mexici MDCLXVIII.

MATHIAS BORRULL, Valentinus, ex urbe regni principe, Jeſuitarum ſodalis, ſacræ theologiæ in collegio ejuſdem urbis primarius profeſſor, ſcripſit hactenus:

Divinam ſcientiam futurorum contingentium, præcipue mediam, contra noviſſimas impugnationes defenſam: adverſus Hieronymum Vives, Dominicanum, civem ſuum. Lugduni apud Philippum Borde & ſocios 1656. in 4.

Tractatum de voluntate Dei. Ibidem apud Joannem Antonium Huguetan & Marcum Antonium Ravaud 1661. in 4.

De Myſterio Trinitatis. Ibidem 1662. in 4.

Tractatus duos de Eſſentia & attributis, & de viſione Dei, cum Prooemialibus Theologiæ. Ibidem apud Philippum Borde & ſocios 1664. in 4. Alia expectantur.

MATHIAS CASTANHO DE FIGUEIREDO, Luſitanus, ex nobili oppido Aveiro, doctor theologus, ſcripſit:

De S. Joſepho volumen unum, *ſermonum* forſan. Et:

De Sanctis alterum. Quæ duo ſequutum fuit tertium, opus hactenus ineditum, ſcilicet:

Excellencias das Quinas de Portugal. In 4. Georgius Cardoſus.

F. MATHIAS DE S. FRANCISCO, ordinis S. Franciſci Excalceatorum, propagandi Evangelii deſiderio incenſus, primum in Philippinas uſque inſulas, indeque reverſus ad Marochii regnum, una cum Joanne de Prato ſacerdote, Geneſioque Ocanienſi laico, hujuſmet palmæ ſectatoribus, penetravit. Quo loco, cum glorioſiſſimum Prati ſodalis ſub immani tyranno agonem oculis hauſiſſet, ipſe quoque verberibus pene confectus eſt. Sed aliquando ad nos reverſus Xequii, hoc eſt Regis, legatus, optimis moribus Principis, religionique & rebus noſtris minime infenſi, qui fratri interfecto ſucceſſerat, ſacram hanc expeditionem literis mandavit ſcribens:

Relacion del viage eſpiritual y prodigioſo que hizo a Marruecos el Venerable Padre Fr. Juan de Prado Predicador y primero Provincial de la provincia de San Diego de Andalucia. Matriti 1644. in 4.

MATHIAS GARCIA, medicus doctor Valentini gymnaſii, in eoque olim theoricæ, ut vocant, mox anatomicæ artis ex propria cathedra profeſſor, ſcripſit:

Diſputationes Medicinæ ſelectas: hoc eſt, *De Venenis. De Antidotis. De Opio. De compoſitionibus opiatis. De Venenis in particulari. De Motu cordis. De motu arteriarum. De motu ſanguinis*. Lugduni apud Petrum Bourgeat 1677. in folio.

Diſputationes Phiſiologicas. Valentiæ typis viduæ Benedicti Mace 1681. folio.

D. MATHIAS GUERRA DE LATRAS, Americanus, juriſconſultus & in Hiſpalenſi S. Mariæ collegio majore ſodalis, ibique in academia profeſſor Cæſarei juris & Canonici, quem nos docentem aliquando audivimus, edidit lectiones, quas cathedrarum candidatus in petitione earum Salmanticæ recitaverat, hoc titulo:

Opinionis pericula Salmanticæ ſublata &c. Barcinone 1636. in 4. Itemque:

De Legibus & Armis Tractatum. Salmanticæ 1633. Rediit in Americam reipublicæ quodam munere ornatus.

MATHIAS DE LERA, chirurgicæ artis magiſter, edidit:

Practica de fuentes. Matriti 1657. ſive de ruptoriis ut vocant. Nuper prodiit ibidem 1671.

MATHIAS DE LLERA, Cæſarauguſtanus civis, philoſophiæ ac medicinæ artis doctor, & in ejuſdem urbis gymnaſio profeſſor, Caroli II. noſtri Regis, & Joannis Auſtriaci ejus fratris Matriti medicus, edidit:

Clavim totius Medicinæ. Lugduni apud Claudium Bourgeat 1674. in folio.

Obiit circa annum MDCLXXX. quinquagenario adhuc junior, Matriti.

MATHIAS DE PORRAS, doctor medicus, edidit, in India occidentali manens, inde forſan domo:

Breves advertencias para beber frio con nieve. Limæ Indorum 1621. in 8. Promiſerat aliud opus hoc titulo:

Concordancias medicinales de entrambos mundos.

MATHIAS DE LOS REYES, Matritenſis, ad exemplum Trajani Bocalini, monitionum ſeu exemplorum moralium libellum ita indigitavit:

Curial del Parnaſo. Matriti 1624. in 8. Scripſit item hujus tituli opus:

Para algunos. Ibidem 1640. in 4. ut opponeret ambitioſo Joannis Perezii Montalbani alterius libri titulo *Para todos*. Idem ne an alius eſt qui eodem nomine ſcripſit:

El Menandro. Giennii 1636?

MATHIAS DE SOSA, vel SOUSA, Luſitanus, Jeſuita, aliquot annis apud Indos in Goana urbe Bazaini, atque alibi, cum fructu demoratus, ad patriam reverſus collegium Scalabitanum rexit, Matritique provinciæ ſuæ negotia procuravit. Hic ſcripſit:

Compendio de lo ſucedido en el Japon deſde la fundacion de aquella Chriſtiandad, que empezó año de MDXLIX. y relacion de los Martyres que padecieron los años de MDCXXIX. y MDCXXX. ſacada de las cartas de los PP. de la Compañia que alli aſiſten. 1633. in 4.

Obiit Oliſipone 1. Julii MDCXLVII.

MATHIAS XIMENEZ, Calagurritanæ eccleſiæ aut canonicus aut portionarius, aucto-

ctore mihi Ægidio Gonzalez Davila in *Theatro* istius *Ecclesiæ*, edidit:

Sermones de Adviento, y Quaresma.

MATRITENSE

COLLEGIUM SOCIETATIS JESU, emisit foras suo nomine:

Libro de las honras que hizo a la Emperatriz Doña Maria de Austria fundadora del dicho colegio en XXV. *de Abril de* MDCIII. Matriti eodem anno. in 4.

MATTHÆUS.

MATTHÆUS ALEMAN, Hispalensis, e ministerio Regiarum sub Philippo II. Rege Catholico tractandarum Rationum, quod munus ei ex aliqua parte fuerat commissum, ad privatam vitæ conditionem sponte declinans, otium coluit liberalibus studiis, unde ingeniosa valde utiliaque varii generis quædam scripta prodierunt, cum humaniores disciplinas olim didicisset curiose intenteque, nimirum:

San Antonio de Padua: hoc est, sanctissimi hujus viri res gestas. Hispali anno 1604. in 4. Cui præmittitur *Encomiasticon in eumdem*, Latinis versibus, haud inelegans. Valentiæ item 1608. in 8. Edidit quoque, Luciani inventum sequutus, qui gloriabatur sese primum apposuisse risum comicum sub philosophica gravitate (nempe in *Dialogo*, *Prometheus est in verbis*):

Vida del Picaro Guzman de Alfarache: duabus partibus. Matriti 1599. in 4. Bruxellæ apud Bellerum 1600. in 8. iterumque 1605. Tarracone & Cæsaraugustæ, Mediolanique uno & eodem anno 1603. in 8. Burgis apud Varesium 1619. in 4. tandem Matriti 1641. in 4. Hanc Italice dedit a se conversam Barezus Barezi, Cremonensis, Venetiis 1615. in 8. & 1616. in 12. Gallica quoque prodiit cum Parisiis 1625. tum Rothomagi 1646. in 8. & Anglica Londini 1622. *Proscenii vitæ humanæ partem secundam sub persona Gusmani Alpharachi* Gaspar Ens formavit, Coloniæ editam 1624. 8. quam intelligo Latinam secundæ hujusce operis partis versionem. Impetrare a me non possum quin subjiciam hic, in hujus operis laudem, dialogisticum Vincentii Espineli, Rondensis, clari utraque lingua Latina vulgarique, epigramma:

Quis te tanta loqui docuit, Gusmanule? Quis te
Stercore submersum duxit ad astra modo?
Musca modo & lautas epulas & putrida tangis
Ulcera. Jam trepidas frigore, jamque cales.
Jura doces, suprema petis, medicamina curas,
Dulcibus & nugis seria mixta doces.
Dum carpisque alios, alios virtutibus auges;
Consulis ipse omnes, consulis ipse tibi.
Jam sacræ sophiæ virides amplecteris umbras;
Transis ad obscenos sordibus inde jocos.
Et modo divitiis plenus, modo paupere cultu,
Tristibus & miseris dulce solamen ades.
Guzm. *Sic specie humanæ vitæ, sic præfero solus,*
Prospera complectens, aspera cuncta ferens.
Hac Aleman varie picta me veste decorat:
Me lege desertum, tuque disertus eris.

Certum quidem esse debet in occidentales Indos, hoc est Mexicanam Novæ Hispaniæ urbem, aliquando venisse nostrum Matthæum, cujus rei testimonium extat in eo, quem in ea urbe librum edidit:

Ortografia Castellana inscriptum, typis Hieronymi Balbi 1609. in 4.

Algunas traduciones de Horacio, Cardonæ duci nuncupatas, in schedis MSS. vidisse se refert D. Thomas Tamajus.

F. MATTHÆUS BOTIJA, ordinis Minorum ex Carthaginensi provincia, ejusdemque ex munere concionator, vulgare fecit:

El Espejo de disciplina de S. Buenaventura con el Tratado del Aprovechamiento de los religiosos. Murciæ 1625. Virum egregie versatum in antiquis numismatibus, inscriptionibus & arcanis scribendis notis Lucas Waddingus appellat.

F. MATTHÆUS DE BURGOS, Franciscanus Reformatus provinciæ Sancti Pauli, edidit:

Discursos Evangelicos. Matriti 1599. Luca Waddingo auctore.

MATTHÆUS DE CRUCE, Mexicanus, Angelopoli natus, Jesuita, Mexici in curia philosophia & sacris literis aliquandiu explanatis, concionandi munus in patria laudabiliter exercet. Scripsit:

Historia de la Aparicion de la milagrosa Imagen de Nuestra Señora de Guadalupe cerca de Mexico. Item:

Conciones complures: præter alia opuscula amoenæ eruditionis.

MATTHÆUS DONIENSIS ORMAZIUS (ita inscriptus operi, de quo jam dicimus, legitur) Medinensis forte (cognomina vulgaria sunt Dueñas Ormaza, locusque natalis Medina campi, quæ princeps est aliarum cognominum) ignotus est mihi aliunde quam ex libro hujus nuncupationis, quem foras emisit, sacræ theologiæ doctoris titulum præ se ferens:

De Instrumento Instrumentorum, sive de Dialectica libri VI. ad Pium V. P. M. Venetiis 1569. in 8.

MATTHÆUS FERNANDEZ NAVARRO, Toletanæ urbis pharmacopola, scripsit:

Floresta espiritual con un Auto Sacramental. Ibidem apud Thomam de Guzman 1617. in 8.

F. MATTHÆUS FLECHA, Catalanus, ex Prades oppido dioecesis Tarraconensis, ordinis Carmelitarum, Valentiæ in eum receptus. Musicæ artis cum esset peritissimus, Caroli V. Imperatoris musicorum fuit choragus, sive cappellæ ut vocant magister; eidem carissimus, ex Thianensi apud Ungaros, sive Benedictina, sive Cisterciensi abbatia, ad Portellensem in Catalonia ordinis Benedictinorum claustralium dioecesis Celsonensis anno 1599. adsumptus, ubi xx. Februarii MDCIV. obiit. Sixto V. Papæ carus & ipse fuisse dicitur. Edidit:

Musicalia plura: variis libris, qui tum in Hispania, tum in Gallia vulgati sunt. Hæc Cassanate in *Paradiso Carmelitici decoris.* Nos hæc novimus:

Divinarum Completarum Psalmi, lectio brevis & Salve Regina cum aliquibus Motetis. Pragæ 1581. in 4. apud Georgium Nigrinum.

Las Ensaladas de Flecha Musico de Capilla que fue de las Serenisimas Infantas de Castilla, recopiladas por Fr. Matheo Flecha su sobrino con algunas suyas y de otros autores por el mismo corregidas. Ibidem eodem anno.

MATTHÆUS GALINDO, Mechoacanensis in regno Mexicano, Jesuitarum sodalis, apud quos rhetoricæ, philosophiæ & sacrarum literarum interpres fuit, rectorque collegiorum in urbe Potosi, & Angelopolitani, eruditus vir & religione præstans, scripsit:

Grammaticam & Syntaxim Latinam: duobus libellis. Mexici.

Librum Emblematum, Hieroglyphicorum, & Carminum, quibus exceptus est prorex, marchio Villenæ. Angelopoli 1639.

Obiit IX. Martii MDCLXVII.

MATTHÆUS HOMEN LEITAON, Lusitanus, Brigantinus, quomodo se ipse vocat, olim juris professor, deinde curiæ Bracharensis senator, posteaque inquisitor Apostolicus, cum Eborensis, tum Conimbricensis, vulgavit:

De Jure Lusitano tomum I. in tres *Tractatus* divisum. I. *de Gravaminibus.* II. *de Securitatibus.* III. *de Inquisitionibus.* Conimbricæ 1645. in folio.

De Conscientia veram & singularem considerationem: quam editam Parisiis novimus typis Sebastiani Cramoysi 1653. in 12.

MATTHÆUS DE JUVIAR, nescio quis, edidit:

Peso y contraste; Avisos exemplares y politicos. Matriti 1650.

MATTHÆUS LOPEZ BRAVO, Philippi Quarti Regis nostri, excolendæ semper memoriæ, Fabricarum & Nemorum judex (Juez de obras y bosques vulgare nomen est) scripsit eleganter:

De Rege & regendi ratione. In 4.

Immatura morte obiisse eum Petrus de la Escalera Guevara in libello *De los Monteros de Espinosa*, fol. 46. non sine exaggerata laude ejusdem, nos docuit.

F. MATTHÆUS LORET, latine LAURETUS, Catalanus ex Cervera nobili oppido, Benedictinus, abbas S. Salvatoris de Castellis, scripsit adversus Joannis a Bosco in *Bibliotheca Floriacensi* propositum, cum in Cassinensi monasterio esset:

De vera existentia corporis S. P. Benedicti in Cassinensi Ecclesia, deque ejusdem translatione. Neapoli apud Joannem Baptistam Subtilem 1607. in 4.

Leonis Hostiensis Chronicon Cassinense, cum notis. Ibidem apud Tarquinium Longum 1616. in 4. sed abnormi licentia in re usus, ut *non tam Leonis historiam, quam errorum Odysseam* edidisse videatur, ut verbis loquar Angeli de Nuce, abbatis Cassinensis, in prologo ultimæ editionis ejusdem *Chronici*, quod Clementi IX. P. M. nuncupatum prodiit Lutetiæ, superiore anno 1668.

MATTHÆUS DE MOYA, in oppido El Moral Castellæ Novæ editus, Jesuita, Compluti primariam theologiæ cathedram in collegio administravit, ibique, diligenter annotatis morum doctrinæ articulis, in quibus recessisse Societatis Jesu doctores ab antiquorum sententia districtoque rigore, conscientiisque habenas relaxasse vulgo ferebatur, adscititio usus nomine Amadæi Guimenii Lomarensis, elucubravit opus satisfactorium pro sodalium doctrina, quam in omnibus suis partibus assertorem ex antiquis, maxime Dominicanis, non unum aut alterum habere, adductis eorum testimoniis, ostendere conatur. Libri titulus:

Adversus quorumdam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones morales. Bambergæ, ut sonat, atque iterum Panhormi apud Nicolaum Bua anno 1657. in 4. Sed hunc librum primum excudit Panhormi in Sicilia, cum eo venisset proregi, Ursaonensi duci, a confessionibus sacramentalibus minister. Hinc Valentiæ prodiit, tertioque Matriti, quartum demum Lugduni. Opus istud creditum falso fuit Theophyli Rainaudi esse a Vincentio Baronio, Dominicano, ut sæpius in-

innuit adversus Guimenium scribens. Quod advertit & opprobrat eidem Baronio Honoratus Faber *De Opinione probabili dialogo 6.* Ejusdem, ut credimus, Moiæ est liber ejusdem argumenti, Hispanus, D. Joannis del Aguila inscriptus nomine, sub hoc titulo: *Ladreme el Perro y no me muerda*, hoc est, *Allatret mihi canis dummodo haud me mordeat*: in quo primum auctoribus antiquis, præcipueque Dominicanis, opiniones tribuuntur, quas moderni quidam solent Jesuitis exprobrare. Qui quidem liber responsionem continet alterius, ficto Gregorii de Esclapes nomine, publicati operis, atque ita inscripti *Manifiesto a los fieles de Christo de las Doctrinas perversas que enseñan, defienden, y practican universalmente los Jesuitas.* Et quidem aquilam excepit adversarius Dominicanus aliquis, qui se vocari Franciscum de Pietate voluit, scripto opere, cujus hic titulus *Theatro Jesuitico, Apologetico Discurso con saludables y seguras doctrinas necesarias a los Principes y Señores de la tierra*, adscititio etiam typographi & loci nomine, anno 1654. in 4. Quæ omnia ante oculos habuisse Moiam credimus cum, Guimenium induens, tertio inde anno, scilicet 1657. librum suum edidit *Adversus quorumdam expostulationes* &c. de quo agimus. Edidit post plures annos:

Selectas Quæstiones ex præcipuis Theologiæ moralis Tractatibus. De Opinione probabili. De Religione. De Pœnitentia. De aliis Sacramentis. De Censuris, & ex aliis miscellaneas. Matriti Regiis typis 1670. in folio. Fertur ejus quoque:

Ad S. Congregationis Indicis Eminentiss. ac Reverendiss. DD. S. R. E. cardinales supplex libellus, quem ad pedes provolutus, Amadeus Guimenius exponit. Extat hic in *Apologetico Doctrinæ moralis Societatis Jesu* Honorati Fabri, amici nostri, pag. 439. excusus primum, ut suspicamur, in Hispania. Matriti cum hæc scribimus agit serenissimæ Mariæ Annæ Austriacæ, Hispaniarum Reginæ, a confessionibus sacramentalibus minister.

F. MATTHÆUS A NATIVITATE, quem Lucas Waddingus, forsanque ipse alicubi se, Amphitrianum vocat (patria ex oppido Hita Castellæ Novæ ego interpretor, doctus quam alte insederit nostrorum corda hominum pseudo-Dextri geographia nugacissima) ordinis Minorum Reformatæ provinciæ S. Pauli, theologiæ in ea lector, typis edidit:

Cathedra de la Cruz: de las siete palabras que Christo Señor Nuestro habló en ella. Pinciæ 1639.

Minerva Eucharistica: Arbol de la vida con doce frutos distribuidos y acomodados a los doce meses del año. Matriti apud Joannem Sanchez 1644. in 4. Volumen hujus magnum se vidisse, eoque usum fuisse in conficiendo *Armamentario Seraphico* Petrus Alba in *Militia Conceptionis* nos docuit, scilicet ita nuncupatum:

Allegatio sacra pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ. Habere quoque eum prelo paratos:

De virtutibus & excellentiis B. Virginis Mariæ libros XXVI. aliquot tomis distinctos; itemque editioni parare alios libros, variosque tractatus *Paræneticos, Asceticos, Morales, Historicos, & Poeticos, Chroniconque* collegisse *suæ provinciæ*, cœnobia, ceteraque ejus mentione digna comprehendens, Lucas Waddingus annotavit in *Scriptoribus* suis *Franciscanis.*

MATTHÆUS PATIÑO, jurisconsultus, in Neapolitano regno Militum judex (auditorem generalem vocant) deinde dicasterii S. Claræ senator, scripsit:

Tratado del Juez y privilegios de los Soldados, defendiendo una Prematica del Conde de Lemos Virrey de Napoles. Neapoli apud Lucretium Lucium 1614. in 4.

F. MATTHÆUS PINEDO, Minimorum sodalis, edidit:

Compendio de la vida de S. Francisco de Paula. Matriti 1651. in 8.

MATTHÆUS DE PRADO, Regii nescio cujus ministri, cui Sabaudica legatio obtigerat, a secretis erat, cum Italicum Sebastiani Querini, Niniæ præsulis, librum hoc titulo edidit vulgari nostro sermone:

Manual de Grandes. Matriti 1640. in 8. Axiomata scilicet ex Tacito politico-Christiana.

F. MATTHÆUS RENZI, si non exter est, apud nos manens scripsit:

Alabanzas de la Sagrada Escritura: ad comitissam de Olivares. in 4.

El Perfecto Privado. in folio.

Carta en alabanza de las mugeres. in 4. Cuncta hæc asservabantur MSS. in bibliotheca Olivariensi.

MATTHÆUS DE RIBAS OLALLA, vertit e Latino Pierii Valeriani tractatum, qui est:

Defensa de las barbas de los Sacerdotes. Hispali apud Alphonsum Rodriguez Gamarra 1609. in 8.

F. MATTHÆUS DE SALZEDO, Franciscanus ex Tertio Ordine, edidit carmine, ut credimus:

Pos-

Postrimerias del Hombre, *enemigos de la alma y alabanzas del Santissimo Sacramento.* 1610. in 8. apud Joannem de la Cuesta. Item:

Luz de la Oracion mental. Matriti 1614. in 16. apud Cosmam Delgado.

MATTHÆUS DE SALZEDO (nescio an ab hoc alius) presbyter, edidit:

Mercedes de la Reyna del Cielo, *y excelencias del nombre de Maria.* Matriti 1629. 8.

MATTHÆUS SANCIUS (SANCHO ne vulgo, an SANCHEZ vertam nescio) Cæsaraugustanæ ecclesiæ canonicus, libellum edidit:

Summarium Capitulorum Sacrosancti Concilii Tridentini De Reformatione, *cum aliquibus Sac. Congregationis & Rotæ Romanæ Decisionibus.* 1620.

F. MATTHÆUS DE SOUSA, Lusitanus, Olisiponensis, Seraphicæ familiæ sodalis ex provincia Sancti Jacobi, in Salmantina domo primam theologiæ cathedram diu tenuit, lector ut vocant emeritus, & provinciæ suæ præfectus, publicavit:

Optatam diu Articulationem & Illustrationem Oxomensem libri Primi Sententiarum Scoti Doctoris subtilissimi, *cum fidelissima integritate & puritate literæ textualis ejusdem ad articulorum præclarum D. Thomæ modum redactæ*, *cum commentariis & quæstionibus.* Salmanticæ 1629. in folio, duobus tribusve voluminibus.

MATTHÆUS SUAREZ, Lusitanus, Bracharensis, jurisconsultus, edidit:

Practica de Visitadores. Olisipone 1602.

F. MATTHÆUS DE VILLAROEL, Matritensis, ordinis S. Mariæ de Mercede, vir valde pius, & spiritualis vitæ industrius præceptor, scripsit:

De la Necesidad de la oracion y frequente comunion. Nescio an diversum sit opus, id quod laudari etiam video, sic inscriptum:

Reglas muy importantes para el exercicio de la frequente oracion.

MAURITIUS.

MAURITIUS DE ALCEDO, Cantaber ex valle Subportæ (Sopuerta vulgo appellant) juris Canonici doctor, protonotarius judexque Apostolicus, & in curia Regia supremoque Castellæ senatu causarum patronus, edidit:

De Excellentia Episcopalis dignitatis, *deque Episcopi functionibus ac potestate in credita sibi Ecclesia regenda*, *visitanda*, *administranda*; *necnon de generalis Vicarii auctoritate ac muneribus.* Lugduni apud Guilielmum Durand 1630. in 4. Idem, ut suspicor, sub nomine Mauritii de Alcedo & Avellaneda, scripsit:

Jerusalem cautiva, *y motivos para su destruicion*; *sucesos y entrega de los Santos lugares de la Palestina a la Religion de San Francisco y el directo dominio*, *que sobre ellos el Rey nuestro Señor D. Felipe IV. tiene*: *discursos de quan acepta es a Dios la limosna que hacen los fieles a su santo sepulchro.* Matriti 1642.

F. MAURITIUS DE LEZANA, ex regno Castellæ oriundus, ordinis Prædicatorum, in collegio Gregoriano Pincianæ urbis studiorum olim præfectus, provinciam Aragonensem aliquando rexit, ediditque Matriti:

In Primam Partem S. Thomæ controversias Theologicas: scilicet primum earum volumen. Tria alia inedita reliquit moriens in domo Matritensi Deiparæ Virginis de Atocha circa annum MDCLXVII.

MAURUS.

D. MAURUS DE CASTELLA FERRER, Valentino non obscuri sanguinis patre, Gallæca autem matre, in Gallæcia natus, a primis usque artis grammaticæ rudimentis vacavit studio literarum Salmanticæ, rhetoricam & philosophiam, sacros canones, theologiæque non parum a Joanne Vincentio Prædicatorum, Ludovicoque Legionensi Eremitarum professoribus excipiens. Militiam hanc, ad annum deveniens superioris retro sæculi octogesimum octavum, Britannica cum navali expeditione commutavit, aliisque deinde locis bellum sequutus est. Tandem dum quamdam gereret militarem præfecturam in territoriis Auriensi & Cellanovano regni Gallæciæ, historiam a se vicennii spatio elaboratam, nedumque in agone ipso bellico intermissam, foras dedit, scilicet:

Historia del Apostol de Jesu Christo Sant-Iago el Zebedeo Patron y Capitan general de las Españas. Matriti apud Alphonsum Martinez Balboa 1610. in folio, Rege ipso Philippo III. sumptus mille ducatorum subministrante.

MAURUS DE ROBOREDO, Lusitanus, scripsit vernaculo gentis sermone:

Porta de Lingoas, sive januam linguarum: pro intellectu trium linguarum Latinæ, Lusitanæ, Castellanæ. Olisipone anno 1623. in 4.

F. MAURUS DE SOMOZA..... Benedi-

dictinus, facræ theologiæ Salmantinus magister doctissimus, supremo rerum Fidei senatui a censuris theologicis, in laudata nuper academia professor clarus, cum e cathedris Scoti Durandique, tum ex ea quæ Sacrarum Scripturarum interpretationi destinata est, absolutum habet, atque editioni maturum ut fama est, hoc anno MDCLXXV.

Cursum integrum (ut scholastico verbo appellant) *Philosophicum atque Theologicum.*

F. MAURUS DE VALENCIA, Capuccinus provinciæ Coloniensis, edidit:

Sermones Quadragesimales. Coloniæ 1637. Lucas Waddingus.

MAXIMUS.

D. MAXIMUS DE SOUSA, Lusitanus, Leonelli de Sousa & Annæ Macedo Scalabitanæ filius, natus in oppido de Soure, Sanctæ Crucis Conimbricensis canonicus, edidit:

Artem Grammaticam Linguæ Latinæ. 1517. quam in usu vulgari fuisse in Portugallia, donec Emmanuelis Alvari Jesuitæ illa prodiit, quam ulnis nationes fere omnes suis excepere, auctor nobis est D. Nicolaus a S. Maria in *Chronico Canonicorum Regularium S. Augustini*, lib. x. cap. xii. num. 4.

MELCHIOR.

D. MELCHIOR ALPHONSUS MOGROVEXO, in Abulensi ecclesia canonicus & archidiaconus de Olmedo, scripsisse dicitur:

Por el Patronato de Santa Teresa de Jesus de los Reynos de España.

F. MELCHIOR DE S. ANNA, Lusitanus ex Reformatione Carmelitarum, scribere dicitur:

Chronicon hujus *sodalitii in provincia Portugalliæ*: vernacula lingua ut credo; id enim non exprimit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano*, volumine secundo, die Martii xi. ac die Aprilis iv. pag. 427. & volumine tertio, die xvi. Junii, pag. 709.

F. MELCHIOR DE ARAZIL, ex Xixona oppido regni Valentiæ, sacerdos primum sæcularis, pietate admodum spectabilis, theologiæ ac trium linguarum peritus, deinde Augustinianus sodalis, cujus vitam scripsit Gaspar Manzebon, ejusdem ordinis. Scripsisse dicitur inter Castellanos, quo ad rhetoricam artem docendam fuit vocatus, quosdam *Tractatus*, ut refert, nil aliud ulterioris notitiæ adjungens, Gaspar Escolanus in *Historiæ Valentinæ* lib. ix. cap. xli.

MELCHIOR DE BELEAGO, sive BALEAGO, Lusitanus, Portuensis, professor Olisiponensis academiæ, & ut ajunt aliquando præsul nescio cujus ecclesiæ Joannis III. Regis tempore, memoriam sui transmisit posteris scribens, preloque subjiciens:

Orationem de Disciplinarum omnium studiis ad universam Academiam Conimbricensem habitam kalendis Octobris MDXLVIII. Conimbricæ apud Joannem Barrerium & Joannem Alvarez eodem anno, in 4. Scripsisse etiam in *Aristotelis Logicam* & librum *Perihermenias* monet Cardosus in schedis MSS. *Dialectica* certe ejus prodiit Conimbricæ 1549. quibus usos fuisse diu Lusitanos adjungit Emmanuel a Resurrectione in *Additionibus.*

MELCHIOR BLASIUS FRADE, ut credo, non FRAILE, Lusitanus, edidit Lusitane:

Itinerario de la jornada del Arzobispo de Goa D. Fr. Alexo de Menefes al Malabar: MS. Teste Antonio Leone in *Bibliotheca,* apud quem corrigendum est quod in cognomine erravit.

D. MELCHIOR DE CABRERA NUÑEZ DE GUZMAN, e Castellæ Veteris oppido aliquo, quod nescimus, advocatus Regius in Matritensi curia multorum stipendiorum, emeritus, an ægritudine defessus, in domus latebris, cum doctrina juris & literaturæ multiplicis ornatu vigeret, scriptis dedit operam. Cujus hucusque vidimus:

Consuelo a la Magestad de la Reyna Nuestra Señora Doña Mariana de Austria en la muerte del Catolico Rey D. Felipe IV. Madriti.....

Madrid Patria verdadera de S. Damaso Papa. Ibidem apud Didacum Garsiam Morras 1678. 4.

Idea de un Abogado perfecto, reducida a practica. Ibidem apud Eugenium Rodriguez 1683. in 4.

Origen de la Dignidad de Menino. Matriti 1674.

F. MELCHIOR CANUS, vulgo CANO, Prædicatorum sodalis, oppidum quoddam Toletanæ dioecesis, Tarancon appellatum, patriam sortitus mihi videtur fuisse. Ibi enim edita est Anna ejus soror, Melchioris alterius Cani, qui in eadem Dominicana familia excellentem, vivus moriensque, pietatis famam sustinuit, mater: quod Monopolitanus episcopus *Historiæ* hujus *ordinis* part iv. lib. iii. cap. xxxi. diserte affirmat. Parentis ipse meminit initio libri xi. *De Locis Theologicis,* Viennæ Austriæ tunc extincti cum absolvisset is superiorem huic librum, cujus quidem cau-

causa non solum se hunc laborem suscepisse, sed & ei nuncupaturum, si viveret, fuisse ait. Nomen autem cur reticuit ejus, quem dignum hoc munere, & apud mortales, qualis ille fuit, reliquum esse nullum, vir doctissimus & prudentissimus non temere aut impotenter dixisse credendus est? Dominicanis se aggregavit Salmanticæ ad S. Stephani amplissimam hujus ordinis domum. Profecit in theologicis maxime sub summo ætatis suæ & professionis viro Francisco Victoria, ibi docente, qui Cani ingenio, ut ipse ajebat, egregie delectabatur, & tamen vereri se adjungebat *ne hujus insolentia elatus & exultans* (verba audis ex principio lib. XII. *De Locis*) *immoderate jactaretur, & grandior effectus non læte modo & libere ingrederetur, sed temere etiam ac licenter præceptoris vestigia conculcaret.* Quod Victoriæ judicium ne in se comprobaret, sedulam dedisse operam sibi ipse arrogat; quamquam illos probare non soleat, *qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione constricti, ut Fabius ait, nefas ducunt a suscepta semel persuasione discedere. Theologo quippe nihil est necesse* (utor semper elegantissimis & prudentissimis ejus verbis ex eodem loco) *in cujusquam jurare leges. Majus enim est opus atque præstantius, ad quod ipse tendit, quam ut magistri debeat vestigiis semper insistere, si quidem est futurus theologiæ laude perfectus.* Id vere ingenium tantæ expectationis non totum is scholæ dedit, atque ejus conflictationibus, quod fere alii apud nos solent, nescientes quam non lauta sibi ea, qua maxime gloriantur, exinde cum pedem moverint, apparitura sit supellex; imo cogitationes suas in id se aliquando contulisse initio libri x. affirmat, ut se quavis via & ratione ab iis liberaret. Interim animadverso verum theologum præstare illum vix posse, qui sine literarum sæcularium & historiæ cognitione, linguarumque orientalium peritia, jejune dijudicandis scholæ quæstionibus horas omnes impenderit, non solum ab his disciplinis egregia sibi comparavit adjumenta & ornamenta, sed & insignem eloquentiæ cultum, veluti elegantissimam vestem pulcro corpori, adjunxit. Quo magis instructus ad scholam rediit, cum academia viros illos summos amisisset, qui huic doctrinæ operam dabant, prudenter existimans honestissimum se in eo exhibiturum officium Christianæ reipublicæ, si animum in schola suum, ut ipse loquitur initio libri x. vel repugnantem contineret. Victoria nempe anno MDXLVI. diem suum obeunte, Canus noster docendi locum e cathedra principe suscepisse dicitur, qui forte jam vespere militabat Bartholomæus Carranza & Miranda, qui postea fuit Toletanus antistes, florebat eo jam tempore in provincia Castellæ non minus opinione literarum quam dignitate, quocum nostro male conveniebat, adeo ut factio sua quemque ab ejus cognomine appellata in negotiis domesticis sectaretur. Unde nata est fama Mirandæ calamitatis, de qua in ejus mentione loquuti sumus, aliqua extitisse Canum ex parte auctorem. Impatiens enim quisque eorum fuisse loci secundi in literarum laude aut in sodalium existimatione videri potest. Academico isto conspicuus munere Italiam ad Concilium venit sub Paulo III. Tridentinam ad urbem convocatum, ibique tam perspicaciæ mentis atque judicii maturitatis, quam profundæ sapientiæ & singularis facundiæ laudem eximiam communi omnium collegarum sententia reportavit. Cujus rei satis idoneum testimonium præstare poterit Sforza Pallavicinus, S. R. E. cardinalis doctissimus, ante paucos annos vivis ereptus, dum in *Concilii* hujus *Historia*, vulgaris linguæ Italicæ, vix usquam quin simul commendet Cani recordatur. In Hispaniam reversus, Salmanticæ adhuc docuit, succedentique vice Caroli Philippo filio gratus valde extitit: cui nempe Regi auctor fuisse dicitur, non tamen sine totius collegii Salmanticensium theologiæ ac juris doctorum suffragatione, consilii de justitia belli adversus quemcumque, suprema etiam in terris dignitate sublimem, pro defensione propriæ ditionis excusabiliter inferendi. Quod quidem ingratissimum fuisse dicitur Paulo IV. Summo Pontifici, vixque ab eo obtineri potuisse, etiam pacatis rebus, ut ad nutum Regis episcopus ille Canariarum insularum, in locum Francisci de la Cerda, ejusdem ordinis Dominicani, Capræ comitis filii, crearetur. Cum tamen huic honori, ne ab Hispania discederet, renuntiasset, non diu post electus ante annum provinciæ suæ Castellæ præfectus, sæculi superioris sexagesimo vitam cum morte Toleti commutavit, immortali præparata sibi fama in opere illo vix justi voluminis, quod vere tot laudatores & admiratores quot lectores habet:

Locorum scilicet *Theologicorum* lib. XII. *in quibus non modo vera refellendi universos Christianæ religionis hostes, confirmandique sacra dogmata ratio ac usus exacte ostenditur, verum etiam omnia fere, quæ hodie in controversia habentur, luculentissime examinantur.* Id non nisi post auctoris mortem primum Salmanticæ publici juris factum fuit apud Mathiam Gastium 1562. fol. editionem promovente D. D. Ferdinando de Valdes, Hispalensi archiepiscopo, & generali Hispaniarum inquisitore, cui Canus edendum legato reliquerat, nec tamen perfectum. Destinaverat enim is decimum tertium ac decimum quartum

tum libros pro colophone operis adjungere, ad quos non semel aut bis (nempe in fine cap. III. lib. X. cap. II. lib. VIII. cap. IV. lib. XII. & cap. I. libri XI. eorum, quibus hodie fruimur) lectorem remittit. Venetiis dein prodiit opus ex officina Bartholomæi Rubini 1567. in 8. Lovanii 1569. Coloniæ 1574. iterumque 1585. apud Birkman in 8. tertioque 1603. aut 1605. cum *Relectione de Pœnitentia*, & *Relectione de Sacramentis*, mox laudandis. Topica hæc sunt theologica, sive loci argumentorum, a theologis usurpandi. Quare non satis aut apte rem expressit Sixtus Senensis *Bibliothecæ* lib. IV. ex eoque Seraphinus Razzius in *Historia* Italica *virorum illustrium ordinis Prædicatorum*; quorum ille sub titulo *De divinorum librorum expositoribus* nostrum ait Canum utilissimum librum de locis difficilibus divinæ Scripturæ composuisse, totidemque verbis Italis Razzius. Cum utique is postremus, tanquam manus & digitos, haberet notum *Locorum Theologicorum* hoc opus, ex quo ille, cum studiis sodalium præesset in urbe Perusina, confecit suas *De locis Theologicis prælectiones, quibus reverendissimi D. Melchioris Cani, ordinis Prædicatorum, de iisdem eruditio omnis compressius tamen, ac magis arcte colligitur atque explicatur, cum vindicatione quorumdam gravissimorum Patrum, qui ab ipso Cano passim in suo, alioquin eruditissimo, opere suggillantur atque reprehenduntur.* Perusii editas 1603. in 4. apud Vincentium Columbarium. Nisi Razzius aliud ab isto opus crediderit *De locis sacræ Scripturæ* illud quod laudat, de quo monuit me nonnemo. Alterum est compendium sive *Epitome de Locis Theologicis* Melchioris nostri a Cornelio Loosæo sive Callidio Goudano facta, & Moguntiæ publicata in 8. uti refert in *Bibliotheca Belgica* Valerius Andreas Taxander. Nempe vir doctissimus a quibusdam non optime audire cœpit propter acriorem de S. Gregorii Papæ *Dialogis*, Bedæ *Historia Anglorum*, aliisque censuram; quod inconstanter & inconsulte ab eo factum contendit multis Cæsar cardinalis Baronius in *Notis ad Martyrologium*, die XXIII. Decembris. Quo quidem Gabriel Naudæus *in Bibliographia* sua respexisse videtur *Politica*, ubi de iis auctoribus, qui de hæresibus sunt commentati, *Utile etiam erit*, ait, *Cassandrum evolvere, qui tot lites aperte quidem componere tentavit licet majore cura, quam ingenio; & Melchiorem Canum, qui hoc idem, sed occulte, conatus est ingenio majori, quam pietate, & propemodum admirabili judicio.* Dummodo enim hæc pauca excipias (quæ etiam elevare conantur adversus Theophilum Rainaldum, seu Petrum de Valleclausa, *De Immunitate Cyriacorum* libelli scriptorem, cum Baronius alter Gallus, tum Joannes Casalas, Dominicani, quorum postremus hunc locum premit eleganter ac docte in *Candore lilii* §. XLVII. & §. LXII.) uno omnium ore hoc *Locorum* opus cum suo auctore inter paucissima relicta a viris eminentis doctrinæ quibusvis monumenta celebrantur. Utar Jacobi Gaddii verbis, quia ipse aliorum verba de hac re adducit, in operis *De Scriptoribus non Ecclesiasticis* tomo I. *Canus nomine Melchior* ait, *Canariensis episcopus, theologus doctrinæ ac eruditionis maximæ, cui parem addidit pietatem atque eloquentiam, condidit insigne opus ac memorabile* De Locis Theologicis *communibus, in quo graviter candideque præcipua theologiæ ac religionis argumenta videtur tractasse. Canum Possevinus laudat, sed cum aliqua exceptione, cujus particulam geminam libri* Apparatus sacri *excerpam. Theologiam Salmanticæ publice professus episcopus Canariensis, cui demum episcopatui cedens, provincialis ordinis sui in Hispania factus Tridentino concilio interfuit. Prælectiones duas, alteram* de Sacramentis in genere, *alteram* de Sacramento Pœnitentiæ. *Quod ad libros* Locorum *communium spectat negandum non est quin e facundo erudito & fecundo ingenio prodierint, eo commendandi magis, quod ipse nostra ætate primus ea brevitate &c. Et postea: magister Canus id potissimum præstitit suis in* Locis *communibus, ac præsertim ubi de Patribus & Conciliis egit: cui si per otium licuisset aut recognoscere quæ scripserat (quod se non potuisse confessus est), aut alios hoc de argumento scriptores expendere, maturius adhuc reliqua proposuisset. Hæc Possevinus. Scripsit etiam* Judicium de secta Jesuitarum, *quod ejus manu conscriptum adhuc extat, Alphonso de Vargas Toletano teste in* Relatione ad Reges & Principes Christianos. *Hinc facile orietur severitas Possevini, qui parcius aut cautius laudat Canum, ne omnino laudare aut comprobare videatur judicem Jesuitarum. Ut cumque sit, ea fuit Christiana existimatione Canus ut doctissimus Cornelius Callidius Gandavensis* (Goudanus dicere debuit) *theologus & propugnator Catholicæ religionis excellens* (Valerium tamen Andream *Bibliothecæ Belgicæ* auctorem consulere præstat de hoc Callidio) *ediderit volumen inscriptum* Institutionum sacræ Theologiæ libri IV. seu Epitome Melchioris Cani, *non secus ac theologicæ doctrinæ penu esset Canus, canens optime divina mysteria, & fidei propugnacula validissime muniens, ut varias has oppugnantium cohortes accerrime propulsaret.* Hæc omnia Gaddius. Cardinalis quoque Sforza Pallavicinus, quamvis Jesuitarum sodalis, in *Vindicationibus Societatis Jesu*, Romæ editis anno 1649. cap. XXVIII. pag. 232. solidæ laudis hæc de Ca-

Cano habet: *Lege Melchiorem Canum, qui aureo plane volumine hanc ipsam de* Locis Theologicis *tractationem, ante omnes, supra omnes est exequutus. Idemque primus fuit, reor, qui docuerit &, quod minus est, Latinam linguam in lyceo divina effari*, &, *quod maximum, Catholicos Novatoribus bellum & cladem inferre.* Idem in *Historia Concilii Tridentini* lib. XII. cap. I. *abundantem & selectam aurei* hujus *libri de Locis Theologicis eruditionem* adversario suo Patrum Tridentinorum eruditionem elevanti opponit, ejusdemque cum pari laude meminit hujusmet libri XII. cap. X. & aliis in locis. Eisengreinius in *Catalogo testium veritatis* similiter laudat Canum: qui & a Boetio Epone lib. II. *Heroicarum & ecclesiasticarum quæstionum* quæst. III. quæ de donatione Constantini est, *vir perspicacissimus* dicitur. Habet alia Franciscus Combefisius in *Historia Monothelitarum pro actis VI. Sinodi* cap. II. §. III. Baronio detrahenti laudes Cani, ejusdemque hujus operis oponens. Ab Hottingero etiam Calvinista *Bibliothecarii* lib. III. cap. IV. *scriptor satis candidus* audit. Ricardus quoque Montacutius, Anglus heterodoxus, at vir valde doctus, in primo volumine *Originum Ecclesiasticarum de Vita Jesu Christi*, pag. 474. editionis Londinensis anni 1640. *virum doctissimum & scholasticorum dissertissimum* appellat, similiterque æqueve aliis sæpe locis. Præter *Locos Theologicos* reliquit etiam:

Relectionem de Pœnitentia: habitam in academia Salmanticensi anno MDXLVIII. super *decimam quartam distinctionem libri IV. Sententiarum.* Compluti apud Petrum de Robles 1563. in folio. Item:

Relectionem alteram *de Sacramentis in genere*: quæ una cum superiore Mediolani edita est 1580. in 8.

Judicium quoque id, cujus meminimus, *de Secta Jesuitarum* tribuit ei is, qui sub nomine Alphonsi de Vargas latere voluit, in *Relatione ad Reges & Principes Christianos* cap. VII. Atque item:

Adversus Statutum Ecclesiæ Toletanæ, quo infecti sanguinis homines a beneficiis hujus ecclesiæ arceantur, quidquam scripsisse, idque in lucem emissum fuisse, alicubi legimus.

Annotationes ejus *in secundam secundæ Partis S. Thomæ* asservantur in bibliothecæ Vaticanæ MSS. codicibus 4647. & 4648. Incipiunt *Theologia, ut alias sæpe diximus* &c. Primum volumen continet usque ad quæstionem XLIII. alterum vero illud a quæstione LVII. usque ad CXXIII. interpositis tamen tribus Francisci Victoriæ præceptoris Relectionibus *De Simonia, de Magia ac de Temperantia*, quæ inter alias ejusdem editæ sunt.

MELCHIOR DE CASTRO, Hispalensis, Jesuita, theologiæ scholasticæ plusquam XX. annorum professor, reliquit absolutum:

De Beatitudine tractatum.

Logicas item, *ac Philosophicas commentationes*: quas alium quemquam suo nomine publicasse notat Alegambius in *Bibliotheca.*

Cordubæ diem suum obiit anno MDXCIX.

MELCHIOR DE CASTRO DE LA HERMOSA, Ocaniensis, scripsit, partim ex Christophoro de Castro, partim proprio ex asse:

Historia de la Virgen Madre de Dios y de sus excelencias. Compluti 1611. apud Andream Sanchez de Ezpeleta. Simulque:

Vida y martyrio de Santa Fotina la Samaritana: ex Latino, quod Græcum prius erat, a se versum. Complutensis item alia editio anni 1607. laudatur ex officina Justi Sanchez.

MELCHIOR DE LA CERDA, natus in oppido Cifuentes Seguntinæ diœcesis, in Societate Jesu sese totum ad imbuendam disciplinis humanioribus juventutem, docendamque dicendi artem applicuit. Quod opus Hispali & Cordubæ per triginta annorum spatium cum laude fecit maxima, scripsitque:

Apparatum Latini sermonis: duabus partibus. Hispali apud Rodericum de Cabrera 1598. in 4.

Usum & exercitationem Demonstrationis. Ibidem eodem anno in 4.

Campos Eloquentiæ: duobus voluminibus. Lugduni apud Horatium Cardon 1614. in 4. Seorsim editi sunt:

Consolatio ad Hispanos propter classem Hispanicam submersam, aliæque *Relationes*, & *Discursus* varii.

Denatus fuit Hispali anno MDCXV.

F. MELCHIOR DE CETINA, Minorum sodalis, cum præesset Ocaniensi Deiparæ Virginis ab Spe nuncupatæ domui, scripsit ad Margaritam Austriacam, Hispaniarum Reginam serenissimam:

Discursos sobre la vida del Glorioso Padre S. Diego. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1609. in 4.

Exhortacion a la devocion de Nuestra Señora. Compluti 1618. in 8. Diffinitor quoque suæ provinciæ fuit, & Complutensis domus Sanctæ Mariæ de Jesu præfectus.

F. MELCHIOR CORONADO, Barcinonensis, Dominicanus, Hispali in collegio Sancti Thomæ fuit sodalis, theologiæque præceptor, scripsit:

In Aristotelis libros duos de ortu & interitu

itu rerum naturalium, sive de generatione & corruptione earumdem. Quibus accessit:

Tractatus de existentia creata. Antuerpiæ 1624. in 4.

MELCHIOR DE EGUARAS, Turiasonensis ex Aragoniæ regno, Hierosolymitanus eques, reliquit ineditum:

Relacion del cerco de Malta. Cujus meminit Joannes Augustinus de Funes lib. VI. *Chronici* hujus *Hierosolimitani ordinis*, cap. VIII. & Paulus Clascar in *Triumpho* ejusdem *Religionis* lib. II. exemplo XV. & lib. V. cap. III.

MELCHIOR ESCAPPA DE VILLAROEL, Legionensis, ex Hispano Italicum dedit librum ita inscriptum:

Dello specchio de Prencipi e Cavallier. Parte I. *divisa in tre libri, ne quali si raccontano l' immortali prodezze del Cavalliero del Febo, e di suo fratello Rosiclerio, figlioli del Gran Trebatio Imperatore di Costantinopoli, con l' altre Cavallerie e gli amori della Bellissima e valerosa Prencipessa Claridiana* &c. Venetiis 1601. in 8. tribus tomis apud Altobellum Salicatum.

MELCHIOR ESTACIO DE AMARAL, Lusitanus, patria lingua edidit libellum, cujus titulum hic Castellane damus, Antonii Leoni fide in *Bibliotheca Orientali*, pag. 50.

Batalla del galeon Santiago con Holandeses; de la nao Chagas con Ingleses; causas de perderse tantas; y del derecho de las conquistas del oriente, y sitios de las Islas de S. Helena y otras. 1602. in 8.

MELCHIOR FERNANDEZ, Lusitanus, Cetobricensis, hoc est ex oppido Setubal, scripsit:

Tractado em direito sobre a Casa d' Aveiro.

D. MELCHIOR DE FONSECA, edidit:

Jardin de Apolo. Matriti 1654.

MELCHIOR FUSTER, patria ex urbe Valentia, inque ejusdem gymnasio doctor & professor theologus, meruit ob singularis doctrinæ, quam in prælectionibus scholasticis æque atque in concionibus ecclesiasticis exerebat, prærogativam ut in præpositum (pavordre vocant) prius, atque inde sacrum ecclesiæ suæ Valentinæ collegium sodalem eum ascisceret in præbenda, quam vocant Magistralem: idque postquam docuisset in athenæo hujus urbis theologiam (quæ ab schola audit) octo supra decem annos. Vicarium quoque generalem exercuit vacante sede Valentina. Scripsit:

De Voluntate Dei. Valentiæ 1650. in 4. Hispaneque:

Conceptos predicables. Lugduni 1672. Latino, necnon Hispano sermone:

Miscellaneas predicables Politicas y Morales: duobus tomis, Valentiæ editis 1671. & 1675. Reliquit inedita: *De Visione Dei, Prædestinatione, Trinitate, Vitiis, & Peccatis, Justificatione & Merito, Incarnatione & Matrimonio.* Erat in vivis tres & septuaginta annos natus anno MDCLXXXI.

MELCHIOR GALLEGO, Hispalensis natu, Beaciensi tamen ortus parente, nobilis generis. Cum in Italia & Urbe circa annum præteriti sæculi LXXVII. Bononiæque hinc Alphonso Paleoto, S. R. E. cardinali, ejus urbis pontifici, carus degeret, opportunum illius tempestatis argumentum, qua Italiæ plagam lues vexabat, ejusdem Paleoti auspiciis tractavit; nec tamen, priusquam in Pampilonensi ecclesia Hospitalarii dignitate fungeretur in patriam rediens, edidit:

De Parochorum nempe *obligatione tempore pestis tractatum* unum.

De Spirituali cognatione alterum *cum variis digressionibus seu annotationibus.* Pampilone 1568. in 4.

De Casuum reservatione opus, sive perfectum, sive non, sive in schedis habitum, ipse laudat in *Annotationibus* secundæ partis *Tractatus de Obligatione Parochorum* jam memorati.

F. MELCHIOR DE HUELAMO, Taranconensis (oppidum est Conchensis dioecesis Tarancon vulgo) Franciscanus provinciæ Carthaginensis, scripsit:

Espirituales Discursos y predicables consideraciones sacadas de las ceremonias y mysterios de la Misa. Conchæ 1595. in 4. & iterum 1600. in 4. Barcinoneque 1597. in 4. Hujus operis *Epitomen* laudat Haroldus in *Additionibus*, adhuc ineditis, *ad Waddingum.*

Discursos predicables sobre la Salve Regina. Conchæ apud Cornelium Rodan 1601. in 4.

Historia de las personas ilustres en santidad de la provincia de Cartagena del orden de San Francisco desde el año de MD. hasta el de MDCXVII. Unaque seorsim ab aliis:

La Vida y muerte Santa de Frai Martin de Carrascosa sepultado en San Francisco de Cuenca. Ibidem 1617. apud Martinum de Iglesia.

La Vida y milagros de S. Gines de la Xara y de algunas cosas notables que hay en el monasterio dedicado a su nombre sito en el rey-

no de Murcia. Murciæ apud Auguſtinum Martinez 1607. in 4.

F. MELCHIOR MANZANO DE HARO, Dominicanus, in Philippinenſi ſodalium provincia cui a Roſario nomen eſt, commoratus, aliquando ei præfuit. Ab hoc habemus:

La Hiſtoria del martyrio de diez y ſiete Religioſos de la provincia del Roſario de Philipinas del orden de Santo Domingo que padecieron en el Iapon. Matriti 1629. in 4.

F. MELCHIOR DE SANCTA MARIA, Toletanus, ex Minoribus Reformatis provinciæ Sancti Joſephi, dum ſacris concionibus Conchæ operam daret, edidit Concionum volumen hoc titulo:

Quareſma del Deſcalzo. Conchæ 1635. in 4.

MELCHIOR DE NOVAR, Jeſuitarum ſodalis, vertit in ſermonem Hiſpaniæ vernaculum ex Latino celeberrimorum auctorum:

Las guerras de Flandes del Padre Famiano Strada, y del Padre Guillelmo Dondino: tribus tomis. Coloniæ 1681. in folio.

MELCHIOR DE ORTEGA, Ubetenſis eques, auctor eſt potius quam interpres, quantumvis ipſe ex Italica lingua videri opus vertiſſe in Hiſpaniam velit, fabuloſi proſaici poematis, cujus hic titulus:

Primera Parte de la Hiſtoria del Principe Felixmarte de Hircania: ad Joannem Vazquez de Molina, Regi a ſecretis & conſiliis ſtatus. Pinciæ apud Franciscum Fernandez a Cordúba 1556. folio.

MELCHIOR PELAEZ DE MERES, patria Granatenſis (ſi non in eo fallit hujus urbis hiſtoricus) atque in ejuſdem curia advocatus, poſt Ludovici Molinæ egregiam in re operam, docte quidem ſed incompoſito ſtilo, novam collegit ſegetem, latiſſime ſcribens:

Tractatum Majoratuum & meliorationum Hiſpaniæ: duobus tomis. Matriti 1620. in fol. Atqui Granatenſis prior editio anni 1575. primam dumtaxat partem ex quatuor, quæ deinceps prodierunt in altera editione, continebat; tres poſteriores ab auctoris obitu exemplar ejus MS. ſuppeditavit.

MELCHIOR DE LA PEÑA, navarchus, ex munere ſcripſit:

Relacion de coſas tocantes a Champan, Camboja y Siam. MS. apud D. Laurentium Cocum Matriti erat, dum viveret.

MELCHIOR PHOEBUS, Luſitanus, Oliſiponenſis, juriſconſultus, & in ſuprema curia advocatus, publici juris fecit:

Deciſionum Senatus Regni Luſitaniæ tomum primum & ſecundum. Oliſipone 1572. & apud Craesbeck 1619. in folio.

F. MELCHIOR PRIETO, Burgenſis, ex familia Redemptorum Deiparæ Virginis de Mercede, Gaſparis germanus frater, penes quem præfectura ejuſdem ordinis nonnunquam fuit, in collegio S. Crucis Salmantino data ſtudiis opera, ſacræque theologiæ magiſter creatus, ad Indos occidentales ſe contulit, vicariam præfecturæ ſupremæ poteſtatem in Peruanis provinciis geſturus. Unde cùm laude integritatis prudentiæque reverſus, in Matritenſi domo reſtitit, impetrata per id tempus venia repudiandi epiſcopatum ei deſtinatum Paraquariæ provinciæ in eadem meridionali America, præfecturamque ſuæ Caſtellanæ provinciæ geſſit. Edidit quidem is ſequentia opera:

Ioſefina Evangelica literal y miſtica de las excelencias y prerrogativas del glorioſo Patriarcha S. Joſeph. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1613. in 4.

Pſalmodia Euchariſtica. Matriti, eiſdem formis 1622. in folio.

Vida de San Pedro Nolaſco. Matriti 1628. in 4.

De Obligationibus Epiſcoporum: eadem vulgari lingua ut ſuſpicor. Atque item:

In Orationem Dominicam ut accepi ab illuſtriſſimo archiepiſcopo Hydruntino D. F. Gabriele Adarzo a Santander, ejuſdem ordinis. Prelo maturum aliud opus, ſcilicet *Las Grandezas de la ciudad de Burgos*, noſtrum, dum viveret, ſervaſſe ſcribit Marcus Salmeron, de ſuperſtite adhuc loquens, in *Monumentis* ſuis *Hiſtoricis* hujus religioſæ familiæ. Quod ipſum confirmavit mihi archiepiſcopus idem Hydruntinus, multæ doctrinæ & induſtriæ vir, adjungens operi incubuiſſe ſcriptorem exquiſita diligentia, expenſiſque multis corraſiſſe quamplurima e MSS. monumentis, quo Spartam ſuam apprime ornaret; conſignatamque hiſtoriam fuiſſe, poſt auctoris mortem, D. Joanni Bravo, canonico Burgenſi Magiſtrali, ejuſdem, ex neſcio quo latere, nepoti, qui poſtea creatus fuit Lucenſis epiſcopus. Hanc habere ſe manuſcriptam teſtatur D. Joſephus Pellizerius in *Informatione de la Caſa de Sarmiento*, fol. 112. Item permanſiſſe apud eumdem D. Joannem Bravum, Lucenſem epiſcopum, antequam fato cederet, atque extitiſſe ſcio:

La Vida del Venerable Padre Fr. Gonzalo Diaz de la orden de Nueſtra Señora de la Merced.

Diem ſuum obiit Melchior Prietus Matri-

ti

ti anno MDCXLVIII. auctore mihi Ægidio Gonzalez Davila in *Theatro Ecclesiæ Burgensis*, pagina 16.

MELCHIOR DO REGO, Lusitanus, natus in oppido Alter, prior S. Jacobi in urbe Regia Olisiponensi, canonicus duarum collegiatarum ecclesiarum Barcellensis & Ourenensis, senator deinde Olisiponensis, seu judex Gravaminum, Aloisiæ Brigantinæ ducissæ, Joannis IV. Portugalliæ acclamati Regis uxori, ac deinde præsenti etiam Reginæ, Alphonsi prius, deinde Petri, Portugalliæ Infantis, conjugi, a secretis, scripsit:

Antiguidades de Barcellos. Laudat Cardosus in *Agiologio Lusitano*, volum. III. die III. Maii, litera e.

Antiguidades de Villa-vizosa. Idem Cardosus die VIII. Junii, litera f.

Vida de Santa Teresa de Ourem fundaçõ da Collegiada desta Villa e suas antiguidades. MS. Quo de mihi retulit libro adhuc MS. Fr. Emmanuel a Resurrectione, Augustinianorum congregationis Portugalliæ Excalceatorum Romæ procurator.

F. MELCHIOR DE LOS REYES, Hispalensis, ex sodalitio Reformatorum Deiparæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum; Hispali; Granatæ Gadibusque sodalibus præfuit, diffinitor generalis ter, procuratorque generalis in Romana curia, septuagenarius scripsit:

Prudencia de Confessores en orden a la comunion quotidiana.

F. MELCHIOR DE RIOXA, ordinis Minorum, scripsit:

Guia espiritual para examinar la conciencia. Leodii apud Gualterium Morberium 1579. in 8. Vidit D. Thomas Tamajus.

F. MELCHIOR RODRIGUEZ DE TORRES, Burgensis natu & religiosæ vitæ initio, in hac enim urbe (aliis Matriti placet) Redemptorum a Deipara Virgine de Mercede nuncupatorum sodalibus comitem sese dedit, qui sequentibus annis calamo & voce Christianam salutem egregie promovit, cum crebris concionibus, tum libris editis, sacræ theologiæ magister renuntiatus. Assumptus tandem in titularem Rossensis ecclesiæ in Hibernia episcopum, simulque Ferdinandi ab Acevedo, Burgensis præsulis, vicarius, sacram istius diœcesis rem administravit.

Mortuus in ipsa urbe Burgis anno MDCXLIV. typis mandavit:

Empeños del alma a Dios y sus correspondencias: ad Margaritam Austriacam, serenissimam Hispaniæ Reginam. Burgis apud Joannem Baptistam Varesium 1611. in 8.

Agricultura Christiana y exercicios de la vida religiosa. Iisdem typis 1603.

Lucha interior y modos de su victoria. Cæsaraugustæ apud Carolum de Labayen 1608. in 8.

Las Jornadas de Jesus, Maria y Josef.

Chronica de la Orden de la Merced. Scilicet primam annorum centuriam tantum, cujus tres alias se editurum promiserat. Simulque spem fecerat sequentium operum, nempe: *Locorum Sacræ Scripturæ difficilium expositionis, in quos Hæretici offendunt hodierni.* Item *Super Evangelia totius anni.* Itemque *De Christi & Mariæ magnaliis discursus.* Prioris illius Latina, ceterorum vernacula lingua conscriptorum.

MELCHIOR DE SANTA CRUZ, natus in oppido Veteris Castellæ Dueñas satis noto, Toleti manens dedit in vulgus:

Floresta Española de Apotecmas, o Sentencias sabia y graciosamente dichas de algunos Españoles. Toleti ex officina Francisci de Guzman 1574. Bruxellis deinde recusum opus 1596. in 12. tertioque 1605. in 12. Salmanticæ apud Petrum Lasso 1592. in 12. Barcinone 1621. Valentiæ 1603. in 16. Cæsaraugustæ 1646. in 8. Italice conversa a Francisco de Venetia prodiit Venetiis apud Jacobum Sarzinam 1616. in 12.

Los cien Tratados de notables sentencias assi morales, como naturales; y singulares avisos para todos estados, en tercetos Castellanos. Toleti 1576.

MELCHIOR DA SILVA, Lusitanus, in Goensi urbe Asiæ Portugallensis Regia scripsisse dicitur:

Catalogo dos . . . . de Etiopia. Cardosus.

F. MELCHIOR SOLER, Perpinianensis, Carmelita, sacræ theologiæ magister, & aliquando abbas monasterii Sancti Martini de Canigo Benedictinorum, in Elnensi diœcesi, ex nominatione Regis Philippi IV. Catholici, scripsisse atque edidisse dicitur ita inscriptum opus.

Ioachin & Susana: de quo nil aliud in relatione domestica Romam ex Barcinone transmissa notatur.

Obiisse creditur circa annum MDCL.

D. MELCHIOR DE SORIA ET VERA, Giennensis, prior olim seu præfectus ad Sanctum Ildephonsum ejusdem urbis, Trojæ hinc antistes honorarius creatus, unius & alterius Toletanæ ecclesiæ præsulum, nempe D. Bernardi de Roxas & Sandoval, ac serenissimi Ferdinandi, Hispaniarum Infantis, in am-

amplissimæ hujus ecclesiæ sacris administrandis fuit coadjutor. Ediderat, cum in Beaciensi gymnasio principem locum teneret docendi theologiam:

Tratado de la Justificacion y conveniencia de la tasa del pan y de la dispensacion que en ella hace su Magestad con todos los que siembran. Primum prodiit anno 1627. iterumque Toleti 1633. in 4.

Mortuus est anno MDCXLIII. jacetque in patria & cœnobio Franciscanarum virginum Deo sacrarum, a se ædificato.

MELCHIOR DE TORRES, Complutensis, musicus, scripsisse dicitur, vernacule ut credo:

Arte de la Musica. Compluti 1554.

MELCHIOR TREVIÑO, Navarrus, Societatis Jesu, in Germania plerumque mansit, eo delatus adhuc tiro istius instituti, ibique docuit philosophiam & moralem theologiam, Pragæque ad sexennium rector fuit. Convertit hic in Latinam linguam:

Ludovici de Ponte opera pene omnia. Item:

Historiæ Crucis Caravaccensis Joannis de Robles Corbalan Compendium dedit Latinum. Augustæ 1619.

Decessit Pragæ XXVIII. Sept. MDCXXVIII. ætatis LXXV.

D. MELCHIOR DE VALENCIA, Zafrensis, Petri filius, quem Philippus III. Rex habuit chronographum, loco suo pro dignitate laudati, academiam ipse Salmantinam habuit primo altricem, deindeque remuneratricem, optime quidem de ea & juris arte meritus, idcircoque omnibus academiæ propriis honoribus ornatus. Justiniani Institutiones, Codicemque, ac Digestorum libros pomeridianis, ac demum antemeridianis, horis (quæ primaria est antecessorum sors) explicuit. Hinc scholæ jussus vale dicere, ut rei præesset publicæ, Granatæ totos quindecim annos jus reddidit. Promotusque inde ad Rationum Regiarum concilium anno MDCXLVIII. non diu post inter patres magni Castellæ senatus locum obtinuit, nec diu tamen victurus. Ad climactericum quippe annum perveniens vim illius fatalem sensit, moriens Matriti in festo Mathiæ Apostoli MDCLI. Edidit in æstu ipso scholastici agonis positus, ingeniose docteque:

Illustrium Iuris Tractatuum libros tres. Post Salmantinam principem editionem anni... Lugduni recusos a Laurentio de Anisson 1663. in 4.

Epistolicas Juris exercitationes, sive Epistolas ad Antonium Fabrum cum ejusdem Fabri responsionibus. Matriti 1615. Provocaverat nempe virum illum maximum, literis datis, ad quasdam juris quæstiones, responso & laudibus meritis a Fabro redonatus.

MELCHIOR DE VILLANUEVA, Malagonensis, Jesuitarum sodalis, scripsit:

De la Oracion mental. Toleti apud Petrum Rodriguez 1608. in 4.

MELCHIOR DE VOZMEDIANO, alias ALVAREZ VOZMEDIANO, Carrionensis, Bononiæ in Clementino Hispanorum collegio ab anno MDXXX. sodalis, artium theologiæque doctor, Philippo II. Regi a sacris, & xenodochii Regiæ curiæ præfectus, sex annis interfuisse dicitur sacræ synodo Tridentinæ, quod ego interpretor prioribus sessionibus sub Paulo & Julio; ipse enim hoc meritum sibi arrogat in editione, multa industria a se procurata & illustrata:

Panormiæ, seu Decreti Ivonis Carnotensis, ut putavit: quam ex duobus codicibus forte fortuna in Anglia repertis (versabatur indubie in eo regno Philippum Regem suum sequutus, Mariæ Reginæ tunc conjugem), altero a sexaginta fere annis edito, altero in pergamena charta MS. atque eo vetustissimo; ac prodire fecit Lovanii ex officina Antonii Mariæ Bergagne 1557. Sed summarium id potius *Panormiæ* esse quam opus ipsum ostendit paulo post Joannes Molinæus, Lovaniensis doctor, publicato ipso *Decreto Ivonis*, duabus partibus majore, Lovanii apud Gravium 1562. Rediit quidem Vozmedianus Tridentum, cum restitutum eo fuit sacrosanctum concilium, feliciterque absolutum, Accitanus jam ante duos annos, quam conficeretur catalogus præsentium in eo patrum, creatus episcopus. Recordatur illius Sfortia, cardinalis Pallavicinus, in *Historia Concilii Tridentini*, part. II. lib. XIX. c. V. n. 5.

F. MELCHIOR DE YEBRA, ordinis Minorum provinciæ Castellæ, sanctimonia vitæ clarus, præter domestica alia munera religiosissimis Regii cœnobii Matritensis Deiparæ Mariæ sacri Discalceatis monialibus officium audiendi sacramentales confessiones exhibuit. Idem scripsit, qui post mortem auctoris prodiit, librum hoc, argumento & inscriptione Latina, cetera Hispanum:

Refugium Infirmorum: en el qual se contienen muchos avisos espirituales para socorro de los afligidos enfermos, y para ayudar a bien morir a los que estan a lo ultimo de su vida. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1596. in 8.

De la Pasion de Christo tractatum tribuit quoque ei Ludovicus de Rebolledo in *Scriptorum Franciscanorum Catalogo.*

Ja-

Jacet in domo Toletanæ urbis S. Joannis Regum appellata, in qua ad ordinem fuit admissus.

MELCHIOR ZAMBRANO, Xereciensis in Bæturia, quæ urbs ab Equitibus cognominari meruit, Hispali degebat sacerdos, parochusque jam a multis annis in templo maximo, cum scriberet:

Decisionem casuum occurrentium in articulo mortis circa Sacramenta. Hispali apud Franciscum Perez 1604. in 8. Coloniæ hinc apud Butgenium 1606. in 12. Moguntiæque 1609. in 12. Item Lugduni apud Hieronymum de la Garde 1644. in 12. Hoc opus nescio cur tribuat Alegambius, *Bibliothecæ Societatis* auctor, Didaco Alvarez, Jesuitæ.

MENASSES.

MENASSES BEN ISRAEL, qui inter Batavos superioribus annis degebat, Hispanus natu, aut saltem origine, fuisse videtur, professione licet Hebræus, vir, confessione omnium æqualium, excultissimo literis omnibus ingenio, singulari modestia, & laudabili Scripturas Veteris Testamenti explicandi studio præditus; cui viri hujus temporis doctissimi, quantumvis heterodoxo, non dubitaverint, non secus atque olim Mosi Ægyptio, elogium nempe hoc tribuere: *illum inter Judæos ineptire desiisse*: quæ fere iisdem verbis ait Theophilus Spizelius in *Elevatione Relationis Montezinianæ*, cujus infra meminimus. Qui idem pag. 13 ejusdem libri Menassem vocat *Hebræorum ævi nostri doctissimum*, & Abarbinelis, ducta ex ejusdem familia uxore, affinem, Rachele scilicet nomine, cujus ipse meminit in libelli *De Vitæ termino* fine, siquidem scripsit, ediditque Hispano sermone librum ita inscriptum:

Conciliador, hoc est dicere *Conciliatorem repugnantium inter se locorum.* Cujus operis meminit Isaacus Vossius, Gerardi Joannis filius, in *Notis ad Maimonidis librum de Idololatria*, refertque Dionysium Vossium fratrem id opus convertisse in Latinum. Hæc editio, sic inscripta *Conciliator sive de Convenientia locorum S. Scripturæ, quæ pugnare inter se videntur, opus ex vetustis & recentioribus omnibus Rabbinis, magna industria ac fide congestum*, prodiit Francofurti, auctoris ut dicitur typis & impensis, anno 1633. in 4. Sed tamen in editione operis *De Resurrectione mortuorum*, de quo infra, catalogi cujusdam librorum, qui ab Hebræis Hispanica lingua conscripti sunt, e regione initii primi libri extantis, hæc verba sunt, hunc spectantia: *Conciliador, sive Conciliator Menassis. Hic XXX. quæstionibus auctior est, quam ille qui Latine extat.*

De Resurrectione mortuorum libros III. *quibus animæ immortalitas & corporis resurrectio contra Sadducæos comprobatur, causæ item miraculosæ resurrectionis exponuntur, deque judicio extremo & mundi instauratione agitur ex sacris literis & veteribus Rabbinis.* Amstelodami, typis & sumptibus auctoris, 1636. in 8.

De Vitæ termino: ad Joannem Beverovitium.

Dissertationem quoque scripsit *de fragilitate humana ex lapsu Adami, deque divino in bono opere auxilio.* Amstelodami 1642. in 8. Item:

De Timore Dei. Quæ duo laudat Hottingerus in *Bibliotheca orientali*, cap.I. classe VI. Scio & Amstelodami excusum:

Mischnajot, sive Textum Talmudicum cum notis Menaseh ben Israel. Anno 1633. in 8. Itemque:

Psalterium: eo, ut suspicor, interprete. Ibidem in 32. Laudat quoque ipse in catalogo librorum Hispane ab Hebræis conscriptorum, cujus paulo ante meminimus:

Chumas, id est, Pentateuchum Hispanice cum notis suis *marginalibus.*

Vidimus quoque:

מקוה ישראל, hoc est, *Spem Israel*, titulus libri Hispanus:

Esperanza de Israel, obra con suma curiosidad compuesta por Menasseh ben Israel, teologo y filosofo Hebreo. Trata del admirable esparcimiento de los diez Tribus, y su infalible reduccion con los demas a la patria, con muchos puntos y historias curiosas y declaracion de varias Profecias. Amsterdam, y de nuevo en Smirne, impressa en la estampa del Caf Nahat, in 12. 5419. In fine additur *Apologia por la noble nacion de los Judios y hijos de Israel escrita en Ingles por Eduardo Nicolas teologo Ingles, impressa en casa de Juan Field en Londres año 1649., y de nuevo impressa en Smirne.* Totius operis hanc mentionem non ingratam tibi futuram, lector, speramus. Quo adstruere conatus est *Relationem* cujusdam Antonii Montesinii, Lusitani Hebræi, ex oppido Villaflor hujus regni oriundi, qui Amstelodamum veniens publicavit se in meridionali America reliquias Israeliticæ gentis invenisse. Sed futilibus argumentis innixum Hebræum hominem, quamtumvis eruditum, & alias cordatum, valide refellit Theophylus Spicelius quidam, scripta *Elevatione Relationis Montezinianæ de repertis in America Tribubus Israeliticis & discussione argumentorum pro origine Gentium Americanarum Israelitica a Menasse ben Israel* in מקוה ישראל seu *Spe Israelis Conquisitorum.* Basileæ apud Joannem Koning 1661. in 8.

Post

Post hæc de Menasse annotata venit ad manus nostras liber Theophili Spizelii *De sacris Bibliothecarum illustrium arcanis retectis*, ibique *Coronis Philologica de veterum Hebræorum & recentiorum quorundam erga literariam rem amore & studio* ad finem operis adjecta: in qua, cum de eodem Menasse multa, quæ nos latuerunt *Bibliothecam* scribentes, circa vitæ statum & libros referat, liberque non ad manum omnibus, transcribere huc libuit, quamvis prolixam, de eo narrationem, quæ talis est: *Doctissimus ille Synagogæ Amstelodamensis moderator, R. Menasse ben Israel, cujus libri plurimi*: De Creatione. De Termino vitæ. De Fragilitate humana. De Resurrectione mortuorum &c. *Latino sermone conscripti reperiuntur; præter quos lingua Hispanica edidit* Pene Rabba *seu judicem in Rabbos, Commentatores illos antiquissimos, necnon* La primera parte del Conciliador en el Pentateucho (*ubi* 30 *fere quæstiones habentur quæ non item in versione Latina*) La segunda en los Profetas primeros (*quæ nondum Latio data, ubi simul parti primæ addenda adduntur ibidem omissa*) La tercera en los Profetas postreros (*quæ itidem non versa, ubi similiter adduntur secundæ parti addenda*) La quarta en los libros Hagiografos y resto de la Biblia, *opus eruditissimum. Dedit præterea*: El Humas, con los preceptos afirmativos y negativos a la margen. La Biblia Española con el commento. El Tesoro de los *Dinim* en quatro libros. La Economica que es todo lo que toca al matrimonio y *Dinim* de las mugeres, hijos y siervos y bienes. Oracion Panegyrica a la Magestad de la Reyna de Suecia. Oracion gratulatoria al Celcissimo Principe de Orange, & *quod ultimum fuit* Piedra preciosa, o de la estatua de Nabucadnezar, donde se expone lo mas esencial del libro de Daniel; *de cujus* LXX. *hebdomadis itidem tractatum voluit parare, ut in præfatione hujus promittit; nec hi tractatus translati. Tandem unum atque alterum in Anglia edidit Anglice. Paulo enim ante obitum honorifice juxta ac amicissime a Regicida illo (cui nomen & omen recta parva faciendo erat) vocabatur cum familia & præcipuis mercatoribus Judæis Londinum. Nimirum eorum opibus inhiabat Cromwellius, eaque propter literas ablegabat ad Menassen tanta benevolentia, tamque amica scriptas manu ut Christianus ad Christianum vix humanius potuisset. Et hac sua astutia quod volebat forte obtinuisset, nisi judex supremus utrumque ad tribunal vocasset (utinam ad utriusque salutem). Antea vero Menasse Angliæ Parlamento scripserat tractatum* De Spe Israel, *in quo putidissimi de Israelitis Americanis commenti, & prodigiosæ de gentium Americanarum origine Israelitica sententiæ (peculiari tractatu a me discussæ) patronum agere non dubitavit. Pro dedicatione sua gratias suas reportavit a Parlamento maximas a quodam adsessore E. S. Middelsex, in literis eucharisticis fratris æstimatissimi elogio ornatus, qui alias quoque studiose quærebat Christianorum favorem; cujus gratia etiam lib.* De Fragilitate *Ger. Anslo*, & Petram pretiosam *Isaaco Vossio dedicarat. At ubi Angli fraus Batavis detecta, privilegiis Judæorum privilegia addidere Amstelodamenses, ut cum maxima libertate ibi degere possent. Imperfecta etiam Menasse reliquit plurima. Hinc caremus* Sapha Berura, *Grammatica scilicet Hebraica cum novis observationibus*; Nomenclatore *item* Hebræo-Arabico, *Tractatu* De Scientia Talmudistarum, Philosophia Rabbinica, Historia Judaica sive continuatione Flavii Josephi ad nostra usque tempora, Fasciculo epistolarum 200. ad orbis literatissimos, *Tractatu* de Divinitate & auctoritate Legis Mosis, Bibliotheca Rabbinica cum argumentis, editionibus, singulorumque judiciis, Defensione Latina Talmudis Babilonici, homiliis 450. Hispanis, *Item* Focilide poeta Griego traducido en verso español con notas. *Genero suo (licet librorum parum amanti) Menasses thesaurum MSS. Rabbinicorum* 10000. *floren. Batavorum testamento legavit. Inter reliquias ejus quoque fuit* Targum Arabicum MS. in Thora; Biur *item, MS. in pergameno: Super Ralbag* De Anima. Pars I. Thesauri de Moribus Judaicis hodiernis, & *Tractatus Latinus, cui titulus*, Liber unus de Charitate & Benevolentia Christianis erga Judæos habenda ab Evangelica lege extractus: *cujus tamen an Menasse auctor sit non satis constat. Denique in Anglia adhuc superesse ajunt arma ejus funestissima, æternisque tenebris sepelienda, quæ tandem in Christum suosque voluit convertere, & directe quidem, quod ante indirecte fecerat, sicut & nostro tempore in Hispania R. Imm. Aboab* Nomologiam *edidit, qua contra Christianos (quos subinde ut Abarbanel & Menasse citavit) probare conatus est Legem oralem seu traditiones Talmudicas veras esse.* Hæc Spizelius. Menassis transitus in Angliam meminit .... Bateus part. II. Elenchi motuum nuper in Anglia pag. 193. & 194.

MENELAUS.

MENELAUS, Atheniensis, sed in Portugallia Joannis Regis III. haraldus, Portugal dictus, scripsisse dicitur *De Nobilitate* in genere. Cardosus.

MICHAEL.

MICHAEL ACHIOLE DA FONSECA, Lu-

Lusitanus, ex Italis oriundus, scripsisse dicitur:

Genealogicum quemdam tractatum.

MICHAEL DE AGIA, gente Valentinus, ordinis Minorum in Guatamalensi occidentalium Indorum provincia, scripsit Latine:

De exhibendis auxiliis, sive de invocatione utriusque brachii. Matriti 1600. in 4. Vernacula item lingua:

Tratado y pareceres sobre la Cedula Real del servicio personal de los Indios. 1604. in folio. Limæ Indorum.

F. MICHAEL DE AGUAYO (Franciscanum credit Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica occidentali*, tit. XXI.) latens sub *Incogniti* nomine, scripsit contra paulo ante nominati Michaelis de Agia tractatum Hispanicum *De servitio personali Indorum* illius orbis, in folio. Petrus autem Salazarius, in *Historia provinciæ Castellæ ordinis Minorum*, huic provinciæ adjudicat Marcum de Aguayo alumnum, Marcoque *Historiam Indicam*, & *Catechismum Indorum.* Quæ an ad eumdem hominem pertineant ignoro.

D. MICHAEL DE AGUIRRE, Guipuscoanus, ex oppido Azpeitia Pampilonensis dioecesis, juris utriusque doctor, Bononiæ in collegio S. Clementis Hispanorum ab anno MDLXXVI. sodalis, cui & academiæ rector præfuit. Momento rei serviens, quæ his diebus super legitima in regnum Portugalliæ successione cunctas fere Christiani orbis nationes compleverat, scripsit:

Responsum pro successione regni Portugalliæ pro Philippo Hispaniarum Rege adversus Bononiensium, Patavinorum, & Perusinorum collegia. Venetiis 1581. in folio; contributum postea inter *Consilia* a Besoldo edita primo tomo. Judicem postea egit plurium regni Neapolitani prætoriorum, ac demum vicariæ aulæ urbis principis, quem quidem hoc munere cohonestatum Alexander Raudensis, Neapolitanus, in tractatu *De Analogis*, cap. XXVI. num. 9. *eruditissimi atque illustrissimi juvenis* compellatione celebrat. Granatensis quoque curiæ in Hispania senator fuit assumptus, obiitque anno MDLXXXVIII.

F. MICHAEL DE AGUIRRE, Americanus, in Argentina regni Peruani urbe natus, ordinis Eremitarum, domorum ejusdem urbis & Limæ præfectus, atque in hujus postremo nominatæ gymnasio sacræ theologiæ lector primarius, scripsit:

Poblacion de Valdivia.

Tom. II.

Matriti in collegio ab erectrice Maria Aragonia nuncupato, cujus ipse egregius benefactor fuit, usque ad mortem vixit.

MICHAEL DE ALMEIDA, Lusitanus, ex oppido Govea, Jesuitis annumeratus Goæ Indorum, provinciam illam transfretanam rexit, Salsetanis ecclesiis diu præfuit, linguaque hujus gentis Concannica scripsit tomos quinque *De rebus catechisticis*, ad eruditionem illius Christianitatis; aliaque parat, quorum *Bibliotheca Societatis* auctor, seu locupletator postremus meminit.

F. MICHAEL ALPHONSUS DE CARRANZA, Valentinus tam domo quam professione religiosæ vitæ inter Carmeli sodales, grande hujus ordinis ornamentum extitit, literis eximius pietateque. Aragoniam provinciam ter gubernavit, vicarium totius Hispaniæ generalem, Lusitaniæque censorem Regium atque Apostolicum gessit, theologiam insuper in Oscensi gymnasio primarius præceptor docuit, Sanctique Officii patribus a censione theologica minister fuit. Primus hic in lucem dedit:

Librum Sancti Ildephonsi Archiepiscopi Toletani de Illibata Beatæ Mariæ Virginitate. Adjungens de suo: *Selecta tum B. Patris Ildephonsi, tum etiam aliorum Sanctorum pronuntiata de perpetua Virginitate Sacrosanctæ Dei Matris ad quemdam Neophytum Valentinum veritatis studiosum.* Quibus omnibus præmittitur *Vita Sancti Ildephonsi.* Valentiæ 1556. apud viduam Joannis Mey, in 8. Lovaniique. Vulgari etiam sermone publicavit:

Catecismo y doctrina de Religiosos novicios, professos y monjas. Valentiæ apud Chrysostomum Garriz 1605. in folio. Tripartiti operis hæc prima est pars, quam vidimus. Secundam partem reliquit in schedis absolutam, sed inedita adhuc manet.

Camino del Cielo. Ibidem 1601. in 8. in eadem officina.

Octogenario major decessit Valentiæ anno MDCVII. De quo cum eximia laudis commendatione agit Franciscus de Sancta Maria in *Historiæ Reformatorum Carmelitarum* tom. II. lib. VIII. cap. LVII. Et Gaspar Escolanus in *Valentina Historia*, prima parte, lib. V. cap. IX. & capitulo ultimo. Thomas Tamajus de Vargas in *Vita Sancti Ildephonsi*, sive ad eam *notis*, quam edidit Joannes Bolandus, die III. Januarii, in opere suo *De Actis Sanctorum.*

MICHAEL ANDREAS BETENDOR, Aragonensis ut credimus, scripsit:

Disputationem Theologicam de Apparitionibus Spiritum.

F. MICHAEL DE ANGELIS, Lusitanus, ordinis Minorum ex provincia Reformata, Arrabida dicta, scripsit:

A Vida de sua filha espiritual Maria da Crux Terceira de S. Francisco. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

F. MICHAEL ANGELUS ALMENARA, Valentinus gente, Franciscanus provinciæ Valentiæ, scripsit:

Pensamientos literales y morales sobre los Evangelios de las Dominicas despues de Pentecostes: duobus voluminibus. Valentiæ apud Chrysostomum Garriz 1618. in 4.

Sobre las Dominicas de Adviento. Ibidem.

Sobre las Dominicas despues de la Epiphania y Pasqua de Resurreccion. Ibidem 1618.

MICHAEL DE ANIÑON, Aragonius, jurisconsultus, & in Bononiensi Sancti Clementis Hispanorum collegio sodalis, Decretorum doctor Cæsaraugustanus, idemque poeta non inelegans, Fidei Apostolicis judicibus a censendi munere, scripsit:

De Unitate ovilis & Pastoris tractatum. Cæsaraugustæ ex officina Dominici de Portonariis 1578. in 4. Et inter *tractatus DD.* volum. XIII. Adjungitur: *Epilogus omnium quæ in hoc opere continentur, ab auctore carmine comprehensus.*

Ad Titulum Institut. De Actionibus. Nisi hoc opus Andreæ Serveti de Aniñon potius sit, quod magis credimus; quamvis laudatum legamus a D. Francisco de Sanabria in *Canon. Resolut.* ad cap. II. *De Probat.* pag. 79. Michaelem de Aninsu ad hunc titulum.

F. MICHAEL AB ANNUNTIATIONE, Lusitanus, Carmelitarum sodalis, doctorque Conimbricensis, vir doctissimus, & a Francisco Suarezio magni, ut refertur, habitus, obiit in Gallia, dum ad capitulum sui ordinis generale profectus esset, anno hujus sæculi XIII. Reliquit:

Theologica plura opera MSS. quæ sodales ejus servant. Emmanuel Romanus *De la Antiguedad y Escritores del Carmen* auctor est.

D. MICHAEL ANTONIUS FRANCES DE URRUTIGOYTI, Cæsaraugustanus, juris canonici doctor, ejusdemque urbis ecclesiæ archidiaconus, eadem qua fratres germani via grassatus (Didacum Antonium, Barbastrensem episcopum, Thomamque, Francisci patriarchæ asseclam, intelligo), lucubrationibus suis bene de posteris merendi dedit hactenus foras:

Tractatum de Ecclesiis Cathedralibus, earumque privilegiis, & prærogativis. Lugduni sumptibus Philippi Borde & sociorum 1665. fol.

Varias & practicabiles utriusque juris resolutiones. Lugduni in eadem officina 1669. folio.

Tractatum quoque *de unica & perenni Cathedralitate Cæsaraugustana in Ecclesia S. Salvatoris*: adversus Joannis Baptistæ de Lezana *Columnam immobilem.* Lugduni sumptibus Philippi Borde & sociorum 1656. 4. Hispane etiam:

Vida de S. Felipe Neri.

Desengaño de Eclesiasticos en el demasiado amor a sus parientes. Cæsaraugustæ 1670. in 4.

Denatus est XVII. Decembris MDCLXX.

F. MICHAEL APARICIO, Cisterciensis, abbas monasterii S. Mariæ de Veruela in Aragoniæ regno, Hierapolitanus episcopus, scripsit:

De Sacramentis volumen: quod in eadem domo adservari MS. refert Bernardus de Montalvo in *Historia Cisterciensi.*

F. MICHAEL DE ARANDIGA, Aragonensis, ex sodalibus Sanctissimæ Trinitatis, domus S. Salvatoris de Fraga præfectus, scripsit:

Relaciones del Santuario de la Iglesia de S. Salvador de la Villa de Fraga. Quarum meminit Vincentius Blascus parte I. *Hist. Arag.* lib. V. cap. XXVIII.

F. MICHAEL ASSENSIO, ordinis Minorum, scripsit, supplendus in *Bibliotheca* hujus Wadingana:

Copiam accentuum dictionum Breviarii Latinarum, Græcarum, Hebraicarum. Cæsaraugustæ 1621.

MICHAEL ASSENSIO, alius a superiore ut credimus, auctor est operis ita inscripti:

Instructio Curatorum. Cæsaraugustæ 1525. 4.

MICHAEL DE AVENDAÑO ESTENAGA, Guipuscoanus, Jesuita, postquam docuisset diu theologiam domesticos, præfuit illis in collegiis Compostellano, Legionensi ac Vallisoletano, qualificator uti vocant S. Inquisitionis, scripsit:

Perfeccion del Estado Religioso, tomo I. donde se trata de las virtudes, que constituyen y acompañan al Religioso, y de los vicios contrarios que le impiden. Pinciæ 1674. in 4. Necnon & Latine:

De Divina Scientia & de Prædestinatione: duobus voluminibus. In oppido S. Sebastiani apud Martinum de Ugarte 1674. Parareque

que eum in *Bibliotheca* renovata *Societatis* legimus:
De Fide, Justificatione & Merito.

MICHAEL AUGUSTINUS, Catalanus, ex oppido Banyoles diœcesis Gerundensis, prior Sancti Joannis equitum Melitensium in Perpiniani oppido. Conscripti a se vernacule, ac superiore anno MDCXVII. editi, operis interpretationem communiore Castellæ lingua dedit, superaddito nunc primum quinto ad superiores libro, necnon & vocabulorum exaglotto, hoc est sex linguarum, indice, nimirum:
Libro de los Secretos de Agricultura, Casa de campo y pastoril. Perpiniani 1626. in 4.

MICHAEL DE BAEZA, scripsit:
Arte de Confiteria. 1592. in 8.

MICHAEL DE BAIROS, Lusitano-Hebræus, Amsterodamensis urbis in Holandia civis, scripsisse dicitur hoc nostro tempore:
Historia das guerras de Portugal: & nescio quid geographicum, aliaque.

MICHAEL BAÑEZ DE SEGOVIA, edidit:
Inmunidad de Nuestra Señora en el primer instante de su ser. Matriti 1656. in 4. Teste Petro de Alba in *Militia Conceptionis.* Hunc sub nomine Michaelis Ibañez iterum laudat Hypolitus Maraccius in appendice *Bibliothecæ Marianæ* MS. Diversus hic fuerit, si Deo placet, a D. Gaspare Ibañez de Segovia, cujus libellus de eodem argumento ineditus adhuc erat, cum *Militiam* suam *Conceptionis* laudatam Alba edidit.

D. MICHAEL BAPTISTA DE LANUZA, Cæsaraugustanus, ordinis Sancti Jacobi eques, nobili & noto satis apud Aragonenses loco natus. Postquam in patria Jurati in Capite, ut vocant, munus gessit, curiæ se sistens Matritensi, ad nutum Philippi IV. Regis, in Aragoniæ concilio a secretis ministrum exercere jussus fuit, deinde & protonotarium illius regni, qui in eodem consessu Regio sedet, prudentia non minus quam pietate spectatus, edidit:
Vida de la Bendita Madre Isabel de Santo Domingo coadjutora de la Santa Madre Teresa de IHS. fundadora del convento de S. Joseph de Zaragoza. Matriti 1638. fol.
Vida de la venerable Madre Feliciana de S. Joseph Carmelita descalza, y Priora del convento de S. Joseph de Zaragoza. 1654. in 4. Cæsaraugustæ.
Vida de la Venerable Madre Geronima de S. Estevan. Ibidem 1653. 4.
Virtudes de la Venerable Madre Teresa de IHS. Carmelita descalza del convento de Valladolid, en el siglo Doña Brianda de Acuña Vela. Ibidem 1657. 4.
La Venerable Madre Catalina de Christo Carmelita descalza compañera de la Santa Madre Teresa de IHS. Ibidem apud Josephum Lanaja 1657. in 4.
Vida de la Sierva de Dios Francisca del Santissimo Sacramento Carmelita descalza del convento de S. Joseph de Pamplona y motivos para exortar que se hagan sufragios por las Animas del Purgatorio. Ibidem, iisdem typis, 1659. 4. Audio hanc in Italicam linguam conversam Mediolani prodiisse.
Denatus est Matriti hoc ipso an. MDCLIX. de sodalitio Carmelitarum virginum Deo sacrarum, deque omnibus iis, qui per amœnos hosce pietatis & religiosæ perfectionis hortos delitiantur, optime meritus: quem quidem apud Hieronymum Fuser, Dominicanum, in *Vitæ Hieronymi Baptistæ de Lanuza præsulis Albarracinensis* prologo jure celebratum reperies.

D. MICHAEL DE BARRIOS, dum in Belgico meret centurio belli exercitia dispungebat musarum otio, unde natus est liber variorum carminum:
Flor de Apolo nuncupatus, Bruxellisque editus apud Balthasarem Vivien 1665. in 4. Continentur ibi, inter alia, *Comœdiæ* tres: I. *Pedir favor al contrario.* II. *El Canto junto al encanto.* III. *El Español de Oran.* Iterum prodiit apud Verdusios Antuerpienses 1674. in 8.

F. MICHAEL BARTHOLOMÆUS SALON, Valentiæ natus, Eremitarum sodalis, quorum Aragonensem provinciam aliquando rexit præfectus. Si morum integritatem atque doctrinam spectemus, inter decora istius amplissimæ familiæ annumerandus; doctus olim philosophiam a Petro Monzonio, theologiamque a Blasio Navarro, ingentis famæ professoribus Valentinis, in eodem gymnasio theologiam & ipse docuit pari celebritate & fructu; adhæc sacris Fidei vindicibus a censuris minister, præclaraque tum doctrinæ tum eloquentiæ monumenta publici juris fecit, nempe:
De Justitia, in Secundam Secundæ S. Thomæ Aquinatis, duobus tomis: *in quibus quid æquum, quid iniquum sit in omnibus actionibus commerciis & contractibus humanis explicatur.* Valentiæ 1581. folio. Venetiisque 1608. Hispane vero:
Libro de la Vida santa y milagros del Ilustrissimo y Reverendissimo Señor D. Fr. To-

Tomas de Villanueva, Arzobispo de Valencia, de la orden de S. Agustin. Valentiæ 1588. in 8. & 1620. demumque ibidem apud Bernardum Nogues 1652. in 4. addito tractatu *Del estado de la Canonizacion y causa del Beato Arzobispo*, auctore Bonaventura Fuster de Ribera. Italice prodiit, opera Francisci Soto, Romæ 1619. in 4.

Oracion Panegyrica, exortatoria y consolatoria de la Marquesa de Carazena Doña Isabel de Velasco y Mendoza Virreyna de Valencia, con una breve relacion de la muerte de Doña Luisa de Caravajal y algunas cartas suyas de mucha edificacion. Valentiæ 1616. 4. apud Petrum Patricium Mey.

Extremum diem vidit Valentiæ anno ætatis LXXXII. salutis MDCXX.

MICHAEL BOTELLO, Lusitanus, Visensis, laudari solet eo quod ediderit, carmine forsan:

La Fabula de Pyramo y Tisbe. Matriti 1621. in 4.

La Filis. 1641. in 8.

MICHAEL CABEDO, Lusitanus, Cetobricensis, e Georgio Cabedo ac Teresia Pinaria editus, Burdigalæ in Gallia, dein Tolosæ, hinc Conimbricæ, necnon Romæ & Parisiis humaniores disciplinas cum Græca lingua, & juris artem didicit. Senatoria dignitate in suprema curia, quam Supplicationis vocant, Olisipone, aliisque togæ muneribus mactus, vixit usque ad obitus diem Aprilis mensis anni MDLXXVII. Gundisalvi Mendez de Vasconcelos, scriptis de jure libris ad posteros commendati, atque aliorum filiorum ex Eleonora Pinaria de Vasconcelos, quam sibi sanguine conjunctam duxit uxorem, parens. Juvenis vertit e Græco in Latinum Aristophanis *Plutum* comoediam, Parisiisque anno MDXLVII. Michaelis Vascosani typis, edidit. Sidonii Apollinaris depravatissima opera, nactus in ejusdem urbis Victorianæ bibliothecæ manuscriptum codicem, restituere conatus est; eadem diligentia usus in difficillibus explanandis diversorum auctorum locis. Abstinuit liberis commentaris in juris re pangendis, conscius edicti Justinianæi olim id prohibentis, & operæ hujus propositi jam suo tempore in immensum multiplicatæ. Sed poematia edidit varia: *Joannis Portugalliæ Principis Epithalamium.* Olisipone 1552. *In Partum Joannæ ejus uxoris.* Conimbricæ 1554. Hoc est *Sebastiani Regis Genethliacon vota vigesima tertia*, celebraturus nempe hujusmet Regis anno ejus vigesimo tertio natalitium diem aliaque. Insigne huic viro elogium in *Bibliotheca* sua *Hispana* Andreas Scotus appendit.

MICHAEL CABELLO DE BALBOA, Archidonensis, presbyter Limensis dioecesis, scripsit:

Miscellanea Antartica y Origen de los Indios y de los Incas del Piru. MS. erat in bibliotheca comitis de Olivares, uti refert Antonius de Leone in *Bibliotheca Indica occidentali*, tit. XVII. Vidimus inter libros D. Andreæ de Brizuela, Matritensis advocati.

F. MICHAEL CARMELO, Catalanus, ordinis Redemptorum Deiparæ Virginis de Mercede sodalis, pietate in Deum almamque Christi Redemptoris matrem superiore sæculo clarus, scripsisse dicitur, ut refertur in monumentis ordinis ejus:

Super Magnificat Meditationes.

In quinque Psalmos qui a quinque initialibus nominis Mariæ literis incipiunt.

Obiit anno MDLVII. jacetque in coenobio Barcinonensi.

MICHAEL DE CASTAÑEDA, Lusitanus, edidisse refertur:

Expeditionem Abissinorum. Ut scribit lib. XI. *Hist. Indicæ* Petrus Maphæus, & ex eo notat Cardosus.

MICHAEL DE CASTAÑOSO, scripsisse dicitur, uti apud Antonium Leonium in *Bibliotheca orientali* habetur:

Relacion de la jornada de D. Christoval de la Gama a Etiopia año de MDXLI. MS.

MICHAEL CAXA DE LERUELA, natus in Palomera, oppido dioecesis Conchensis, apud D. Franciscum Antonium Alarconium, Neapolitani regni visitatorem, fiscalis advocatus, scripsit:

Discursos de causas y reparos de la necesidad comun. Matriti 1627.

Restauracion de la abundancia antigua de España, o prestantissimo, unico y facil reparo de su carestia presente. Neapoli 1631. 4.

D. MICHAEL CERCITO, Aragonius, ex oppido Exea, cui ab Equitibus nomen est, Salmanticæ ad S. Bartholomæum olim sodalis, canonicus deinde almæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ Virginis del Pilar Cæsaraugustanæ, episcopus tandem Barbastrensis, scripsit, sed non edidit, aut fallimur:

Instauracion de las Iglesias de Aragon con la Historia de los primeros Obispos de Balbastro: ad Philippum II. Regem Catholicum.

Vida de S. Braulio.

Sedem tenuit usque ad annum MDXCV. quo nimirum lustrandæ provinciæ suæ intentus apud oppidum Graus decessit.

MI-

MICHAEL DE CERVANTES SAAVEDRA, Hifpalenfis natu aut origine, quorum primum confirmare is videtur dum fibi puero Hifpali vifum fuiffe Lupum de Rueda, comœdiarum fcriptorem & auctorem inter nos antiquiffimum, in prologo fuarum *Comœdiarum* fcribit; alterutrum ex cognominibus, quæ Hifpalenfium familiarum nobilium funt, infertur. Tempore quo floruit ufque ad noftram fere ætatem, fcilicet ingenii præftantia & amœnitate, unum aut alterum habuit parem, fuperiorem neminem, verfa non minus quam foluta oratione in paucis difertus. Plura nobis reliquit fui monumenta, quæ quidem cupidiffime ab iis, qui in eloquentiæ noftratis campo exerceri amant, generaliterque ab omnibus omnium gentium jucundæ hujus fabularum adinventionis fectatoribus (habent fere omnes Europæi earum præcipua idiomate fuo loquentia) in ulnis geruntur & pro merito celebrantur. Ea nempe funt:

Doce Novelas (uti patrius mos, & Italicus fabulas vocat): ingeniofiffime fcriptæ, atque editæ Matriti 1613. & 1622. in 8. Pampelone 1617. 8. ac Venetiis 1616. in 12. fæpeque alibi. Facile admodum perfpicuumque dicendi genus, quo plurimum valuit auctor, mira venuftate ac urbanitate quafi imbutum, decorum infuper ante alia exactiffime fervatum, hoc plufquam cetera commendat fcriptum. Gallicam interpretationem laudari fcio. Italicam dedit Guilielmus Alexander de Noyelieri Clavelli, Venetiis editam 1629. 8. At celebre magis vulgo eft:

El ingeniofo Hidalgo D. Quixote de la Mancha: duabus partibus. Matriti 1608. 4. aliifque locis frequenter editum: ut placuit feftiviffimum hominis inventum, qui, novum Amadifio de grege heroem ridiculum confingens, univerfa prifcarum hoc genus inventionum, quæ innumeræ funt, lumina obfcuravit. Nuper Bruxellenfibus typis recoctum vidimus cum figuris, tomifque duobus adhuc contentum, anno 1662. Gallice editum eft Rothomagi 1646. in 8. Italiceque ab Hifpanicæ linguæ amantiffimo deque ea benemerito viro, Laurentio Franciofini, Florentino, converfum, tum Venetiis 1622. tum in eadem urbe 1625. apud Andream Babam in 8. Sed in prima editione carmina interpres non tetigit, in fecunda dedit ea jam Italice, ufus opera Alexandri Adimari, civis fui, quamvis id fubticuerit Franciofinus: de quo tamen monitus fum ab Antonio Magliabechio, amico noftro, literis e Florentia urbe ad me datis, fingularis induftriæ ac multæ lectionis viro. Tandem Romæ prodiit Italica hæc translatio, fumptibus Jofephi Corvi in 8.

El viage del Parnafo: metricum opus. Mediolani apud Joannem Baptiftam Bidellum 1624. in 12.

Los Trabajos de Perfiles y Sigifmunda, Hiftoria Septentrional; fed fabulofa. Matriti, tum alias, tum 1619. in 8. Pampelone 1629. in 8. & fæpe alias. Italice converfum opus a Francifco Ellio, Mediolanenfi, prodiit Venetiis ex officina Bartholomæi Fontanæ 1626. in 8. Gallice Parifiis 1611. 8.

La Difcreta Galatea. Beaciæ apud Joannem Baptiftam Montoyam 1617. 8.

Ocho Comedias y ocho Entremefes. Matriti 1615. in 4. Comœdias enim plures fcripfit, quarum ipfe meminit in profaica adjunctione operis fui metrici *Viage del Parnafo* jam laudati, earum titulos referens, fcilicet: *Los Tratos de Argel. La Numancia. La Gran Turquefca. La Batalla Naval. La Jerufalem. La Amaranta, o la del Mayo. El Bofque amorofo. La unica y bizarra Arfinda. La Confufa*: quam quidem ultimo dictam fuperioribus omnibus, & aliis fex, quas perfectas habere fe ait cum intermediis totidem, non obfcure præponit. Contra id quod antea diximus de hujus patria, D. Thomas Tamajus Efquivias, oppido agri Toletani, eum adjudicat. Parabat:

Las femanas del Jardin.

Segunda parte de la Galatea.

MICHAEL DE CIFUENTES, in oppido Gijon Afturum natus, civis Ovetenfis, jurifque confultus, fcripfit:

Novam Lecturam five declarationem legum Taurinarum. Salmanticæ apud Joannem Juntam anno 1536. fol. Hifpanice hæc edita eft hoc titulo:

Glofa al Quaderno de las leyes nuevas de Toro. Medinæ Campi apud Petrum Cuefta 1546. fol.

Ordenamiento Real de Caftilla: cum notis propriis. Medinæ Campi 1555. in fol.

D. MICHAEL COLODRERO DE VILLALOBOS, ex Baena Bæticæ provinciæ, ducifque Sueffani urbe, in lucem emifit variorum poematum volumen fic infcriptum:

Golofinas de los Ingenios: quafi dicas bellaria ingeniorum. Cæfarauguftæ 1642. in 8. apud Petrum Lanaja. An diverfa funt:

Rimas de D. Miguel Colodrero. Cordubæ 1629?

D. MICHAEL DE CORTIADA, Catalanus, Ilerdæ natus, jurifconfultus, legumque Romanarum in patria academia interpres olim primarius, in forum ab fcholis translatus ivit Sardiniam Fifci advocatus Regius

gius in rebus criminalibus; evocatus deinde in patriam provinciam idem munus fiscalis advocati, sed in re Patrimonii Regii, exercere jussus fuit in Cataloniæ totius curia Barcinonensi. Edidit utilissima opera:

Decisiones Reverendi Cancellarii, sacri Regii Senatus Catalonici, sive partem I. pro Praxi contentionum & competentiarum regnorum inclytæ coronæ Aragonum. Barcinone apud Josephum Forcada 1661. in folio. Quam sequuta est:

Decisionum Pars secunda pro recto usu contentionum & competentiarum regnorum inclytæ coronæ Aragoniæ super Immunitate Ecclesiæ. Ibidem apud eumdem typographum 1665. in folio. Cum hæc scribimus in Cataloniæ senatu judex sedet.

MICHAEL DE CRUCE, ordinis, seu congregationis, Sancti Joannis Evangelistæ regni Portugalliæ, scripsit, nec tamen in lucem edidit, laudante Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano*, Maii XV. die, litera e, & die V. Junii, litera b.

Dos Varoẽs ilustres da sua congregação: sive historiam hujus ordinis, quam Paulus de Præsentatione olim formaverat, a se absolutam, ut notat idem Cardosus VIII. Junii, litera d.

MICHAEL DE CRUCE, Lusitanus, canonicus Sanctæ Crucis Conimbricensis, quem in Romana curia religionis suæ negotia procurantem novimus, & ob integritatem vitæ in pretio habuimus, scripsit Lusitane:

Historia de D. Luis de Ataide. Conimbricæ 1616.

D. MICHAEL DE LOS DIEZ, edidit:

Vida y muerte santa del glorioso Patriarca S. Ignacio de Loyola fundador de la Compañia de IHS. Matriti 1619. in 16.

MICHAEL DE EGUIA, typographus Complutensis, propriis typis vulgavit:

La Memoria de la Passion de Christo Señor nuestro. Compluti 1529. in 16.

MICHAEL DE ELIZALDE, Navarrus, Echalarensis, presbyter Societatis Jesu, præstantissimi ingenii atque doctrinæ & facundiæ vir, post professionem aliquot annorum Pincianam & Salmantinam in Urbem vocatus, ut in Collegio Romano sacram theologiam doceret, vix potuit imbecillitate impeditus laboriosæ operæ aliquandiu sufficere, eminentissimo S. R. E. cardinali Sfortiæ Pallavicino, propter mentis vivacitatem & perspicuitatem, eximiam eruditionem ceterasque animi dotes, adeo carus ut in patriam jam reversum ex collegio Neapolitano S. Francisci Xaverii, cui præfuit, denuo Romam, ne amicissimo & suavissimo careret capite, in domum suam invitaverit, humanissimeque quoad vixit hospitatus sit, studiorumque participem fecerit. Edidit:

Formam veræ Religionis quærendæ, & inveniendæ librum unum: ad D.D. Gregorium de Bracamonte & Guzman, excellentissimi comitis de Peñaranda, proregis tum Neapolitani, heredem filium. Neapoli apud Hyacintum Passerum 1662. in 4. Nihil ultra ei attribuit postremus locupletator *Bibliothecæ Societatis*, cum certe auctor idem sit operis Antonio Celladei, quod cognomen anagrammaticum est, adscripti:

De Recta doctrina morum, quatuor libris distincta. Quibus accessit:

De Natura opinionis Appendix. Lugduni apud Petrum Chevallier 1670. in 4. Nimirum hoc invitis superioribus in lucem prodiit. Mortuus est. . . . .

MICHAEL DE ERZE XIMENEZ, Prexamensis (dioecesis Calaguritanæ oppidum Prexamo est) juris utriusque doctor, Legionensis prius ecclesiæ canonicus, Regii deinde sacelli, Regum Novorum nuncupati, in Toletana ecclesia capellanus, scripsit:

Prueba de la predicacion de Santiago en España. Matriti apud Alphonsum de Paredes 1648. in folio.

MICHAEL DE ESPINOSA, Bæticus, ex Guadixiensi, seu mavis Accitana, dioecesi, sodalis Jesuitarum, philosophiam Hispali, theologiam Granatæ docuit, parataque editioni reliquit:

In Primam Partem Summæ S. Thomæ volumina duo.

Obiit anno MDCXXIX. Granatæ intempestiva morte.

MICHAEL DE ESTETE, scripsit, ut auctor est in *Bibliotheca Indico-occidentali*, tit. VIII. Antonius Leonius:

Relacion del Viage de Fernando Pizarro desde Caxamalca. MS.

MICHAEL FERNANDEZ, ex oppido Mora, dioecesis agrique Toletani, Jesuita, scripsit:

Vida, martyrio y translacion de la gloriosa Virgen y Martyr Santa Leocadia. Toleti apud Petrum Rodriguez 1591. in 8. Comitatus ipse fuerat e Belgii Lætiensi monasterio in Hispaniam sacra martyris Toletanæ leipsana.

MICHAEL FERRER, Cæsaraugustanus,

nus, Barcinonensis curiæ senator, scripsit olim:

Methodum, sive ordinem procedendi judiciarium secundum Foros Aragoniæ. Cæsaraugustæ 1554. in 4. Idem cum eo, nisi fallor, qui deinde confecit:

Observantias Sacri regii Cataloniæ Senatus. Per Sigismundum Despujol, Barcinonensem advocatum, post auctoris obitum in vulgus datas Barcinone expensis Joannis Simonis 1608. in folio, una cum propriis *Additionibus.* De quo adhuc dubius sum, postquam ab amico, Cataloniæ cive, non eumdem esse audivi eum qui *Methodum* scripsit cum eo qui *Observantias Cataloniæ Senatus.*

MICHAEL FERRER, Valentinus, Almenarensis, edidit:

Dialogum, inscriptum Terentiana imitatio, ad Grammaticos Latinos, Dialecticos & Rhetoricos admodum utilem. Valentiæ typis Joannis Mey 1562. 8.

MICHAEL FERRO MANRRIQUE, jurisconsultus, Philippo IV. Regi Catholico a sacris, Ferdinandique, Hispaniarum Infantis, Toletani præsulis, vicarius in Talaveræ oppido, scripsit:

De Præcedentiis & prælationibus Ecclesiasticis. Lugduni apud Jacobum & Petrum Prost 1635. 4. Antuerpiæque.

Resolutionum Quæstionum moralium, & Vicarialium partem primam, in qua plures ad vicarios & Judices Ecclesiasticos, Visitatores & Syndicatus judicium digeruntur quæstiones. Lugduni iisdem typis 1640. 4. Venetiisque 1641.

Resolutionum earumdem secundam partem, necnon variarum opinionum accuratius contra Dianam & modernos selectarum collectionem. Lugduni Venetiisque, iisdem annis.

Tractatum de Differentiis & concordiis utriusque Fori, & Miscellaneam Quæstionum & Resolutionum ad Joannem Valerum, ejusdem materiæ & tractatus Interpretem, cujus differentiæ plures examinantur, simul & Dianæ, Io. Sancii, & Io. Scobaris, Io. de Molina, & Joannis Parladorii, & aliorum neotericorum sententiæ, & ad meliorem concentum reducuntur. Lugduni sumptibus Hieronymi de la Garde & Io. Girin 1657. in folio.

MICHAEL DE FRAGA, Dominicanus, scripsit librum:

De los bienes hechos al Convento de Santo Domingo de Valencia. Quem Franciscus Diagus non semel laudat.

MICHAEL DE FUENLLANA, domo ex oppido Navalcarnero agri Matritensis, a primis infantiæ annis orbus lumine, musicæ artis peritissimus & fidicen egregius, scripsit:

Orfenica Lyra: libro de Musica para Viguela. 1557. in folio: ad Philippum Hispaniarum Principem, Angliæ atque Neapolis Regem. Commendatum opus versibus Benedicti Ariæ Montani, Martini a Montesdoca, Joannis Chirosii, Joannis Zumetæ, patritii Hispalensis.

F. MICHAEL DE LA FUENTE, natus in quodam oppido Toletanæ diœcesis Valdelaguna appellato, Carmelitarum adscriptus ordini, doctrina & innocentia vitæ illuxit familiæ huic religiosissimæ, atque sibi æqualibus, nam & mirabilia patravisse dicitur. De cujus rebus pie atque supra vires naturæ gestis sacra Rituum congregatio probationes solemniter acceptas in tabulario suo adservat. Scripsitque:

Compendio Historial de nuestra Señora del Carmen. Toleti 1619. 4. per Joannem Rodriguez.

Libro de las tres vidas del hombre, corporal, racional y espiritual. Ibidem 1623. 4. apud Joannem Ruiz.

Regla y modo de vida de los Hermanos Terceros y Beatas de nuestra Señora del Carmen. Simulque:

Exercicios de oracion mental. Toleti apud Bernardinum de Guzman 1615. 8. Quem librum iterum edidit in eadem urbe Joannes Ruiz anno 1625. in 16. aut hujus editionis aliud opus, a superiore diversum, hac insignitur inscriptione: *Ordenanzas y modo de gobernarse los hermanos de la Congregacion* &c. a se nimirum institutam & gubernatam.

Obiit Toleti XVII. Novembris anno MDCXXVI. ætatis suæ LII. ut in sepulcro legitur.

F. MICHAEL DE LA FUENTE, diversus a superiori, ejusque ex nescio quo latere nepos, in Valdelaguna oppido natus, Carmelita, Compluti Toletique theologiæ scholasticæ ac Bibliorum professor, Toletanis patribus Fidei vindicibus a censuris, pietatem non minus quam doctrinam excoluit, reliquitque typis parata:

Placita Theologica.

Obiit Toleti XI. die Augusti MDCXXIX. ætatis suæ XLII.

F. MICHAEL DE FUENTES . . . ordinis Cisterciensis monachus, sacræ theologiæ magister, tum ad S. Bernardum Salmantinæ urbis abbas, tum aliquando totius ordinis, sive Hispaniarum congregationis generalis magister. Quo tempore in Salmantino

no lycæo cathedram, quam S. Thomæ vocant, moderaretur, edidit:

Discurso Theologico Moral, Historial y Juridico de la Jurisdiccion espiritual ordinaria que tiene la Abadesa del Monasterio de las Huelgas de Burgos. Anno 1662.

MICHAEL GIGINTA, Elnensis ecclesiæ canonicus, juris Pontificii consultus, multa ac diuturna opera, fere integris peregrinatis Castellæ ac Lusitaniæ regnis suæque Cataloniæ, quampluribusque apud principes viros officiis, constructionem domorum hospitalium, quibus mendici colligerentur invalidi, tum præsens fovit, tum de scripto suasit. Extant enim ejus de hac re:

Tratado de Remedio de Pobres. Conimbricæ apud Antonium Mariz 1579. 8.

Exortacion a la compasion. Matriti. Cæsaraugustæque 1584. 16.

Atalaya de Caridad: Garsiæ Loaisæ, Philippi Principis magistro, nuncupatum, quo in opere duorum superiorum mentionem facit. Cæsaraugustæ apud Simonem de Portonariis 1587. 8. Item edidit:

Cadena de oro del remedio de los pobres. Perpiniani apud Samsonem Arbus 1584. 8. nisi idem sit cum superiore *Exhortationis ad charitatem.* Promisitque tunc temporis *Florem Sanctorum* Hispanum.

MICHAEL GINER, scripsit:

Sitio y toma de Ambers, por el Serenissimo Alexandro Farnesio Duque de Parma y Plasencia. Antuerpiæ apud Plantinum in 8. Cæsaraugustæ 1587. 8.

MICHAEL GOMEZ, Aragonius, ex oppido Villalonga, Societatis Jesu, Manilæ in Philippinis insulis, quo transfretaverat procurandæ illarum gentium salutis desiderio incensus, totos xx. annos Aristoteli & S. Thomæ interpretandis impendit, postquam Pictorum insulas fidei accenso lumine illustrasset, scripsitque, auctore Philippo Alegambe in *Societatis Bibliotheca*:

Commentarios in universam Summam Theologiæ S. Thomæ: tomis IV. nondum editis.

Decessit Manilæ anno MDCXXII.

D. MICHAEL GOMEZ DE LUNA ET ARELLANO, Sancti Jacobi ordinis eques, Ursaone in collegio Conceptionis Marianæ, atque adeo in ipsa academia, professorem egit primarium juris Pontificii: unde curiæ deditus, Hispali cum triumvirum litium in domo Indicæ Negotiationis judicandarum, tum in proprio ejus urbis prætorio judicem præstitit. Granatensis deinde juridici conventus senatorem, usque dum in Belgium destinaretur copiis militaribus jura dicturus (Superintendentem justitiæ militaris Generalem appellant munus) quod strenue exercens in pugna Lentiensi a Gallis capitur, a quorum manibus non mediocri lytro se exolvens, Matritum venit, in curia Regia Militariumque Ordinum concilio curaturus rempublicam senator. Varia de jure scripsit, quæ simul prodire tandem fecit hac inscriptione:

Opera Juridica tripartita. Antuerpiæ apud heredes Joannis Cnobbart 1651. 4. nempe:

De Juris ratione, & Rationis imperio lib. IV. Matriti primum apud Joannem Gonzalez 1630. 4.

Singularum Lectionum librum. Matriti 1632.

Juris Canonici Antilegomena: duabus partibus. Edidit etiam, theologi assumens partes, pro ferventi in Deiparam devotionis affectione:

Supplicationem ad Innocentium X. pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Bruxellis 1652. in folio.

Theoremata sacra, Theologica & Juridica, Topica & Anaglyphica pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione. Bruxellæ apud Joannem Mommartium 1652. in folio.

Obiit, factus Indicarum rerum concilii senator, Martio mense anni MDCLXII.

MICHAEL GONZALEZ DE CUNEDO, scripsit:

Triunfos de S. Miguel. 1628. in 8.

MICHAEL GONZALEZ VAQUERO, Abulensis, Carmelitarum virginum in monasterio Sancti Josephi Deo sacrarum archicappellanus, scripsit:

La Muger fuerte, por otro titulo, la vida de Doña Maria Vela monja de S. Bernardo en el convento de Santa Ana de Avila (cui a confessionibus nempe fuerat). Matriti apud viduam Alphonsi Martini 1618. in 4.

D. MICHAEL GREZ, Navarrus ut credo, laudatur ex eo quod scripserit relationem quamdam, quæ edita fuit hac nuncupatione:

Relacion de D. Miguel de Grez Cura &c. Pampilone 1616. in 8. Quam non vidimus, cujusque argumentum ignoramus.

F. MICHAEL GUERRA, Cisterciensis in monasterio Saltus-novalis (vulgo Sandoval) in regno Legionensi, edidit:

Modo de ayudar a bien morir. Vallisoleti 1604. in 4.

MICHAEL DE HERRERA, Pincianus,

nus, recognovit atque edidit (ulteriorem quippe ei laudem nullus tribuo):

Las Chronicas de los Reyes de Castilla D. Alonso el Sabio, D. Sancho el Bravo y de D. Fernando el Quarto. Pinciæ apud Sebastianum Martinez 1554. in folio.

MICHAEL HIERONYMUS, Jesuita, Romæ vixit, & non sine fructu concionatus est, ediditque Italice:

Lettera espirituale sopra il modo di conseguire la perfettione religiosa. Florentiæ 1614. 8.

Altra lettera del modo di parare se stesso alla perfettione religiosa. Romæ apud Zanetum 1625. 8.

Discorso dell' Eccellenze e prerogative di San Gioseffo. Ibidem 1625. in 8.

Considerationi per affetionarsi alla devotione della Beata Vergine. Ibidem apud Franciscum Cavallum 1627. 8.

Obiit senex anno MDCXXIX. Romæ.

MICHAEL HIERONYMUS DE LEDESMA, Valentinus, Hieronymi filius, ejus qui in populari tumultu anni MDXX. eo quod Regis sequeretur partes, a plebe pene occisus est, doctor medicus, quem olim Joannes Andreas Straneus in contubernio habuit, sive quo amanuensi usus fuit. Rem postea medicam (verbis loquor Andreæ Peregrini, hoc est Scoti in *Bibliotheca Hispana*, quem de Valentinis scriptoribus, utpote ex vicina Antonii Augustini, præsulis Tarraconensis, aula, diligenter commentatum fuisse non temere credimus) ex Galeni scriptis, cum literis Græcis, ut res exigit, conjunctam, publice profligata Arabum barbarie, in Valentina academia multos annos professus est, simul etiam Græcam linguam, cujus erat peritissimus, docens. Nimirum:

Linguæ Græcæ Institutiones breves scripsit. Adjunctis:

Duobus opusculis Græcis, quorum altero oratione soluta respondet ad Luciani accusationem, qua pro Σ agens, T literam accusat: altero Christi passi cruciatus carmine per centones Homericos celebrat.

Primam quoque *primi Canonis Avicenæ sectionem ad Arabicam veritatem* interpretatus est, atque *enarrationibus* compendiosis explanavit.

De Pleuritide tandem *commentariolum* edidit. Hæc Scotus.

MICHAEL HIERONYMUS DE SANTACRUZ, Valentinus domo, sed incolatu Hispalensis, publicavit:

Libro de Arithmetica especulativa y practica, intitulado Dorado Contador. Matriti 1625. 4. Hispali primum 1603. 4. apud Bartholomæum Gomez.

MICHAEL ITERUS, Navarrus, Pompeiopolitanus, laudari solet in *Elencho Scriptorum Juris*, eo quod scripserit:

In Titulum Digest. De Vulg. & pupill. substit.

In Titulum Digest. De Liberis & posthumis.

In Titulos De Verborum significatione, & De diversis regulis Juris.

F. MICHAEL IZQUIERDO, Franciscanus Strictioris Observantiæ provinciæ Valentinæ, scripsit:

Breve y clara resolucion de casos de conciencia. Quam vidimus manuscriptam in 8.

MICHAEL JOANNES PASCHALIS, Valentinus, Castellonensis (auctore mihi Gaspare Escolano, lib. v. cap. XXIII.) medicinæ doctor, quam sub Falcone Montispessulanæ & Collado Valentinæ academiæ professoribus didicit, de re medica scripsit:

Praxim medicam, sive Methodum curandi. Valentiæ 1555. in 8. Hanc scholiis illustravit Petrus Paulus Pereda, Setabensis, quibuscum edita fuit Lugduni apud Juntas 1585. in 8. & apud Horatium Cardon 1602. in 8. Nuperque adjuncta *Disputatione medica, an cannabis & aqua, in qua mollitur, possint aerem inficere, & chimica Appendice ad singula librorum Practicæ hujus Ibero-Valentinæ capita*, auctore Carolo Spono. Ibidem typis Laurentii Anisson 1664. Joannes Antonides vander Linden, *De Scriptis Medicis* auctor, non bene distinxit *Praxim medicam* a *Methodo curandi*: quæ idem opus sunt.

De Morbo Gallico tractatum. Qui extat operis seu systematis Veneti de hoc morbo secundo volumine, pag. 146. Vertit quoque idem, nisi fallor, in vulgarem Hispaniæ linguam *Ioannis de Vigo Praxim rei chirurgicæ*, quam hoc titulo appellatam edidit:

Practica de Cirugia: nescio ubi, anno 1548. fol. Cæsaraugustæque apud Joannem Solet 1581. in folio. Hujus filius fuit Bartholomæus Josephus Paschalis, qui *Pachymeris Logicam* e Græco interpretatus est in Latinum sermonem.

MICHAEL JOANNES VIMBODINUS (vulgo Vimbodi) ET QUERALT, Valentinus, ex oppido Ontiñent, theologus, & poeta insignis eruditionis, Augustino S. R. E. cardinali Spinolæ, dum ecclesiis præesset Granatensi & Compostellanæ, atque hoc ipso tempore in urbe Romana commoraretur, a secretis, canonicus & ipse Compostella-

lanus, plura scripsit poetica, historica, necnon & theologica, quæ in scriniis heredum, sive perfecta, sive affecta, de quibus spem alii fecerant, vel nunc latent. Edidit is quidem vivus:

Panegyricum B. Thomæ de Villanova Archiep. Valentini: ad Gasparem Borgiam, S. R. E. cardinalem, in quo beati viri vita, veluti commentario libro, exponitur. Opus in Hispania, Gallia, Italia & Belgio magno plausu acceptum, uti ait Leo Allatius, cui notus Romæ noster fuit, in *Apibus Urbanis*. Valentiæ 1619. in 4. iterumque in Belgio.

Epitaphia, Inscriptiones, Elogia varia. Matriti 1625. fol.

Elogium Beati Ludovici Bertrandi. Editum est in Vincentii Gomezii, Dominicani, libello *De Sacris concionibus in Beatificatione*, ut vocant, hujus sancti viri. Inedita sunt hactenus, ut tam Leo Allatius in laudatis *Apibus* suis, quam Joannes Franciscus Ustarrozius in *Historia Sancti Dominici de Val* cap. XIII. testantur:

Historia Ecclesiastica regni Valentini.

Bibliotheca Valentina, sive de illius regni Scriptoribus.

Disputationes IV. Historicæ. I. de S. Eugenio martyre Valentino Episcopo, ac ejus successoribus. II. *De Sancta Anglina Virgine & Martyre.* III. *De S. Vincentii Levitæ Hispani Martyris sacri corporis translatione.* IV. *De sacro Cingulo Dertusano a Deipara Virgine dono accepto. De Rufo Præsule illius urbis, & successoribus.*

Medicus Animarum in gratiam Curionum. Hispana vero hæc:

Flos Sanctorum, o Vida de los Santos del Reyno de Valencia.

Discursos genealogicos de la Familia de Vimbodi.

Fundacion del Real Monasterio de Poblet en el Principado de Cataluña. Ex tabulis Regiæ hujus domus.

Obiisse dicitur Compostellæ, plurium, qui curas suas mandarunt literis, promeritus laudes, quos Leo Allatius nominat.

D. MICHAEL JOSEPHUS DE MOLINA, edidit:

Vida del Venerable Francisco de Velasco, Cura de la Parroquial de S. Mathias de la Ciudad de Granada. Granatæ 1674. 4.

MICHAEL JULIANUS, Valentinus, Societatis Jesu sacerdos, edidit, dum Majoricæ collegio præesset:

Relacion de la Vida y muerte del Padre Alfonso Rodriguez.

Valentiæ denatus est anno MDCXXI. ætatis LXIV.

MICHAEL DE LEON SUAREZ, Lusitanus, vertit in Castellæ sermonem ex Latino auctoris:

Oficio del Principe Christiano del Cardenal Bellarmino. Matriti 1624. 4.

MICHAEL DE LERIZA, Valentinus, chirurgus experientissimus, scripsit:

Libro de Cirugia, que trata sobre las llagas en general, que escribe Guido de Cauliaco: con un tratado propio, en el qual se enseña el modo de curar las carnosidades, que estan en la via de la orina. Valentiæ 1597. 8.

F. MICHAEL LLOT DE RIBERA, Catalanus, sodalium Prædicatorum in coenobio Perpinianensi professus ordinem, Romæ procurator fuit in causa canonizationis S. Raymundi a Pennaforte; adhæc sacræ theologiæ magister professorque theologus Perpiniani. Dedit in lucem Latino sermone:

Vitam venerabilis sororis Mariæ Raggi & Mazzæ Chiensis tertii ordinis Sancti Dominici: cui fuerat ipse auctor a confessionibus. Barcinone 1606. 8.

De laudabili vita, & de actis hactenus in Curia Romana pro Canonizatione B. P. F. Raimundi de Peniaforte: ad Clementem VIII. P. M. Romæ apud Dominicum Giliottum 1595. in 4.

Epitomem sive collectionem eorum omnium quæ a Petro Lombardo Sententiarum Magistro in suis quatuor libris conscripta reperiuntur. Perpiniani apud Samsonem Arbus 1594. in 8. Præter hæc Catalanica:

Historia de la santissima reliquia del bras y man esquerra de Sant Ioan Baptista. 1570.

Libre de la Translatio dels invincibles Martyrs de Iesu Christ, SS. Abdon y Senen y de la miraculosa aygua de la santa tumba del monestir de Sant Bencten en la vila de Arles en lo Comptat de Rosellò. Perpiniani apud Samsonem Arbus 1591. in 8. Meminit auctoris Joannes Lopez in *Historia Ordinis Prædicatorum*, parte IV. lib. IV. cap. II.

MICHAEL LOMBARDO, si noster est, sacerdos, ac divini verbi præco, edidit:

La Instruccion y forma de como se ha de oir la Missa. Pampilone 1599. 8.

MICHAEL LOPEZ DE LA CASA, Aragonius, ex oppido Trama-Castilla vallis de Tena nuncupatæ, cum Salmanticæ ad S. Salvatoris Ovetensis collegium sodalis, & in schola fuisset philosophiæ lector, canonicus deinde creatus fuit almæ ecclesiæ Cæsaraugustanæ S. Mariæ de Pilari. Scripsit insigne:

Sermonum volumen (ecclesiastes fuit sua ætate celebris). Quod se vidisse refert MS.

Vin-

Vincentius Blascus de Lanuza in *Hist. Eccles. Aragoniæ* tom. II. lib. ult. cap. LIII.

MICHAEL DE LUNA, Granatensis, ex Arabibus conversis oriundus, hujus linguæ interpres Regius, ex Arabico Abucacini historici transcripsisse in vernaculam linguam videri voluit:

La Historia del Rey D. Rodrigo y perdida de España. Tum alibi, tum Cæsaraugustæ apud Angelum Tabanum 1603. in 4. Posteaque:

Segunda parte de la Historia de la perdida de España: Vida del Rey Jacob Almanzor: ex eodem Abucacino. Granatæ apud Sebastianum Rene 1600. in 4. Elevat fidem Lunæ, non obscuro de eo facto judicio, ad Athanasium Kircherum virum ævo hoc nostro clarissimum & amicum nostrum scribens, Thomas de Leon, ejusdem cum eo Societatis Jesuitarum, in collegio S. Pauli Granatensis urbis professor olim theologus, eruditione multiplici omnis generis literarum optimis comparandus, cujus de re verba legere est in *Œdipi Ægyptiaci* volum. II. classe XI. pag. 486.

MICHAEL DE MADRIGAL, sive auctor, sive potius collector, est ejus systematis, quod sic inscriptum prodiit:

Romanzero general: duobus tomis in 4. 1604.

MICHAEL MARAÑON, nescio quis, scripsit:

Origen, difiniciones y actos Capitulares de la Orden de Calatrava. Pinciæ 1568. An alius ab isto est:

De Origine & Institutis Ordinum militarium Sancti Jacobi, Calatravæ & Alcantaræ? Qui liber extabat penes Bernardum Alderete MS.

MICHAEL MARCUS, Jesuita, scripsit:

Historia de la fundacion del Colegio de Salamanca de la Compañia de IHS. Quam MS. vidit Aegidius Gonzalez Davila.

MICHAEL MARTA ET MENDOZA, Michaelis Martæ, Justitiæ Aragonum, filius, J. V. doctor, in gymnasiis Oscensi & Cæsaraugustano jurisprudentiæ professor, Tirasonensisque ecclesiæ archidiaconus & canonicus, publicavit:

Bellicam Tritogeniæ Palladis Encyclopædiam, id est, *illustrissimum scientiarum omnium quæ in Cæsaraugustana academia præleguntur chorum.* Cæsaraugustæ 1674. in fol.

Pro altera illustriorique bellicæ encyclopædiæ luce de Venatione theses x. Ibidem 1675. 4.

MICHAEL MARTEL, scripsit:

Tratado de la fundacion de la ciudad de Soria, del origen de los doce linages y de las antiguedades desta ciudad. Vidimus MS. in bibliotheca D. Gasparis Ibañez de Segovia, marchionis de Agropoli, amici nostri, quam locupletem satis habet Matriti.

MICHAEL MARTINEZ DE AVILES, scripsisse dicitur:

Reglas militares. Granatæ in 4.

MICHAEL MARTINEZ DE LEACHE, pharmacopola, civisque Tudelensis urbis regni Navarræ, ex qua oriundus erat, edidit:

De vera & legitima Aloes electione juxta Mesues textum in duas sectiones divisa disputatio. Pompeiopoli 1644. in 8. Necnon Hispana lingua:

Controversias Pharmacopales, donde se explican las preparaciones y elecciones de Messue. Pampilone apud Martinum de Labayen & Didacum de Zabala 1650. in 4.

MICHAEL MARTINEZ DE LEYVA, in Sancti Dominici Calceatensis oppido natus, professione chirurgus, eaque in extrahendis molli & innocua manu dentibus aut molaribus dexteritate, quam quidem ipse magnifice jactabat, ut sine ullo ferreo instrumento, sola digitorum tractatione, opus perficeret. Ea tempestate, qua, tribus fere annis ab octogesimo primo sæculi superioris, Bæticam, & in ea Hispalensem urbem, sæva pestis afflixit, in ea ipsa urbe & vicinis quibusdam locis præsenti animo artisque suæ exercitio saluti publicæ pro sua virili opitulatus est. Necnon, ut experto utilius præstaretur fides, elucubravit atque edidit:

Remedios preservativos y curativos para en tiempo de la peste y otras curiosas experiencias. Matriti 1597. 8. apud Regium typographum.

D. MICHAEL MARTINEZ DEL VILLAR, natus in oppido Monobrica, hodie Munebrega, regni Aragoniæ, juris utriusque doctor, literis vir & muneribus gestis hoc sæculo clarus. Judicem agens Justitiæ Aragonum, sive ut vocant locumtenentem, de publica re merendi tirocinium fecit. Sequenti tempore & Balearium insularum curiæ senator, & apud patres summi & principis Aragoniæ concilii advocatus Fisci, tandemque circa Philippi IV. initium, aut Philippi III. obitum, pater ipse & proprio verbo Regens in eodem ordine fuit creatus. Reliquit is aliqua sui ingenii mo-

numenta, nempe vulgari lingua:

Tratado del Patronado, antiguedades, gobierno y Varones ilustres de la Ciudad y Comunidad de Calatayud y su Arcedianado. Cæsaraugustæ typis Laurentii de Robles 1598. 4. Hujus alterum volumen, quod inscriptum est: *Segunda parte de la Apologia del Patronado de Calatayud*, superioribus annis penes se habebat D. Martinus Martinez del Villar, auctoris filius, S. Jacobi eques, uti refert Franciscus Andreas Ustarrozius in libro nuncupato *Defensa de la patria de S. Lorenzo*, cap. VI. pag. 132. Latine vero, an quoque Hispanice?

Interpretationem trium Epigrammatum Cæsaraugustani Templi S. Mariæ Majoris ad Columnam. Simulque:

Appendicem de innata fidelitate regni Aragonum. Palmæ Balearium typis Gabrielis Guasp 1609. in 4.

Sententiam pro Ecclesia Sanctæ Mariæ Pilaris Cæsaraugustana.

MICHAEL MARTON, natus in oppido Sallent Aragoniæ regni, quem a secretis fuisse referunt almæ ecclesiæ Deiparæ Virginis Pilariensis Cæsaraugustanæ, parabat edere volumen:

De varias Poesias; nisi proposito mors intercessisset, ut ait Vincentius Blascus Lanuza in *Historia Ecclesiastica Aragoniæ*, tom. II. lib. ult. cap. LIII.

MICHAEL DE MATAS, Catalanus, ex Olot oppido Gerundensis dioecesis, presbyter, scripsit:

Devota Peregrinacion de la Tierra Santa. Barcinone 1604. in 8.

F. MICHAEL DE MEDINA, Bellarcensis, quomodo se ipse appellat (Belalcazar oppidum est dioecesis Cordubensis in Bæturia), Seraphicæ familiæ provinciæque Angelorum, in qua huic instituto nomen dedit, atque adeo sibi ipsi, non literis dumtaxat, sed pietate dotibusque aliis clarissimis insignem apud omnes existimationem comparavit. Domi enim Alphonsum Castrensem, eximium theologum, aliosque nactus præceptores, una cum sacra & scholastica divinorum doctrina, philosophiæ totius veteris ac novæ arcanis, perrara atque exquisita historiarum & antiquitatis cognitione, varia linguarum orientalium notitia sic mentem imbuit ut, si ideam perfecti quæramus theologi, vix alium eo priorem inter tot Hispanos literarum heroas compellare posse videamur. Clariore autem in dies elucente ejus virtutis famá, ne Tridentina synodus hoc careret theologo Philippus Rex II. effecit, eo illum dirigens, unde uberrimam sibi argumentorum, quæ tractaret, messem ingenti cum compendio ecclesiæ atque ejusdem inimicorum dispendio feliciter erat collecturus. Aliquando, quod Joannem Ferum suæ sectæ Franciscanæ sodalem, ab impetu Dominici Soti apologetico libro defendisset, causam religionis dixit, in qua tamen innocentiam suam probavit. Ornaverunt plane pro meritis Medinam laude multiplici egregius quisque sui temporis scriptor: *Reconditæ eruditionis virum* Alphonsus Mendoza, Augustinianus, in *Quodlibetorum* quæstione IV. scholastica. *Religione & eruditione insignem* Didacus Covarrubias in *Regula, Peccatum*, §. IX. num. 6. *Summa probitate atque eruditione laudandum* Sixtus Senensis *Bibliothecæ* lib. IV. ubi de Joanne Fero agit. *Sacræ theologiæ doctorem Toletanum omni literatura doctissimum, subtilissimum rerum divinarum interpretem, philosophum gravem, oratorem facundum* Eisengreinius in *Catalogo Testium veritatis*. *Eruditissimum & antiquis Christianæ ecclesiæ theologorum choriphæis comparandum, ac novum quemdam theologiæ Herculem*, ac plerisque aliis summæ laudis, Hieronymus Magius, Anglariensis, vocat in *Epistola* quadam *ad Aloysium Contarenum S. R. E. cardinalem*, quæ vice prologi est ad nostri opus *De Recta in Deum fide.* Famam his scriptis aluit, & apud doctos omnes alte conservat:

Christiana Parænesis, sive de recta in Deum Fide libri VII. ad Philippum Regem Catholicum. Venetiis apud Zilettum 1564. in fol. Origenis atque Cyrilli exemplo, qui hac inscriptione & argumento usi sunt. Hæc tantum erat operis ab eo destinati pars prior, in qua orthodoxæ fidei origines & causæ proponuntur, ac simul ejus excolendæ, nutriendæque ac propagandæ ratio quam aptissime traditur, atque universa, quæ eam pertentare solent, infidelium aut hæreticorum, nostræ præsertim memoriæ, argumenta & rationes proteruntur. Fatetur ipse, cum ad finem pervenit septimi atque ultimi libri (quod Magius explicate magis nos docuit in laudata *Epistola*), quatuordecim ab se libros super hac re elaboratos. *Verum de prima Ecclesiasticæ Reip. parte* (ait Medina) *id est, de Lege, ejusque Judice & Interprete ecclesia jam satis.* Profecto male de ea meretur, deque eruditis omnibus, qui thesauro huic lucem invidet. Hieronymi Magii verba, deque opere isto judicium licet subjungere; non enim ad manum pluribus, & recoquuntur in dies inutilia passim: *Argumentum quidem immensi abditique operis fuit, utpote quod a primis religionis rudimentis & cunabulis, ex vetustissimis innu-*

numerisque omnis generis scriptorum monumentis, & antiquorum erroribus penitus excussis repetatur. Et mox: *Nil omnino prætermisit quod ad orthodoxam fidem fulciendam comprobandamque, & a multorum calumniis vindicandam ac tegendam facere possit: adeo ut his, quæ sparsim erant mandata literis, quæque ille ex suo inexhausto penore deprompsit, in suas sedes congrua dispositione collatis, omnium nobis & posteritati librorum & theologorum, quantum ad hujusmodi disputationes attinet, instar futurus sit.* Hæc Magius. Perperam utique Gonzaga & Scotus ab opere *De Recta in Deum fide Parænesim* distinguunt.

De Sacrorum hominum continentia libri v. ad D. Didacum Spinosam, Seguntinum antistitem, S. R. E. cardinalem, senatusque Castellæ præsidem. Venetiis apud Zilettum 1568. in folio. Confecit hoc opus (ut ipse ait in præfatione) *jussu Francisci Guzmani, commissarii generalis familiæ ultramontanæ, ac persuasionibus plurium episcoporum, qui Tridentinæ synodo interfuerunt, quando in eo a quibusdam obtundebatur expedire ut permitteretur Germanis ad concordiam & pacem superinducendam, ex more Græcorum, uxoribus, ante sacros ordines acceptis, uti & cohabitare.* In his libris sacri & ecclesiastici cælibatus origo, progressio & consummatio ex Sacra Scriptura, Sanctorumque Patrum scriptis proponitur, statuitur, & ab hæreticorum nostri temporis calumniis propugnatur: *quibus libris haud scio* (ait Scotus in *Bibliotheca* nostræ gentis) *quid addi possit aut diligentia aut industria.*

Disputationes de Indulgentiis adversus eosdem nostri temporis Hæreticos. Venetiis 1565. in 4.

Apologia Joannis Feri, in qua septem & sexaginta loca Commentariorum in Ioannem, quæ antea Dominicus Soto Segoviensis Lutherana traduxerat, ex Sancta Scriptura, Sanctorumque doctrina restituuntur. Compluti apud Joannem Brocarium 1558. in 8. & 1567. & 1578. in folio. Item Moguntiæ 1572. Quæ tamen in *Indice expurgatorio Romano* fuit prohibita, magis, credo, quod verbis cum hæreticis Ferus quam quod sensu conveniret. Purgavit etiam, ne id ignores lector, Michael noster ejusdem Feri *Sermones*, seu *Commentaria in Matthæum*, quæ, inedita ab eo relicta, hæreticorum inter manus labis quidquam contraxerant: quod & agnovit Sixtus Senensis lib. vi. *Bibliothecæ Sanctæ*, annotatione lxxii. Opera autem cum Medina Rodericus Vadillus, Benedictinus, & Petrus Carolus, prior Uclesiensis ordinis Sancti Jacobi, restituendis his mancipaverunt, Complutique edi correctiora curaverunt anno 1562. in 4.

Enarratio trium locorum ex cap. 11. Deuteronomii cathedra Sanctarum Scripturarum Academiæ Complutensis assignatorum & in publico theatro explanatorum. Compluti 1560. in 4.

Expositiones in quartum Symboli Apostolorum articulum. Venetiis 1565. in 4. Male hoc intellectum fuit a Scoto, qui quatuor, pejusque a Gonzaga & Possevino, qui quatuordecim symboli articulos a nostro hic explicatos crediderunt. S. Cyrilli Alexandrini liber *Adversus Antropomorphitas* ex interpretatione Bonaventuræ Bulcanii cum *animadversionibus Michaelis a Medina* extat cum aliis in codice MS. bibliothecæ Lugduno-Batavæ communis seu publicæ, inter libros Vulcanianos, ut ex ejus catalogo pag. 417. constat.

De Igne Purgatorio Tractatus: quem non vidimus; eum tamen laudant Franciscus Gonzaga, Ludovicus Rebolledo, Lucas Waddingus, sodales, Andreas item Scotus in *Bibliotheca*. Hispanice quoque editus liber ab eo est:

De la Verdadera y Christiana Humildad. Toleti 1570. 8. Meminit ipse aliorum suorum operum, quæ adhuc desiderantur, uti *Biblicarum Annotationum* lib. vi. in *De Recta in Deum Fide*, cap. ix. in fine. *De Præcepto & dispensatione*, lib. iii. ejusdem operis, cap. viii. Hallucinationem Lucæ Waddingi non facile excuso, qui Joannis Medinæ, Complutensis, tam noti scriptoris, libros *De Restitutione*, ac *De Pœnitentia* Michaeli nostro Medinæ adjudicavit. Hunc vero arguit Benedictus Pererius *Commentariorum in Danielem Prophetam* libri x. præfatione, quod Berosianas Annii Viterbiensis fabulas studiose sit sequutus. Commune tamen hoc ei cum aliis ejus ætatis scriptoribus, præter historiam & chronographiam (ut ipse ait Pererius), in ceterarum disciplinarum studiis diligentibus, ac doctis Joanne Driedone, Nauclero, Joanne Lucido, Sixto Senensi.

Obiit Toleti magno bonorum studiorum damno. Ad hunc datæ sunt a Joanne Genesio Sepulveda *Epistolæ* duæ, xciii. & xciiii. de quæstionibus gravissimis.

D. MICHAEL MENCOS, auctor est libri, quo Aula Dei, Carthusianorum domus Cæsaraugustana, describitur:

Aula de Dios, Cartuja de Zaragoza inscripti. Cæsaraugustæ 1637.

D. MICHAEL MOEZ DE ITURBIDE ET MENDOZA, Complutensis, jurisconsultus, & causarum patronus, edidit xxiii. annos natus:

Decadem singularium observationum civilium.

lium. Compluti 1640. in 4. Deinde:

Commentarium in Primum librum Institutionum Justiniani. Compluti 1653. in 4. Parata habebat prelo anno MDCLV:

In Librum VI. Decretalium commentaria. Quorum primum tomum prodiisse novimus hoc titulo:

Bonifacius VIII. concors, sive Commentariorum libri VI. Decretalium pars I. continet librum primum Sexti. Compluti apud Mariam Fernandez 1663. in fol. De reliquis non liquet editæ sint vel non. Ex præconiis eorum, qui hoc opus laudant, deducere potuimus: *Quam plura* eum *Patrum Decreta Jurisconsultorumque Responsa* communi censura exposuisse, parareque *Collectaneas in Digestos & Codicem*, atque item *Practicas observationes.*

MICHAEL DEL MOLINO, Aragonensis, Cæsaraugustanæ curiæ advocatus; si judicio Hieronymi Blancæ, aut illorum a quibus ipse accepit, stare velimus, *non tam communis juris, quam privati Aragoniæ regni vir peritus*, sub Imperatore Carolo V. edidit:

Repertorium Fororum & Observantiarum regni Aragoniæ, una cum pluribus determinationibus Concilii Iustitiæ Aragonum practicis atque cautelis. Cæsaraugustæ 1533. & 1585. Cui operi Hieronymus Portoles *Scholia* adjunxit, ediditque duobus voluminibus in eadem urbe 1587. & 1590. Versum idem fuit opus in sermonem vernaculum, hac nuncupatione notatum: *Suma de todos los Fueros y Observancias del reyno de Aragon y determinaciones de Michael Molino*, interprete Bernardino de Monsoriu, alias Calvo, de quo suo loco diximus. Cæsaraug. 1589. 8. Necnon & MSS. scio fuisse in bibliotheca Gabrielis Soræ amplissima Cæsaraugustæ *Martini Mirabete de Blancas Scholia ad* idem *Repertorium Molini.*

MICHAEL MOLINOS, vide IOANNES BAPTISTA CATALA.

F. MICHAEL DE MONSALVE, ordinis Minorum, scripsit, Antonio Leonio teste in *Bibliotheca Indica occidentali.*

Reduccion universal del Piru y de todas las Indias. 1604. in 4. A quo diversum esse videtur id quod laudatur opus in *Catalogo Bibliothecæ cœnobii S. Mariæ de la Salzeda.*

Avisos al Rey D. Felipe III. para la conservacion de todas las Indias.

MICHAEL MORENO, Villacastinensis, in curia Regia notarius cum esset, propter insignem eloquentiæ dotem, qua eum natura ornavit, a Philippo Rege nostro Romam fuit missus in comitatu Dominici Pimentelii, Cordubensis episcopi, & D. Joannis Chumazerii, Castellæ senatoris, Regiorum ad Urbanum Papam VIII. extra ordinem legatorum, quibuscum agens obiit Romæ v. idus Julii, anno MDCXXXV. ætatis suæ XLIV. ut legitur in ejus sepulcro ad S. Jacobi domum hospitalem Hispanorum, in quo adjungitur Regium fuisse secretarium, virumque moribus gravem, stilo celebrem, in toto corporis habitu venerandum. Scripsit:

Aviso para los Oficios de Provincia y consequencias generales para otros.

Memorial a su Magestad en favor de la suficienzia de los servicios.

Dialogo, Defensa de Damas.

Dos Novelas: La Desdicha en la constancia, y el Curioso Amante. Quæ omnia ei tribuit Joannes Perez de Montalban, scriptores Matritenses (falsus in eo tamen quod inde oriundum credidit) in suo libro *Para todos* in catalogum referens. Romæ autem edidit apud Ludovicum Grignani:

Flores de España cultivadas en Roma: hoc est, brevia nostræ linguæ epigrammata. 1635. in 8.

MICHAEL DE MOURA, Lusitanus, e Conimbricensi territorio sacro, unus e regni gubernatoribus. Cardosus ait in schedis scripsit *Homilias.*

F. MICHAEL MUÑOZ, Cordubensis, ex Carmelitarum sacro ordine, sacræ theologiæ magister & Carmonensis cœnobii præfectus, atque item studiis præpositus in collegio S. Alberti Hispalensis urbis, scripsit:

Propugnaculum Eliæ & propaginis Carmeliticæ. Romæ 1636. in 4. typis Ludovici Grignani. Romæ is aliquo tempore commoratus, cum patriam versus tenderet, in Monœci portu ad Ligustici maris oram decessit anno MDCXXXVI.

MICHAEL MUÑOZ, jurisconsultus, edidit:

De Differentiis inter Ius commune & Regium. Quod opus una cum Alexii a Correa libro, *Regimiento de Iuezes* nuncupato, prodiit anno 1556.

F. MICHAEL DE NAPOLES, ordinis Sancti Francisci sodalis, si Hispanus non est sane Castellana lingua edidisse refertur:

Asia Menor, y estado de la Religion de San Francisco en ella. Matriti 1654.

MICHAEL NAVARRO, Aragonius, Rubiolensis, pharmacopola Regius Philippi II.

II. artis suæ callentissimus, ut *Carmelitici decoris Paradisi* auctor refert (erat quippe Navarrus ex Tertio Ordine fratrum Carmelitarum), edidit:

In Ioannis Mesue Libros Commentaria. Obiisse eum ait anno MDCXX.

MICHAEL NAVARRO, humaniorum literarum professor Matritensis, scripsit:

Libro para aprender la Latinidad, y practica de construir los autores con un vocabulario de las partes interiores y exteriores del hombre. Matriti 1626. 8. Item *Adagios Españoles en Latin.*

MICHAEL OLEZA, Majoricensis, in *Historiæ Regni Balearici* altero volumine, quod Vincentium Mut habet auctorem, lib. VIII. cap. VI. inter cives hujus insulæ laudatur eo quod scripserit:

De salutari contemplatione.

D. MICHAEL DE OQUENDO, Cantaber, Guipuscoanus, eques..... edidit, gratus memoriæ fortissimi architalassi:

Vida de D. Antonio de Oquendo. Toleti 1666. in 4.

MICHAEL ORONCUSPE, Navarrus, Olitensis, doctor theologus, qui cum D. Didaco Ramirez Sedeño, Pampilonensi episcopo, ad sacram œcumenicam synodum venit Tridentum, edidit:

Concionem de Mysterio Sanctissimæ Trinitatis, quam habuit ad PP. Dominica S. Trinitatis VI. Junii MDLXIII. Patavii eodem anno apud Christophorum Gryphium, in 4.

F. MICHAEL PACHECO, ordinis Jesu Christi in Portugallia, post pacem illius regni turbatam in curia Matritensi præfectus domus hospitalis Sancti Antonii Lusitanorum, scripsit:

Epitome de la vida de S. Antonio de Padua.

MICHAEL DE PALACIOS, Granatensis, Pauli, ejusdem cognomenti, non minus studiorum genere atque excellentia quam sanguine frater vere germanus, in theologica re sic se probavit academiæ Salmantinæ patribus, fecundissimæ virorum literis undequaque præstantium altricis, ut philosophiam, subindeque theologiam, docendi partes ab iis sibi delatas undecim totis annis peregerit. Ecclesia hinc Legionensis, consueto & laudabili inter nos delectu illius, quem ceteris competitoribus magis idoneum habitæ palam & in omnium conspectu doctrinæ probationes ostenderint, concionandi (quod canonicatus, ut vocant, Magistralis proprium est) munus ei injunxit, quo tempore *De Anima* commentatus est. Civitatensis deinde ecclesiæ collegii sacri alia simili destinatione Sacræ Scripturæ præceptor, sive, ut proprium est rei inter nos vocabulum, Lecturæ aut Sacræ Scripturæ canonicus fuit creatus. Vir in omnibus theologiæ partibus, sive quæ ab schola cognominari solet, sive quæ mores dirigit, sive tandem quæ Biblia interpretatur, æque valens expertusque: quam ei laudem eruditissimos doctrinæ multiplicis commentarios in lucem editos perire nunquam aut decrescere permissuros speramus. Hi nempe illi sunt:

In Tres Libros Aristotelis de Anima Commentarii, una cum quæstionibus in locos obscuros subtilissimis. Salmanticæ 1557. in folio.

Disputationes Theologicæ in Quatuor Libros Sententiarum: sex tomis. Quorum primus in *Primum librum* prodiit ex officina Gasparis de Portonariis Salmantina 1574. secundus in *Secundum*, ibidem typis Alphonsi a Neila; tertius in *Tertium*, eodem anno & typis; quartus, sive primus in *Quartum Librum Sententiarum*, *De Baptismo*, *Confirmatione & Eucharistia* agens, editus est ab eodem Alphonso de Neila 1577. quintus, sive secundus in *Quartum*, *De Pœnitentia*, *Extrema unctione*, *Ordine*, & *Matrimonio*, pariter Salmanticæ apud Didacum de Benavides 1579. sextus, sive tertius in *Quartum*, *De mortuorum resurrectione*, *finali Judicio*, *malorum pœna*, & *bonorum præmio* quærens, ibidem prodiit, ex eadem officina, omnes in folio.

Praxis Theologica de contractibus & restitutionibus. Salmanticæ 1585.

Dilucidationum & Declamationum Tropologicarum in Esaiam Prophetam libri XV. tribus tomis. Salmanticæ apud Dominicum de Portonariis 1572. in folio.

Explanationes in XII. Prophetas minores secundum omnes Sacræ Scripturæ sensus. Salmanticæ 1593. in folio.

Enarrationes in Epistolam B. Pauli ad Hebræos ad sensum literalem, historicum & mysticum. Ibidem apud Joannem Fernandez 1590.

In Ioannis Apostoli Evangelium, atque forsan *Epistolas Canonicas.* Salmanticæ 1581.

Obiit diem suum in urbe Civitatensi, ubi resurrectionem spectat corpus in cœnobio fratrum Eremitarum S. Augustini.

F. MICHAEL PALAIN, Hieronymianus monasterii S. Engratiæ urbis Cæsaraugustanæ, edidit:

In Evangelia opus: uti a domesticis accepimus. Cetera, si quæ sunt, nos latent. Vivit hoc anno MDCLXX. Scripsit auctor ad me, post hæc scripta, habere se editioni parata duo alia volumina *Concionum*, sive sermonum, quæ cum

cum primo jam dicto quadragesimale tempus absolvunt. Item:

Flosculum Marianum.

Obiit ante annum MDCLXXX.

F. MICHAEL DE PARADA (in sæculo Alphonsus), Segoviensis, Palentiæ fratribus Minoribus adsociatus, præter doctrinam sacram, qua plures non uno loco sodales imbuit, rerum olim gestarum studio se exercuit, atque adeo generalis chronographi titulum a suis obtinuit. Edita ab eo sunt, superiorum nutu:

Responsion Apologetica a un Memorial de los Religiosos Descalzos sobre su separaciou: motivos fundamentales de la union.

Instancias a las Proposiciones y Respuestas sobre la separacion.

Cum a contentioso hoc scribendi genere continuandis Franciscanorum chronicis se adplicuisset, Pincianæ domus præfectus obiit nonis Februarii MDCXXXIII. ætatis XLVI.

F. MICHAEL PEDROL, Catalanus, ex oppido Valls Tarraconensis dioecesis, Carmelita, philosophus, ac theologus doctor Barcinonensis, domum ordinis Barcinone bis rexit, publiceque ibi in academia liberales artes & metaphysicam professus est, qualificator (ita vocant) S. Inquisitionis. Scripsit:

Descubrimiento de los tesoros y riquezas que tiene Dios escondidos en las Indias de su divino cuerpo y sangre. Barcinone apud Onophrium Anglada 1608. duobus tomis.

Vita functus est Barcinone an. MDCVIII. ætatis suæ XXXVI.

MICHAEL PEREIRA, Lusitanus, confecisse dicitur:

Sumario da Chronica do Rey D. Sebastiõ, Quod servari adhuc ineditum in quadam bibliotheca notavit Cardosus.

MICHAEL PEREZ, portionarius Granatensis ecclesiæ, Regiæque ibidem cappellæ sacerdos, mathematicus, vertit ex Italico Joannis Pauli Gallucii, quibusdam additis:

Theatro y Descripcion del Mundo y del Tiempo. Granatæ typis Sebastiani Muñoz 1614. in folio.

MICHAEL PEREZ, Valentinus, proprio illius regni idiomate publicavit librum, quem in Castellæ sermonem vidimus conversum, atque editum Hispali, nempe:

De la Vida y excelencias de Nuestra Señora y de sus milagros. Typis Joannis Cromberger 1531. in folio; sed Catalonica editio Barcinone facta est anno 1495.

F. MICHAEL PEREZ DE HEREDIA, Cisterciensis sodalis, monasterii S. Annæ Matritensis concionator, scripsit:

Libro del destierro de la Virgen a Egypto. Cæsaraugustæ apud Angelum Tabanum 1607. in 8.

D. MICHAEL PEREZ DE MENDOZA, Aragonensis, armorum tractandorum peritissimus, edidit:

Defensa de la doctrina, y destreza de las armas. Matriti 1675. 4.

MICHAEL PINTO CORREA, Lusitanus, versibus Latinis Theodosium Brigantinum ducem decantaturus scripsit:

Musam Panegyricam in Theodosium &c. Bracharæ 1624.

MICHAEL PUIADES, Catalanus, Hieronymi, illius qui vernaculum gentis *Chronicon* scripsit, pater, jurisconsultus ut apparet, publici juris fecit circa annum MDLXIII.

De les Precedenties (hoc est *De Precedentiis*) *Tractatum*: vulgari Cataloniæ lingua.

MICHAEL DA PURIFICAZAON, Lusitanus, in India orientali & Tarapora oppido natus, ordinis Seraphici provinciæ S. Thomæ custos & procurator, Apostolicusque missionarius, ut vocant, ad Mogoris regnum, scripsisse dicitur Hispanica lingua:

Relaçāo defensiva dos filhos da India Oriental, e da provincia do Apostolo S. Thome dos Frades Menores da regolar observanza da mesma India. Barcinone apud Sebastianum & Joannem de Mathevaud 1640. in 4. Negabant sodales Lusitani idoneos esse inde oriundos homines ut provinciæ istius muneribus præficerentur. Item scripsit, Castellæ sermone ut audio:

Vida Evangelica y Apostolica de los Frailes Minores en Oriente, ilustrada con varias materias morales y anotaciones predicables. Barcinone apud Gabrielem Nogues 1641.

F. MICHAEL DE QUIROS, patria ex oppido el Campo de Critana nuncupato, dioecesis..... Cisterciensis monachus monasterii de Huerta, Juncariæ abbas, totiusque ordinis visitator generalis, scripsit:

Super Hymnum Almi Prophetæ, in laudem S. Joannis Baptistæ.

F. MICHAEL RAMON ZAPATER, ex Aragonia, Cisterciensis, sacræ theologiæ lector Salmanticæ, dein regni Aragoniæ chronographus, scripsit:

Cister Militante en la Campaña de la Iglesia

ſia contra la Sarracenica furia : *Hiſtoria general de las Inclytas Cavallerias del Templo de Salomon, Calatrava, Alcantara, Avis, Monteſa, y Chriſto.* Cæſarauguſtæ apud Auguſtinum Verges 1662. in folio. Deinde:

Anales de la Corona y Reyno de Aragon ſiendo ſus Reyes Doña Juana y D. Carlos deſde el año de DXXI. haſta DXXVIII. Cæſarauguſtæ 1663. folio.

MICHAEL DE REYNOSO, Luſitanus, Viſenſis, juriſconſultus, ſcripſit:

Obſervationes practicas. Oliſipone 1625.

F. MICHAEL DE RIBERA, Malacitanus, ordinis S. Dominici, apud Hiſpalenſes in collegio Sancti Thomæ ſodalis, ſcripſit:

De Ratione ſtudii Theologici declamationes VI. Coloniæ 1575. 8. A quo diverſus ille alter videtur:

De Perfecto Theologo liber, editus Lugduni apud Joannem Torneſium 1570. in 8.

De Contemplatione rerum humanarum & Virtutis excellentia Declamationes VII. Coloniæ apud heredes Arnoldi Birkmani 1573.

MICHAEL RIBERIUS (Riberane an Ribero?), inſcribitur auctor operis:

De Ludis Lermenſibus, exhibitis, ut explico, Regi Catholico Philipo III. in Lermæ oppido ab ejus duce D. Franciſco de Roxas & Sandoval, quos quidem verſibus celebravit Franciſcus Lopezius Zarate & alii. Editum fuit opus Matriti 1617. in 4.

F. MICHAEL RIPOL DE ATIENZA, Cæſarauguſtanus, ordinis Deiparæ Virginis de Monte Carmelo, domum ſuæ urbis, atque item provinciam bis rexit, in academia ejuſdem urbis primarius fuit theologiæ profeſſor, & Fidei judicibus miniſter a conſultationibus. Scripſit plures ſcholæ tractatus, quorum nonnulli in compendium redacti prodierunt una cum aliis tractatibus ſodalium hujuſmet ordinis in volumine, cui titulus: *Theologia abbreviata pro S. Joſephi, in collegio Carmeli Cæſarauguſtani, alumnis ex diverſis provinciæ Aragoniæ ſapientiſſimis Magiſtris, per Fr. M. Dionyſium Blaſco Veſpertinum Oſcenſem cathedraticum compilata & reſumpta.* Cæſarauguſtæ apud Auguſtinum Verges 1670. Hi, quorum commentaria in lucem hic ſimul venerunt, duo ſunt Carmelitæ, Angelus Palacio, & Martinus Ximenez de Embun. Prior in oppido Aguero Pampilonenſis diœceſis natus, Ticini Romæque inter exteros, Oſcæ hinc in ſchola regni Aragoniæ, theologiam docuit, in Urbe congregationum ſanctæ Inquiſitionis & Indicis fuit conſultor, Aragoniæ etiam præfectum provincialem egit, Bæticæque & Cataloniæ viſitatorem. Poſterior, domo ex oppido Lanaja Oſcenſis diœceſis, Cæſarauguſtæ fuit profeſſor theologiæ, ſuamque provinciam rexit.

Obiit autem Michael Ripol Cæſarauguſtæ anno MDCXLVIII. ætatis ſuæ LXXXIV.

F. MICHAEL RODRIGUEZ DE VALHERMOSO, Franciſcanus provinciæ Caſtellæ, duci de Alburquerque, Siculorum proregi, a miniſterio expiandæ conſcientiæ, Panhormi theologiam docuit, ediditque ibi:

Tractatum circa legata annua ſeu ſtipendia oneroſa Miſſarum, aliorumque operum piorum Minoribus obſervantiæ regularis relicta. Apud Decium Cyrillum 1633. 4.

MICHAEL DE SAN ROMAN, Palentinus, Jeſuitarum ſodalis, theologiæ poſt philoſophiam inter ſuos profeſſor, ſacræ Fidei vindicibus, qui Pinciæ hoc munus gerunt, a cenſura, ſcripſit:

Expeditionum ſpiritualium Societatis Jeſu libros V. *continentes modum agendi & converſandi cum proximis, confeſſiones audiendi, verbi Dei ſeminandi* &c. Lugduni apud heredes Gabrielis Boiſſat 1644. in folio. Extat quoque ejus:

Oracion Panegyrica en las honras del Venerable Padre Luis de la Puente. Pinciæ.

F. MICHAEL ROMERO, Franciſcanus:

Tractatum Scholaſticum de Conceptione Virginis Mariæ confecit. Quem manu exaratum cuſtodiri apud Franciſcanos Matriti refert Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

MICHAEL RUIZ DE AZAGRA, gente Aragonenſis, Rodulpho atque Erneſto, Auſtriacis archiducibus, dum in Hiſpania verſarentur, a ſecretis fuit, doctus juvenis & perhumanus, magnoque ingenio & induſtria in evolvendis omnis generis antiquitatibus. Quod cenſet de eo Ambroſius Morales ſecunda parte *Hiſtoriæ rerum Hiſpanarum* in prolegomenis, titulo *De los libros antiguos* &c. Edidit, quod ſciam:

Corippum Africanum Poetam De Laudibus Juſtini Junioris, a ſe emendatum, cum *brevibus annotationibus.* in 8. Quem poetam cum perluſtraret alicubi in *Adverſar.* Gaſpar Barthius, libro præſertim XXI. cap. 2. *Aſſagrio non poſſumus non dare teſtimonium boni judicii, quod certe e ſingulis paginis apparet. Utinam Dracontius quoque ejus, & Eugenius, qui Dracontii Epitomem fecit, in manus noſtras veniſſent.* Hæc ille.

Verecundi Uticenſis Epiſcopi alterum ex duobus libris metricis, quos Felix ſive anonymus

mus auctor *de XII. Scriptoribus Ecclesiasticis*, qui *Isidoro & Ildephonso* subjici solet, ei adtribuit de *pœnitentia* scilicet, hoc initio: *Quis mihi mœsta dabit lacrymosis imbribus ora?* Cum scholiis Azagræ nostri penes se esse scriptum reliquit in notis ad Luitprandi *Chronicon*, era 685. Hieronymus Romanus de la Higuera.

F. MICHAEL DE SALINAS, Aragonius, ordinis Sancti Hieronymi in monasterio Cæsaraugustano Engratiæ martyri sacro, *insignis* (quo elogio laudat eum Laurentius Palmyrenus) *& acerrimus pietatis defensor*, scripsit:

Primera Parte de la Ortografia, y origen de los Lenguajes. Compluti apud Petrum de Robles 1563. 8.

Libro Apologetico, que defiende la buena y docta pronunciacion, que guardaban los antiguos en muchos vocablos y accentos. Compluti apud Petrum Robles & Sebastianum Cormellas 1563. in 8. Tribuunt huic etiam:

Arte Rhetorica en Castellano. An ad eumdem pertineant quæ scripsit Lanuza volum. II. *Hist. Eccles. Aragoniæ*, lib. IV. cap. IX. doceri cupio.

D. MICHAEL DE SALINAS VIÑUELA, natus in oppido Navarrete diœcesis Calagurritanæ, omnibus qui per oceanum navigant classiariis militibus jus olim dixit, unde ad Canarienses ivit senator, edidit:

Stateram meritorum & hominum. Gadibus apud Ferdinandum Rey 1645. in 4. Nempe fragmen e vasto corpore *Generalis & compendiosæ summæ totius Jurisprudentiæ*, quam dispositam habebat per alphabeti ordinem. Item vernacule:

España primogenita de Jesu Christo, con decision de la venida, y predicacion de Sant Iago en ella año XXXVII. disputada contra la nueva opinion del Eminentisimo Cardenal Baronio. Matriti 1640. in 4. Laudatur quoque opus aliud ejus Latinum, ineditum credo:

Summa nempe *Decisionum totius Jurisprudentiæ.* In vivis erat anno MDCLII. & pleraque alia editioni, ut a collega audivimus, parata habebat.

MICHAEL SANCHEZ, presbyter, forte Mexicanus, librum hujus tituli vulgo dedit:

Imagen de la Virgen Maria Madre de Dios de Guadalupe milagrosamente aparecida en la ciudad de Mexico. Mexici 1648. in 4.

MICHAEL SANCHEZ DE ORTEGA, Conchensis, Beaciæ urbis ecclesiæ canonicus, & in gymnasio theologus ut videtur professor, scripsit asceticum hujus tituli tractatum:

Hombre nuevo, de lo que ha de obrar el Christiano. Beaciæ apud Joannem Baptistam de Montoya 1582. in 8. Item:

Devocion de la sangre y llagas de Nuestro Señor Jesu Christo. Conchæ apud Salvatorem Viador 1616. in 8.

MICHAEL SANCHEZ DE VIANA, Limensis in Peruano regno, edidit:

Arte Poetica Castellana. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1580. in 4. Lusitanum credidit Cardosus, in quo nolim sequutum eum fuisse cognominis judicium, cum ejusdem nominis alia sint Castellæ oppida. Idem tamen alibi vocat Michaelem Sanchez de Lima, natum in oppido Viana de Lima.

F. MICHAEL DE SANTIAGO, Bæticus, Carmonensis, Carmelita, theologiæ olim professor in Hispalensi cœnobio, creatus postea ejusdem magister, & Murcianæ domus præfectus atque item Cordubensis, diffinitor generalis in capitulo Romæ celebrato anno MDCXX. publicavit libellum concionatorium:

De la Concepcion de Nuestra Señora. Circa annum MDCXXIII.

Mortuus fuit Granatæ VI. Jun. MDCXXVII. Cujus urbis domum rexit.

MICHAEL SAURA, Valentinus, Umarocensis, ait Valerius Andreas in *Catalogo*, edidit:

Grammaticæ Tabulas. Valentiæ 1564.

MICHAEL SEBASTIANUS, rector sive parochus in oppido Galve Teruelensis diœcesis in Aragoniæ regno, dedit in vulgus:

Acromaticam & apodicticam accusationem in Socidam, seu medium lucrum. Cæsaraugustæ 1614. Laudat hunc Lanuza in *Historia Ecclesiastica Aragoniæ*, secundo volumine, lib. V. cap. XLVI.

MICHAEL DE SELVES, ex Lusitano Francisci Alvarecii vertit in Castellanum:

Historia de las cosas de Etiopia. Toleti 1588. 8.

F. MICHAEL DE LA SIERRA ET LOZANO, monachus Hieronymianus cœnobii S. Engratiæ urbis Cæsaraugustanæ, atque in eo ecclesiastes, edidit:

Elogios de Christo y Maria, aplicados a quarenta sermones de sus festividades. Cæsaraugustæ 1646. in folio.

Elogios de Santos, aplicados a los Evange-

gelios de sus fiestas. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ibar 1650. in folio. Idem auctor est operis historici sic inscripti:

Annales del Mundo, Historia especial de España y Celtiberia desde la Creacion hasta Christo Señor nuestro. Cæsaraugustæ 1659. in folio. Suspicantur cives ejus hunc foetum ex bona parte auctorem habere Ludovicum Lopez, qui *Antiquitates Cæsaraugustanas* descripsit; qui quidem *Annales de la Celtiberia* in schedis reliquisse dicitur, quomodo inscriptum venale est hodie Cæsaraugustæ opus prædictum *Annales del Mundo*, transformatum eo fine, ut emptores veluti nova merces invitaret.

D. MICHAEL DA SILVA, Lusitanus, Didaci, primi Portalegrensis comitis, & Mariæ de Ayala, Guillielmi de Peraza, domini de la Gomera insulæ, sororis, filius, S.R.E. cardinalis a Paulo III. creatus, inscio Joanne III. Lusitaniæ Rege, idcircoque eidem ingratus, & Romæ, uti exter Lusitaniæ, dum vixit, habitus, literas coluit ardenter, præsertim amoeniores & poeticam, in qua ævo suo vix aliquos pares habuit. Elegantissimum ejus epigramma S. P. Q. R. decreto in Capitolio marmoreæ tabulæ inscriptum fuit, aliudque non minus tersum concinnumque legitur apud Jovium in elogio Camilli Vitellii ducis; in Ticianum aliud circumfertur. Librum vero unum edidit:

De Aqua argentea: aureis plane carminibus. Plura MSS. apud viros eruditos reperiuntur, quæ publicam lucem non aspexerunt. Comes Castellionæus librum suum *De perfecto Aulico* Michaeli huic nuncupavit.

Fato functus noster est Romæ v. die Junii MDLVI. Hæc breviter de Silvio ex Antonii Macedi, Jesuitæ, viri docti ac diligentis, *Lusitania purpurata.* Jovius autem de eo ad finem elogiorum: *Is a varia doctrina*, ait, *poeta cultissimus, atque omnis elegantiæ jucundus arbiter, studia nostra vehementer amat & laudat* &c. Visensem episcopum eum appellat Cardosus in schedis.

MICHAEL DE SILVEIRA, Lusitanus, ex Cellorico oppido, cum Conimbricæ, tum Salmanticæ literis animum excoluit, philosophiæ, medicæque artis, necnon jurisprudentiæ, atque item mathematicarum disciplinarum studio intentus, quarum posteriorum in Matritensi curia per vicennium integrum præcepta discipulis tradidit. Inde in Neapolitanum regnum pergens, quo tempore Ramirus Philippi de Guzman, Medinæ Turrium dux, idemque Stigliani princeps, rerum habenas pro Rege moderabatur, poema duorum supra viginti annorum intervallo confectum de instauratione templi apud Hierosolymam Judæ Machabæi opera Hispano rhythmo publicavit, cui ab heroe inscripsit:

El Macabeo, Poema Heroico en octavas. Neapoli apud Ægidium Longum 1638. 4. Argumentum operis vere heroicum & pium, in quo sibi adeo placuisse Torquatum Tassum refert noster, ut epopejæ, quam animo conceperat, materiem ex eo olim, & ante Gofredum, designaverit, quem deinde nonnullis rationibus inductus prætulit.

Vida de Elio Seiano ejusdem laudat Cardosus.

F. MICHAEL TELLEZ, ordinis Deiparæ de Mercede, sacræ theologiæ magister, scripsit, sed non edidit:

Historia de la Religion de la Merced. Indicam ut existimo, cum in *Theatro Ecclesiastico Indico*, ubi de provincia S. Crucis de la Sierra agit, Ægidius Gonzalez Davila hujus hominis & operis meminerit.

MICHAEL THOMASIUS, laudatur a Vincentio Mut *Hist. Balear.* tomo 2. lib. 8. cap. 6. tamquam Majoricensis & *piorum operum* scriptor.

MICHAEL THOMASIUS TAXAQUET, Balearis, Majoricensis, Cæsareo ac Pontificio juri operam navavit cum Ilerdæ apud Catalanos, tum Bononiæ in Italia, Marianum hic Sozinum præceptorem adeptus, cujus morientis famæ parentavit in ea oratione, quam *De Juris Civilis dicendi via ac modo*, vix annum excedens xxv. elucubrasse dicitur. Ad quod studium præparaverat se non levi eloquentiæ, historiarum & philosophiæ cognitione, meriturus aliquando inter eos allegi jurisconsultos, qui extremæ synodo Tridentinæ interfuere, canonum doctor, & forte jam Sacræ Poenitentiariæ, quomodo eum alicubi vocatum legimus, corrector. De emendando Gratiani *Decreto* Romæ apud Gregorium XIII. sic diligenter egit ut consequeretur tandem doctissimis viris hanc ab eo curam imponi, cujus & ipse bona functus parte dicitur, & confirmant Latini Latinii, Viterbiensis, viri eruditissimi, hæc ex *Carmine ad Antonium Augustinum*, quod in schedis habeo, præferentis, ut decuit, canonum & historiarum ecclesiæ studia Romanorum infidelis sæculi monumentorum investigationi.

Viderit hæc Pyrrhus, videat quoq; Fulvius; at me
Non Petrus id Ciaconius,
Nec mihi jam dudum conjunctos inter Iberos
Thomas Michael perdocent;
Quorum lecta piis solers industria....
Ad Gratiani vulnera

Non sananda modo, sed restituenda nitori,
Fructus perennes parturit.
Hos ego censores vitæ, morumque magistros
Libenter, Antoni, sequor.

Promeruit tandem Antonii ejusdem Augustini, quem summe diligebat, ad Tarraconenses translati, quasi ex manu lampada sedis Ilerdensis suscipere. Præclaram ejus doctrinam eruditionemque scripta præ se ferunt, scilicet:

Lactantii Firmiani opera emendavit, & *notulas* addidit. Antuerpiæ ex officina Plantiniana 1570. 8. Meritus a Petro Fabro secundo libro *Semestrium Juris*, cap. VI. *diligentissimi atque eruditissimi scholiastis*, & a Gaspare Barthio ad lib. V. *Theb. Statii*. V. 149. *boni optimi auctoris vindicis* appellationem.

Disputationes quædam Ecclesiasticæ. Nempe:

Brevis Christianæ ac Catholicæ Fidei defensio, & Judæorum, Mahumetanorum, ac Hæreticorum oppugnatio.

De ratione habendi Concilia Provincialia ac Diœcesana, ac de iis, quæ in ipsis præcipue sunt tractanda: cui adjungitur Isidori ordo De celebrando Concilio.

De variis Collegiis ad utilitatem publicam constituendis. Romæ in domo auctoris 1565. folio.

Orationes duæ: altera de tota Juris civilis ratione; altera (quade jam diximus) *de ejusdem discendi via & modo*: ad Gonzalvum Perezium, Regi a secretis. *Scholastico potius & doctoris stilo*, ut Scotus censet, *quam diserto*. Romæ 1556. In bibliotheca Antonii Augustini fuerunt, uti ex ejus constat *Catalogo*:

Expositio Bullæ, quæ in die Cœnæ Domini legi solet. Item:

Casus in Jure reservati Romano Pontifici & Episcopis, & similia: duobus voluminibus, MSS. in folio.

De universali Episcopatu, & reservationibus, ac de Annatis Disputationes: ad Carolum Borromæum cardinalem. MS.

Explanationes Leg. Primæ De Justitia & Jure, & L. Diem functo De officio Assessoris in Digestis: ad Antonium Augustinum. MS.

Topicorum M. T. Ciceronis explanatio, cum præfatione de Usu inventionis. MS.

Ioannæ Calefatæ Majoricensis vita, & quædam notata de quibusdam sui sæculi fœminis pie viventibus. MS.

MICHAEL TOLEDANO, Conchensis, presbyter, ac poeta sacer, dedit foras:

Minerva Sacra, sive varia poemata pia. Matriti 1616. 8.

F. MICHAEL DE TRINITATE, Beaciensis, Carmelita Excalceatus, qui anno MDCLIV. provinciam ordinis Bæticam administrabat, auctor est:

Logicæ. Quæ habetur in *Cursu Artium Collegii Carmelitarum Complutensium.* De quo vide *COMPLUTENSE COLLEGIUM* in C.

F. MICHAEL DE TRUXILLOS (sic potius credo quam FRUXILLOS, uti apud Waddingum est), Seraphici ordinis, scripsisse ibidem refertur librum:

Crux Christi nuncupatum.

F. MICHAEL DE VALENCIA, natus in hac urbe regni sui metropoli, Hieronymianus monachus, Catherinæ Austriacæ, Portugalliæ Reginæ, Joannis Regis III. conjugi, a ministerio sacramenti pœnitentiæ, scripsisse fertur:

Vida de Santa Caterina Martyr. Hanc edidit post auctoris mortem F. Joannes de Queimada, præfectus provincialis, anno 1594. De viri hujus virtutibus multa scribunt Josephus de Siguenza tertia parte *Hist. Ordin. S. Hieronymi*, lib. II. cap. XLII. Rodericus da Cunha II. parte *Hist. Bracharen.* cap. LXXVIII. Matthæus Aleman in *Vita S. Antonii*, lib. I. cap. IV. & alii, quos adducit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano*, XXIII. Aprilis. Unde non gravaberis, lector, repræsentari a me tibi hoc illustris viri epitaphium, in monasterio Pennælongæ sepulcro ejusdem inscriptum:

Aqui iaz o Padre Fr. Miguel de Valença filho desta santa casa & Prior. Foi Provincial de toda a Ordem de N. P. S. Hieronymo. Foi Confessor de todos os Principes deste reino que ouve em seu tempo, dos quaes foi muito favorecido & estimado por suas letras & eminentes virtudes. Estando a Rainha D. Catarina & a Infante D. Maria na villa de Alanquer por causa da peste, & elle por esse respeito no mosteiro do Matto, faleceo nelle, & por mandado da Infante foi trazido a este convento, & enterrado desta capella, a qual mandou fazer aqui anno de MDLXIX.

MICHAEL DE VARGAS, advocatus in Regiis conciliis Matritensibus, scripsit:

Tesoro de la Memoria y del entendimiento, y Arte facil y breve para la Sabiduria. Matriti typis Regiis 1658. Nescimus autem nos *Quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu.*

MICHAEL VAZQUEZ DE PADILLA, Hispalensis, Jesuita, Cordubæ ac deinde Romæ scholasticam docens theologiam, necnon Salmanticæ Granatæque ab Italia postquam rediisset, in magna vixit opinione doctrinæ pietatisque. Edidit autem:

Tractatum de Augustissimo Trinitatis my-

sterio. Lugduni apud Horatium Cardon 1617. 8. Reliquitque MS.

Commentaria in Primam Partem S. Thomæ: duobus voluminibus, editioni matura. *Quæ fere Prolegomena Theologiæ dumtaxat complectuntur*, uti *Bibliothecæ* inquit auctor *Societatis.*

D. MICHAEL DE VERA, Carthusianus, prior domus Portæ Cæli, interpretatus est:

Summa de la perfeccion Christiana: ex Latino Joannis Lanspergii. Valentiæ 1600. in 16.

MICHAEL DE VILLAVERDE, Orgaziensis diœcesis Toletanæ, ordinis Minorum, quos vocant de Observantia, lector inter suos emeritus, præfectus domus Complutensis, scripsit atque edidit:

Logicam, atque item *Physicam.* Compluti 1658. Necnon & *De Generatione.* Eodem anno.

MICHAEL DE ULZURRUN, Navarrus, Pampilonensis, juris utriusque doctor, Regiusque in curia regni Navarræ senator, edidit, quomodo ea inscribitur:

Repetitionem valde subtilem & utilem ad famosum Textum §. Julianus L. si finita D. De Damno infecto. Burgis typis Alphonsi de Melgar 1521. in folio.

Tractatum quoque *De Regimine Mundi*, qui inter *Tractatus DD.* legitur vol. XVI. atque editus primum fuit anno 1525. quæ editio Hispali servatur in bibliotheca Coloniana.

MICHAEL DE URREA, domo ex oppido Fuentes diœcesis Toletanæ, architectus, vertit in vulgarem sermonem:

Los diez libros de Arquitectura de Marco Vitruvio Pollion. Compluti apud Joannem Gratianum 1602. in folio, atque olim primum 1547. ibidem.

MICHAEL XAQUE DE LOS RIOS, auctor inscribitur libello:

Viage de las Indias nuncupato: qui MS. fuit in bibliotheca Olivariensi.

MICHAEL YELGO DE VAZQUEZ, domo ex Loxa urbe regni Granatensis, scripsit:

Estilo de servir a Principes con exemplos morales para servir a Dios. Matriti 1614. apud Cosmam Delgado, in 8.

MICHAEL ZARAGOZA DE HEREDIA, decanus collegiatæ ecclesiæ Alicantensis in Valentiæ regno, abbasque mitratus, ut vocant, in Sicilia, scripsit, nuncupavitque Lermæ duci, D. Francisco, pium opus, hoc titulo:

Escuela de la perfecta y verdadera Sabiduria. Matriti apud Alphonsum Martinez de Balboa 1612. 4. Edidit quoque:

De Sacerdotali dignitate. Romæ 1617.

MICHAEL DE ZARROVIRA, Catalanus, juris doctor, civisque (ut proprio verbo appellant) honoratus Barcinonensis, librum vernaculo illius provinciæ sermone dedit, inscriptum:

Ceremonial de Corts.

MICHAEL ZAVALETA, Cantaber, scripsit:

Relacion verdadera de la Iornada que el Rey Don Felipe III. hizo a la provincia de Guipuscoa, y su recebimiento por ella y entregas de las Serenissimas D. Ana de Austria Reina de Francia, y Madama Isabela de Borbon Princesa de España en el rio Vidaso. Lucronii 1616. in 4.

MOSES.

MOSES ALTARAS, origine aut patria noster, siquidem scripsit gentis lingua, Hebræus tamen, ut videtur, secta:

Libro del mantenimiento del Alma en el qual se contiene el modo con que se ha de regir el Judio en todas sus acciones, traducido del Hebreo en Español por Mose Altaras año 5369. in 4. Ita lego in *Catalogo librorum* Raphaelis Trichetti du Fresne, pag. a. a. ij.

N

NARCISSUS.

F. NARCISSUS CAMOS, Dominicanorum provinciæ Aragoniæ sodalis, scripsit:

De las Imagenes del Principado de Cataluña.

NARCISSUS PERALTA, Catalanus, primarius aliquando legum professor in Barcinonensi academia, mox advocatus fisci patrimonialis, dum gens illa exuisset bonam mentem scripsit vernacula lingua, & Henrico Lotharingio, Harcourtensi comiti, dicavit:

De la Potestat secular en los Eclesiastichs per la economia y politica. Barcinone 1646. in 4. apud viduam Petri de Lacavalleria.

NARCISSUS VINOLES, Valentinus ut credo, vertit in Hispanicum ex Latino:

La Suma de todas las Chronicas del Mundo: ex *Supplemento* nempe *Chronicorum* Philip-

lippi Bergomensis. Valentiæ apud Georgium Costilla 1510. in folio.

NATALIS.

F. NATALIS FELIU, Balearis, Franciscanus, lector jubilatus, qualificator (ita vocant) S. Inquisitionis, edidit:

El Mallorquin menor, quince sermones que predicó. Majoricæ apud Pet. Frau. 1677. in 4.

NICOLAUS.

NICOLAUS... Lusitanus, musicus, edidit:

Modo pera tanger guitarra. Neapoli 1640.

D. NICOLAUS ANTONIUS, Nicolai filius, quem amiralatus seu societatis bellico-navalis, anno MDCXXVI. Hispali institutæ, cujus Claudius Bartholomæus Marisotus lib. II. *Orbis maritimi*, cap. XXII. etiam meminit, præfectum Philippus Rex IV. habuit, Nicolai nepos, Antuerpiæ Belgarum nati, Hispalensis ipse ex parentibus Hispalensibus, anno hujus sæculi XVII. in lucem editus, eques ordinis S. Jacobi, canonicus almæ ecclesiæ Hispalensis, grammaticam in collegio Sancti Thomæ ejusdem urbis a Francisco Ximenez, Dominicano, cœco, viro singularis ingenii, memoriæ & eruditionis, philosophiam atque theologiam ab aliis didicit. Hinc Salmanticam profectus juri operam dedit sub optimis præceptoribus, in quibus præcipuum semper habuit Franciscum Ramos del Manzano, professorum illius temporis choriphæum, eumdemque hodie senatorem Regium, Carolique Regis nostri præceptorem, cui & quidquid in literis profecisse videri potest, aut potius in literarum amore promovisse, sine ulla deductione acceptum refert. Romæ nunc negotia procurat Regia, Generalis Agentis Hispaniarum titulo nuncupatus, atque item Mediolanensia, Neapolitana, Sicula, peculiaribus proregum uniuscujusque horum regnorum facultatibus instructus, necnon & S. Inquisitionis Hispanæ, ea industria, qua valet, ac fide, quod potest, optima; successivis horis ad juris utriusque & bonarum artium studia hærens, a quibus vere nunquam discedit, sed avellitur. Edidit olim:

De Exilio, sive de pœna exilii, Exulumque conditione & juribus libros III. Antuerpiæ apud Jacobum Meursium 1659. in folio. *Bibliothecam* hanc *Hispanam* in duas partes dividere satius & convenientius duxit, ne antiquis scriptoribus noviores hodiernosque juxta literarum, quem sibi præscripsit, ordinem parum apte ac decenter conjungeret ac commisceret. Prior pars eos comprehendere debebit qui a memoria rerum usque ad XV. sæculi finem, hoc est ad annum MD. literis quidquam tradidisse dicuntur: quæ nunc affecta, & in aliud tempus otii majoris seposita. Posterioris hujus, quæ nunc in lucem prodire anticipat, successum quidque nostris civibus atque exteris placebit magis minusve, Appellem imitati, post tabulam spectabimus, atque hanc ita inscribere placuit:

Bibliotheca Hispana, sive Hispanorum omnium, qui usquam unquamve, sive Latina sive populari, sive alia quavis vernacula lingua scripto aliquid consignaverunt, Notitia, iis quæ præcesserunt locupletior ac certior; brevia elogia, editorum atque ineditorum operum Catalogus, duabus partibus contenta, quarum hæc, ordine quidem rei posterior, conceptu vero prior, de his agit qui post annum sæcularem MD. usque ad præsentem diem floruerunt. Romæ apud Nicolaum Angelum Tinassium 1670. in folio, duobus voluminibus. Versat idem immensæ molis, ac forsan invidiæ, opus constanti animo ac molimine, si Deo placet, viribus majore, alteriusque otii aut professionis. Durabit tamen, ac pro virili suo verum tuebitur, in eoque certas nostræ gentis laudes a fabulosis emendicatisque distinguet, asseret, vindicavit, in publicum aliquando prodire faciens:

Tropheum Historico-ecclesiasticum Deo Veritati erectum ex manubiis Pseudo-Historicorum, qui Flavii Lucii Dextri, M. Maximi, Helecæ, Braulionis, Luitprandi & Juliani nomine circumferuntur; hoc est Vindicias veræ atque dudum notæ Hispanarum rerum Historiæ, germanarum nostræ gentis laudum, non ex Germano-Fuldensibus chronicis emendicatarum in libertatem & puritatem plenam assertionem. Atque alia forsan dabit, si Deus otia ei honestæ alicujus conditionis fecerit.

NICOLAUS DE ARNAYA, Jesuitarum sodalis, apud Americæ incolas magnis virtutibus floruit, scripsitque:

Compendio de las Meditaciones del Padre Luis de la Puente. Matriti apud Andream Grande 1616. in 8. Valentiæ 1617. in 8. Italicum prodiit versum a Tiberio Putignano Romæ 1620. Latine etiam a Fr. Ber. Laugar, Franciscano provinciæ Aquitaniæ Observantiæ. Parisiis apud Rinaldum Chaudiere 1614. in 12.

Conferencias espirituales: tomis III. Hispali apud Franciscum de Lyra 1618. in 4. Transtulit etiam in Hispanicum aureum illud opus:

Del Menosprecio del Mundo de Thomas de Kempis. Madriti 1615. Latine edita est Arnayæ nostri:

Praxis exercitiorum spiritualium S. Ignatii.

tii. Coloniæ apud Joannem Kimkium 1633. in 12.

Pertranſiit ad immortalem vitam in urbe Mexicana XXI. Martii MDCXXII. ætatis LXV.

NICOLAUS AUGUSTINUS, Luſitanus, ſacerdos, edidit in patroni gratiam Luſitanice:

Sumario da Vida do Illuſtriſſimo ſenhor D. Teotonio de Braganza quarto Arcevispo de Evora. Eboræ apud Franciſcum Simoens 1614. in 4.

NICOLAUS DE AVILA, in oppido Caramanchel el Baxo prope Matritum natus, paſtor ſeu parochus del Olivar, edidit.

Suma de los mandamientos y Mare magnum del ſegundo. Compluti 1596. 8. deinde auctiorem ibidem 1610. 4.

D. NICOLAUS DE AVILA, ſcripſit: *Ortografia Caſtellana.* Madriti 1633.

NICOLAUS BOBADILLA, patria ex oppido cognomine diœceſis Palentinæ, unus ex X. primis Ignatii, Jeſuitarum parentis, ſectatoribus, vir utique hoc Sodalitii præſtantiſſimi dignus principio, ſcripſit, ſed non edidit:

De Chriſtiana conſcientia librum: et alios libellos *De Reſtituenda in Germania religione.*

Obiit ſociorum S. Ignatii poſtremus in Lauretana domo XXIII. Septembris MDXC. prope octogenarius.

NICOLAUS BOCANGEL, alias BOCANGELINUS, Matritenſis, patre tamen Genuenſi editus, doctor medicus, operam navavit ex munere tuendæ valetudini ſereniſſimarum Imperatricis Mariæ Auſtriacæ, atque ejus filiæ Margaritæ, in cœnobio Franciſcanarum ſanctimonialium Excalceatarum curiæ Matritenſis, atque adeo ipſius Philippi III. Regis Catholici. Scripſit:

De Febribus, morbiſque malignis, & peſtilentia, earumque cauſis, præſervatione & curatione librum. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1600. 4. & 1604. Idemque prius Hiſpanum: *De las enfermedades malignas y peſtilentes, ſu cauſa, remedios y preſervacion.* Matriti apud eumdem Ludovicum Sanchez 1600. in 4.

F. NICOLAUS BRAVO, patria Pincianus, Ciſtercienſium cœnobii de Sobrado in Gallæciæ regno monachorum ſodalis, theologiam docuit in Lauretana ordinis ſui domo Salmantina, cui, & Matritenſi & aliis, tandemque Olivenſi apud Navarros, quæ perpetuæ eſt adminiſtrationis, æquiſſime præfuit. Interea ſcripſit:

Tractatum monaſticum de Iure ac poteſtate regularis obſervantiæ S. Bernardi Hiſpaniæ Ordinis Ciſtercienſis, ac ſubinde aliarum Religionum præſertim monachalium. Olivæ 1647. 4.

Notas literales Regulæ Sancti Benedicti, addita lacinia adverſus placita Ioannis Caramuel Abbatis Melroſenſis. Olivæ 1648. in folio.

Vigilia magna de Chriſto: duabus partibus. Prior continet *Razonamientos para los Miercoles y Domingos de la Quareſma.* Salmanticæ 1616. in 4. Poſterior *Razonamientos para los Domingos de Adviento, Fieſtas y Santos deſde S. Andres a la Epifania.* Pinciæ 1622. in 4. Carmine adhuc juvenis parentis Benedicti vitam conſcripſit, operi inſcribens:

Benedictina, en que ſe trata la vida milagroſa del glorioſo San Benito, con una recapitulacion de las Religiones, que le reconocen por Padre, aſſi Monaſticas, como Militares. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1604. 4.

Olivæ obiit abbas anno MDCXLVIII. laudatus pro dignitate a Chryſoſtomo Henriquez in *Phœnice reviviſcente*, & a Carolo Viſchio in *Ciſtercienſi Bibliotheca.*

F. NICOLAUS DEL CASTILLO, Franciſcanus, Caroli Imperatoris Auguſti concionator, ſcripſit, non vulgavit (mors quippe manum auctori injecit), *Sermonum ſive Concionum* volumina, multum a ſuis laudata, atteſtante Antonio Daza, ordinis chronographo, IV. parte *Hiſtoriæ*, lib. III. cap. XV.

NICOLAUS DAS CHAGAS, hoc eſt DE PLAGIS, Luſitanus, Canonicus Regularis S. Crucis Conimbricenſis, ſcripſit:

Canonica Hiſtoria del monaſterio de Santa Cruz de Coimbra. Laudat hanc Georgius Cardoſus in *Agiologii Luſitani* tertio tomo, die I. Maii.

F. NICOLAUS COELHO DE AMARAL, Luſitanus, ordinis fratrum Redemptorum, qui Sanctiſſimæ Trinitatis titulo inſigniuntur, Conimbricenſis profeſſor cum theologiæ, tum matheſeos, cujus egregie gnarus fuit, primarius tandem Pincianus ejuſdem ſacræ ſcientiæ doctor, ſcripſit, ut in *Hiſtoria* ordinis ſui refertur, neſcio an vulgari lingua:

Chronologia de los tiempos: ad Antonium de Portugallia, Ludovici Infantis filium.

De los hechos de los Reyes de Portugal; alias

alias *De los XXV. Reyes antiguos de España. Monostichon de XXV. Regibus Hispaniæ* vocant. Conimbricæ editum 1554.

Sermones : tribus tomis. Et *carmina*.

Empresas e Triumfos militares de Lusitanos tribuit ei Cardosus in schedis suis. Floruit sub Joanne III. Sebastianoque, Portugalliæ Regibus.

Obiit Pinciæ.

F. NICOLAUS DIAZ, Lusitanus, ordinis Sancti Dominici, magister theologus, religione ac rerum gerendarum peritia clarus, adhæc piæ versus Deiparam rosario ut vocant, seu corona precum, demerendam, insitæ quidem Christianis omnibus devotionis monitor ac promotor insignis; peregrinatus quandoque in Palestina fuit, Pioque Papæ V. rerum tunc domino extitit, dum in Italia maneret, gratissimus. Egrediendi e regno Portugalliæ occasionem, Salmanticamque ad nutum Regium se transferendi, sermones quidam dederunt, de successione istius regni temere ab eo jactati in concionibus: quod Antonius Senensis in *Bibliotheca Dominicana* scriptum reliquit. Extant ab eo Latina hæc:

Officium Rosarii Deiparæ Virginis. Atque item:

Officia, vel lectiones Sanctorum aliquot, qui in Lusitaniæ regno celebrantur, ab eo ordinata. Cetera vulgari lingua Portugalliæ scripta sunt:

Do Rosario da Nossa Senhora. Olisipone apud Franciscum Correa 1573. 8.

Tratado del Juicio final e universal. 1588. in 4. Quod & Italicus extat Venetiis apud Baptistam Giottum 1597. in 4.

Tratado da Paixaõ de Christo nosso Senhor.

Vida da Serenissima Princesa Dona Ioana filha del Rey Dom Affonso V. de Portugal. Olisipone 1585. in 8.

Iornada da Terra Santa: quod opus Joannes Marieta ei attribuit, cujus quoque nomine insignitum vidimus aliud, *Das excellenzas de S. Ioaõ Battista*. In vivis erat anno MDXCV. quo celebrabat eum Joannes Marieta, quem, & Senensem, & Alphonsum Fernandez legesis.

NICOLAUS DIAZ, presbyter in oppido Tembleque diœcesis Toletanæ, scripsit:

Doctrina Christiana : los quince mysterios del Rosario como se han de rezar.

Regla de la Cofradia del Nombre de Dios para quitar la costumbre de los juramentos.

Verdadera quietud del Alma : ex Italico Isabellæ Sfortiæ, Mediolanensis. Simul Salmanticæ apud Joannem Baptistam de Terranova 1570.

NICOLAUS DE ESPINOSA, Valentinus, poeta non inelegans juxta suæ ætatis captum, sub Carolo scilicet Imperatore edidit, Ariostum continuans:

Segunda parte de Orlando, con el verdadero sucesso de la batalla de Roncesvalles, fin y muerte de los doce Pares de Francia : quinque ac triginta libris seu canticis. Antuerpiæ 1557. in 4. Complutique 1579. 4.

D. NICOLAUS FERNANDEZ DE CASTRO, Burgensis, S. Jacobi eques, juris civilis ex Codicis Justinianæi cathedra professor Salmantinus, præstanti vir doctrina eruditioneque, Latine ac vernacule disertus, pluribus in hoc gymnasio exactis annis curiæ admovetur, gerendæque reipublicæ factus Mediolani advocatus fiscalis, unde in senatorium ordinem non diu post suscipitur. Quo in munere cum non scientiæ juris tantum, sed & prudentiæ & alacritatis, illibatæque integritatis, pluribus documentis ostendisset se cuicumque versandæ moli haud imparem, consultor ut vocant Siciliæ proregis, qui veluti cancellarii vices gerit, idemque protector audit Regii patrimonii, creatur. At dum præest huic curæ, constatque omnino sibi in procuranda ejusdem Regii patrimonii indemnitate, ne plusquam temporis ratio forsan patitur hac via grassaretur, ad gubernandum præsidiis jure extraordinariorum redituum Regiorum magistratum transferre se Mediolanum jussus fuit. Quem dignitatis locum cum magna omnium ordinum acceptatione, dum viveret, occupavit: clarus ad posteros, non magnarum dumtaxat virtutum fama, sed & his lucubrationibus in publicum editis, quæ jam referimus:

Exercitationes inquam *Salmanticenses, sive Prælectiones III. Ad L. primam Cod. de capite civ. censib. eximendo lib. XI. Ad L. secundam Cod. de Fundo dotali. Ad Principium Institutionum de Emptione & venditione*. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1636. in 4.

Exterminium Gladiatorum sive Prælectionem in L. unicam Cod. de Gladiatoribus. Pinciæ 1643. in 4.

De Milite monacho, sive *de Religiosis militibus*. Tractatum cœpit occasione cujusdam litis, quam Regii fisci nomine instruebat, attamen, ut credo, non absolvit. Editum vidimus Mediolani in folio id quod ex opere isto eo tempore lucem vidit. Hispana autem lingua:

Portugal convencida con la razon para ser vencida con las armas. Mediolani 1648. in 4. Continet causæ defensionem adversus Eduardum de Portugallia, Joannis Brigantini, qui se Regem ejus regni appellabat, fratrem, respon-

ſponſionemque ad omnes hujus tyrannicæ uſurpationis aſſertores libros.

Obiit diem ſuum Decembri menſe anni MDCLXX. in urbe Mediolanenſi.

NICOLAUS FERNANDEZ VALASCO, Luſitanus, a Cardoſo laudatur uti ſcriptor cujuſdam, quem appellat ipſe in ſchedis *Libro contra o Reino.*

F. NICOLAUS FERRO, ordinis Minorum, ſcripſit, Luca Waddingo auctore:

Compendium Privilegiorum &c. Valliſoleti 1525. in 4.

F. NICOLAUS FIGUERES, Valentinus, ordinis S. Dominici Valentinæ domus, ſodali ſuo Thomæ Maluenda, viro in paucis celebri, addictiſſimus vixit, ac poſt ejus obitum doctiſſimis ejus ſuper Scripturam voluminibus vitam doctiſſimi magiſtri eleganti adjunxit calamo. Tabulas etiam ſeu indices librorum ejuſdem *De Antichriſto* confeciſſe dicitur, atque item:

De Vitis Patrum ordinis Prædicatorum opus quoddam.

NICOLAUS GARZIA, Abulenſis, juris utriuſque profeſſor, & in patriæ urbis eccleſia canonicus. D. Andreæ Ferdinandi Pacheco, ſacræ Rotæ auditoris, poſtea Pacenſis, demum Conchenſis epiſcopi, familiaris Romæ fuiſſe videtur, ſui etiam nomine Abulenſis antiſtitis ad viſitanda Apoſtolorum limina iterum venit Romam. Scripſit is quidem utilem imprimis, plenumque:

De Beneficiis Tractatum, duobus tomis: quorum prior editus fuit Cæſarauguſtæ apud Joannem Antonium & Joannem Baptiſtam Tavanos 1609. fol. Coloniæque Allobrogum 1618. in folio; poſteriorem editum vidimus Matriti apud Ludovicum Sanchez 1613. in fol. & 1615. in fol. Utrumque ſimul ediderunt Antuerpienſes apud Hieronymum Verduſium 1618. in folio, atque item Genuenſes typis Philippi Alberti 1636. in fol. iterumque 1658. D. Andreæ Pacieci, patroni ſui, *Deciſiones Sacræ Rotæ* penes ſe habuit, atque editurus, niſi mors interceſſiſſet, fuit.

NICOLAUS GODIGNO, Luſitanus, Jeſuita, non humanioribus modo ſed philoſophicis etiam ac theologicis diſciplinis egregie ornatus, quas etiam publice profeſſus eſt, ſcripſit:

Vitam Gonzali Silveiræ Societatis Ieſu Sacerdotis in urbe Monomotapa martyrium paſſi die xv. Martii MDLXI. Lugduni apud Horatium Cardon 1612. in 8.

De Abaſſinorum rebus, deque Æthiopiæ Patriarchis Ioanne Nonnio Barreto & Andrea Oviedo: libris tribus, adverſus ea quæ de Æthiopibus ſcripſerat Ludovicus Urreta, Dominicanus. Ibidem 1615. in 8.

Obiit Romæ VII. Decembris MDCXVI.

NICOLAUS GUTIERREZ DE ANGULO, Antiquarienſis, medicus excellentiſſimorum ducum de Arcos, non vulgaris venæ poeta, edidit, ut ex relatione habeo Antiquarienſi:

Tratado de la enfermedad del garrotillo.

D. NICOLAUS DE LA IGLESIA, Carthuſianus monachus domus de Miraflores, laudatur ex quodam pro Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis opere, adhuc inedito, cui ita inſcripſit:

Flores de Miraflores: Geroglіphicos ſagrados, verdades figuradas, ſombras verdaderas del myſterio de la Inmaculada Concepcion de nueſtra Señora. Meminit Fr. Petrus de Alba in *Militia Conceptionis.*

F. NICOLAUS DE SANCTA MARIA, Auguſtinianorum ſodalis, atque eccleſiaſtes, ſcripſit:

Del Origen y antiguedad de la Santiſima Imagen de Nueſtra Señora de Regla. Hiſpali 1645. 4. Item:

Tratado en que ſe prueba que los glorioſos Martyres S. Liberato, S. Bonifacio, S. Siervo, S. Ruſtico, S. Rogato, S. Septimio y S. Maximo monges Africanos ſon frailes de la orden de San Auguſtin. Ibidem.

NICOLAUS MARTINEZ, Hiſpalenſis, Societatis Jeſu, poſt decurſa alia merendi ſpatia Bæticæ ſuæ provinciæ, in collegio Romano theologiæ ſacræ primarius a ſedecim annis profeſſor, ſingulari ingenio & exquiſita vir doctrina, & qui non magis docte ex cathedra, quam diſerte & ſubtiliter ex ambone, tam proprio quam Italiæ ſermone, ſacris de rebus diſſerere ſolet, adhæc moribus humaniſſimis, brevi editurus eſt:

De Incarnatione Verbi divini, ad Tert. Part. D. Thomæ. Sed cum hæc nos expectatio teneret, Roma diſcedens in patriam, Aſtigi in Bætica, dum ad Hiſpalim properat natale ſolum ſalutaturus, diem vidit vitæ ſuæ ultimum XXX. Septembris, Sancto Hieronymo ſacrum.

F. NICOLAUS DE MELLO (ita ſcribunt Luſitani, quorum civis fuit, natus in oppido Couilhaõ), eremita Auguſtinianus, qui propter Chriſtianæ fidei profeſſionem in urbe Aſtracan magni ducatus Moſcoviæ coronatus fuit martyrio; ſcripſit idem, quod Eu-

logius Cordubensis, & archiepiscopus Toletanus olim fecerat:

Martyrium cujusdam *Martyris*, quem postea sequutus ipse fuit in glorioso isto agone, atque item *Sanctæ Paulæ de Cassanos*, cui erat a confessionibus. Agit Cardosus *Agiologii Lusitanii* I. volumine, die secunda Januarii; quem tamen lapsum fuisse, dum in Belmonte oppido Nicolaum martyrem natum affirmavit, evincere videtur Joannes de Grixalva in *Historia Provinciæ Eremitarum Novæ Hispaniæ*, diversum, id est, quod antea diximus de patria referens.

NICOLAUS MOLINAS, Majoricensis ut videtur, scripsit:

Vitam Raymundi Lulli: ex qua eum laudat Bonaventura de Armengual in *Archiologio vitæ & doctrinæ Illuminati* hujus *Doctoris*.

NICOLAUS MONARDES, Hispalensis, doctor medicus, Compluti hanc artem didicit, Hispali apud suos exercuit, celebrior adhuc his scriptis:

De Secanda vena in pleuritide inter Græcos & Arabes concordia; ad Hispalenses Medicos. Hispali apud Dominicum de Robertis 1539. in 4.

De Rosa & partibus ejus; de succi rosarum temperatura. De rosis Persicis seu Alexandrinis; de malis citris, aurantiis & limoniis libello. Antuerpiæ apud Nutii viduam 1565. in 8.

Pharmaco di losin, Dialogum, laudat ipse in superiori opere. Qui editus fuit Hispali apud Joannem Cromberger 1576. folio. Hispana quoque ista publicavit:

De las Drogas de las Indias: duobus tomis. Qui primum editi sunt ab auctore anno 1569. in 8. postea, adjuncto tertio, unum ex tribus majoris formæ volumen publicavit anno 1580. 4. Priores duos Latine vertit Carolus Clusius, ediditque sub hoc titulo: *Simplicium medicamentorum in India nascentium Historia*; conjecitque in *Exoticorum* suorum librum x. deinde vertit & tertium, cui & notis illuxit, ediditque apud Plantinum 1582. in 8. & 1593. 8. Anglicum extare opus jam ante Clusii operam, ex præfatione hujus ad tertiam hanc partem scimus, & Italicum opera Annibalis Briganti, doctoris medici, Venetiis 1576. una cum Garziæ ab Orta similis argumenti opere in 4. & iterum 1616. in 8.

De varios secretos y experiencias de medicina lib. III. Hos idem Clusius interpretatus fuit Latine, deditque cum aliis Lugduni Batavorum 1605. in folio.

Libro de dos medicinas excelentissimas contra todo veneno, la piedra Bezaar y la yerba Escorzonera. Hispali 1569. in 8. iterumque 1580. in 4. Accesserunt:

Dialogo del Hierro y de sus grandezas, su necessidad y virtudes &c. Simulque:

Libro que trata de la nieve y sus propiedades, y del modo que se ha de tener en beber enfriado con ella y de otros modos de enfriar. Hispali 1571. in 8. Tractatus hos tres Carolus Clusius etiam interpretatus est Latine, uti & Italice Annibal Brigantus, qui cum *Simplicibus* ejusdem nostri auctoris edidit anno 1616. in 8. Necnon reperio hujus nomini inscriptum (nisi unum sit cum aliquot ex laudatis operibus):

Tratado del efecto de varias yerbas. Hispali 1571. in 8.

Ioannis item *de Aviñon Hispalensem medicinam*, vernacule ante sesquisæculum ab eo conscriptam, typis noster edi curavit apud Andream de Burgos 1545. in 4.

Obiisse dicitur Octobri mense anni MDLXXXVIII. si credimus notulæ cuidam, jamdiu scriptæ ut ex characteribus pene evanescentibus apparet, in libri hujus *Medicinæ Hispalensis* exemplari, quo utor; nisi deferendum sit magis tabulæ cujusdam altaris ad S. Leandri sanctimonialium Hispalensium, quæ Nicolaum Monardem anno MDLXXVIII. non obscure refert decessisse.

NICOLAUS MONTEIRO, Lusitanus, auctor laudatur a Cardoso cujusdam operis inscripti:

Vox Turturis. Olisipone editi anno 1645. Solitudinem, aut desolationem potius, Portugalliæ ecclesiarum ejus temporis, ut suspicari datur, deplorantis.

F. NICOLAUS OLIVEIRA, Olisiponensis, ex sodalitio Sanctissimæ Trinitatis, qui Captivos redimunt, scripsit vernaculo sermone:

Libro das grandezas de Lisboa. Ulisipone 1620. in 4.

NICOLAUS DE PAX, Majoricensis patricius, ex primis academiæ Complutensis professoribus, illustrissimo Ximenio erectori admodum carus, Lullianæ civis sui doctrinæ magnus promotor:

Vitam scripsit *Raimundi Lulli* circa annum MDXIX. Uti refert Bonaventura Armengual, Franciscanus, in *Archiologio Vitæ* ejusdem *Lulli*, una cum *Arte magna* ejus, quam edidit Franciscus Marzal, & ipse Franciscanus. Hujus est metricum epitaphium (sic ille inscripsit) *pro sarcophago, quod apud S. Ildephonsum Compluti erigitur Reverendis-*

dissimi atque Illustrissimi D. mei, D. Francisci Ximenez de Cisneros, S. R. E. tit. S. Balbinæ presbyteri cardinalis &c. Quod legi potest in *Archivio Complutensi*, folio 65. appenso *Vitæ* ejusdem cardinalis Ximenii, a collegio S. Ildephonsi Complutensis formatæ, atque Panhormi editæ 1653. sive in editione opusculi *De Anima rationali* laudati Raimundi Lulli, a nostro procurata, quæ D. Joanni Rufo Theodolo, archiepiscopo Constantinæ, nomineque Leonis X. nuncio Apostolico, in Hispania nuncupata, prodiit anno 1519.

NICOLAUS DE PIAMONTE (si Hispanus est) dedit Hispana lingua:

Historia del Emperador Carlo Magno, y de los doce Pares de Francia, tribus libris: quorum primum e Latino in Gallicum, deindeque in Hispaniæ vernaculum, secundum ex metro Gallico, tertium vero ex Vincentii *Speculo* Latino in Hispanum se convertisse affirmat. Hispali apud Joannem Cromberger 1528. fol. Conchæ apud Salvatorem de Viader, in folio.

NICOLAUS PIMENTA, Lusitanus, Societatis Jesu, scripsit:

Epistolas II. ad Claudium Aquavivam præfectum generalem, quibus describit visitationem, quam instituit in orientali India anno MDXCIX. & MDC. Editæ sunt Romæ primum Italice 1601. & Venetiis 1602. in 8. Mox ibidem atque alibi Latine. Vide tamen Antonium Leonium in *Bibliothecæ orientalis* pag. 20.

D. NICOLAUS DE PRADA, scripsit:

Iornada de la Reyna de Ungria. In 4. MS. in bibliotheca Olivariensi.

F. NICOLAUS RAMOS, domo ex Villasaba oppido dioecesis Palentinæ, Minorum ordinem professus est in cœnobio Pincianæ urbis. In hoc theologiam docuit sodales; huic, necnon & toti provinciæ, præfuit, censoris munere apud Pincianos violatæ Religionis judices condecoratus, famamque promeritus egregii verbi Dei præconis. Scripsit doctrinæ, eruditionis atque elegantiæ plenum opus, scilicet:

Assertionem veteris vulgatæ lectionis juxta decretum Sacrosancti Concilii Tridentini. Salmanticæ 1576. in 4. Hujusmet operis partem II. prodiisse Pinciæ apud Didacum Fernandez de Corduba 1577. in 4. hoc initio *Diximus multa*, nobis relatum fuit. Anno MDXCI. ad Portusdivitis in Americo orbe insulam ivit episcopus, unde ad proximam archiepiscopalem Sancti Dominici alterius insulæ ecclesiam fuit translatus. Quem sibi emortualem locum tandem sensit, natus anno sæculi superioris XXXI. Antonius Daza IV. parte *Historiæ Franciscani ordinis*, lib. I. cap. XII.

D. NICOLAUS RODRIGUEZ DE FERMOSINO, natus in oppido la Mota de Toro Veteris Castellæ ac dioecesis Tauro-Palentinæ, Salmanticæ ad S. Æmiliani, quæ sodalium studentium domus est, addiscendo utrique juri navavit non indiligenter operam; quo studio commendatus primum inter Asturicenses Doctoralis ut vocant, indeque apud Pincianos Pœnitentiarius canonicus allegi promeruit. Fiscalem advocatum in eadem Pinciana curia Fidei rerum exercuit, eodemque munere apud supremos violatæ Religionis vindices aliquot annis gesto, iisdem pro merito doctrinæ modestiæque tandem aggregatur. Asturicensis hinc ecclesiæ infulis donatus V. die Iunii MDCLXXII. decessit XXII. Januarii MDCLXIX. Scripsit:

Super Secundum librum Decretalium volumina III.

I. Ad Titulum de Iudiciis. Lugduni apud Philippum Borde & socios 1656. in folio.

II. Ad Titulum de Foro competenti. Ibidem eodem anno.

III. Ad reliquos Titulos ejusdem libri Tractatus XV. Ibidem 1657. in folio.

Allegationes Fiscales, seu de confiscatione bonorum in S. Officio Inquisitionis: duabus partibus. Et tertiam aliam partem *Quæstionum pro S. Officio.* Lugduni apud Horatium Boissat & Georgium Remeus 1663. in fol.

De Officiis & Sacris Ecclesiæ, a Tit. de Postulatione Prælatorum usque ad Titulum de Officio Vicarii. Ex eadem officina 1662. fol. duabus partibus, seu tomis.

De Probationibus: duobus tomis. Lugduni 1662. fol.

De Legibus Eclesiasticis. Lugduni 1662. fol.

De Potestate Capituli Sede vacante, & Sede plena. Ibidem 1666. in folio.

NICOLAUS ROLLON, in Barcinonensi urbe mathematicarum artium professor ac doctor philosophus, scripsit:

Fiestas del Reyno de Aragon y Cataluña en el casamiento del Duque de Saboya con la Infanta Doña Catalina. Barcinone apud Damianum Vaguer 1586. in 4.

NICOLAUS SIMON, nescio quis, Lusitanus forte, quoddam opus scripsit *De Historia Portugalliæ*, quomodo annotari vidimus in *Catalogo Bibliothecæ* Gabrielis Soræ, Aragonensis.

NICOLAUS DE SOUSA, Lusitanus, scripsisse refertur, atque edidisse:
Sucesos Africanos. Anno 1620.

NICOLAUS DE VARGAS, scripsit:
Peste de Cordoba el año de MDCXLIX. Cordubæ 1651. in 8.

NONNIUS.

NONNIUS ALVAREZ DE FARIA, Lusitanus, atque in India orientis miles, scripsisse dicitur vernacula lingua:
Historia da India. Cardosus.

F. NONNIUS DE CONCEPTIONE, Lusitanus, sodalis Minorum ex Tertio Ordine, scripsit autoptes:
Naufragio da Nao Bom despacho. Olisipone 1631. in 8.

NONNIUS DA COSTA, Lusitanus, cum in Bæticæ urbe Hispalensi causarum advocatum ageret foras emisit:
De Privilegiis Creditorum, resolutione & extinctione juris hypothecarum &c. Gadibus apud Ferdinandum Rey 1645. in folio. Genevæ nuper prodiit ex officina Samuelis Cover 1670. folio.

NONNIUS DA COSTA, Lusitanus, medicus doctor, scripsit:
De Quadruplici hominis ortu & de re Medica. Patavii apud Laurentium Pasquatum 1594. in 4. Joannes Antonides vander Lindem duo ex hoc uno opere facit.

NONNIUS DA CUNHA, Lusitanus, Olisiponensis, Societatis Jesu, Romæ assistens, uti appellant, pro Portugalliæ fuit provincia, indeque Olisipone domus Sancti Rochi præpositus, scripsit:
Vida do Padre Diogo Monteiro: una cum ejusdem *Meditationum* libro. Romæ typis Angeli Bernabo 1671. in 8. *Bibliothecam Societatis* postremam adisis.

NONNIUS FERNANDEZ DEL CANO, Lusitanus, laudatur a Cardoso inter scriptores, eo quod translationes opusculorum asceticorum quasdam fecerit.

NONNIUS DE GUZMAN, in eorum numero, qui de rebus Indicis quidquam scripserunt, ponitur ab Antonio Possevino in *Bibliothecæ selectæ* lib. xv. fine. Nonnius Beltran de Guzman idem est, ut colligo, qui, Antonio Leonio teste in *Bibliothecæ occidentalis* pag. 76. confecit:
La Relacion de la conquista de Mechoacan y Xalisco: quam servari MS. ex relatione Alphonsi Lopez de Haro novit idem Leonius. Joannis attamen Baptistæ Ramusii opera Italicam continent ejus *Relationes.*

O

OLIVA.

D. OLIVA SABUCO DE NANTES BARRERA, forte ex Gallis oriunda, patriam tamen habuit Alcaraz, oppidum agri Laminitani, doctrinam (rarum in sexu decus, quamvis inter Hispanas minus rarum,) in re philosophica, præcipueque medica, ostendit in eo libro, seu variorum tractatuum sistemate, quod sequentia continet:
Nueva Filosofia de la naturaleza del hombre no conocida ni alcanzada de los grandes Filosofos antiguos. Scilicet his tractatibus comprehensa:
Un Coloquio del conocimiento de si mismo, en el qual se dan avisos, por los quales entendera su naturaleza y sabra las causas naturales porque vive y porque muere, y podra evitar la muerte temprana y violenta &c.
Un breve Tratado de la compostura del mundo.
Las cosas que mejorarán este mundo y sus Republicas.
Remedios de la vera Medicina, con los quales el hombre podra entender, regir y conservar su salud.
Vera Medicina y vera Filosofia oculta a los antiguos en dos Dialogos. Latina hæc etiam:
Dicta brevia circa naturam hominis.
Vera Philosophia de natura mixtorum, hominis & mundi, antiquis occulta. Simul edita sunt Matriti primum anno 1588. tum alibi, tertiamque editionem vidimus Bracharensem anni 1622. in 8.

ONUPHRIUS.

ONUPHRIUS DE LEMOS, Lusitanus, scripsit gentis lingua:
Caza de Azores e seu Tratenimento. Cardosus.

ONUPHRIUS MANESCAL, Catalanus, Barcinonensis, doctor theologus, professorque per aliquot annos tum philosophiæ tum theologiæ, cives suos sive ex cathedra, sive ex ambone, factus jam ecclesiæ paræcialis Sancti Andreæ de Silva rector, literas & pietatem docuit, pietate vir ac literis tempore suo valde clarus. Varia scripsit, tum Latine, tum Hispanice. Latine:
Conciones octo de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quibus additæ sunt nonnullæ de S.

S. Virginis Mariæ & Sanctorum quorumdam festivitatibus. Barcinone 1603. 4. Hoc opus primos studiorum suorum fructus appellat. Lingua Castellana hæc:

Tratado de la oracion mental: libris v. Ibidem 1607. 8.

Practica de los Mysterios de la Missa. Ibidem 1604. 8.

De la llaga del costado de Christo nuestro Señor. Ibidem 1611. 8.

Miscellanea de tres Tratados: el uno de las apariciones de los espiritus, donde se trata como Dios habla a los hombres, y si las almas del Purgatorio vuelven, el segundo del Antechristo, el tercero de Sermones predicados en varios lugares. Barcinone apud Sebastianum Mathevaud 1611. 4. Venetiisque 1616. in 4. ut credo in Italicum conversorum.

Abecedario de las cosas de Cataluña. Passim hoc laudat Gaspar Escolanus in *Historia Valentina.*

Sermon, o Historia del Rey D. Iaime el Segundo hecho en la Iglesia de Barcelona el año de MDXCVII. Hunc quoque pro se adducit frequenter idem Escolanus, laudatque vir doctissimus Joannes Petrus Fontanella, *De Pactis nuptialibus* scribens.

Varios Sermones. Barcinone 1611.

ONUPHRIUS POVIUS, vulgo POU, Catalanus, Gerundensis, artium doctor, Latina lingua simulque vernacula gentis suæ contexuit:

Thesaurum puerilem, sive Artem interpretandi Latina verbis Catalanicis. Barcinone 1580. in 8. & 1600. apud Jacobum Cendrat.

ONUPHRIUS SALT, Servitarum sodalis, ex primis qui ab instaurata in Aragonia hac religiosa familia domum oppidi las Cuevas de Cañarte, sive de Castellot, inhabitaverunt, scripsit, quod sciam:

Vida de S. Onofre Hermitaño: centum capitibus.

Origen y fundacion de la Orden de Nuestra Señora de los Servitas.

P

PANTALEO.

F. PANTALEO D' AVEIRO, Lusitanus, ex eo forte ducali municipio, quod in littore maris est, oriundus, ordinis Minorum provinciæ d'Enxobregas dictæ, peregre in Palæstinæ regionibus veneranda nostræ salutis monumenta perlustrans, didicit quod ad nos reversus in eo libello comprehenderet, cujus ea vulgaris inscriptio est:

Itinerario da Terra Santa e todas sus particularidades. Ulisipone 1593. in 4. & 1600. in 4.

F. PANTALEO BAPTISTA, Lusitanus, ordinis S. Francisci provinciæ Brasiliensis, edidit:

Ramalhete espiritual, hoc est fasciculum florum spiritualium. Olisipone 1655. 4.

PANTALEO HOME FREIRE, Lusitanus, Portuensis, in occidentalis Indiæ Potosi urbe degens composuit:

Espelho de .... e Aforismos. Anno 1620. Qui liber MS. asservatur in bibliotheca Regia Portugalliæ. Cardosus. Alius in bibliotheca D. Emmanuelis de Portugallia.

PASCHALIS.

PASCHALIS DE ABENZALERO, natus in oppido Urrea de Xalon regni Aragoniæ, Regius notarius, scripsit:

Libro de Almutazafes, en el qual se trata de las dificultades y advertencias tocantes a los pesos y medidas de los comercios ordinarios &c. Cæsaraugustæ apud Laurentium de Robles 1609. in 4.

F. PASCHALIS BAYLON, gente Valentinus, Minorum sodalis laicus, sive conversus, ab eis susceptus in monasterio Deiparæ Virginis Lauretanæ oppidi de Monforte, heroicis virtutibus in Gallia Hispaniaque refulsit, atque de altissimis fidei mysteriis superne doctus, alias illiteratus, etiam cum hæreticis validissime & profundissime disputavit, unde plures ad ecclesiæ gremium reduxit. Prophetiæ dono & miraculis sanctitatem vitæ confirmavit egregie, cujus quidem nomine solemnis illius canonizatio, ut vocant, jam Romæ procuratur. *Scripsit* Waddingus ait *pro sua fovenda pietate sincere & pie absque magno delectu ex Sacra Scriptura, SS. Patribus, aliisque asceticis auctoribus*:

De la Veneracion y dignidad del Santissimo Sacramento de la Eucharistia.

Principales mysterios de la Vida de Christo.

Principales acciones de nuestra Señora y muerte de Santa Anna su madre. Codex ipsius MS. propter insigne specimen paupertatis, quæ ex modo scribendi & compaginandi, ex laceris chartis, & cooperimento ex panni segmento relucet, habetur in pretio apud Catalanos in archivio cœnobii Elnensis, magnique fecit vir sanctissimus D. Joannes de Ribera, archiepiscopus Valentinus, patriarcha Antiochenus.

Obiit in cœnobio Villærealis regni Valenti-

tini anno MDXCII. quem inter Beatos retulit Paulus V. Pontifex Maximus die XXIX. Octobris MDCXVIII. Hæc fere Lucas Waddingus.

F. PASCHALIS DE LA FUENSANTA DE AMPUDIAS, natus in sacri territorii Palentinæ ecclesiæ oppido cognomine Ampudias, fratrum Prædicatorum ordinem in Palentina eadem urbe ingressus, post decursa peregre apud Bononienses theologiæ studia rediit ad nos, vixitque inter sodales rara paupertatis & innocentiæ cura, singulari totius regulæ observantia, quæ inde ad ceteros, universamque Hispanam familiam, ab eo velut a fonte dimanasse non ambigue creditur. Post hæc Burgensem nutu Regum Catholicorum ecclesiam adeptus, religiosæ antiquæque vivendi normæ sequutus adhuc fuit tenorem, cetera in pauperes, aliaque pietatis opera, quorum se esse dispensatorem sciebat, munificentissimus. Interim scripsit Hispanice, ut parochos doctrina sacra ad opus suum faciendum instrueret:

Exposicion de todos los Evangelios del año.

Sermones de Sanctis.

Romæ tandem, quo, uno dumtaxat viæ socio, pedes ierat, ad sacrum Lateranense concilium evocatus, diem suum obiit, ubi in cœnobio Virginis Deiparæ super Minervam hoc sub titulo diem expectat reparationis:

PASCHASIO HISPANO
BURGENSI EPISC.
QUI EX PRÆDICATORUM ORDINE
DOCTRINA VIRTUTIBUS EVECTUS
AMPLISSIMIS REDITIBUS
ANNIS QUINDECIM
PIE DISPENSATIS AD
LATERANENSEM
SYNODUM SUB JULIO II.
P. M. ADSCITUS
VITA FUNCTUS EST.
CHRISTI PAUPER INTER
COMPAUPERES
MORTUUS:
ALIENIS SUMPTIBUS
TUMULATUS
SERVITORES DOMINO
POSUERE
MDXII. XIX. JULII.
VIXIT ANN. LXX.

PASCHALIS DE MANDURA, Aragonius, ex Exea Equitum, in Cæsaraugustana S. Salvatoris alma ecclesia canonicus, rectorque nosocomii generalis de Santa Maria de Gracia dicti, scriptum reliquit sodalibus sui collegii:

Memoria de las cosas que en la santa Iglesia de la Seo de Zaragoza se han ofrecido tocantes a ella desde el año MDLXXIX. hasta el de MDCI. Qui liber magni habetur, & in archivio ecclesiæ istius adservatur. Quo quidem usus fuit ad *Ecclesiasticam* suam *Aragoniæ Historiam* conficiendam Vincentius Blascus de Lanuza, meminitque Joannes de Arruego in libro nuncupato *Catedra Obispal de Zaragoza*, cap.x. §. I. & Joannes Franciscus Andreas de Ustarroz in *Historia Sancti Dominici del Val*, cap. IX. qui adjungit alterius libri Manduræ nostri notitiam, scilicet:

Orden de las Festividades, que se celebran en el discurso del año por sus meses, y de las fiestas movibles. Hunc indicare videtur voluisse Joannes Verzosa in *Epistola ad Michaelem Ximenez* lib. II. his versibus:

Sed mirum tamen id, quod cum contendere pergit
Divinis Mandura libris armatus, omittis
Causâ omnem, canonasque tuos mansuetior agno:
Et cum de patria certatis (vester ut est mos)
Egregios Exea equites ad sydera tollit,
Et per te priscos tua Iaccha recondit Abarcas.

Quibus innuitur Manduræ patrium locum Exea esse.

PATRICIUS.

F. PATRICIUS, Lusitanus, incertum quo regni loco natus, Romæ, in cœnobio S. Mariæ de Populo suscepto Augustinianorum habitu, floruit in Elicitana congregatione literis & pietate, edidit:

Opus metricum variarum imaginum in quadraginta duabus tabellis depictarum cum multis documentis & cohortationibus ad virtutes complectendas. Florentiæ 1621. Cardosus in *Agiologio Lusitano*, die ultima Junii, decessisse eum eadem die ann. MDCXXV. in domo Sanctæ Annæ Tusciæ refertur.

PAULA.

PAULA VINCENTII, Lusitana, Ægidii Vincentis parentis sui, poetæ comœdiarum suo tempore celebratissimi, compositionibus adjutricem operam præstitisse dicitur, cum nec minus ipsa calleret artem, & poetica vena frueretur, musicæ item organicæ in paucis docta, atque adeo in familiam serenissimæ Infantis Portugalliæ Mariæ, Regis Emmanuelis filiæ, quæ & Aloisiam Sigæam secum habuit, ut alibi dicimus, fuit vocata.

PAULUS.

PAULUS ALBINIANUS DE RAXAS, domo Valentinus, Societatis Jesu presbyter, anno ipso exeuntis proximi retro sæculi ei ad-

adſcriptus, ſacram ſcientiam, quæ mores temperat, Cæſarauguſtæ, at illam, quæ arcana Bibliorum reſerat, in patria docuit; necnon apud Religionis judices cenſuræ jus adeptus eſt. Editæ ſunt ab eo Hiſpane:

Lagrimas de la Ciudad de Zaragoza en la muerte del Catholico Rey de Eſpaña Don Felipe III. Addiditque:

Orationem funebrem, Latine a ſe habitam.

Relox del alma. In 8. Confecit quoque una cum Joanne Baptiſta Labanha, mathematico Regio:

Tabla Geografica del reyno de Aragon. Quæ excuſſa it per omnium manus. Quare diverſum opus eſſe oportet:

La Deſcripcion del reyno de Aragon: cujus exemplum MS. apud ſe eſſe teſtatus fuit alicubi Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius, regni chronographus. Latine autem:

In Canticum Canticorum Salomonis Commentarium literalem, commentariis, enarrationibus, notationibus illuſtratum. Genuæ apud Benedictum Guaſchum 1656. in folio. Hæc prima operis pars, quam debuit conſequi (neſcio an prodierit jam in lucem) ſecunda, ſive *Commentarius Dramaticus*, deinde tertia, ſive *Commentarius myſticus & literalis ſecundarius, in quo Verbi cum anima ſancta conjugium celebratur*, necnon quarta, ſive *Commentarius Parthenicus de Beata Virgine*, quinta denique, *Stromateus* ſcilicet *Commentarius.* Editioni etiam paratam habuiſſe dicitur:

La Vida del Venerable Padre Alonſo Rodriguez de la Compañia de IHS. Ac præparare item:

Vida y virtudes del Juſticia de Aragon D. Juan Baptiſta de Lanuza. Sed præoccupavit eum Emmanuel Faria de Souſa, eques Luſitanus Jeſu Chriſti, ut ſuo loco annotatum habes. De noſtro agit ac de ejus operibus D. Vincentius Joannes Laſtanoſa, Oſcenſis eques, in tractatu ſuo *De las Medallas antiguas de Eſpaña*, pag. 2.

F. PAULUS DE AZNAR, vir Deo ſacer in cœnobio Cæſarauguſtano ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſacræ theologiæ (uti ſcholaſtico appellant verbo) præſentatus, edidit, ut lego in monumentis ejus ordinis:

Exercicios eſpirituales. Barcinone typis Hieronymi Margarit 1623. in 8.

Milagros de Nueſtra Señora del Remedio de Valencia.

Deceſſit e vivis Barcin. an. MDCXXXIV.

F. PAULUS CALDERON, Franciſcanus in collegio Complutenſi SS. Petri & Pauli, ſcripſit tractatum, legitimis innixum teſtimoniis & monumentis:

De la Caſa y genealogia de los Manriques de Lara: cujus rei auctor eſt mihi D. Joſephus Pellizer, chronographus Regius, in *Libello ſupplici Marchionis de Ribas.*

F. PAULUS CARRASCO, Carmelita, ſcripſit hiſtoriam:

De la Fundacion del convento del Carmen de Santa Ana de la Alberca. Oppidum eſt illius tractus, quem Mancha dicimus, in territorio ſacro Conchenſi. Hujus libri, ut inediti adhuc, meminit Sebaſtianus Muñoz Suarez in libro *De la vida del ſiervo de Dios Fr. Franciſco de la Cruz*, lib. III. cap. XIII.

PAULUS CERDAN, civis Dertuſanus in Catalonia, edidit pro arithmeticæ artis ſtudioſis:

Breve y Compendioſo Tratado de Arithmetica. Dertoſæ 1624 in 8. Deindeque (idem forſan opus locupletatum):

El Nuevo Maeſtro contador. 1634. in 8.

PAULUS DE CESPEDES, Cordubenſis, patriæque almæ eccleſiæ portionarius; pictoria arte & ſculptoria, cum Romæ, tum in Hiſpania, laudem meruit inter paucos, coloribus apprime utendi gnarus, ceraque ſculpendi, quam artem in Urbe, hujuſmodi artificum parente, maxime exercuit. Federico Zucharo valde fuit carus, pinxitque in eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis Pincii montis Romæ Annuntiationis Deiparæ tabulam, & alia Cordubæ in collegio Societatis, Hiſpalique: de quo multis agit Franciſcus Pacheco Hiſpalenſis in libro ſuo *De Arte Pictoria.* At noſter cum & poetica facultate, atque ſtudio eruditionis præſtaret, Apellem imitatus, qui artis ſuæ volumina ad Perſeum diſcipulum direxit, Plinio referente lib. XXVIII. cap. X. celebravit ipſe quoque verſibus eamdem artem, ſcribens:

De la Pintura en otavas: docte quidem & poetice. Neſcio ubi editum opus, cujus plura fragmenta libro ſuo inſeruit laudatus antea Franciſcus Paciecus. Hujus meminit Gaſpar Cælius, Romanus pictor, in albo tabularum Romæ pictarum. Sed & Latinas muſas non infeliciter hunc coluiſſe prodit epigramma, in laudem Joannis Verzoſæ *Carminum* ab eo conſcriptum, *Epiſtolarumque* magni hujus poetæ libro adfixum, quod in ejuſdem produximus elogio.

F. PAULUS DE CIBRAMONTE, alias BEAUMONTE, Cæſarauguſtanus, Carmelita, mathematicis totus deditus ſtudiis, edidiſſe fertur:

Artificioſam Rotam orbicularis cæleſtis orbis.

De Mathematicis rudimentis opuſculum. MS.

De

De Univerſis Scioteriçorum texturis figurandis lib. I. MS. Et alia. Hæc Marcus Alegre de Caſſanate in *Paradiſo Carmelitici decoris*, qui ait floruiſſe eum anno MDCVI.

PAULUS CLASCAR DE VALLES, Catalanus, Barcinonenſis, ſacrarum Deo virginum Verbi Incarnati Limæ urbis capellanus, edidit:

Teſoro eſpiritual de divinos exercicios. Barcinone apud Stephanum Liberos 1616. Vertit ipſe ex Italico Fr. Dominici Mariæ Curii, ordinis Prædicatorum:

Primera Parte del Triunfo del Orden militar de S. Juan, que ſe llamó de los Hoſpitalarios, deſpues de Rhodas, agora de Malta. Iiſdem typis 1619. in 8.

PAULUS CORONEL, Segovienſis, ſacerdos, linguarum orientalium Græcæ Hebraicæque inſigniter gnarus, doctrina autem theologica, ejus partis maxime quam Biblia Sacra ſibi vendicant, perquam ornatus vixiſſe fertur. His ſtudiis, quæ & Salmanticæ de loco ſuperiore docens probatiora reddiderat, commendavit ſe ſe Franciſco Ximenio, S.R.E. cardinali, archiepiſcopo Toletano, ad cujus nutum inter alios Hiſpaniæ viros, in hac linguarum eruditione præſtantiſſimos, *Bibliorum* illi celebratiſſimæ, quæ Compluti facta eſt, editioni conſilio curaque intereſſet. Hac vero invitatus occaſione ſcripſiſſe proditur (quod Franciſci Coronelii nepotis, ejuſdemque Segovienſis canonici, teſtimonio multis adprobatum fuit, confirmatque de *Vita Sancti Hieronymi* ſcribens, lib. IV. diſcurſu IV. & lib. V. diſcurſo III. Joſephus Seguntinus, Hieronymiani ordinis chronographus):

Additiones ad Librum Nicolai Lirani de differentiis tranſlationum: quæ latent adhuc.

Vita deceſſit Segoviæ in patria pridie kal. Octobris anno Incarnati Verbi MDXXXIV. uti ad Parralim, Hieronymianorum ædem, lapidi inſcriptum, qui claudit oſſa illius, legitur.

PAULUS CORREA, Luſitanus, medicus, ex oppido Mogadouro, ſcripſiſſe atque edidiſſe dicitur:

Tractatum de modo cibandi. Romæ apud heredes Franciſci Filiole Mancini 1657. in 4.

Tractatum quoque *De Natura, cauſis, & curatione Peſtis.* Ibidem eodem anno.

F. PAULUS DE CRUCE, Luſitanus, provinciæ Portugalliæ ordinis Minorum, ſcripſit:

Verſos a o divino. Oliſipone in 8. Provinciæ diverſitas (cujus mihi auctor eſt Georgius Cardoſus) in cauſa eſt ut diſtinguam ab eo qui ſequitur.

F. PAULUS DE CRUCE, Luſitanus, Oliſipone natus, ordinis Minorum provinciæ Conceptionis, lector emeritus, ſcripſit quidem in Ulmetana domo:

Centiloquio de encomios de los Santos ſacados de los Evangelios que ſe cantan en ſus feſtividades. Pinciæ 1612. Prima hæc operis pars, quam excepturas ſecundam, tertiam & quartam, ſive Chriſti Domini, Sanctorumque Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum conciones jam ex eo tempore affirmabat auctor. Prodiiſſe autem in Lucæ Waddingi *Bibliotheca Franciſcana* hæc lego:

Sermones de Santos. Ibidem eodem anno.

Sermones para las tardes de Quareſma. Oliſipone 1614.

Marial: tredecim tractatibus diviſum, quod e in *Centiloquio* notitiam dederat, Pinciæ editum.

PAULUS DURAN, ſive JOANNES PAULUS, in tractu Barcinonenſis eccleſiæ ſacro, ejuſque oppido Eſparraguera ortus, doctor utriuſque juris, ac veſpertinus legum profeſſor, ſodaliſque togatus collegii D. Jacobo ſacri in Oſcenſi gymnaſio. Simonis hinc Baucæ præſulis Majoricenſis vicarius cum eſſet publicavit:

De Conditionibus & modis impoſſibilibus, & jure prohibitis contractibus, & teſtamentis adſcriptis. Palmæ Balearium 1612. in folio. Cauſarum inde actor in curia Matritenſi, ditatus eſt Regia indulgentia Barcinonenſis almæ ſedis archidiaconatu; moxque in Urbem ſupremi ſacri ſenatus (Rotam nuncupant) judex ſe contulit. Quo munere ſub Urbano Papa VIII. per novennium integre geſto, epiſcopus Urgelenſis, deindeque rebus Catalanorum jam turbatis archiepiſcopus Tarraconenſis cooptatur. Prodierat ſub adventum ipſius in Hiſpaniam:

Deciſionum Sacræ Rotæ Romanæ ex ſchedis ipſius editarum a Ferdinando Sciamania Interamnate pars prior. Anno 1637. Interamne in folio. Poſterior ſequuta eſt anno ſequenti ex eadem officina.

Deſiit Cæſarauguſtæ inter vivos eſſe, adhuc exul a patria, necdum poſtrema hac metropolitana dignitate ſuſcepta, jam ſeptuagenarius, circiter annum hujus ſæculi quinquageſimum.

D. PAULUS DE ESPINOSA, Hiſpalenſis, ſacerdos, totus ornandæ patriæ, dum copia vitæ data fuit, incubuit. Hæc hujus opera foras prodierunt:

Vida y muerte del venerable Sacerdote Fernan-

nando de Contreras natural de Sevilla. Hispali 1634. in 8.

Historia, antiguedades y grandezas de la Ciudad de Sevilla: duabus partibus. Ibidem 1627. folio.

Theatro de las grandezas de la Santa Iglesia de Sevilla. In 8.

Epitome de la Vida y excelentes virtudes del esclarecido y Santo Rey D. Fernando: ex justo & integro illius *Chronico*, quod parabat, deductum. Hispali 1621. in 8.

Discurso en que se prueba quanto ha sido Dios servido siempre de ampliar los reynos y Monarquias por medio de los Eclesiasticos y de sus oraciones. Ibidem apud Mathiam Clavijo 1632. 8. Regiæ sanctimonialium Cisterciensium domus Hispalensis S. Clementi sacræ historiam meditabatur, Briandæ Guzmaniæ abbatissæ, natalibus feminæ prudentiaque claræ admodum, rogatu favoreque; sed mors turbavit consilium.

F. PAULUS EZQUERRA, Cæsaraugustanus, Carmelita, novitiorum magister in ejusdem urbis domo, ascetica hæc dedit foras, theologo-mystice doctus:

Escuela de Perfeccion. Cæsaraug. 1675. 4.

De las Ceremonias de la Misa. 1680.

PAULUS GARZIA, supremo Sanctæ Inquisitionis senatui a secretis, scripsit:

Orden que comunmente se guarda en el Santo Oficio de la Inquisicion acerca del processar en las causas, que en él se tratan. Matriti apud Ludovicum Sanchez. 1607. in 4.

PAULUS GONZALEZ DE ANDRADA, Lusitanus, poeta lyricus optimæ venæ, nationisque suæ optimis comparandus, scripsit, non Lusitana sed Castellæ lingua:

Varias Poesias. Olisipone 1629. in 4. apud Matthæum Pinheiro.

F. PAULUS DE GRANATA, Capuccinus, ex ea urbe oriundus a qua appellari voluit juxta morem reformatæ hujus sectæ, scripsit:

Causa y origen de las felicidades de España y Casa de Austria, sobre el Psalmo, Exaudiet te Dominus in die tribulationis. Matriti 1652. apud Gregorium Rodriguez.

PAULUS IBAÑEZ DE ALARCON, Matritensis, versibus panxit:

Siete Oraciones para los dias de la semana y otras de devocion. Matriti 1622. in 12.

PAULUS JOSEPHUS DE ARRIAGA, domo ex oppido Vergara Guipuscoæ provinciæ, Jesuitis sodalibus nomen Ocaniæ dedit; nec in Hispania diu hæsit, apud Indos Americanæ plagæ opimos fructus Evangelicæ operæ sibi jam destinans. Quo deveniens, magno suo atque incolarum compendio ætatis integrum, quod ei superfuit, intervallum transegit, in omnibus vitæ actibus insignis cujusdam sanctitatis odorem spirans. Arequipæ Regiæque urbis collegia sæpe gubernavit, rhetoricæ artis præcepta cum prius olimque sodales novus hospes docuisset. Demum in reditu ad Europam, ut provinciæ suæ procurator Romam accederet, prope Habanam insulam naufragio desideratus est. Plura de ejus illustribus gestis, virtutibus, signis dabit *Societatis Bibliothecæ* auctor. Edidit quidem is Latina lingua:

Rhetoris Christiani partes VII. Lugduni per Horatium Cardon 1619. in 12. Hispana vero:

Directorio espiritual. Hispali apud Franciscum de Lira 1617. in 8. Olim Limæ 1608. in 16.

Extirpacion de la Idolatria de los Indios del Piru y de los medios para la conversion dellos. Limæ apud Hieronymum Contreras 1621. in 4.

Literas, quibus se quis B. Virginis servituti possit mancipare: & alios *Tractatus spirituales.* Ex Italico transtulit Hispane:

De la Perfeccion religiosa, del Padre Lucas Pinelo. Barcinone 1610. in 12. Matriti 1611. Scripsit quoque:

De Beata Virgine. Et *De Angelo Custode.* Item:

Librum exercitiorum spiritualium & devotionum ad instructionem eorum, qui in seminariis Jesuitarum educantur. Verum hic solus, duobus illis deperditis, excusus est. Hæc Alegambius.

Obiit anno Christiano MDCXXII. ætatis LX. commorationis suæ inter Indos XXXVIII.

PAULUS DE LANA, Cæsaraugustanus, sive, ut credo, D. Franciscus Gonzalez de Andia Irazabal, marchio Vallis-paradisi, Philippo IV. a consiliis status & belli, regni Navarræ prorex, Gallæciæque gubernator & summus belli dux, hoc sub nomine familiaris alicujus edidit:

Descripcion de los Solares de Andia, y Irazaval. Matriti 1620.

F. PAULUS DE LEON, Dominicanus, sacræ theologiæ magister, fervidus, dum viveret, apud Astures & Legionenses divini Evangelii præco, edidit:

Guia del Cielo; sive *de virtutibus, & vitiis, ex Secunda Secundæ D. Thomæ*: ex officina heredum Joannis Brocar 1553. in folio.

Obierat is ante annum MDXXVIII. nam eo ipso

ipſo anno autographum auctoris jam demortui Joannes Guernica, & ipſe Dominicanus, tranſcripſit Salmanticæ in domo Stephaniana, unde ad nos manavit ſequentis temporis editio. An diverſum eſt *De Fide*, *Spe*, *&* *Charitate* opus, quod Alphonſus Fernandez in *Catalogo* ei attribuit?

PAULUS MACHADO, Luſitanus, Pacenſis, poetica opera reliquit plura, quæ penes ſe habere affirmavit nobis Romæ Emmanuel a Reſurrectione, Auguſtinianus Nudipes, ſuæ Luſitanæ congregationis procurator in èa curia.

PAULUS DE S. MAURO, Bracharenſis, ſcripſit:

Couſas da ſua Vida. Cardoſus.

F. PAULUS DE MENDOZA, Ciſtercienſis monachus Vallis-paradiſi monaſterii, diſertus ac fervidus ſacrarum concionum apud Philippum Regem Hiſpaniarum II. declamator, edidit, ſed non publicavit, quod in laudatæ Vallis-paradiſi, vel Salmantinæ ædis adſervatur bibliotheca, librum, cui titulum fecit, Chryſoſtomo Henriquez & Carolo Viſchio referentibus:

El hombre juſto y bueno: eruditione varia, ut ajunt, nobilem. Atque etiam alterum hac inſcriptione:

Regimiento del Principe Chriſtiano ſegun la doctrina del Angelico Doctor S. Thomas.

Obiit in monaſterio de Benavides anno MDXCIX.

PAULUS DE MERA, ex oppido Torralva ditionis ordinis militaris Calatravæ, edidit:

Computo general de los tiempos. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1614. in 4.

F. PAULUS DE MESA, Franciſcanus provinciæ Caſtellæ, profeſſor theologus in Complutenſi collegio, ſcripſit:

Hiſtoria de lo que paſſó en el Capitulo general que ſe celebró en Toledo el año de MDCXLV. Matriti apud typographum Regium eodem anno.

PAULUS PALACIOS DE SALAZAR, Granatenſis natu, profeſſione theologus, atque idem Michaelis germanus frater, editis etiam de re ſacra libris egregium nomen ad poſteritatis memoriam omnem promeriti, laudabilem apud Luſitanos ſtudii ſui operam poſuit cum & Conimbricæ in gymnaſio Sacræ Scripturæ interpretem ſexennio egerit, Eborenſis theologiæ doctor renuntiatus, & in curia, tum Catharinæ Reginæ, quacum in Luſitaniam venit, ab eleemoſynis, tum Henrico S. R. E. cardinali, qui ſubinde illiuſmet regni ſceptra tenuit, a ſacris fuerit concionibus. Porro in ſchola nuper memorata Bibliorum ergo explanandorum verſabatur anno ſæculi ſuperioris tertio & ſexageſimo, quo ſcilicet diem collegii Sancti Pauli tunc primum ſodalibus conceſſi auſpicalem habita ſacra oratione celebravit. Qua quidem profeſſione defunctus, curiæque bonum otium nactus, non id ſocordia atque deſidia, ſed utiliſſimorum operum conſcriptione procudit. Emendato enim dicendi genere, multaque ſacrorum cognitione arcanorum, quæ in veteri novoque inſtrumento curioſe atque ingenioſe admodum rimabatur, valde locuples, fratris Michaelis famam e Luſitania provocabat, ſcribens & evulgans:

Enarrationum in Sacroſanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundum Matthæum tomos duos: quorum prior ſelectiores interpretationes pluſquam viginti Patrum, qui ſuper Matthæum ſcripſerunt, poſterior nova auctoris continet commentaria, Henrico cardinali nuncupatos, atque editos Conimbricæ 1564. Salmanticæ 1571. in folio. Antuerpiæ 1572. Lugdunique etiam in folio & in 8.

In Eccleſiaſticum commentaria. Circa annum 1579. quæ Georgio Almeida, Uliſipon. archiepiſcopo, ſummoque rerum Fidei per Luſitaniam cenſori, dedicavit. In Portugallia apud Villam-viridem edita 1581. folio. Coloniæque 1593. in 8.

In XII. Prophetas minores commentaria. Apud eamdem Villam-viridem typis Antonii Riberii 1581. folio. Coloniæ 1583. in 8. Vernacula etiam lingua, Henrici cardinalis patroni ſui juſſu, pridem evulgaverat:

Summa Caietana trasladada en lingoage Portugues com annotaçoens de muitas duvidas, & caſos de conſciencia. Conimbricæ jam tertium 1566. 8. laudatoria ſummi illius pietate, ſummi doctrina, Ludovici Granatenſis epiſtola libro præfixa. Non minor utique pietatis quam doctrinæ fama virum reddidit in Luſitania clarum, cujus pietatis nomine in *Agiologio* ſuo *Luſitano* Georgius Cardoſus emortualem ejus diem, ſcilicet Aprilis quartum, elogio Pauli, quem Apoſtolicum appellat virum, conſignavit. Jacet, eodem Cardoſo teſte, in paræcia Villæ-viridis Oliſiponenſis diœceſis, cujus prioratum præ alio de Ventoza pinguiore, olim ſibi munificentia Regis Henrici collato, habuit, ne modicas poſſeſſorique tutiores facultates excederet. Sepulcro ita inſcriptum fuit:

Aqui iaz o Doctor Paulo de Palacio, natural de Granada, Eſmoler da Rainha D. Chatarina, Pregador do Cardeal D. Henrique, Cathedratico de Theologia, & Prior que foi deſta Igre-

Igreja. Falleceo a 4. de Abril de 1582. an.

PAULUS PINTO COELHO, Lusitanus, ex oppido Tanquos, doctor medicus, inedita reliquit volumina duo medicæ doctrinæ, alterum in *Hippocratem*, alterum vulgaris hujus tituli *Varios remedios de Medicina alcanzados na experiencia dos sucessos medicos de muitos annos.* Extare apud doctorem Joannem Lopez Raposo de Castanheda, fratrem suum, affirmavit nobis rever. pater fr. Emmanuel a Resurrectione, Augustinianus Reformatus provinciæ Portugalliæ.

PAULUS DE PORTALEGRE, ex presbyteris, ut credimus, Societatis Jesu, & Lusitanus, reliquit MS. vernacule:

Florem Sanctorum. Qui adservatur in monasterio S. Eligii Olisiponensis, teste Cardoso in *Agiologio*, die XIII. Junii.

F. PAULUS DE PORTO, Lusitanus, ordinis Minorum Reformatæ S. Antonii provinciæ, scripsit vernacule:

Instituçaon, progressos & privilegios da ordem Terceira de S. Francisco. Necnon et:

Das Ceremonias librum: quæ duo inedita manserunt, eo mortuo. Quod novimus ex relationibus ejus provinciæ Romam ad sodales missis.

PAULUS RODRIGUEZ, Lusitanus, Bracharensis, Jesuita, doctor theologus, Sacrarumque Scripturarum, tum Conimbricæ, tum Eboræ, interpres, edidit:

Triumphum veræ gloriæ utriusque Joannis, Baptistæ & Evangelistæ. Portu apud Emmanuelem Cardoso 1634 in folio. Quam priorem oportet esse operis partem, hoc enim volumine Joannes Baptista solus illustratur. Opus hoc diversimode inscriptum Pampelone prodiit, nempe: *Commentarius in cap. I. Lucæ, & selectiora loca cæterorum Evangelistarum concernentia gloriam utriusque Joannis.* 1642. in folio. Parare eum quoque in *Evangelium Matthæi Commentaria* scripsit Alegambius; laudatque D. Franciscus Emmanuel epist. I. cent. 4. *Epistolarum.*

F. PAULUS DE TOURO, Lusitanus, ordinis S. Benedicti, Romæ edidit:

Privilegios da Ordem em Portugal. 1585. Cardosus.

PAULUS DE TRINITATE, Lusitanus, aliis ex urbe Portalegre, aliis ex oppido Pederneira, Canonicorum Regularium S. Joannis Evangelistæ in eo regno sodalis, scripsisse dicitur:

Historia da sua Ordem e dos Varoes ilustres della. Quam asservari in domo S. Eligii Olisiponensi quatuor tomis contentam affirmavit nobis fr. Emmanuel a Resurrectione, Augustinianæ suæ Reformatæ congregationis Portugalliæ in Urbe procurator:

Vida de S. Laurentio Justiniano.

Vida de S. Iria Virgem e Martir. Dedit quoque vernacule:

Vitas quoque *Patrum* ex Latino S. Hieronymi. Necnon & celebrem quamdam epistolam, qua refert ea quæ contigerunt in ducis (ait idem) decollatione: quod intelligi potest de nostræ ætatis post alienatum Portugalliæ regnum fatali eventu. Dubii tamen adhuc sumus an Paulus hic idem cum eo habendus sit, quem *Agiologii* XII. die Martii Cardosus laudat; ille enim, si verba ab eo excepta & ibi posita errorem haud continent, decimi quinti sæculi homo Brigantini ducis Ferdinandi sub Joanne II. Portugalliæ Rege retulisse credendus est.

F. PAULUS DE TRINITATE, vulgo DA TRINDADE, Lusitanus, ordinis Minorum, scripsit:

Conquista spiritual do Oriente pe los frades Menores; alias ut credimus (nisi diversum sit opus) *Chronica da Provincia de S. Thome*, cujus, ut ineditæ, meminit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano*, die XX. Junii, lit. L.

PAULUS VALLEJO DE ORELLANA, Bæticus, Astigi natus, presbyter, olim ad D. Hieronymi Marcienensis (quæ Marcia colonia veterum est) collegium sodalis, scripsit:

Relox de Horas Canonicas para Eclesiasticos: sive de præcepto recitandi preces canonicas hominibus Deo sacris imposito. 1644. in 8.

F. PAULUS DE VASCONZELOS, Lusitanus, Religiosus & prior ordinis Jesu Christi, auctore mihi D. Francisco Emmanuele epist. I. centuriæ IV. in qua Portugalliæ scriptores laudat, scripsit:

Arte espiritual.

PAULUS VERDUGO, domo Abulensis, ad S. Vincentium ejus urbis pastor, carmine scripsit:

La Vida de Santa Teresa de Jesus en quintillas. In 8. Matriti apud Alphonsum Martinum 1615.

PELAGIUS.

F. PELAGIUS DE SANCTO BENEDICTO, Benedictinus monachus, & abbas nobilissimæ Apostolo principi sacræ ædis, quæ ab Arlanza flumine adjacente nomen accepit, edidit:

Sumario de oracion, en que para mañana y tarde se ponen en practica dos exercicios della: con un modo facil de rezar con provecho el Oficio divino mayor y menor y el Rosario y Corona de Nuestra Señora. Burgis 1626. in 8.

F. PELAGIUS (vulgari transmutatione PAIUS) DE RIBERA, Ferdinandi, ducis de Alcala, Neapolitani proregis, filius, ordinis eremitarum S. Augustini, episcopus Guatemalensis, dein Mechoacanensis, hodie jam Mexicanus archiepiscopus, dedit foras:

Aclamacion por el principio santo y Concepcion inmaculada de Maria. Pinciæ apud Bartholomæum de Portoles 1653. in folio.

PETRUS.

PETRUS, Portuensis, Lusitanus, musicus inter suæ gentis homines præcipue existimationis, edidit:

Motetes: sive compositiones musicas. Cardosus.

PETRUS ABARCA, Aragonensis, Jacetanus, Jesuitarum sodalis, judicii atque eruditionis, divinarumque & humanarum literarum doctrinæ singularis. Vespertinus Salmanticæ in Jesuitarum propriis docendi locis, quos haud pridem munificentia serenissimæ Mariæ Annæ Austriacæ, regnorum Hispaniæ pro Carolo Rege nostro tunc temporis pupillo gubernatricis, obtinuerunt, sacræ scientiæ professor, scripsisse dicitur:

Tractatus Theologicos de Scientia Dei, de Concordia, de Voluntate, Prædestinatione, de Trinitate, de Incarnatione, & de Perfectionibus Christi, ineditos adhuc & obsequio in cives suos. Necnon mutata in historiam regni sui Aragonensis illustrandam velificatione, qua exacta industria ad id præstandum & judicio pollebat, adjunxisse non parum videtur luminis, & certitudinis, post incomparabilem magni Suritæ operam, rebus patriis, scribens:

Los Reyes de Aragon en Anales Historicos, duabus partibus: quarum prior Matriti ex officina prodiit Imperiali 1682. in folio.

Discurso de los Reyes primeros de Pamplona: cujus meminit in superius dicti commentarii folio 25. Promittit edere:

Disputas Historicas: ad ipsam Aragoniæ historiam ut credimus.

D. PETRUS DE ABAUNZA, Hispalensis, jurisconsultus, legum doctor, atque in patria causarum patronus, tam legalis doctrinæ quam humanioris totius literaturæ bene gnarus, quem pestilens annus, huic urbi fatalis, atque hujus sæculi nonus & quadragesimus abstulit nondum quinquagenarium, scripserat adolescens:

Ad Titulum XV. De Sagittariis Lib. V. Decretalium Prælectionem. Hispali 1627. in 4. Ineditum vero apud heredes mansit, absolutum ut credo, *In aliquot Martialis Epigrammatum libros commentariorum*, Hispane conscriptorum, opus: cujus præcipue argumentum est ut partes agat D. Laurentii Ramirezii a Prato, amplissimi viri quondam hic versati, adversus Musambertii Galli maledicentiam.

F. PETRUS DE ABREU, alias DE ABREGO, Franciscanus Bæticæ provinciæ, lector theologiæ emeritus, quam Hispali Ursaoneque in schola tribus ac viginti annis professus est, scripsit:

Exposicion sobre las palabras de la Virgen nuestra Señora, hoc est, eorum verborum explanationem quæ Deiparam Virginem fecisse prodiderunt usquam Evangelistæ. Gadibus 1617. in folio apud Ferdinandum Rey.

Exposicion del Canto Magnificat anima mea &c. Ibidem eodem anno; nisi pars superioris est.

Exposicion in Canticum trium puerorum. Ibidem apud Clementem Hidalgo 1610. Paratam editioni se habere prodidit:

Descripcion de la noble y antigua Isla de Cadiz.

PETRUS DE ABREU DE FIGUEREDO, Lusitanus, reliquit custodiendum in decani Portuensis ecclesiæ bibliotheca, Georgio Cardoso teste, MS. librum:

Nobreza Portuguesa inscriptum.

D. PETRUS DE ACUÑA, eques Hierosolymitanus, Ludovici Bravo de Lagunas ordinis Alcantaræ, & Elisabetæ de Acuña filius, Philippinarum insularum præfectus, Moluccarum expugnator. De quo pluribus agit Bartholomæus Leonardus Argensola in *Historia Moluccarum*, deque ejus stirpe Alphonsus Lopez de Haro in *Genealogicis* suis lib. II. cap. II. Scripsit:

Relacion del alzamiento que los Chinos Sangleies hizieron en la ciudad de Manila el año de MDCIII. MS. fuit Matriti in bibliotheca Laurentii Cocci Umbri, nuncio Hispaniarum a secretis.

Relacion por mayor de la perdida que se hizo el año de MDCII. de la nao S. Margarita en la isla Carpana una de las de los Ladrones, y del estado en que halló su gobierno de Filipinas en su llegada a Manila en el dicho año de MDCII. MS. apud eumdem Coccum.

PETRUS ÆGIDIUS (vulgo GIL) Valen-

lentinus, philosophus, edidit:
Institutiones Dialecticas. Valentiæ 1554.

PETRUS ÆGIDIUS (vulgo GIL), Catalanus, ex oppido Reus Tarraconensis dioecesis, Jesuitarum sodalis, quorum & suæ provinciæ Aragonensi aliquando præfuit, viginti totos annos Barcinone professor theologus, singulari adversus proximos caritate, ac religiosæ paupertatis studio, edidit Catalana lingua:
Modo de aiudar a ben morir als qui per malattia o per Iustitia moren. Barcinone apud Joannem Amello 1605. in 8. Alia item, quæ non vidimus, verbis proferemus Philippi Alegambii:
Memoriale mandatorum & animadversionum ad Parochos & Confessarios D. D. Dimæ Lloris Episcopi Barcinonensis.
De Vectigalibus & eorum jure in Cataloniæ Principatu.
Officium Sanctorum Episcopatus Barcinonensis & Urgellensis. Transtulit quoque in eamdem linguam Catalanicam:
Thomæ a Kempis De Imitatione Christi lib. IV.
Barcinone obiit XV. Septemb. MDCXXII. ætatis LXXII.

F. PETRUS DE AGUADO, Valdemaurensis in agro Toletano, sodalis fratrum Minorum, provinciæ novi regni Granatensis ac Terræfirmæ ut vocant præfectus, conscripsit, Antonio Leonio auctore in *Bibliotheca Indica occidentali*, tit. XIV.
Descubrimiento, pacificacion y poblacion de la provincia de Santa Marta y Nuevo reyno. Quod opus aliter inscriptum fuisse adnotat Thomas Tamajus in bibliotheca D. Joannis de Saldierna, Hispanorum librorum instructissima, scilicet, *Primera parte de la Recopilacion Historial resolutoria de Santa Marta y Nuevo reyno de Granada, en que se trata lo sucedido hasta el año de XVIII.* libris XIX. MS. in folio. Consulesis prooemium Garsiæ Lassi de la Vega ad *Historiam Floridæ* regionis. Scribere cœpit hanc *Historiam* fr. Franciscus de Medrano ejusdem ordinis, sed imperfectam & ab Aguado absolvendam reliquit, moriens in expeditione, quam fecit adelantatus D. Gundisalvus Ximenez de Quesada, ad regionem del Dorado, ut refert fr. Petrus Simon in proœmio *Notitiarum Historialium* hujusmet *provinciæ.* Hæc *Historia* extitit olim in bibliotheca Olivariensi, ut apparet ex ejus catalogo apud nos manuscripto, ad cujus oram curiosus quidam bibliothecæ hujus librorum contrectator lectorem admonitum voluit *Historiam* hanc sedecim constare libris, quorum priores decem Petri hujus Aguadi, reliqui vero Joannis Roderici Suarez Centurionis sunt, continuatamque usque ad annum MDLXVIII.

PETRUS DE AGUILAR, Antiquariensis, edidit:
Tratado de la Cavalleria de la gineta. Hispali apud Ferdinandum Diaz 1572. Malacæque 1600. 4.

PETRUS DE AGUILAR, Hispalensis, nescio quis, edidit:
Diœcesium Indicarum Maris Oceani Descriptionem jussu Sanctiss. Domini Papæ Gregorii XIII. factam anno Domini MDLXXXI. mense Februario: ut præ se fert codex Vaticanus MS. in quo eam vidimus, exemplum operis transcribi curantes, cui affixus est numerus 5505. Incipit *Insulæ S. Dominici* &c.

PETRUS DE AGUILON, legationis Gallicæ ordinariæ sub Philippo Hispaniarum Rege II. a secretis, scripsit, Philippum Cominæum, Gallum, optimæ notæ scriptorem, in epitomen redigens:
Historia del Duque Carlos de Borgoña. Pampelone 1586. in 4. apud Thomam Porralis.

F. PETRUS DE AGURTO, ex ordine eremitarum S. Augustini, reliquit MS. Antonio Leonio teste in *Bibliotheca Indica*:
Tratado sobre dar a los Indios los Sacramentos de la Comunion y Extremauncion.

D. PETRUS AINGO DE ESPELETA, Navarrus, Tudelensis, olim in Pinciano gymnasio philosophiæ ac theologiæ publicus professor, inde autem canonicus Asturicensis, theologus & Bibliorum interpres, atque hujus ecclesiæ præsulis vicarius generalis, rem egit ejus ecclesiæ in eo, quem ita vocavit, commentario:
Fundacion de la santa y Cathedral Iglesia de Astorga, vida, predicacion y martyrio de su primer obispo S. Efrem discipulo del Apostol Santiago. Matriti 1634. in 4. Postea dedit ex morali theologia:
Resoluciones morales sobre las dudas de la baxa de moneda de la prematica del año de MDCXLII. Madriti 1654. Quod ipsum, aut aliud opus cum eadem *Resolutionum moralium* nuncupatione, prodiit ibidem 1660. in folio. Tandem Latine:
Selectas & practicas Resolutiones de Casibus tempore mortis occurrentibus, tam in administratione & receptione Sacramentorum, quam in cæteris ad eum conflictum omnium maximum spectantibus. Matriti apud Melchiorem Sanchez 1660. folio.

F.

F. PETRUS DE ALABA, aliis ALVA, ordinis Minorum provinciæ Castellæ, scripsit:

Doctrinal satisfactorio de los Frailes Menores de la Observancia de San Francisco. Madriti apud Ludovicum Sanchez 1601. in 8. post primam editionem anni 1598. in 4. quæ ut existimo, Latina fuit, siquidem Petrus Salazarius in *Historia provinciæ Castellæ* vernacula *Satisfactorii pro Observantia* titulum consignat operi. Ejusdem hominis appellationem præ se fert liber sic inscriptus:

Tratado de la Humildad y fundamento de la vida Christiana: qui forte alius est.

PETRUS ALBERTUS, Catalanus, canonicus Barcinonensis ecclesiæ, scripsit, nescio an ad superius retro an ad ulterius aliquod sæculum referendus, quæ in editione ita inscriptæ sunt:

Commemorationes, quas vocant, Petri Alberti, sive Consuetudines inter Dominos & Vassallos. Fuerunt in bibliotheca manuscripta Antonii Augustini, codice 452.

F. PETRUS DE ALCALA, sumpto, ut solet a Hieronymianis, quorum sodalis erat, a natali loco cognomine. Granata sub Ferdinando Rege Catholico a Maurorum manibus recepta, jussisque manere ibi antiquis colonis, ita ut his liber etiam sectæ suæ usus non interdiceretur, e re pervidit religionis fore si Arabicus sermo, quo infideles utebantur, fieret illis notus etiam & familiaris, quorum exinde piis ac suavibus compellationibus ad Fidei regiam viam vocandi atque invitandi erant. Id ut promoveret alterum & alterum excogitavit opus, perfecitque, oblatum illi magno ac primo Granatensium antistiti Ferdinando a Talavera, ejusdem instituti monacho, ut prelo subjiceret, quod publicæ utilitati datum est. Hispano-Arabice hæc edita sunt:

Arte para ligeramente saber la lengua Arabiga: sive grammatica Arabica. Cui subjungitur:

El Vocabulista Arabigo en letra Castellana: juxta ordinem *Dictionarii* Antonii Nebrissensis. Granatæ typis Joannis Varela de Salamanca 1505. in 4. Sed si hoc jam ordine prodiit conceptus, quorsum tendat ignoro reperiri hoc lexicon Arabico-Hispanum Granatense, a Sebastiano Tengnagelio, Cæsariæ majestatis bibliothecario, in ordinem alphabeticum redactum, in bibliotheca Cæsarea Viennensi. Quod nos docet Petrus Lambecius lib. I. *Comment.* de eadem bibliotheca, pag. 175.

S. F. PETRUS DE ALCANTARA, sic a loco dictus natali, a quo, in Extremadura provincia supra Tagum amnem posito, equestris ordo Alcantarensis nuncupatur, anno MCCCCXCIX. in lucem editus fuit ex nobili parentum stirpe, N. Garabito, jurisconsulti, ac D. Mariæ de Sanabria Maldonado, ut in Seraphico ordine, splendidissima sanctitatis veluti fax, imbueret corda hominum sæculi superioris novo quodam heroicarum virtutum atque Evangelicæ perfectionis lumine, antiquamque Francisci parentis disciplinam, indulgentia temporum non parum mitigatam, ingenti operæ pretio facto, ad Hispana claustra revocaret. Vere enim hic fuit, qui jactatam diu variis persequutionum fluctibus recentem Reformationis excalceatorum sodalium navim, exeunte decimo quinto sæculo primum visæ, tutum atque tranquillum ejus, qua nunc est, veræ ob insignem pietatem & religionem apud omnes existimationis portum, exemplo vitæ sanctissimæ plus adhuc quam industria regiminis, tenere fecit. Plenæ quidem sunt ejus rebus sancte, fructuose ac mire, supraque naturæ facultates gestis Franciscanorum historiæ, quas consulere quisque poterit, hoc maxime tempore, quo jam Sanctorum albo adscriptus superiore anno MDCLXIX. a Clemente IX. felicis memoriæ P. S. ab universali Christiana ecclesia solemniter coli atque invocari potest. Ejus est aureus ille libellus, qui medullam asceticæ totius doctrinæ continet, cujusque S. virgo Teresia de Jesu, cap. xx. *Vitæ* suæ recordatur, carissimum sibi in Christo caput meritis laudibus, non hic tantum sed & cap. XXVII. & aliis suorum operum locis, commendans, scilicet:

De la Oracion y meditacion. In quo præcepta ad recte orandum & meditandum, brevitate magna, sed cum incredibili legentium fructu, vir tradidit orando exercitatissimus. Hunc scripsit præfectus cum esset, sive guardianus, S. Onuphrii de la Lapa nuncupati, prope Feria & Zafra, Extremaduræ oppida, qui prelo mandatus fuit sæpissime, nec in Latinum dumtaxat sed in omnes fere Europæ linguas conversus. Hispanas editiones, Olisiponensem anni 1560. & forte 1562. Salmantinam 1578. Pincianam 1620. apud Hieronymum Murillo in 16. Cæsaraugustanam apud Petrum Gal 1623. notas habemus. Latina interpretatio Antonii Dulkenii, Carthusiani, est quam edidit Joannes Chrithius Coloniæ 1607. Gallica autem anni 1622. Alexandri Poequelii, Bellovacensis ordinis Minorum Recollectorum, provinciæ S. Dionysii præfecti, cujus viri meminit cum amplissimo elogio Placidus Gallemant in sua *Historia* ejusdem provinciæ, pag. 49. & pag. 243. Qui Poequelius etiam *S. Petri Vitam* Gallice scripsit. Italicam quoque interpretationem dedit alius Florentiæ apud Georgium Marescotum 1583.

in

in 12. quam deinde, quibusdam adjunctis, aut loco suo mutatis aliis, suo nomine edidit Angelus Minicuccus, Carmelita, Romæ apud Guilielmum Faciotum 1600. in 12.

Sanctissime obiit in oppido Arenas dicto XVIII. die Octobris MDLXII.

PETRUS DE ALCOCER, Toletanus civis, vir in historia & antiquitatibus nostræ gentis examinandis atque investigandis diligentiæ atque industriæ non mediocris, ad scribendam Hispaniæ historiam, uti Alexius Vanegas, & ipse Toletanus æqualisque, in opere *De Differentia librorum*, in *libro naturali*, cap. XIX. annotatum voluit, locorum veterem situm, quos & Ptolemæus & *Itinerarium*, Antonino Augusto tributum, nominant, ita cum hodiernis contulit ut rem acu ante omnes alios tetigisse videatur. Collegerat quoque is, eodem Vanega teste, distantiam omnium inter se Hispaniæ totius urbium & oppidorum. Hujus nomine edita est:

La Historia o descripcion de la Imperial ciudad de Toledo con todas las cosas acontecidas en ella desde su principio y fundacion donde se tocan y refieren muchas antiguedades y cosas notables de la Historia general de España. Toleti 1554. in folio typis Joannis Ferrer. Quam tamen *Historiam*, seu ejus primam partem (nam imperfecta est), non Alcozerium habuisse auctorem, sed Joannem Vergaram, canonicum ecclesiæ Toletanæ, virum clarissimum, diserte ait D. Thomas Tamajus in libello *Novedades antiguas* nuncupato, sive Dextri defensione, fol. 46. Inedita sunt:

Historia de los Godos. Hanc, ipsius manu exaratam, penes se habere affirmavit Hieronymus Romanus de la Higuera, Societatis Jesu, cum scriberet *Toletanam Historiam*, lib. XI. cap. XIX. qui idem lib. XVIII. cap. V. peculiari laude nostrum ornat diligentiæ multæ in Toletanæ urbis rebus annotandis, cujus rei plura testimonia in schedis ejus relicta sunt.

Relacion de las Comunidades de España el año de MDXXI. Habemus nos manuscriptam. Necnon & fertur idem duodecim libros Virgilianæ *Æneidos* in Hispanicum carmen doctissime & elegantissime vertisse, quos impressit Joannes Bellerus Antuerpiæ in 8. Ita lego in schedis Alphonsi Ciaconii.

F. PETRUS ALEXANDER CASTILLEJO, Franciscanus Observantiæ Regularis provinciæ Angelorum, in collegio SS. Apostolorum Petri & Pauli Complutensis scholæ in divinis & humanis literis non infeliciter versatus, philosophiam theologiamque domesticos magno cum fructu docuit, deinde, ad Sacrorum Bibliorum studia conversus, mancipavit totum se interpretandis Evangeliorum libris, quos memoria integros sic tenebat ut quacumque hora reddere posset, quod ipse de se ait in prooemio operis, quod statim laudamus. Nec fefellit expectationem factam, nam:

In Evangelicam Harmoniam ex quatuor Evangeliis concinnatam literales & misticos commentarios in duas centurias divisos edidit, Luca Waddingo referente. *Opus recte doctum* (ait idem) *graveque, ac prelo dignissimum, quatuor tomis distinctum, quod penes me habeo, addito quinto, qui ex variis indicibus consurgit. Si aliquando Deus otium subsidiumque contulerit communis efficiam juris, propterea a reverendiss. P. Benigno a Genua, cum minister esset generalis, ex Hispania transferlatos & mihi traditos. Duo sunt exemplaria, autographum ipsum lectu difficile, & aliud meliore scriptum charactere, sed scriptoris vitio multis ubique fœdum erroribus & mendis scatens ortographiæ.* Hæc Waddingus.

PETRUS DE ALMAGRO ESPIGA, edidit:

Arte Grammatica. Giennii 1626.

F. PETRUS ALPHONSUS, sive proprio cognomine, sive a patria, Burgensis dictus, vir in sæculo nobilis, Carolo V. Imperatori carus, monachus dein Monserratensis, in quo cœnobio, atque inde in cellulis montis ejusdem solitariis, ingenti fama excelluit eximiæ sanctitatis, contemplationi addictissimus, quæ verba sunt Gabrielis Buccellini in *Annalibus Benedictinis*, ad ann. MDLII. ex Antonio de Yepes nostro, tomo IV. cent. V. fol. 245. Scripsit hic de rebus spiritualibus plures tractatus Latinos, nempe:

De Immensis Dei beneficiis, & de tribus virtutibus Theologalibus. Barcinone 1552. in 8.

De Eucharistia lib. I.

De Vita solitaria lib. I.

De Religione, tribusque votis Religiosorum.

De Immortalitate Animæ. Itemque:

De Vita & laudibus Mariæ Virginis libellum. Omnia hæc Barcinone illo eodem anno 1562. 8. Præterea:

De Præparatione ad mortem. Barcinone 1568. in 8.

Dialogos entre Christo y el Alma. Ibidem 1569. in 8.

PETRUS ALPHONSUS, quidam, scripsit descripsitve:

Su Navegacion: quæ, præterquamquod a Michaele Routartio in *Historiæ oculo*, cap. XVIII. laudatur, in Hervagii *Novo orbe* edita est Basileæ, ubi & Italice & Latine prodiit per Archangelum Madrignanum 1532. Frisio auctore in *Supplemento Gesnerianæ Bibliothecæ.*

cæ. Atque iterum cum aliis ejusdem argumenti 1555. Italice vero in primo volumine *Navigationum.* Venetiis 1554. Vixisse dicitur circa annum MCDXCIIII.

PETRUS ALPHONSUS, nescio quis, auctor fuit libri cujusdam *De Scientia scholasticorum*, qui MS. servatur in bibliotheca Hispalensis ecclesiæ, quæ fuit Ferdinandi Colon, magni Christophori filii.

PETRUS ALPHONSUS DE VASCONZELOS, Lusitanus, Leiriensis, jurisconsultus, scripsit:

Harmoniam Rubricarum Juris Canonici. Conimbricæ 1588. Matritique 1590.

Prosas e Versos Pastorais. Teste Cardoso.

F. PETRUS DE ALVA ET ASTORGA, natus in oppido Los Caravajales nuncupato in...... diœcesi, fratrum Minorum ordinem in Peruano regno atque provincia, quæ Sanctis XII. Apostolis dicata est, suscepit, unde ad Hispanos suos reversus incredibili ardore animi argumentum duplex sibi destinavit ornandum & consignandum literis, ingentibusque expensis & labore improbo per varias Europæ regiones pertexendæ huic telæ incubuit. Ordinis, inquam, sui privilegia, & patriarchæ encomia, necnon & Deiparæ Virginis illibatam ab omni nævo atque labe originem. In quorum posteriore hoc argumento perficiendo, et, quoad opus esset, valide propugnando, si se intra limites, qui virum religiosum & bonæ causæ defensorem plane decent, continuisset, nec ingenio alacri & lascivienti habenas relaxasset, magis placuisset forsitan iis etiam, qui sese olim huic Virginis Deiparæ sacro privilegio tenendo tuendoque addixerunt. Sed, dum non magis Spartam hanc ornat quam aliter sentientium nomini, fortunis, doctrinæ, atque sacris ipsis procaciter insultat, S. Thomæ Aquinatis auctoritatem labefactare vult, atque duos religiosorum amplissimos ordines inter se committere, nec ab ecclesia, cujus in eo res agitur, nec ab ipso Minorum ordine, nec a prudentibus hujusmodi conflictationum censoribus solidam gloriæ laudem reportasse videri potest. Familiæ suæ in Romana curia negotia gessit, causamque, ut vocant, canonizationis B. Francisci Solani procuravit lector emeritus. Habemus nempe ab eo sequentia opera:

Naturæ prodigium & gratiæ portentum, hoc est, Seraphici P. Francisci vitæ acta ad Christi Domini vitam & mortem regulata. Matriti 1652. in folio.

Armamentarium Seraphicum pro tuendo Immaculatæ Conceptionis titulo. Ibidem 1648. in folio, quod cum aliis elucubravit.

Opusculum, quod Titulus, Immaculata, *quomodocumque Mariæ adscribatur, semper appellat & supponit pro physico conceptionis instanti.* Matriti 1658.

Novam literalem Cantici, Magnificat, *pro mysterio Immaculatæ Virginis Mariæ expositionem.* Matriti apud Franciscum Nieto de Salcedo 1656. in 4.

Solem Veritatis cum Ventilabro Seraphico pro candida Aurora Maria in suo Conceptionis ortu sancta &c. Matriti 1660. in folio.

Abecedarium Marianum: tribus tomis, absolvens A litteram, sive collectionis scriptorum *De Maria Deipara* primam partem, eorum scilicet quorum nomina istud inchoat elementum, in folio.

Indiculum Bullarii Seraphici. Romæ 1655.

Delineationem Bullarii Seraphici extractam ab Indiculo universali. Ibidem 1654. in 8.

Nodum indissolubilem de Conceptu mentis, & Conceptu ventris, hoc est, inter immunitatem ab omni defectu & errore Angelicæ doctrinæ S. Thomæ & præservationem ab omni culpa, & macula purissimæ animæ Virginis Mariæ. Bruxellis 1661. in 8. iterumque locupletiorem 1663. in 4.

Militiam Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ contra malitiam originalis infectionis peccati. Lovanii 1663. in folio.

Radios Solis veritatis cœli atque zeli illustrantis fratrum Minorum sententiam communem, & patrum Ordinis Prædicatorum sententiam singularem pro Sanctiss. Virginis Mariæ electione, productione &c. Lovanii 1663. in folio. Vernacule decertavit acerrime his libris, pro eodem mysterio scribens:

Soplos en defensa de la Pura Concepcion de Nuestra Señora contra algunos atomos que se an levantado y opuesto al Sol de la Verdad: sub nomine Petri a Conceptione. Valionæ, ut præfert, 1661. in 8. Cæsaraugustæ 1662. apud Bernardum Nogues.

Risa del Alva: sub nomine Joannis Garcia de Loaisa, in defensionem *Solis Veritatis.* Lovanii 1663. in 8.

La Rosa Serafica: contra libellum supplicem magistri fr. Joannis Martinez de Prado, Castellæ præfecti provincialis, sub eodem Loaisæ nomine. 1663. folio.

Sermon de peor está que estaba: sub eodem nomine. Matriti 1663. in 4.

Exercito limpio Austral contra las manchas que del Prado en unos Memoriales y Pasquin an salido oponiendose al Breve de Alexandro VII. &c. *defendiendo la costumbre santa que se observa en los reynos de España* &c. sub nomine fr. Francisci a Matre Dei, ordinis Minorum. Lovanii 1663. in 4. apud Joannem Martinez.

Res-

Refpuefta fin refpuefta al papel intitulado Su oro al Cefar : fub nomine ridiculo Joannis *de fi es , no es.* Cæfarauguftæ ut fonat 1663. 8. Defenfio hæc eft opufculi , quod præmiferat , hujus tituli:

Juicio de Salomon : feu de adjudicanda Pontio Carbonello *Catena aurea fuper Genefim* , ac S. Thomæ Aquinati adjudicanda. 1662. in 8.

Pleito de los libros y fentencia del Juez &c. fub nomine Roderici Rodriguez. Dertufæ, ut præfert , 1664. 8. cenfuram fcilicet fcriptorum Dominicanorum. Publici juris fecit inedita aliorum hæc opera:

Monumenta antiqua pro Conceptione ex viginti Tractatibus & Sermonibus antiquis in 4.

Allegationes & avifamenta Joannis de Segovia Canonici Toletani pro Concilio Bafileenfi ad informandos animos &c. de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Bruxellis 1663. folio.

Monumenta fingularia pro Immaculata Conceptione ex XXVIII. *libris excufis , fed jam pene extinctis* : an in lucem prodierint nefcio. Editurum fe promiferat olim:

Abecedarii Mariani volumina alia XVIII.

Bullarium fuæ Religionis x. tomis.

Arcana Elogia S. Francifci.

Super duo Evangelia feftorum ejufdem.

Glorias Seraphicas : vulgari fermone.

Armamentarii Seraphici volumen alterum.

Bibliothecam Conceptionis : fex voluminibus.

Bullarium Conceptionis.

Francifcum Evangelizatum in illud Confiteor tibi Pater &c. *& illud* Si quis vult venire poft me &c.

Armamentarium Angelorum. Cujus ipfe auctor meminit in *Militia Conceptionis* , verbo *Landulphus de Saxonia.*

La vida de Jefus en el vientre de Maria: five hujus operis interpretationem Hifpanam.

Memento homo , quia pulvis es &c. pro myfterio Immaculatæ Conceptionis , ubi refertur quidquid contra illud actum eft ab aliquibus fcriptoribus antiquis. in 4. Meminit in *Militia Conceptionis* : & alia forfan.

Obiit tandem Bruxellis , five alio Belgii loco , Aprili menfe MDCLXVII.

D. PETRUS DE ALVARADO , reliquit in fchedis:

Relacion de Suceffos de Nueva Efpaña. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica occidentali*, tit. IV. qui ait infertam fuiffe a Ferdinando Cortefio in *Quartam* fuam *relationem*, & a Joanne Baptifta Ramufio Italice editam tom. III. fuarum *Navigationum.*

PETRUS ALVAREZ , Lufitanus , Jefuita , fcripfiffe dicitur:

De Rebus Indicis nefcio quid , fi Cardofo credimus. Hunc enim auctorem ignoraverunt Societatis fcriptorum collectores.

PETRUS ALVAREZ , Lufitanus , Maurenfis , muficæ artis , qua cenfebatur , quidquam edidiffe in lucem dicitur , Cardofo tefte , Romæ 1594.

PETRUS ALVAREZ DE AYLLON, qui fe commendatarium , nefcio cujus ordinis equeftris , vocat , fcripfit:

La Comedia de Perfeo y Tibalda , llamada Difputa y remedio de Amor : quam tamen ab auctore imperfectam abfolvit Ludovicus Hurtado de Toledo , atque in Toletana urbe edidit anno 1552. & Vallifoleti in 8. apud Bernardinum a S. Dominico.

PETRUS ALVAREZ CABRAL , Lufitanus , fcripfiffe fertur vernaculo idiomate:

Relationem fuæ in Indiam orientalem navigationis , anno MD. Hanc Italice verfam edidit Joannes Baptifta Ramufius. Hic , ut credo , fecundus ille eft poft Vafcum Gamam claffis navalis dux in Indiam ab Emmanuele Rege miffus. De cujus hiftoria Hieronymus Oforius & Petrus Maffeus Latine , Joannes Barrius Lufitane fcribentes confulendi funt.

PETRUS ALVAREZ (vulgo PEDRALVEZ) NOGUEIRA , Lufitanus, libro defcripfit:

Os Bifpos de Coimbra , fcilicet Conimbricenfes epifcopos : quem MS. fervari in tabulario hujus ecclefiæ refert Georgius Cardofus in *Agiologii Lufitani* volumine fecundo , ad diem IX. Martii.

PETRUS ALVAREZ PEREIRA , Lufitanus , dum in Matritenfi curia de rebus Portugalliæ regni deliberationes rite agerentur , in ftatus concilium vocatus ad propriam inftructionem formaffe dicitur , & penes fe habuiffe:

Hiftoria das Conquiftas Portuguefas : magno volumine. Cujus rei auctor eft Georgius Cardofus.

PETRUS ALVAREZ SECO , Lufitanus , Parifienfis juris doctor , Portugalliæ Regi a confiliis, ac fenator domus Supplicationis , fcripfiffe dicitur magnum opus , quatuor libris ac duobus voluminibus comprehenfum:

Do Principio dos Templarios , e Ordem de Chrifto con tudo o que lhe pertence no Reino de Portugal. Anno fcilicet 1560. Cardofus.

PETRUS AMBROSIUS ONDERIZ, ma-

mathematicus suo tempore, hoc est superiore sæculo, non obscuri nominis. Cum placuisset Philippo Regi II. mathematicas disciplinas vulgari sermone in ipsa aula Regia nobilibus viris, & iis qui minus Latine scirent, tradi, evocato ad id munus gerendum Joanne Baptista Labagna, viro clarissimo, & harum artium peritissimo, imposuit simul Onderizio ut commentariis & ipse Hispanis propositum ac desiderium Regium instruendi ac docendi linguæ Latinæ ignaros adjuvaret, cui ut obsequeretur edidit:

La Perspectiva y Especulativa de Euclides traducidas en vulgar. Matriti 1585. in 4. Archicosmographus idem Regius fuit.

PETRUS DE AMIGANT, Catalanus, Regiæ curiæ Barcinonensis senator, scripsit tractatum:

De Nobilitate concedenda mortuo, & quod possit ad suos posteros transmittere.

F. PETRUS DE AMORAGA, oriundus ex oppido cui nomen el Concejo de Altobuey dioecesis .... professione Minimus, ejusque ordinis in Segoviæ anno MDCXX. celebrato conventu provincialis, ut vocant, corrector electus, duabus edidit partibus:

De la Instruccion del Pecador. Partim Matriti 1602. partim Toleti 1616. & hæc posterior pars duobus tomis edita est.

F. PETRUS DE ANGELIS, Valterræ dioecesis Pampilonensis, Carmelita Excalceatus. Pastranensem jam domum, in qua religiosæ vitæ sacramentum dixerat, & Matritensem, Divo martyri Hermenegildo sacram, præfectus rexerat cum scripsit:

Compendio del orden judicial y Practica del Tribunal de Religiosos. Matriti 1643. 4. Prodiit hoc Latinum in Germania, *Judicis Regularis* nuncupatione insignitum, opera fr. Leonis a Regibus, ejusdem ordinis, una cum Joannis de Sanctissimo Sacramento *Priore Claustrali*, Coloniæ 1665. in 4. Vereor ne in errore cubet auctor Catalogi hujus familiæ Reformatæ scriptorum, cujus in Francisco a S. Maria meminimus, dum hanc interpretationem eidem Petro attribuit, quam Romæ ait fecisse eum eo tempore quo in Urbe munus gereret procuratoris generalis. Idem edidit:

Espejo de los Privilegios de los Regulares en comun. Matriti 1665.

PETRUS DE ANGULO, nescio quis, edidit:

Descanso del camino. 1587. in 8.

PETRUS DE AÑASCO, Limensis, Jesuita, magnus Evangelicæ inter barbaras Indorum nationes messis operarius, cujus causa novem illarum regionum linguas perdidicisse fertur, scripsit variis linguis Tucumanicis:

Vocabularia, Catechismos, Confessionaria, Grammaticas.

Denatus est in Tucumana sacra expeditione XII. Aprilis MDCV. ætatis suæ LV.

PETRUS DE ANTEQUERA ET ARTIAGA, Complutensis, juris canonici & artium doctor, atque utriusque facultatis, ut vocant, decanus, edidit tractatum, seu disputationem juris:

De Obedientia subditorum circa Pragmaticam & taxam panis. Compluti 1621. in 4.

F. PETRUS A SANCTO ANTONIO, Ulisiponensis, ordinis Minorum ex ea provincia quam S. Mariæ a Rabida Lusitani vocant, decem tractatibus, Evangelicam perfectionem docturus atque explanaturus, vulgari lingua dedit:

El Iardin espiritual tirado da doctrina dos Santos & varoes espirituaes. Ulisipone 1632. 4. Hujus non meminit Lucas Waddingus.

PETRUS ANTONIUS BEUTER, in florentissima urbe natus Valentia Edetanorum, theologus ætate sua commendabatur inter paucos ob eruditionem totius Sacræ Scripturæ præclaram, aliarumque artium notitiam, quæ, cum divinarum rerum scientiæ, veluti dominæ, ancillari amant, perquam honeste atque utiliter exercentur. Theologiæ hujus publica professione, ac doctorali ornatus pileo, venit in notitiam Paulo III. P. M. cujus ipse se concionatorem apostolicum, atque alii protonotarium appellant. Sed nolens tantum commentariis quibusdam theologicis, quamvis doctissimis, ad memoriam hominum consecrari, tentare historiam ausus est, conscripsitque magnam partem ejus, quam sibi designaverat, vulgari lingua, non omnino ad palatum eruditorum, qui Berosianis fabulis, anilibusque aliis figmentis credulum hominem, & quæ conjectaretur ipse pro vero non semel venditantem, pluraque sine testimonio idoneo aliquo parum verosimilia referentem, haud obscure aversantur. Offendit quoque passim in antiquitatis ignoratione, ac Romani ævi monumentorum interpretatione, quæ frequenter ad historiam advocat. Erit tamen in aliqua ob hunc laborem nostris rebus impensum ama, qui saltem, aliis prior hujusmodi monumentorum patria lingua confectorum auctoribus, composite atque ornate, & cum cura versare hoc pensum cœpit. Quo nomine

ne laudant eum Gaſpar Eſcolanus in *Valentinæ Hiſtoriæ* lib. VII. cap. ultimo, & Joannes Vaſæus cap. IV. *Chronici* ſui *De Hiſpaniæ rebus*. Theologica hæc edidit:

Annotationes x. ad Sacram Scripturam. Scilicet:

De Ordine librorum Sanctorum apud Synagogam & Eccleſiam.

Qui libri ſint Canonici.

Quomodo Eccleſia ſuſcepit quos non ſuſceperat Synagoga.

Quomodo Eccleſia mutavit ordinem Synagogæ.

De libris deſideratis.

De Auctoribus librorum ſanctorum.

De Multiplici ſenſu Scripturæ.

De Clavibus Sacræ Scripturæ decem.

De Translatoribus Sacræ Scripturæ.

An Vulgata editio ſit Divi Hieronymi. Valentiæ anno 1547. in 8.

De Recta ſacrificii oblatione, & cæremoniis ad Miſſam Paulo III. Papæ nuncupavit. Lugduni apud Gaſparem Trechſel 1542. 8.

De Feriis & diebus feſtis Iudæorum. Eſt MS. in bibliotheca Ambroſiana.

Iudicium Confeſſionis, ſive, ut appellant, *Confeſſionarium*. Patria lingua dedit, hoc eſt Valentina ſua, primum, deinde & Caſtellæ generali ſermone hiſtorica hæc:

Primera Parte de la Coronica general de Eſpaña, eſpecialmente del reyno de Valencia: uſque ad tempora Jacobi Primi Aragonum Regis. Valentiæ 1546. & poſtea 1604. folio apud Petrum Patricium Mey. Vertit Italice Alphonſus Ulloa & Venetiis edidit Giolitus 1556. 8.

Segunda Parte, donde ſe tratan las cobranzas deſtas tierras de poder de Moros por los Reyes de Aragon y Condes de Barcelona &c. Valentiæ eodem anno in folio. Tertiam partem non vidimus, quæ quidem abſolvendo operi deſtinata fuerat ab auctore ipſo. Tertia pars, quæ attingebat & complectebatur Caroli etiam Imperatoris tempora, adhuc deſideratur. In bibliotheca quæ olim fuit, ſummi dignitate atque ingenuis artibus viri, D. Petri de Guzman, Caſtellæ ſenatus præſidis, ac literatorum Mæcenatis, aſſervantur tria volumina *De Linages de Eſpaña y diverſos apuntamientos*, quæ exiſtimantur Petri noſtri eſſe. Alias *Genealogia de los Reyes de Eſpaña y de los Linages ilustres del Reyno*: tribus voluminibus in folio.

D. PETRUS ANTONIUS RAMON FOLCH DE CARDONA DE ARAGON ET CORDUBA, D. Henrici de Aragonia, & D. Catharinæ Fernandez de Corduba, excellentiſſimorum ducum Segobricæ atque Cardonæ, filius, Lucenæ in Bætica anno hujus ſæculi XII. natus, eques & claviger militiæ Alcantarenſis, poſt exercita palatina & militaria quædam paria ſuæ conditioni munera, venit Romam legatus Regius ad Alexandrum VII. Pontificem Maximum, indeque ad Neapolitani regni res pro Rege moderandum fuit evocatus, quo munere dum pro dignitate fungitur, piiſſimis ac utiliſſimis fabricis amplificata Regia urbe, & a conſiliis ſtatus inter alios ſummos Hiſpaniæ proceres deligi, & ad præſtandum Caroli Regis II. nomine Sanctiſſimo Pontifici Clementi X. ſacrorum principi, filialis obedientiæ officium deſtinari dignus in paucis fuit viſus, cujus pompæ exhibitio in dies expectatur. Ornare autem venit hanc *Bibliothecam* heros excellentiſſimus; animi præſtantia, in Deum pietate, atque ergà homines illibata juſtitia ſummis quibuſque comparandus, ex quo olim Gallicæ detentionis (quam calamitatem in Catalonico cum Gallis bello ſummus copiarum ductor prælio captus incurrit) plurium annorum otii negotium fecit militarem doctrinam lucubrationibus propriis illuſtrare. Unde nata fuit:

Geometria militar, en que ſe comprehenden las Matematicas de la fortificacion regular y irregular, defenſa y ofenſa de una plaza, y las tablas polimetricas proporcionales dellas. Neapoli apud Ægidium Longum.

PETRUS ANTONIUS VILADAMOR, Barcinonenſis, reliquit in ſchedis:

Chronica de Cataluña. Quo ſæpius utitur in ſuo ejuſdem argumenti opere Hieronymus Pujades.

D. PETRUS DE APAOLAZA, Aragonius, ob eximias animi dotes, & ſingularem pietatem morumque innocentiam ex egeſtate extrema ad honores promotus eccleſiaſticos anno MDCXII. erat Sancti Victoriani abbas, MDCXX. die v. Septembris Barbaſtrenſis, DCXXV. XVIII. Auguſti Albarracinenſis, DCXXXIII. VIII. Auguſti Teruelenſis. Demum Cæſarauguſtanus archipræſul creari meruit anno DCXLIV. die XVIII. Aprilis. Chriſtiana humilitate, & in egenos miſericordia in paucis celeber, eccleſiaſtes ſua ætate magni nominis. Scripſit:

Menſam Euchariſticam parænetícis excurſibus illuſtratam: quod opus ab invito pene auctore extortum edi curavit Rochus Uncurrunzaga, qui erat ei a ſecretis. Cæſarauguſtæ duobus voluminibus 1641. in 4.

F. PETRUS DE APONTE, ſodalis fratrum Redemptorum Sanctiſſimæ Trinitatis, in Aragonia & Balearibus inſulis munus inquiſitoris apoſtolici laudabiliter geſſit, epi-

episcopus adhæc primum Cluniensis, titulo tenus, postea Majoricensis, uti lego in monumentis hujus ordinis, præcipueque in Petri Lopezii de Altuna *Historia.* Formavit:

Breviarium ordinis sui fratribus, committente ei hanc curam Leone X. Pont. Max. Quod editum fuit Valentiæ apud Joannem Gofredum 1519.

F. PETRUS AB APOSTOLIS, vulgo DE LOS APOSTOLES, Hispalensis, Carmelita Bæticæ provinciæ, in qua cœnobium Gibraleonensis oppidi fuit moderatus, scripsisse dicitur:

Vida de S. Andres Corsino Obispo de Fiesoli de la Orden de Nuestra Señora del Carmen. Forte Italico sermone, nam in processu ad canonizationem hujus sancti viri anno MDCIII. formato mentio istius operis, Florentiæ editi vernacula Italiæ lingua, fit.

Kalendarium quoque *perpetuum Ordinis Carmelitarum*: Latine. Venetiis apud Joannem Variscum 1588 in 8. Et:

Cæremoniale ejusdem Ordinis, absque nomine tamen auctoris. Romæ apud Guilielmum Faciotum 1616.

F. PETRUS DE ARAGON, Salmanticensis, Augustinianus, theologus, in patriæ urbis amplissima academia doctrinæ Scoticæ professor, cum & in Aragonia Oscæ hoc idem munus docendi sacram scientiam prius gessisset. Publicavit volumina duo ex commentariis academicis trium insignium, quos audierat discipulus, præceptorum ejusdem familiæ Augustinianæ, Ludovici nempe Legionensis, Joannis Guevaræ, atque item Petri de Uzeda, quod ipse ingenue professus est, nimirum:

In Secundam Secundæ Sancti Thomæ partem, de Fide, Spe & Charitate. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1584. folio.

In Secundam Secundæ D. Thomæ, de Justitia & Jure. Venetiis 1595. folio. Lugdunique 1596. folio.

Obiit in Salmantina domo, quæ prima eum sodalem Eremitarum suscepit.

PETRUS DE ARGUELLO, scripsit ocularis testis:

Chronica de las Islas de Canaria en que se refiere como se ganaron de los naturales dellas. Compuesta por Pedro de Arguello Escrivano de su Conquista, y enmendada por el Bachiller Hernando Ortiz en el año 1526. MS. extat in folio in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbrosa.

PETRUS ARIAS DE BENAVIDES, Taurensis, medicus doctor, quædam a se in medica & chirurgica arte, potissimum apud Indos Americæ occidentalis, eo cum venisset, experimentis deprehensa stilo consignavit, scribens:

Secretos de Chirurgia; especial de las enfermedades de morbo Gallico y lamparones y mirrarchia, y la manera como se curan los Indios de llagas y heridas, con otros secretos hasta agora no escritos: ad Carolum Hispaniarum Principem. Pinciæ 1567. in 8.

PETRUS ARIAS PEREZ, Matritensis, edidit, nescio quid de propria penu adjungens:

Primavera y flor de Romances de varios Poetas. Matriti apud Alphonsum Martinum 1623. in 8.

F. PETRUS DE ARISTIZAVAL, ordinis S. Francisci, scripsisse dicitur:

Discursus morales & politicos in Canticum Habacuc. Matriti 1649. in folio.

Super Josue: tomum primum. Ibidem 1655. folio.

PETRUS DE ARRUBAL, domo ex oppido Cenizeros, presbyter Societatis Jesu, paribus ingenio doctrina & pietate floruit in re theologica atque sapientiæ studio Compluti, Salmanticæ, Romæque professor sacræ scientiæ; qua in urbe coram Summo Pontifice doctrinam Jesuitarum de auxiliis divinæ gratiæ docte admodum propugnasse dicitur.

Obiit Salmanticæ XII. Septemb. MDCVIII. relictis, qui postumi prodierunt:

Commentariorum & Disputationum in Primam Partem D. Thomæ tomis duobus, quorum prior continet materiam *De Deo uno* disputationibus XCII. Matriti apud Thomam Juntam 1619. in fol. posterior materiam *De Deo Trino & de Angelis* disputationibus CLXXXI. Ibidem 1622. in folio. Latet adhuc propter inhibitionem Sedis Apostolicæ *De Auxiliis divinæ Gratiæ*, cujus spem fecerat, *Commentarius.*

PETRUS AUGUSTINUS MORLA, Valentinus, jurisconsultus & in curia hujus regni advocatus, conscripsit, ediditque pene juvenis, nondum scilicet completo anno ætatis tricesimo, antecessorum Salmanticensium, quos audierat, scrinia expilans (laudat vero is præceptores Didacum Espinum, Ignatium Salcedum & alios):

Emporium utriusque Juris quæstionum in usu forensi admodum frequentium: sive *Emporii* primam partem. Valentiæ anno 1599. fol. cum reliquarum usque ad quintam spem fecisset. At quod dicebamus ditasse eum alienis

nis opibus hoc *Emporium*, conſtans fama eſt, nec diſſimulat ejus quondam præceptor Felicianus de Solis, plura eſſe in eo libro affirmans ex præceptoribus translata fideliter, uti ex Gabriele Enriquez, primario legum interprete, aliiſque: quod annotat lib. III. *De Cenſibus*, cap. v. numero 13. alioqui Morlæ curam in ſtudiis, profectumque non vulgarem, Compluti dum verſaretur, biennii tempore, quo loco Felicianus ipſe docebat, ingenue conſignans.

PETRUS DE AVENDAÑO, Medinæ-campi natus, ibique ad S. Facundum primus, ſeu major uti vocant, beneficiatus, commiſſariuſque S. Cruciatæ; vir, ut fama eſt, amoena eruditione ſacraque excultus, poeta in paucis ingenioſus & elegans, reliquit moriens, quod poſtumum prodiit opus, vulgari ſermone:

Sermones para las Feſtividades de Chriſto Señor Nueſtro. Matriti apud Joannem Gonzalez 1634. in 4. Item:

In libri Ruth Latinum Commentarium. Qui apud Præmonſtratenſes..... urbis manſit ineditus, cujus rei certior factus ſum a reverendiſſimo patre fr. Ludovico Tineo de Morales, vicario generali hujuſce ordinis.

PETRUS DE AVILES, Cordubenſis, Jeſuita, profeſſor theologus in patria atque Hiſpali, ſuæque provinciæ præfectus, paratos editioni habuiſſe dicitur:

Commentarios in omnes Partes Summæ Theologiæ S. Thomæ.

PETRUS DE AZEVEDO, Canarienſis, quem inter Luſitanos ſcriptores temere Cardoſus laudat in ſchedis, quas vidimus, argumento tantum cognominis ductus, theologus, ſcripſit:

Recreacion del Alma y defenſa del Evangelio contra la ſuperſticion Aſtrologica. Hiſpali apud Antonium Eſcribano 1570. in 8.

Remedios contra Peſtilencia. Cæſarauguſtæ 1589. in 8. apud Petrum Puig.

PETRUS AZNAR CARDONA. Vide HIERONYMUS AZNAR ſub H.

D. PETRUS DE BAEZA, niſi fallor, Americanus, Salmanticæ juris civilis profeſſor, publicavit:

Diſputationes Salmanticenſes pro obtinenda laurea: doctoratus nempe, aut licentiaturæ, ut vocant academico vocabulo. Matriti anno 1631.

F. PETRUS DE BALBAS, Franciſcanus, ſcripſit:

Memorial, y defenſa de Soror Luiſa de la Aſcenſion, Monja de Santa Clara de Carrion. in folio.

F. PETRUS DE BARAHONA VALDIVIESO, Franciſcanus provinciæ Caſtellæ, quem Matritenſem natu nonnemo affirmat; at in codice MS. bibliothecæ Toletani coenobii S. Joannis Regum ortus dicitur in oppido Villahermoſa vallis de Valdivieſſo in montanis Burgenſibus, atque in hoc coenobio ad ordinem admiſſus anno MDLXXV. theologiæ moralis profeſſor, egregiuſque verbi Dei ex ambone diſſeminator, ſcripſit Latine:

De Arcano verbo, ſive de vivo Dei ſermone. Matriti 1595.

Interpretationem literalem, myſticam & moralem in Pſalm. LXXXVI.

Super Epiſtolam B. Pauli ad Hebræos juxta Vulgatam editionem & Syriacam interpretationem.

Super Epiſtolam ejuſdem B. Pauli ad Galatas.

De Conceptu Virginali. Vulgari quoque lingua:

De Nominibus Chriſti.

Commentaria in Salutationem Angelicam: vulgari titulo *Tratado ſobre el Ave Maria.* Salmanticæ 1596. in 4.

Tractatum ſuper Miſſus eſt: forte non diverſum.

Declarationes ſuper Titulos Pſalmorum pro Dominicis Quadrageſimæ ad veſpertinas conciones.

De Fraternitate. Et:

De Hoſpitio S. Franciſci, & remuneratione benefactorum. Matriti 1609. ſi diverſum eſt opus.

Vivebat anno MDCVI. Hæc partim Lucas Waddingus, partim Franciſcus Haroldus in *Appendice*, quam adornat, *Bibliothecæ Waddingianæ* ex laudato jam libro S. Joannis Regum. Meminit quoque ejus Petrus de Salazar in *Hiſtoria provinciæ Caſtellæ ordinis Minorum.*

PETRUS BARBA, medicus doctor, Pinciæ olim hujus artis primarius profeſſor, inde cubicularium ſereniſſimi Ferdinandi Hiſpaniarum Infantis, necnon & potentiſſimi Regis Philippi IV. medicum egit. Extat ab eo opuſculum hac inſcriptione:

Vera Praxis de curatione Tertianæ ſtabilitur, falſa impugnatur; liberantur Hiſpani Medici a calumniis &c. in 4. ſed *Animadverſiones in Praxim* hanc Vopiſci Fortunati Plempi Lovanii prodierunt 1642. Hiſpano ſermone dedit:

Reſunta de la materia de Peſte. Matriti 1648.

PE-

PETRUS BARBERAN DE CUEVAS, scripsit:

Traduccion a la Pulga de Ovidio. Poematii nempe hujus poetæ, *Pulex* dicti, vulgarem versionem. Cæsaraugustæ 1636.

PETRUS BARBOSA, Lusitanus, clara ortus stirpe in Viana oppido dioecesis Bracharensis, Christique militiæ, quem ordinem Joannes I. Lusitaniæ Rex instituit, eques, professione fuit jurisconsultus, & in Conimbricensi celebri gymnasio Cæsarei juris antecessor primarius, ea quidem existimatione doctrinæ ut in scholastico hoc munere jam emeritus, supremæ curiæ Olisiponensis senator a Sebastiano Rege crearetur: quem ipsum locum per Henrici biennium tenuit. Neque tamen minus probari se Philippo Hispaniarum, demumque Lusitaniæ, Regi Catholico eo tempore expertus est, cum reversurus in curiam Philippus quatuorviros Lusitanarum rerum apud se administrandarum, Georgium Ataidem, Visensem episcopum, Christophorumque Moram, Castelli-Roderici marchionem, sibi domesticos, & cum his doctrinæ præstantia clarum Rodericum Matos a Noroña, ipsumque adhuc clariorem Barbosam ante alios nuncupavit. In eadem Castellæ curia summi etiam Portugalliæ cancellarii dignitate perfunctus est. Immersus semper studiis & negotiis civilibus, dum viveret, coelebs mansit. Tandem cogitare coepit de scriptis suis evulgandis, quod partim fecit, partim cognominis eidem consobrini opera & studio, a morte auctoris quadantenus suppletum est. Viri doctissimi genus doctrinæ, atque immensam librorum, qui utrumque jus explicant, lectionem, necnon & acre in conciliandis atque interpretandis Pragmaticorum sententiis judicium, præter vulgarem famam, egregie commendant vulgata ejus opera: viva quidem & spirantia auctoris sui maximis, non hujus solum, sed præcedentis ævi, hominibus comparandi, futura ad posteros monumenta. Hæc scilicet:

Commentariorum ad interpretationem Tituli Digestorum, Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur volumina duo. Matriti 1595. folio: scilicet omnibus omnium juris interpretum placitis & opinationibus refertissima, quibus uberrime integrum argumentum pertractatur, & omnes tituli Leges expenduntur, etiamsi non ad earum singulas ordine suo commentarius pertexatur. Hæc vivus edidit. Posthumum deinde prodiit opus:

Commentariorum ad interpretationem Tit. D. De Iudiciis: ad Philippum Regem III. Catholicum. Olisipone 1613. folio. Et Francofurti apud Germanos anno 1615. Item:

Ad Titulum Codicis De Præscriptione XXX. *vel* XL. *annorum.* Olisipone apud Gerardum a Vinea 1627. folio Turnonique in Gallia 1629. 8. rursusque 1636. in 8. Edidit hoc opus ultimum Petrus Barbosa Deza, consobrinus auctoris, qui quidem reliqua ejus edere in se receperat, nempe decem non minus volumina. I. *In Tit. De Liberis & posthumis.* II. *De Heredibus instituendis.* III. *De vulgari &c.* IV. *De Condit. & demonstrat.* V. *De Legatis & fideicommissis* 1. VI. *De Legatis secundo.* VII. *De Re judicata.* VIII. *Instit. Si certum petatur.* IX. *De Servitutibus in generali.* X. *Repet. in L. Nemo potest. De Legatis primo*; ac præter hos novem alia *Consiliorum* volumina. Quæ quidem spes hactenus nos frustratur; excepto quod jam vidimus editos typis Lugdunensibus:

Tractatus posthumos P. Barbosæ tres; scilicet Commentaria ad Titulos De Legatis, & De Vulgari substitutione; una cum Tractatu De Probatione per juramentum. Anno 1662. in folio.

PETRUS DE BARBOSA HOMEM, Lusitanus, jurisconsultus, Regius senator, edidit:

Discursos de la juridica y verdadera razon de estado formados sobre la vida y acciones del Rey D. Juan el Segundo de Portugal contra Machiavelo y Bodino. Conimbricæ 1629. in 4.

Da Preferenza do Reino de Portugal a o de Aragaõ. Olisipone 1627. cum notis Michaelis de Vasconcellos & Brito.

PETRUS BARRANTES MALDONADO, patria ex municipio Alcantara, quod Tago fluvio alluitur, nomenque dedit equestri militiæ, vir historiæ nostratis peritus, edidit:

Dialogo en que cuenta el saco que los Turcos hicieron en Gibraltar y el vencimiento que la armada de España hizo en la de los Turcos año de MDXL. Compluti apud Sebastianum Martinez 1566. in 8.

Ilustraciones de la Casa de Niebla. MS. adservabatur hoc opus in bibliotheca Olivariensi, quod & Gundisalvus Argote de Molina inter alia habuit manuscripta variorum, & Ambrosius Morales in opusculo *De Genere Sancti Dominici*, quod tertio *Historiæ* suæ *Hispaniæ* volumini appenditur, *magnam Historiam* vocat.

Chronica del Rey D. Henrique el Tercero de Pedro Barrantes Maldonado. Laudatur in quodam catalogo librorum, qui mihi in manus venit, quam in folio editam fuisse refert Alfonsus Ciaconius in schedis. Vidimus MS. post annotata hæc apud marchionem Mondejarensem. Incipit: *El dia que el Rey D. Juan.*

PE-

PETRUS BARREDA GUEDEXA, Salmanticensis, de decem Decalogi præceptis tractatum hoc titulo edidit:
Norte del Alma.

F. PETRUS BARRON, Franciscanus Reformatæ sectæ in Valentina S. Joannis Baptistæ provincia, guardianus, ut vocant, S. Onuphrii Setabensis urbis, jussu Blasii de Ayvar, ministri provincialis, dedit ad Benignum de Genua, ministrum generalem:
Historia de la Provincia de S. Juan Baptista. Quam habere penes se MS. refert Lucas Waddingus.

PETRUS BAXO DE ARROYO, Salmantinus, juris canonici doctor, pluriumque annorum professor & canonum primarius, edidit:
Ad Cap. Si vero, & Cap. Verum de Iurejurando in Decretalibus Commentarium. Salmanticæ 1624. Et nescio an alia.
Ad Cap. Quanto XVIII. *eodem titulo.* Ibidem 1640. 4.

PETRUS BENEDIT DE RADA, Navarrus, ex oppido Caseda diœcesis Pampilonensis, Jesuita, Placentini collegii rector, ubi & obiit anno MDCXXIX. Scripsit epistolam:
De la Muerte y virtudes del Padre Rodrigo Niño de la Compañia de Jesus Rector del colegio de Madrid.

F. PETRUS BEXARANO, Dominicanus, scripsit, Leone teste in *Bibliotheca Indica*:
Resolucion de las monedas y especies de perlas de la Isla Margarita. 1600 in 4.

PETRUS DE BIAXIO, nescio quis, referente Ludovico Gomezio ad *Regulam Cancellariæ De Infirmis resignantibus*, qui laudat eum cum elogio *moderni Hispani*, scripsit:
De Electione tractatum.

PETRUS DE BIVERO, Matritensis, Jesuitarum sodalis, eximia vir doctrina & concionandi facultate, rhetoricam, philosophiam & theologiam docuit, sereníssimisque principibus Alberto & Isabellæ Austriacis a concionibus fuit, quemadmodum & serenissimo Ferdinando Hispaniarum Infanti, dum præesset Belgio Hispano. Edidit materna lingua:
Hymno Triunfal. Bruxellæ apud Hubertum Antonii 1625.
Tres item *Sermone.* Quorum Alegambius meminit, nosque juxta morem nostrum omittimus. Latina vero:
Emblemata in Psalmum Miserere. Æri insculpta in 8.
Sacrum Sanctuarium Crucis & patientiæ Crucifixorum & Crucigerorum emblematicis imaginibus ornatum. Antuerpiæ apud Moretum 1634. in 4.
Oratorium piarum Imaginum Immaculatæ Mariæ, & animæ creatæ, ac baptismo, pœnitentia & Eucharistia innovatæ. Iisdem typis in 4.
De Solemni Sapientiæ convivio. Bruxellis apud Lucam Meerbecum anno 1639. in folio.
De Sacris privilegiis ac festis magnæ Filiæ, Sponsæ & Matris Dei argumenta selecta Concionum. Accesserunt:
Ioachimus, Anna & Iosephus. Antuerpiæ apud Martinum Nutium 1638. in folio.
Solemnia divina, & excellentias Christi Iesu splendentis cum Beatis Apostolis & viris Apostolicis. Antuerpiæ apud viduam Cnobbari 1640. in folio.

F. PETRUS BLASCO, Aragonius, ex Montalban oppido, Dominicanus, pius juxta vir atque doctrina præstans, ad honores episcopalis hierarchiæ capessendos inexorabilis, quibus hominem sibi carissimum D. Joannes Alphonsus Pimentelius, Beneventanus comes, Neapolitani regni prorex, in eo gerendis destinabat, prelo dedit:
Historia de la Translacion de las Reliquias de S. Vicente Ferrer de Francia a España y a la ciudad de Valencia. 1611.
Vertit quoque ex Latino ejusdem Sancti Confessoris:
Tratado de la Vida espiritual, y de nueve remedios contra las tentaciones de la Fe, y una Epistola escrita desde Alcañiz al Papa Benedicto XIII. Valentiæ apud Chrysostomum Garriz 1612. in 8.
Obiit anno MDCXVI. De quo pretium operæ erit consulere Vincentium Blascum Lanuzam volum. II. *Hist. Aragon.* lib. V. cap. XLVI.

PETRUS BLASIUS TORRELLAS, vertit ex Latino Pauli Jovii, Novo-Comensis episcopi:
Vida y chronica de Gonzalo Fernandez de Cordoba. Romæ apud Guilielmum Simonem 1555. in 8.

F. PETRUS DE S. BONAVENTURA, ordinis S. Francisci Excalceatorum, scripsit in Philippinis, seu Luzoniis insulis:
Vocabulario de la Lengua Castellana: el Romance Castellano puesto primero. Primera y Segunda Parte. In oppido Pila ejusdem ditionis apud Thomam Pimpin & Dominicum Loag 1613. in folio.

F. PETRUS A S. BONAVENTURA ET SEPULVEDA, quod ultimum fuiſſe credo ſæculi cognomentum, Franciſcanus provinciæ S. Jacobi, magiſter Complutenſis, edidit:

Jornada del Alma a Dios. 1614. in 16. Lucas Waddingus Latine reſolvit *De Oratione mentali*, vixiſſeque ait circa annum MDCXI.

D. PETRUS BONET, ſi Hiſpanus non eſt, edidit ſane lingua Hiſpanica.

Arte para aprender a leer, eſcrivir y hablar la Lengua Franceſa. Lugd. 1672. in 8.

PETRUS BRAVO, artium ac theologiæ magiſter, eccleſiæ cathedralis Sancti Dominici Calciatenſis canonicus, ſcripſit:

De Primo & magno Charitatis præcepto in Dei honorem Opuſculum. 1533. in 8. apud Michaelem de Eguia Compluti.

D. PETRUS DE BRITO COUTINHO, Luſitanus, Almeidæ natus in Beira provincia. Juvenis, una cum fratre natu majore, Oliſipone incidit in dura illa tempora violatæ in Auſtriacam domum fidelitatis, a qua ne diſcederent, cum marchiona Villeregalis, ejuſque filio duce de Caminha, conſpirantes, frater quidem infeliciter deprehenſus, ac ſupplicio cum laudatis viris principibus fuit impenſus; Petrus autem fugam arripiens Matritum venit, ubi Calatravenſis ordinis cruce ſignari, & Regia liberalitate ſublevari neceſſariis promeruit. In curiæ otio libris, & amicorum literatorum uſui, hiſtoriæque vernaculæ totum ſe dedit lectioni, maxime genealogico ſtudio, in quo mire profecit, ingenio non vulgari, ac ſingularis memoriæ ſubſidio ad rem paratus. Oculis tandem orbus factus duravit adhuc in eodem, quod potuit, hiſtoriæ amore, & amicorum eruditorum conſuetudine, memoria utens, tanquam penu inſtructiſſima, oculorum vice, ac cæcitatis malum Chriſtiana æquanimitate conſolatus. Scripſit, ut amico D. Ferdinando Ruiz de Contreras, Philippo IIII. a ſecretis univerſalibus, qui hujus familiæ uxorem duxerat, rem faceret gratam:

Tratado de la Caſa de Fonſeca. Laudat jure auctorem per mihi familiarem D. Joſephus Pellizer in *Bibliotheca Librorum* ſuorum vernacula, fol. 42. & 153. ubi & meminit ſequentis operis:

Memorial por el Conde de Linares D. Fernando de Noroña.

Diſcurſo de la Caſa de Guzman, continuada por ſu linage mayor. MS. vidimus apud D. Dominicum de Guzman, ſecundo genitum, & heredem ducis de Medina de las Torres & principis Stigliani.

F. PETRUS BRUNUS (BRUN appellatione vulgari ut exiſtimo), apud Celtiberos natus, religionem vero Carmelitarum Burdegalæ Gallorum profeſſus, librum confecit, teſtibus Poſſevino Jeſuita in *Apparatu*, Paleonidoro Lucioque, Carmelitis, circa annum MDLXV.

De Inſtitutione Ordinis Carmelitarum.

F. PETRUS CABEZUDO, patria ex oppido Azuaga Eſtremaduræ provinciæ, ordinis Seraphici, ad Indos occidentales delatus regnum Novæ Granatæ habitavit, præſertim civitates ejus Tuja & Chilla, ibique commiſſarium, ut vocant, ſeu delegatum egit S. Officii. Reliquit prelo parata hæc monumenta, quo autem ſermone non docet Lucas Waddingus:

De Virtute Patientiæ, & victoria, quam præſtat in tribulationibus: lib. IV.

De Malitia & pernicioſis effectibus peccati: lib. VI. Quæ adſervari ait, nitido charactere ſcripta, in bibliotheca S. Mariæ de Pietate oppidi de Guadalcanal ſuæ illius provinciæ Angelorum.

F. PETRUS DE CABRERA, Cordubenſis, Hieronymianus, in collegio Regali Laurentino ſodalis, profeſſorque ibi artium prius, ut vocant, mox theologiæ cum Scholaſticæ, tum illius, quæ Bibliis exponendis inſumitur. Quod idem munus aliis in locis cum per plures annos exercuiſſet teſtatam poſteris fecit libris editis inſignem doctrinam. Huic quidem germanus frater Alphonſus Cabrera, Dominicanus, concionatorum tempore ſuo princeps, fuit, quocum diviſis, non re tantum, ſed conſilio etiam habito, ſcribendi partibus, *Summam* ipſe D. Thomæ illuſtrandam commentariis a fratre ſibi imponi permittens, invicem fratri conciones in Evangelia totius anni conſcribendas, quaſve olim habuiſſet edendas, veluti provinciam deſignavit. A noſtro hæc edita ſunt:

In tertiam Partem D. Thomæ commentariorum & Diſputationum tomi duo: nempe ad quæſtionem uſque XXVI. Philippo III. Regi Catholico nuncupati. Cordubæ anno 1602. in folio.

De Sacramentis in genere, de auxilio prævio, & de Baptiſmo, in Tertiam Partem D. Thomæ, a quæſtione LX. uſque ad LXXI. Commentarii & diſputationes. Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1611. in folio. Ineditum reliquit inter alia inſigne opus:

De Sacramento Euchariſtiæ. Quod aſſervari Cordubæ in monaſterio Hieronymianorum, in quo huic ordini aggregatus fuit auctor, teſtimonio domeſticorum credimus.

F.

F. PETRUS DE SANCTO CÆCILIO, sive CÆCILIUS, Granatensis, ex Reformatis, sive Excalceatis, religiosæ familiæ S. Mariæ de Mercede, vir rerum domesticarum valde curiosus, scripsit:

Vida y martyrio de D. Fr. Pedro de Valencia Obispo de Jaen del Orden de la Merced. Granatæ 1629. 8. Quem tamen non istius, sed suæ familiæ fuisse contendunt sodales Sanctissimæ Trinitatis.

Tratado Evangelico de la Fiesta de San Ramon Nonnat. Ibidem anno 1627. in 4.

Vida de la Sierva de Dios Juana de Christo Beata del Orden de Nuestra Señora de la Merced.

Victorias gloriosas de la mayor caridad: sive de martyribus sui ordinis.

Memorial de los Santos de Granada. Laudat hunc Franciscus Martinez de Pedraza in *Historia rerum Granatensium.*

Vida y hechos admirables de S. Gonzalo de Amarante. Hispali. Laudat hoc opus *Annalium Giennensium* auctor, Martinus de Ximena Jurado. Vidimus quoque Latinum ejusdem ineditum opus, sive librum singularem:

De Scriptoribus Ecclesiasticis, nonnullisque aliis viris illustribus sacri ordinis Redemptorum Divæ Mariæ de Mercede. Laudat ipse aliud opus, scilicet:

Chronologia Pontificia Illiberitana. Parabat editioni anno MDCLXVII.

Historia de la Religion de Nuestra Señora de la Merced, en particular de la Reforma: duobus tomis.

D. PETRUS CALDERON DE LA BARCA, S. Jacobi ordinis eques, unus hodie e sacerdotibus qui in capella, Novorum Regum nuncupata, metropolitanæ ecclesiæ Toletanæ sacra peragunt. Eo tempore, quo nondum iis initiatus erat, pene solus fuit Matriti quem Lupi illius a Vega, cui nunquam absque summa hujus artis laude adsurgent posteri, gloriam & existimationem e theatralibus ludis collectam adæquasse, atque in non una dote superasse, communis erat hominum nostrorum persuasio. Quidquid enim contribuere ingenium valuit adstringendis solvendisque fabularum nodis, communisque vitæ casibus ac difficultatibus in scæna exponendis ac dispellendis, id totum fere ei comœdia acceptum ferre debet. Præterea in fabularum numero, & genio illo theatrali, qui destituit maximos quosque vates, Lupo excepto, ceteram anteibat sectam, sive sacris, sive profanis actionibus insisteret: unde eo frequentissime usus est actionum utriusque formæ auctore, callidus satis sagaxque metricæ totius rei judex, Philippus Quartus, ante paucos annos rerum dominus, quoties ab earum culmine descendens in ludicra ista divertebat. Poetæ injurius sim celebratissimo si non statim, digito ad fontes intento, remiserim curiosos comœdiæ Hispanæ observatores ad:

Comœdiarum aliquot volumina, quæ lucem partim singulæ, partim plures sub jugo uno sæpissime viderunt, quorum tertium, sive tertiam partem, vidimus tandem editam Matriti anno 1664. in 4.

Obiit Dominica Pentecostes, xxv. Maii anno MDCLXXXI. vix confectis Actis, ut vocant, Sacramentalibus hujusce anni, qui die festo Corporis Christi publice recitantur, quibusque formandis sacris dramatibus ingeniosissime ac piissime ante aliquot annos unice addixerat suam felicissimam poeticæ artis facultatem.

PETRUS CALDERON DE CARRANZA, Turrelacunæ editus, quod oppidum est diœcesis Toletanæ, jurisconsultus, dum causa religionis peregrinaretur in Italia, dedit sermone gentis nostræ:

Practica espiritual de una Religiosa traducida de Toscano y añadida de algunas addiciones especulativas y de devocion. Romæ 1592. in 8. Deinde Medinæcampi in Hispania 1595. 8.

PETRUS CALDES, Majoricensis, sacræ theologiæ doctor, scripsit:

De los Misterios de la Misa. Teste Vincentio Mut in *Hist. Regni Balearici* volum. II. lib. VIII. cap. VI.

PETRUS CALIXTUS RAMIREZ, Cæsaraugustanus, Cæsarei juris in patriæ urbis gymnasio antecessor primarius, mox inter locumtenentes (proprium rei verbum est) Justitiæ Aragoniæ allectus, Regiusque hinc causarum criminalium judex, edidit:

Analyticum Tractatum de Lege regia, qua in Principes suprema & absoluta potestas translata fuit, cum quadam corporis politici, adinstar Physici, capitis & membrorum connexione. Cæsaraugustæ 1616. folio; nempe de potestate Principis in Aragoniæ regno, aliorumque dominorum. Parare se ajebat:

Super omnibus ejusdem regni Observantiis Commentaria.

F. PETRUS CALVO, Lusitanus, Portuensis, ordinis Sancti Dominici, sacræ theologiæ magister, doctorque Olisipone in schola domestica, cujus studiorum præfectus fuit, Regius adhæc in Lusitaniæ suo regno ac celeberrimus ecclesiastes, vir magni inter suos provinciales habitus propter sequentia vulgaria opera:

Defençaõ das lagrimas dos Iustos.

Homilias de Quaresma : duabus partibus. Olisipone apud Petrum Craesbeck anno 1615. 1627. 1629. in folio. Latine translatæ prodierunt hæ Coloniæ 1669. in 4. Latina hæc edidit:

Homiliarum totius anni tomum primum continentem XXIV. *Homilias Adventus Domini.* Ibidem apud Vincentium Alvarez 1615. in folio. Et, uti suspicor, Coloniæ anno 1659. in 4.

Defensorium Sacrarum Religionum. Hoc variis linguis editum extare lego: quod ipsum argumentum continet *Vox Turturis congeminata* Dominici Gravinæ, viri clarissimi, ejusdem instituti.

PETRUS CAMAÑES, Villafranquensis (quod oppidum Dertosani sacri territorii in Catalanis est), medicus doctor Valentinus, ad Augustinum Spinolam, S. R. E. cardinalem, eumdemque Dertosæ urbis præsulem, direxit:

In duos libros Artis curativæ Galeni ad Glauconem Commentaria. Valentiæ.

F. PETRUS DEL CAMPO, Granatensis, eremitarum S. Augustini sodalis, scripsit:

Historia general de los Ermitaños de S. Agustin, Primera Parte. Barcinone 1640. in folio.

Sumario de Indulgencias, que se ganan con la Correa de San Agustin. Olisipone anno 1637.

PETRUS CANDIDUS DEZIMBRE (noster an alienigena fuerit ignoro), transtulisse dicitur in Hispaniæ vulgarem sermonem:

La Historia de Quinto Curcio. Quæ prodiit Hispali 1518. in folio. Facile crederem de Petro Candido Decembri hoc dici, atque e vicino errorem ductum. Sed Petrus Candidus December magister Brevium fuit Nicolai V. nec cum Hispana lingua commercii quidquam habuit. Certe hic Appianum Alexandrinum Latinum e Græco fecit, Volaterrano teste.

F. PETRUS DE CAÑEDO, Salmanticensis, Franciscanus, in patria urbe sacræ isti ac Seraphicæ familiæ traditus, Compostellæque Fidei judicibus a consiliis theologicis, publicavit:

Summa de Casos de consciencia. Salmanticæ anno 1542. in 8. Lucas Waddingus male expressit hominis cognomentum, pro Cañedo Canada appellans.

D. PETRUS DE CARDENAS ET ANGULO, Cordubensis, eques Sancti Jacobi, disertus & curiosus antiquitatum, scripsit:

Vida del Hermano Francisco de Santa Anna Hermitaño de la Rizafa.

De la Casa de Haro. Commentarium hunc, ab eo in schedis relictum, vidua & filii ejus obtulerunt excellentissimo D. Ludovico Mendez de Haro, principi Regis Philippi IV. ministro, Corduba Hispalim transeunti, anno MDCXLV. Typis mandari curavit primus opera poetica vernacula D. Ludovici a Gongora, adjuncto brevi, sed eleganti, poetæ elogio.

D. PETRUS CARRILLO DE ACUÑA, Tordomarensis (oppidum est Burgensis diœcesis Tordomar vulgo appellatum), D. Didaco Carrillo de Acuña & D. Catharina de Bureva, nobilibus parentibus, natus anno superioris sæculi XCV. Pinciæ primum dedit literis operam, jurisque utriusque studio; receptusque ad S. Crucis collegium sodalis, obtinuit cathedras, cum Institutionum, atque inde Codicis, tum eodem anno vespertinam primariamque Civilis juris. Pœnitentiarius idem canonicus Pincianæ ecclesiæ, generalisque vicarius extitit. Destinatus hinc Rotæ Romanæ auditor in Urbem contendit, ubi mire placuit, & in pretio fuit, donatus interim ab Urbano Papa VIII. Conchensi canonicatu, scholastria Placentina, atque item Berovisçæ archidiaconatu, atque alio canonicatu ecclesiæ Burgensis, Referendariique utriusque signaturæ munere. Rediit an. MDCXLIV. in Hispaniam, Pincianæ cancellariæ ut præesset. Attamen Salmantinus factus episcopus XXVII. Julii MDCXLVIII. sæcularibus negotiis vale dicto, pontificium album ornavit, tandem XXX. Augusti anno MDCLV. in Compostellanam ecclesiam translatus. Prorex aliquando Gallæciæ regni, & copiarum militarium adversus Lusitanos imperator creari dignus fuit visus, ne aliquod honorum & munerum genus viro ad omnia nato atque opportuno deesse videretur. Edi in publicum hoc tempore, morem aliorum sequutus S. Rotæ auditorum, permisit, quas ipse formaverat:

Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ. Lugduni apud Philippum Borde, Laurentium Arnaud & socios 1665. in folio. Legesis elogium nostri apud Ægidium Gonzalez Davila in *Theatro Ecclesiæ Salmantinæ.*

PETRUS DE CARTAGENA, medicus Seguntinus, edidit libellum, cui nomen indidit:

Sermon en Medicina para preservarse en tiempo dañado..... apud Arnaldum Guillen 1522. in 4.

F. PETRUS CASCALES, ordinis Minorum Regularis Observantiæ provinciæ Castellæ, declamator verbi Dei eximius, *cujus vi-*

viri (Lucas Waddingus ait), *& quidem prudentissimi*, *opera usus est Philippus Rex II. pro vindicando sibi regno Lusitaniæ*. Scripsit:

Sermonum variorum quatuor magna volumina. Quæ habentur MSS. in cœnobio S. Mariæ de Saliceto, sive de la Salzeda.

D. PETRUS DE CASTRO, comes de Lemos, uti refert Antonius a Leone in *Bibliotheca Indica Occidentali*, tit. VIII. publici juris fecit:

Relacion de la Gobernacion de los Quixos en Indias. 1608. in 4.

D. PETRUS DE CASTRO ET ANAYA, poematium lusit prosaicum:

Auroras de Diana inscriptum, atque editum anno 1640. in 8.

PETRUS DE CAZERES, Granatensis, dedit carmine parum culto:

Decendencia de los Arandas. Teste Francisco Pedraza in *Historia Granatensi*.

F. PETRUS DE CELIS, Mexicanus, ordinis Deiparæ Virginis de Mercede, magno ingenio vir, Salmanticensis, deindeque Mexicanus cum ad suos rediisset cives, magister theologus, & in hac universitate vespertinus hujusce scientiæ professor, edidit:

Lauream Mexicanam, sive quæstiones disputatas, tam scholasticas quam expositivas, in examine solemni ad lauream doctoralem Mexici demerendam, exemplum imitatus laureæ Salmantinæ fr. Antonii Perezii, Benedictini. Mexici 1620. aut circiter. Ex relatione illustrissimi D. D. Gabrielis Adarzo de Santander, Hidruntini archiepiscopi.

PETRUS CERON, musicus, ut videtur, professione, edidit:

Tratado de la Musica, theorica y practica. Neapoli 1613. in folio.

F. PETRUS DE CETINA, Franciscanus ex Reformatis provinciæ S. Gabrielis, cœnobii Cauriensis præfectus, sacræ theologiæ lector & definitor, misit ad Benignum de Genua, ministrum generalem, pro conficiendis *Minorum Annalibus*:

Historia de la Provincia de S. Gabriel. Deinde ad Bernardinum Senensem, qui Benigno in præfectura summa successerat:

Un Memorial o Historia breve de los Religiosos que en la provincia de S. Gabriel florecieron en letras y virtud desde el año de MDXCIX. hasta el de MDCXXI. Utriusque operis meminit Waddingus.

PETRUS CHACON (Itali juxta pronunciationis suæ regulas Latine efferunt CIACCONUS), Toletanus, anno MDXXVII. honestis fuit sed mediocris fortunæ ortus parentibus. Diu in patria restitit, literis operam quibusque politioribus utique impendens, Salmanticamque non nisi ætate grandior cogitavit pro majori disciplinarum omnium proventu. In quo omnium Hispaniæ aliorum nobilissimo gymnasio mathesim & Græcam linguam, & quidem hanc sine ullo præceptore, didicit, eo usque provectus ut intra non multum temporis, proposito liberali proemio, ad publicam earum artium professionem a Salmantinis academiæ patribus invitari dignus ante alios sit existimatus. Huic tamen conditioni honeste augendi doctorum numerum, & ex loco superiore alios docendi, vir modestus, atque jam alia utiliora studia præsumens, animo facile renuntiavit, philosophiæ ac theologiæ se totum devovens, propriæ hominum Deo sacrorum, qualis jam erat, disciplinæ, cui famulari debere aliarum artium illam a se hactenus intente excultam satis noverat. Quemadmodum enim tinctores solent ut perfectum colorem panno inducant inferiorem alium præmittere, super quo aptius exprimatur color ille perfectus; ita de disciplinis humanis ante divinam scientiam capessendis cum Basilio Magno existimabat. Remotus ergo ab omni scholæ ambitu in schola vixit, immersus sacris atque utilioribus studiis, quandoque & ad profana, veluti ad diverticulum, e via exiens, liberalesque hujus omnigenæ doctrinæ operas ingenuis quibusdam adolescentibus domi forsan exhibens. Siquidem Almeidam, Lusitanum quemdam illustrem virum, disciplinæ suæ traditum, ad supremum hujus studii fastigium domi forisque differendo ac docendo perduxisse apud Andream Scotum, ubi de rebus Ciaconii in *Bibliotheca* agit, memoratur. Hinc amicorum consilio, præsertim Francisci Salinæ, Burgensis, musicæ artis in eadem academia Salmantina oculatissimi, quantumvis natura cæci, præceptoris, Romam se contulit, virtutis suæ ac doctrinæ theatrum, longe aliis præstantius, eam urbem existimans, quæ tunc temporis & sacram eruditionem magni habebat, & sub Gregorio XIII. Papa bonorum omnium studiorum amore dignitatem illam, qua in terris nulla major est, veluti splendidissimo quodam diademate cinxerat, ac vel ipsis ecclesiæ hostibus suspiciendam reddiderat. Eo statim ut venit, propter egregiam eruditionem multiplicemque lectionem, ei sodalitati virorum amplissimorum innotuit, quibus commissæ fuerant a Gregorio partes de quibusque libris censendi, auctores ecclesiasticos illustrandi, tum ut in vulgus, quæ minus deberent, neutiquam promanarent, tum ut probati quique auctores ex no-

vioribus, quæ in poſterum adornarentur, editionibus emendate magis atque conſpicue in ora hominum venirent. Sub incude tunc erat, Michaelis præſertim Thomaſii Balearis, qui poſtea fuit Ilerdenſis creatus epiſcopus, Gratiani *Decretum* ut a mendis repurgaretur. In quem non niſi Herculeis viribus exantlandum laborem datus illi eſt & collegis ejus a Pontifice ipſo novus collega Ciaconius, cujus opera incredibile eſt quantum ceterorum operis accreverit, *ingenii etenim ac memoriæ ſumma, qua mirifice excelluit vicitque æquales omnes, felicitate* (ut Scotus ait), *qui centones, atque unde conſarcinati eſſent a Gratiano & quaſi ſtipe viritim collata coaluiſſent, digitum ad fontes intendendo, vere prompteque oſtendebat.* Hac ille defunctus, quantumvis infelicis exitus, cura, ut mox videbimus, Iſidori Hiſpalenſis epiſcopi *Origines*, Caſſiani aſceticos, Arnobii *Adverſus Gentes* libros, ac Minutii Fœlicis *Octavium*, Tertullianumque ex antiquis theologis, Varronem quoque ex philologis, Melam, Salluſtium, Cæſarem ac maxime Plinium (& quem non?) ſaniores reddere, viriſque principibus amiciſve hos ab eo doctrinæ ac diligentiæ fructus expoſtulantibus ſatisfacere, induſtria maxima, nec inferiore ſucceſſu, dum vixit, fuit conatus. Unde ſibi non minus, quam doctrinæ, moderationis famam colligebat. Communicatis enim cum erudito quoque amico doctiſſimis lucubrationibus, nilque inde oſtentationis aut ambitionis cauſa referri ad ſe permittens, id tantum curabat ut in utilitatem publicam, tanquam in ſcopum, omnia ſua, e qualibet ea exirent manu, dirigerentur. *Homo utique mortalium omnium* (ait idem Scotus) *ab ambitione gloriæque cupiditate maxime alienus*; aut Joannis Nicii Erythræi verbis *Summus mortalis gloriæ rerumque omnium humanarum contemptor.* Iterum Scotus, in dedicatione Salluſtii operum cum Ciaconii notis ad Joſephum Stephanum, *Erat in illo* (ait) *dum vixit, ut ſummum benemerendi ſtudium, quo æqualium conceſſit nemini, ſic & modeſtia ſingularis, tantaque honorum contemptio ut ne laudari quidem re ſuſtineret, aut prædicari ab iis, qui illius eſſent opera uſi, æquo animo auribuſque acciperet.* Gregorius autem Pontifex otia hæc ei literarum fecerat honeſto quodam Hiſpalenſis eccleſiæ ſacerdotio in nec opinantem nec optare forſan auſum collato. Cujus etiam Gregorii Pontificis auctoritate correctioni *Kalendarii*, una cum Chriſtophoro Clavio, Jeſuita, diligenter inſtitit. Hujuſmet etiam auſpiciis, nutuque Antonii Carrafæ, S. R. E. cardinalis doctiſſimi, cui Gregorius hanc curam delegaverat, emaculandæ & ad editionem diſponendæ Græcæ ſacrorum librorum Veteris Teſtamenti Septuaginta ſeniorum translationi una cum aliis viris doctiſſimis inſignem operam præſtaſſe dicitur. Cujus rei teſtem idoneum Fulvium Urſinum dabimus in epiſtola ad eumdem cardinalem nuncupatoria *Catonis, Varronis & aliorum Rei ruſticæ ſcriptorum*: *Superioribus annis Antonii Carrafæ cardinalis* (hæc ejus verba) *cum tibi Gregorius P. M. pro tua non ſolum in ſuſcipiendis pro eccleſia Dei laboribus alacritate, ſed etiam in perferendis conſtantia ſuadente, qui tunc cardinalis perſonam gerebat, Sixto P. M. Græca Septuaginta interpretum Biblia per delectos a te viros expolienda mandaſſet, conveniebant ad eam rem ſtatis diebus, ut ſcis, domi tuæ, cum alii præcellentes viri non ſane pauci, tum vel imprimis, quem tu ob ingenii judiciique præſtantiam magni præ ceteris faciebas, Petrus Ciaconius, homo Hiſpanus, cui Romæ vixiſſe plures annos contigerat.* Plane in quo eminebat ante alios ſibi æquales Ciaconius genius ille fuit ad veteres ſcriptores in lineam revocandos atque ſanandos, veluti datus ei ſæculo, quod enixius ceteris hoc penſum volvere nunquam deſtitit: ut jure eum *ingenii, induſtriæque ac conjiciendi arte quadam ſingulari* virum Joannes Grialius, ille qui Iſidori opera Matriti cum notis edidit; & *ad antiquos ſcriptores inſtaurandos bono publico tanquam e cœlo delapſum* Andreas Scotus in *Laudatione funebri* Antonii Auguſtini, archiepiſcopi Tarraconenſis; & *in colligendis veterum e naufragio ſcriptis accuratiſſimum, & in exponendis eruditiſſimum* Joannes Baptiſta Gueſnay, dum ad Caſſiani lectorem præfatur, exiſtiment. Acu rem tetigit Joannes Nicius Erythræus, *Omnino habebat hoc* (inquit) *ut in ſanandis veterum librorum plagis nemo ipſo melius medicinam faceret, adeo ut auctorum eorumdem animi, ut ſomniavit Pythagoras, immigraſſe in ipſum, ſuamque eidem de iis rebus, quæ erant in quæſtione, ſententiam quodammodo aperuiſſe viderentur*, nempe in *Pinacotheca* ſua prima, quam Ciaconii noſtri honeſtiſſima inſtruxit imagine. Romæ viſuntur paſſim, magnique æſtimantur ab eruditis poſſeſſoribus, libri Ciaconii, ad oram omnes eruditis notulis, minutiſſimoque ſed pulchro charactere ſcripti, quas vel ingenium ei, vel collatio veterum codicum cum jam publicatis abundanter ſuppeditabant. Penes me eſt Verrii Flacci, ſeu Sexti Pompeii, *De Verborum ſignificatione* ex bibliotheca Antonii Auguſtini editio Veneta Joannis Mariæ Bonelli anno 1559. in fronte his litteris P. CH. quibus nomen ſuum & cognomen ſignificare voluit, annotata, hujuſmodique diſcrepantibus ab edito lectionibus propriiſve conjecturis ubique plena, quemadmodum & Pauli Diaconi *Hiſtoria miſcella* Baſileenſis editionis Pernæ anni 1569. eadem

di-

diligentia recognita, notulisque conspicua. Doctrinam vero ejus multiplicem, exquisitam diligentiam, nec minus ingenium feliciſſimum laudare alios frequens eſt. Baronius cardinalis ad annum XXXIV. ſect. 37. *eruditum virum, ſuique amantiſſimum* vocat; *maxime eruditum*, iterumque *apprime eruditum & diligentem* Latinus Latinius, ad Antonium Auguſtinum datis literis, quæ cum ejus aliis non dudum editæ ſunt; *modeſtiſſimum & doctiſſimum* Gerardus Joannes Voſſius in *Pelagianæ Hiſtoriæ* lib. I. cap. VII. *eruditiſſimum* Iſaacus Caſaubonus in *Exercitationibus ad Annales Eccleſiaſticos* anno XXXIV. num. 36. *raræque ad miraculum eruditionis, unumque e Triumviris Literariæ reip. conſtituendæ* jure appellandum, & *alterum ſæculo ſuo Varronem* Scotus in *Bibliothecæ* elogio, & in prologo ad *Pomponium Melam*; *virum exquiſita in omni ſcientiarum genere antiquitatis & omnis politioris literaturæ cognitione clarum* Jacobus Auguſtus Thuanus *Hiſtoriar.* libro LXXXIV. *Hiſpanorum eruditiſſimum* Laurentius Pignorius, *De ſervis* ſcribens; ac tandem, ne innumeros exſcribam, Janus Nicius Erythræus *plenum doctrinarum omnium theſaurum, ac perenne ſcientiarum flumen* in elogio illius appellare non dubitavit. Quem puerum ſe vidiſſe Romæ teſtatur, deſignarique ab omnibus digito, ſummiſque in cœlum efferri laudibus jam tum temporis animadvertiſſe. Natura fuit quaſi ſtudiis factus, & in librorum conſuetudine bonas omnes horas collocabat, paucis, ſed iis eruditiſſimis, amicis contentus. Præſertim utebatur Latini Latinii, Viterbienſis, ac Fulvii Urſini, Romani, Ludovicique de Caſtella, Hiſpani, familiaritate; ampliſſimoſque ejus ſæculi cardinales, Antonium Carrafam & Guilielmum Sirletum, propter communem eruditionis cultum impenſe ſibi caros, nec minus obnoxios, frequentabat. Ambitionem & honores, & quidquid Romæ fere ab omnibus tot quæritur officiorum artibus, nihili habebat. Acer fuit & vehemens in judicando de aliorum ſcriptis, tam falli neſcius propter inſignem doctrinam, quam fallere propter candorem animi & ingenuitatem eximiam. Opera ejus, fructus quidam majoris quam famæ & ambitionis (quod fatum criticorum eſſe in Ferdinando Pinciano, ſive Nuñez de Guzman, clariſſimi Lipſii verbis annotatum ſupra a nobis fuit), hæc paſſim laudantur:

Kalendarii Romani veteris, Julii Cæſaris ætate marmori inciſi, quod in bibliotheca Farneſiana tunc temporis extabat, *explanatio.* Antuerpiæ apud Plantinum anno 1568.

Inſcriptionem columnæ roſtratæ C. Duilii, quæ hodie in Capitolii ſpectatur palatio, belli Punici primi veſtigium, ſupplevit & explicuit. Adjunguntur:

De Ponderibus.

De Menſuris. Qui duo inter libros Bonaventuræ Vulcanii MSS. ſunt in bibliotheca publica Leidenſi.

De Nummis libri III. Hi cum explicatione illa, poſt auctoris obitum, Romæ prodierunt anno 1586. & iterum 1608. ex officina Vaticana in 8. Ac de nummis quidem tam Græcorum & Latinorum, quam Hiſpanorum & Italorum, eruditio ejus quidquam commentariis dignum invenit poſt Guilielmi Budæi, Leonardi Pontii, Henrici Glariani, Andreæ Alciati, Antonii Auguſtini, Didaci Covarrubiæ, atque Georgii Agricolæ doctiſſimas hac de re lucubrationes.

In C. Jul. Cæſaris Commentarios ſcholia uberiora. Et:

In C. Criſpum Salluſtium breviora. Quæ admiſcuit ſuis *in Hiſtoricos Latinos notis*, Romæ editis, Fulvius Urſinus. Et *Salluſtius* quidem cum notis his Ciaconii typis commiſſus fuit Lugduni Batavorum 1594. in 8. ſcholiaſtiſque nomine addito tam is quam *Cæſar* Francofurti 1606. In editione iſta Lugduno Batava quaſi epimetron adjuncta eſt *Inſcriptio* jam laudata, quæ in baſi *Columnæ roſtratæ C. Duillii* eſt a Ciaconio ſuppleta, & *Commentario* illuſtrata. Confuderat, ne hoc neſciat lector, Petri Ciaconii ad utrumque auctorem *Cæſarem* & *Salluſtium* notas cum ſuis & aliorum Fulvius Urſinus, non bono conſilio, nec in auctores earum ingenuo. Qui defectus ſuppletus fuit a Claudio Marnio in editione Francofurtenſi iſta anni 1606. ad quem typographum Andreas Scotus eas miſit Roma ſecum advectas, ut in præfatione hujus editionis Gothofredus Jungermannus annotavit. *Ad Cæſarem Notæ* prodierunt & in editione *Cæſaris operum*, quam idem Gothofredus Jungermannus Francofurti 1669. in 4. ex officina Zunneriana prodire curavit.

In Arnobii adverſus Gentes libros VIII. & *Minuti Fœlicis Octavium*, *Notæ.* Quas in editione ſua Romana idem Fulvius Urſinus anno 1582. una cum ſuis dedit, quamque ex Petri Ciaconii ſchedis molitum eum fuiſſe annotat in editione ſua recenti *Octavii* Minutii Fœlicis Joannes Ouzelius: quod & Antonius Poſſevinus in Arnobio factum ab Urſino juſſu P. M. fuiſſe ſcriptum reliquit.

In Joannis Caſſiani opera Annotationes. Hæ non adſcripto nomine Romæ prodierunt 1580. Quæ quidem opera ob mendorum vim a paucis ante Ciaconii curam legebantur, a paucioribus intelligebantur, ut Scotus ait. Hujus editionis & *notarum* Gerardus Joannes Voſſius cum magnæ laudis elogio meminit lib. I. *Hiſt. Pelagianæ* cap. VII. Attamen ex eadem officina iterum prodiiſſe hoc opus editioni Lugdunenſi affixa quædam præfatio

non

non obscure ostendit, & quidem cum auctario aliquo. Sequentes Cassiani editiones, Lugdunensis typis Petri Landry 1606. Parisina cum commentario Alardi Gazæi anni..... Atrebatensis apud Joannem Bapt. & Guilielmum Riverios. 1628. & aliæ retinuere omnes Ciaconii has annotationes quibus certe & Cuychii aliis debetur, quod Cassianus purus extet. Quare Alardus jam laudatus ingenue fassus est de textu auctoris repurgando aut reformando non magnopere laborandum sibi fuisse, cum *satis emendatum & enucleatum reliquerint* (ait ille) *Cuychius & Ciaconius, viri doctissimi & accuratissimi, qui hac in re strenuam operam navarunt.*

In Tertulliani opera conjecturæ. Has etiam suis adjunxit Latinus Latinius, ac Romæ edidit anno 1584. Parisiis quoque eæ prodierunt.

Pompejum Festum de Verborum significatione a Ciaconio emendatum edidit etiam Fulvius Ursinus.

In S. Isidori Præsulis Hispalensis Etymologiarum libros XX. Notas. Operæ pretium de his erit audire verba Joannis Grialis in præfatione ad opera hujus Sancti doctoris, quæ Regiis sumptibus Matriti edenda curavit. *Petrus Chacon* (inquit dum bene de Isidori correctione meritos eruditissimos ex Hispania viros enumerat) *sic enim ipse se nostro, non Ciaconum aut Ciaconium Italorum, more scribebat, ut qui Hispanum se & Toletanum, id quod erat, quam Romanum atque Sabinum haberi mallet, is igitur, quod multos annos in antiquis auctoribus emendandis versatus de hoc opere restituendo imprimis cogitarat, dici vix potest quantum opis attulerit, vir ingenio, industria, conjiciendi arte quadam singulari.* Hæc Grialis. *Petrus Chacon in Etymologica Isidori* fuit inter libros D. Ludovici de Castella, qui postea, ut credimus, fuere comitis de Olivares. Ejusdem *S. Isidori Regulam Monachorum*, in codice tantum uno prius repertam admodum depravatam, ex Smaragdo & libro *Sententiarum Patrum* bona ex parte direxit, ait laudatus nuper Grialis.

De Triclinio Romano liber. Romæ apud Georgium Ferrarium anno 1588. postumus quoque prodiit, cum *Appendice* Fulvii toties laudati Ursini de his quæ Ciaconus prætermiserat ad Sixtum V. P. M. (*Appendicem* vero direxit ad Alex. Peretrum cardinalem, Sixti V. pronepotem) directus. Quem & Amstelodami anno 1664. ex officina Andreæ Frisii, una cum Hieronymi Mercurialis *Dissertatione de accubitus antiquorum origine*, prodiisse scimus, post alias alibi factas editiones eruditissimi scripti. Cujus tamen de re conviviali antiqua meritum elevare conatus fuit Hieronymus Mercurialis lib. I. *Artis Gymnasticæ* cap. XI. seu verius in ejus capitis appendice, quam videtur ad aliam post primam editionem formasse, legiturque tum alias, tum in Amstelodamensi illa, quam laudavimus: *Petrus Ciacconius* (ait) *& Fulvius Ursinus, rerum antiquarum peritissimi, quique multis annis post meam Gymnasticam de Triclinio scripserunt, procul dubio ad veritatem accubitus accesserunt, atque si æquus lector nostras cogitationes illorum scriptis comparare velit, certe statim animadvertet fere quidquid hac de re boni dixerunt e nostro libro accepisse, prætenta tamen memoria secus quam fecit eruditissimus Galliæ ocellus Petrus Faber* &c. Sed cui nota fuerit Ciaconii probitas & ingenua mens haud poterit cum Mercuriali plagium & imputare homini, qui ex æqualium confessione, ut vidimus, fuit *mortalium omnium ab ambitione, gloriæque cupiditate maxime alienus.* Princeps quidem *Artis Gymnasticæ* editio fuit, ut credimus, Parisiis facta typis Joannis du Puys anno 1577. Petrus autem Ciaconius quadriennio tantum supervixit, extinctus nempe anno MDLXXXI. Quare verisimilius est *De Triclinio* Ciacconianum commentarium, aliquot annis ante publicatum Parisiis, *Artem Gymnasticam* absolutum fuisse. De Fulvii Ursini editione, quæ undecim annis posterior est, litem meam non faciam, quare omissa fuerit ab eo Mercurialis antiquæ jam & vulgaris observationis mentio. Laudat hunc librum Cæsar Baronius tomo I. *Annal. Eccles.* ad ann. XXXIV. sectione 37. ut supra diximus. Hæc omnia typis edita sunt; quæ vero adhuc desiderantur jam subjungimus:

In Decretum Gratiani correctiones, quas diximus. In quibus positam a Ciaconio industriam collegas ejus sodalitatis, a Gregorio XIII. veteribus recognoscendis & emendandis auctoribus formatæ, in hujus admirationem omnes rapuisse ait Scotus, *cum unus plura quam ceteri omnes quotidie conferret. Quæ quidem castigationes* (adjungit) *lucem non acceperunt; discissas enim ab ipso paginas illas, quorumdam rumoribus offenso, audivi, quasi ad se aleam laudemque editionis omnem rapere vellet.* Hunc eumdem exantlatum ab eo laborem, una cum Michaele Thomasio & aliis, replicat idem Scotus in *Laudatione funebri Antonii Augustini*, quæ simul cum *Dialogis* ejus *De Emendatione Gratiani* edita est. Imo ipse Augustinus dialogo III. unde hæc pauca exscripsimus: *Hæc* (ait) *ex libris Michaelis Thomasii, Ilerdensis episcopi, accepi, qui unus ex selectis Romæ viris, atque, ut audio, magna pars ejus belli fuit, idque ex literis ejusdem accepi. B. Non sine Theseo Petro Ciacone, sive Ciaconio, cujus sudoribus atque eruditione magnos progressus fecit.* Hæc ille.

In Pomponium Melam, a se recognitum, scri-

scripsisse & *Commentarium* dicitur, qui hactenus latet. Gaspar autem Scioppius in *Consultatione de Scholarum & studiorum ratione*, auctorum Latinorum editores & correctores quosque optimos referens ad usum parandi Latinæ linguæ notitiam, hujus commentarii recordatur, *quem, si satis memini* (verba ejus sunt), *vidisse videor Matriti apud D. Joannem de Fonseca.* Vidit quoque id Scotus.

In Plinium, similiter a se recognitum, *Notas.* Idem Scioppius huc pertinet dum ait, *donec prodeat Petri Ciaconii Toletani Plinius, qui superioribus annis apud Ludovicum Castellam servabatur, nunc, ut suspicor, est penes D. Joannem a Fonseca.* Sed Andream Scotum de hoc in *Plinium Majorem* vasto, uti appellat, Ciaconii opere, audire præstat: *Assidue vero quotidiano convicio flagitatur a doctis, quodque apud Ludovicum Castellæ, virum clarissimum, asservari audio, Plinii Majoris vastum opus. Comparavit enim diligenter singulos, partim cum antiquis libris calamo exaratis, partim cum Aristotele, Theophrasto, Dioscoride, ceterisque innumeris Græcis Latinisque scriptoribus, e quibus ingens ille rerum maximarum thesaurus in eam molem excrevit. Hunc enim scriptorem potissimum, in delitiis cum esset, delegerat, in quo recensendo, cum a sacrarum literarum studio animum recreare, & in naturæ, hoc est, conditoris rerumque conditarum contemplatione reficere vellet, ingenii nervos intenderet, quo tanquam in scopum collinearet, vigiliarumque suarum rationes referret, in quo denique ex Varronis præcepto vitam legendo scribendoque produceret. Vincet itaque omnium expectationem, commendationemque, ut maxime adnitar, meam, ceterorumque adeo in Plinium ad hunc diem lucubrationes, Hermolai, Pinciani, Rhenani, Gelenii & nuper Dalechampii, medici Lugdunensis, diuturnus ille Ciaconii labor, si, ut spero & opto, tandem aliquando beneficio Ludovici Castellæ in apertum referetur.* Hæc ille in vita Ciaconii. Sed & in dedicatione *Sallustii operum cum notis Ciaconii* ad Josephum Stephanum, ex episcopo Vestano Valentinæ ecclesiæ decanum: *Sic & Ciaconius* (inquit) *qui totum se ad illius criticorum principis* (Varronis scilicet) *imitationem contulerat, cum vastum naturæ opus Plinii Majoris edolandum suscepisset, omnes pene fontes, unde ille hauserat, qui quidem extarent, omnemque adeo antiquitatem non legebat solum attente cogitateque, verum etiam scholiis explanabat.* A manu D. Joannis a Fonseca transiit codex hic in bibliothecam Olivariensem. Antonius enim Leonius in *Bibliotheca Geographica*, inter Plinii expositores Petrum Ciaconium laudans, vernacula hæc adjungit: *Notas muy copiosas y de mucha erudicion en un cuerpo grande MS. Hallase oy en la selecta libreria del Exc. Señor Conde de Olivares.* A cujus heredibus impetrandum est ne hunc thesaurum ultra delitescere permittant.

In M. Terentii Varronis libros De lingua Latina & De Re rustica Commentarium se vidisse ait idem Scotus. Harum vero, quæ penitus sibi probarentur, vel saltem non improbarentur, edidit Fulvius Ursinus in suis *M. Catone*, *M. Varrone*, *Lucio Columella*, & aliis *Rei Rusticæ* scriptoribus Romæ publicatis anno 1587. typis Georgii Ferrarii, ut ipse refert Antonio Carrafæ cardinali in epistola nuncupatoria.

In S. Hieronymum, S. Hilarium, & S. Ambrosium quædam notavit, quæ a cardinali Montalto, qui postea fuit Sixtus V. edita arbitrari se idem Scotus auctor est. Plane Alfonsus Ciaconius ait in schedis, quæ penes me sunt, Notas has ad *Ambrosium* cardinali Montalto, & illas ad *S. Hilarium* cardinali Sirleto morientem reliquisse.

In Senecam Annotationes, valde eruditas. *In quo* (ait in *Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ* Ant. Verderius) *felicissime plura loca desperata supplevit, præcipue ubi sententiæ Græcæ desiderabantur. Hæ* (subjungit) *brevi, Deo volente, edentur in lucem.* Has in *Senecam* notas cum ceteris jam laudatis ad *Arnobium*, Minutii Felicis *Octavium*, & in *Tertullianum* legavit moriens Antonio cardinali Carrafæ, eodem Ciaconio, qui Romæ jam erat, teste. Qui & ait scripsisse eumdem notas in Nonnium Marcellum, Vitrubium, Q. Curtium, Aulum Gellium, Macrobium, in Julium Frontinum de Aquæductibus, in Apulejum, in Suetonium, in Epigrammata urbis, in Regulam S. Pachomii, in Asconium Pedianum, in Virgilium, in Ciceronem, in Plautum, in librum de Legibus Antonii Augustini.

Fragmentum de Astrologia P. Ciaconii MS. est in bibliotheca Ambrosiana, ut legitur in ejus *Catalogo*. Ejusdem *Annotationes in Sphæram Joannis de Sacrobosco* MSS. extant inter libros D. Ludovici de Castella. Fertur quoque manu exaratum Hispana lingua:

Epitome Historial de la Universidad de Salamanca: quam ad Pium V. P. M. direxit anno MDLXIX.

Romæ ad plures abiit quinquagesimo sexto ætatis anno VII. kal. Novembris, seu XXVI. Octobris MDLXXXI. bonis suis hospitali domo S. Jacobi Hispanorum in alimoniam peregrinorum suæ nationis legatis. In latere sinistro portæ, qua itur ab ecclesia in ædes ipsas, lapidea ejus imago visitur, quam a vero non longius aberrare Janus Nicius Erythræus annotavit, elogio isto insignis.

D.

D. O. M. S.
PETRO CIACONI PRESBYT. TOLETANO
IN QUO MULTIPLICIS DOCTRINÆ COPIA
CUM VITÆ AC MORUM INTEGRITATE
CERTABAT. QUI A GREGORIO XIII. P. M.
SANCTORUM PATRUM LIBRIS
SACRISQ. CANONIB. ET SACROSANCTIS
BIBLIIS PERPURGANDIS PRÆPOSITUS
IN EO MUNERE OBEUNDO
ERUDITIONE, JUDICIO, FIDE AC
DILIGENTIA PRÆSTITIT.
ECCLESIA S. JACOBI HISPANORUM
QUI URBEM COLUNT
HERES AB EO INSTITUTA
MONUM. HOC P.
VIXIT ANNIS LVI. OBIIT ANNO
MDLXXXI. VII. KAL. NOVEMBRIS.

D. PETRUS DE CHAVARRI, edidit:
Didascaliam Juridicam: duobus tomis, qua plures textus explicantur, in 4.

F. PETRUS DE CHAVES, Hispalensis, Carmelita, inclitus proximo ante sæculo verbi Dei apud Bæticos declamator, sacræque Fidei judicibus a censuris, edidit circa annum salutis MDLXIII.

Enodationem Decalogi. Quam se legisse is testatur qui *Paradisum Carmelitici decoris* ante aliquot annos in lucem emisit.

PETRUS CHIRINO, Ursaonensis, presbyter Societatis, in Luzoniis insulis majorem vitæ partem egit, mortuusque est Manilæ anno MDCXXXIV. ætatis LXXVIII. Scripsit, Romam veniens procurator provinciæ:
Relacion de Filipinas, y lo que en ellas ha hecho la Compañia de IHS. Romæ apud Stephanum Paulinum 1604. in 4.

PETRUS CIEZA DE LEON (patria, an dumtaxat domicilio incolatuve Hispalensis), tredecim fere annorum puer ad occidentales Indos Peruanamque plagam transfretavit, militiamque ibi sequutus, plusquam septemdecim in his oris commoratus est. Fructum tam longæ peregrinationis, eximium quidem, is edidit in eo libro, quæ prima pars est designati, an vero perfecti ab eo atque absoluti operis?

Primera Parte de la Chronica de Piru, que trata la demarcacion de sus provincias, la descripcion dellas, las fundaciones de las nuevas ciudades, los ritos y costumbres de los Indios con otras cosas estrañas dignas de saberse. Hispali apud Martinum Clementem 1553. fol. Antuerpiæque apud Joannem Stebium 1554. in 8. Italica autem ex interpretatione Augustini di Gravaliz prodiit Romæ ex officina Valerii Dorigii 1555. 8. Ex quatuor partibus, in quas fidem suam auctor obstrinxerat, hæc tantum edita est, reliquæ valde ab omnibus desiderantur. In fine istius hoc testatum voluit, se primam huic parti anno MDXLI. in Carthagine gubernationis ut vocant Popajanicæ, manum admovisse, postremam vero in Regia urbe Lima anno MDL. cum per id tempus duobus super triginta natus esset annos.

Obiisse eum Hispali anno MDLX. vel paulo ante monet in schedis ad *Bibliothecam universalem* Alfonsus Ciaconius, Dominicanus.

PETRUS DE CINTRA, Lusitanus, vernacule dedit, quam nos Castellana notavimus inscriptione:
La Relacion de su navegacion a la Costa de Guinea y a la India. Hanc Aloisius Cadamustus Italice vertit.

PETRUS CIRUELO, loco natali ex Daroca regni Aragoniæ urbe, origine autem ex Molina, Castellæ oppido nobilissimo, regno isti propinquo, unde in Aragoniam venisse parentes ejus affirmavit olim nobis D. Didacus Sanchez Portocarrero, is qui de rebus Molinæ hujus oppidi *Historiam* scripsit, adjungens legatis piis, testamento Ciruelì relictis, gaudere hodie etiam Molinæ propinquos ejus, beneficiaque ab eo in suffragium animæ suæ sacerdotibus addicta possidere. Theologus fuit, ac philosophus & mathematicus suæ ætatis excellens, Ildefonsini collegii Complutensis sodalis, anno MDX. eo admissus, ut ex libro constat *Receptionum* (ita vocant) ejusdem collegii, Parisiensisque doctor (eo enim ad mercatum bonarum omnium artium Hispani fere omnes currere solebant), & in reditu professor theologus Complutensis e cathedra S. Thomæ doctrinæ destinata. Sed præstat hic inserere testimonium illi hac occasione datum ab eloquenti ac docto viro Alvaro Gomezio lib. IV. *De rebus gestis Francisci Ximenii Cardinalis*, panno huic nostro purpuram ejus insuere cupiens: *S. Thomæ enarrationi Petrum Ciruelum, Darocensem, præfecit, indefessi in studiis laboris hominem, librisque perpetuo adherentem, cujus permulta scripta, quæ passim inter philosophiæ studiosos publice edita circumferuntur, ejus diligentiam & eruditionem non vulgarem indicant. Hunc ego puer jam octogenarium Compluti vidi, adhuc vigorem suum retinentem, cujus illud dictum in ore omnium tunc habebatur numquam a se diem suavius peragi quam cum populus, tauroboliis aliisve publicis ludis occupatus, ædes sibi liberas interventoribus faciebat; solidus enim ille dies studiis dabatur. Penuria auditorum ejus gymnasium semper laborabat, cujus rei causam cum aliquando rogaretur, ad hunc modum* (*ut ajunt*)

ajunt) *respondebat* : *S. Thomæ doctrinam incomparabilem quidem esse , prorsusque cubicis figuris persimilem , quæ utcumque jaciantur firmiter sedent , ceterum , cibi solidi instar , nisi lento ventriculi calore percoquatur nullum est corpori alimentum allatura* : *id autem Hispanorum ingeniis repugnare , quibus omnis mora molestiam incutit.* Mathematicas se etiam docuisse ibidem artes in *Cursu* suo , ut appellat , scriptum reliquit. Eratque in eo gymnasio adhuc professor cum obeuntis diem suum Francisci Ximenii cardinalis anno MDXVII. parentalium Compluti celebratorum pars magna fuit. *Ciruelus theologus* (Alvarus idem ait Gomezius lib. VII.) *concionem de ejus laudibus & de temporum insequentium deploratione habuit. Is quasi proximam calamitatem divinans , quæ rempublicam continuo occupavit, versiculum illum Davidis concioni suæ thema proposuit* : Increpa feras arundinis ; congregatio taurorum in vaccis populorum , ut excludant eos , qui probati sunt argento. *Quem alioqui obscurum & mysteriis perplexum gravi & diserta oratione ad Belgarum aulicorum mores detorsit , qui , nostratibus pulsis , sibi solis apud adolescentem Regem locum relinquerent, & assiduis ac immodicis prædiis se & suos locupletarent.* Idem auctor est lib. VIII. designatum Ciruelum fuisse , una cum Michaele Carrasco & Joanne Martini Siliceo , theologis ejusdem scholæ Complutensis , quorum uni eruditio Philippi Principis ab Augusta matre committeretur. Certe anno MDXLVII. jam canonicus erat Salmantinæ ecclesiæ , ut ex proprio ejus munere vocant, Theologus, quo scilicet tempore contra superstitiones vernaculo sermone commentatus est ; in qua urbe vitam commutasse cum morte dicitur. Confer Marinæi elogium e libro XXV. *Memorabilium Hispaniæ.* Opera ejus vel Latina sunt, vel vulgaria. Latina autem aut philosophica , aut mathematica , aut theologica. Latina , quæ ad philosophiam pertinent , hæc sunt:

Primam Partem Logicæ ad veriores Aristotelis sensus duobus opusculis explicatam , altero introductorio in vocum interpretationem; altero vero magis præcipuo in Prædicamenta. Compluti apud Arnaldum Guilielmum de Brocar 1519. fol. Forte aliud opus est:

In Categorias Paraphrasis : quam a se juvene scriptam ait ipse in sequenti commentario.

In Posteriora analytica Commentarius. Compluti apud Michaelem de Eguia 1529. in 4.

In Summulas Petri Hispani a se denuo correctas , ac bonæ solidæque doctrinæ documentis illustratas , præclarissimus commentarius. Ita habet editio Salmanticensis anno 1537. fol. ubi plura de auctore harum Petro Hispano , quæ alibi non facile invenies. Mathematica hæc:

Paraphrases duæ de Quantitate discreta in opera Divi Severini Boetii , quarum altera in Arithmeticam , altera in Musicam ejus introducit. Item:

Brevia duo Compendia de Quantitate continua , alterum Geometriæ Euclidis , & alterum Perspective Alazen , quasi prægustamenta istarum disciplinarum. De ista Perspectiva Alazen breve Compendium Joannes Archiep. Cantuariensis , & ex Alchindo contexuit , quam idem Petrus Ciruelus Commentariis explicuit. Sed opera hæc partes , sive appendices , forsan sequentis sunt operis:

Cursus quatuor Mathematicarum artium liberalium : hoc est , arithmeticæ , geometriæ , perspectivæ ac musicæ. Compluti apud Michaelem de Eguia 1526. in fol. & forte anno etiam 1523. Quas consequi debuit quinta , scilicet : *Introductio Astrologica ; quam* (auctor ipse ait) *in sphericum opusculum olim condideram correspondentem Almagesto Ptolemæi , & Almanach perpetuum Zacuti Salmanticensis cum nostro Judiciario Quadripartito & Centiloquio.* Quæ tamen hujus disciplinæ vidimus:

Apotelesmata sunt *Astrologiæ humanæ , hoc est , de mutationibus temporum & genituris hominum , rejectis omnino interrogationibus & variis electionibus falsorum Astrologorum.* Compluti apud Arnaldum Guilielmum Brocar 1521. Hoc autem *Judiciarium* esse , de quo spem fecerat , verosimile est. In eo quidem respondere eum Pici Mirandulani argumentis adversus astrologos Andreas Scotus monet.

Ad Opusculum de Sphera Mundi Joannis de Sacro busto , additiones & familiarissimum commentarium , interfertis egregii Petri de Aliaco quæstionibus. Adjicitur in has *Additiones Dialogus disputatorius.* Parisiis primum (ut suspicamur) anno 1498. fol. deinde Compluti 1526. fol. Continent in hac editione Petri nostri ac patriæ ejus Darocæ urbis elogia epigrammata duo Petri Lermæ & Gundisalvi Ægidii , professorum tum temporis Complutensium elegantiæ non vulgaris. Theologica demum hæc:

Astrologia Christiana , in qua docet quatenus fidendum vel credendum sit Astrologorum judiciis , & quos limites oporteat non excedere virum pium. Salmanticæ in 4.

Expositio Libri Missalis sive Officiorum Ecclesiasticorum commentarii : libris tribus. Compluti 1528. in folio. Quorum hic scopus est , ne videatur in Guilielmi Durandi libro *Rationali divinorum Officiorum* actum denuo agere. Ejus enim opus , hominis alioqui in jure doctissimi , attamen sacræ doctrinæ ex-

expertis, nil fere continet quo minus Ciruelí opera utilis & plusquam necessaria sit. Quippe qui Biblica testimonia, in libris ecclesiasticis intemeratoque Missæ officio jam deducta, secundum proprium literalem sensum, quem ab horum officiorum antiquis editoribus significare posita sunt, eumque sæpe a literali Biblico diversum, atque item moralem non minus ab his auctoribus intimatum, cunctaque sacræ hujus rei misteria interpretatur arcana. Et quidem primus liber declarat ea omnia quæ in septem horis canonicis & Missæ prima parte, quam vocant cathecumenorum, continentur; secundus vero (qui pars est maxima hujus operis) Missale officium, quod per totum annum varie celebratur, juxta duplicem sensum exponit; tertius, qui circa secretum Missæ canonem versari debuit, ne codex nimium turgesceret, prætermissus fuit ab auctore in aliud tempus, nec editus unquam, ut existimo. Cujus locum brevia ista subierunt opuscula:

De Arte prædicandi.

De Arte memorativa.

De vera Luna Sabbathi, & de correctione Kalendarii. Dicavit opus collegio ecclesiastico Toletanæ almæ sedis. Extat in bibliotheca majoris ecclesiæ Hispalensis. Miscella hæc variarum artium:

Paradoxæ quæstiones x. Scilicet:

I. *De Modis significandi dictionum in Grammatica.*

II. *De Dicibilibus, transcendentibus & imitatis, in Logica.*

III. *De Virtute activa agentis naturalis, in Physica.*

IV. *De Potentia motiva corporis naturalis.*

V. *De Rarefactione & condensatione corporum.*

VI. *De Arte Raymundi Lulli, in Metaphysica.*

VII. *De Loco Paradisi terrestris a Deo conditi, in Cosmographia.*

VIII. *De Tertia lege Spiritus Sancti circa finem mundi, in Theologia.*

IX. *De Multiplicatione sensus literalis, in sacra Scriptura.*

X. *De Cabala & Magia Judæorum in enarranda divina Biblia.* Salmanticæ 1538. in 4.

Hispana quoque lingua hæc edidit:

Reformacion de supersticiones y hechizerias. Salmanticæ 1541. in 4. deinde Hispali apud Andream de Burgos 1547. novissimeque cum *Additionibus* Petri Antonii Jofreu, advocati Catalani. Barcinone 1628. in 8.

Hexameron Theologal sobre el regimiento medicinal contra la pestilencia. Compluti apud Arnaldum Guillen de Brocar 1519. in 4. hoc est, de causis ac remediis, cum theologicis, tum philosophicis, sive medicis, pestilentiæ sex capitum liber, quem civibus suis pro defensione doctrinæ iisdem peste afflictis paulo ante de loco superiore intimatæ veluti apologiam nuncupavit.

Contemplaciones muy devotas sobre los Mysterios de la Pasion de Nuestro Señor Jesu Christo; con un Tratado de la mystica Theulugia para los devotos, que se an retraido a la vida solitaria contemplativa. Compluti apud Joannem Brocar 1543. in 4.

Arte de bien confesar, asi para el Confesor, como para el Penitente, sive, *El Confesionario.* Compluti apud Michaelem de Eguia 1524. in 8. deinde Hispali typis Joannis de Cromberger 1544. in 8. & alibi 1548. etiam in 8.

PETRUS DE COBILLAN, proprie COVILHAON, Lusitanus, de quo multa Franciscus Alvarez in Lusitanica *Rerum Æthiopicarum Historia*, cap. CIII. Expeditione is quidem apodemica sua, & peregrinatione inter Abassinos, multum profecit inveniendo & peragrando, auspiciis Lusitanorum Regum, orienti. Cujus expeditionis relationem ipse dedit scribens Lusitana lingua, quam nos proferimus Castellæ proprio idiomate:

Relacion de su viaje desde Lisboa hasta la India por tierra, y su buelta al Cairo. 1587.

PETRUS DE COLINDRES, Hispalensis, Societatis Jesu, humaniorum literarum professor, & concionator in patria, collegii Astigitani rector. Denatus Hispali IV. Julii MDCLXVIII. scripsit:

Triumphum de peccato originali. Astigi 1641. in 4. Deest in *Bibliotheca* Alegambii, quam complevit.

PETRUS COLLADO DE PERALTA, Alcarazii in agro Laminitano Toletanæ diœcesis, Latinam linguam atque eloquentiæ artem profitebatur scribens:

Explicacion del Libro quarto del Arte nuevo de Gramatica de Antonio. Valentiæ 1630. in 4.

PETRUS CORNEJO, presbyter ut videtur, apud Belgas tempore quo res, quæ subjiciuntur, contigerunt, versatus scripsit:

Compendio y breve relacion de la liga y confederacion Francesa, con las cosas acontecidas desde el año de MDLXXXV. hasta el de MDXC. Bruxellis 1591. in 8. Matriti apud Petrum Madrigal 1592. 8.

Discurso y breve relacion de lo acontecido en el cerco de Paris contra Henrico de Borbon intitulado Rey de Francia. Bruxellis, & Hispali eodem anno 1591. in 8.

Su-

Sumario de las Guerras civiles, y causas de la rebelion de Flandes: ad Joannem Austriacum. Lugduni 1577. in 8. Augustæ Taurinorum 1580. in 4. apud Bevilaquam. Gallicum fecit hoc opus Gabriel Chapuis, Turonensis, & Lugduni edidit Joannes Beraud 1579. in 8.

F. PETRUS CORNEJO DE PEDROSA, Salmanticensis, Carmelita, doctoris pileum in patria academia, totius orbis terrarum clarissima, coram Catholicis Regibus Philippo III. & Margarita uxore, Austriacis, horum in urbem & scholam suam adventum academico senatu scholasticæ hujus pompæ explicatione, ut decuit, celebrante, velut quodam sic faustam excepturæ inaugurationem famæ & laudis omine, suscepit. Jam inter professores cooptatus, cum de moribus philosophiam studiosissime Aristotelem interpretatus explicare, tum Sacræ scientiæ arcana, juxta Thomæ Angelici præceptoris sensum, in cujus vestigiis nunquam non firmiter stetit, summa usus stili claritate, usque ad ultimum vitæ diem frequenti studiosorum turbæ reserare non destitit. Namque his, qui operam huic studio navabant, cari oppidò magistri absentiam deprecantibus, a Rege impetratum ne, pontificalibus aliquando infulis ornandum, ab opere, quod tam utiliter faciebat, abduceret. Sive modestiæ ipsius exactæque paupertatis disciplinæ hoc tribuendum sit, vel ac honores amplissimos sibi a Paulo V. sacrorum apice, dum comitiis ordinis sui generalibus summa omnium veneratione exceptus atque habitus interesset, sæpe quidem oblatos inexorabili. Plane in arce hac & sapientiæ veluti principatu constitutum undique homines doctissimi, & ante alios Philippus Rex Catholicus, super difficillimis & gravissimis rebus quærentes datis literis adinstar oraculi consuluerunt. Provinciæ suæ Castellanæ semel atque iterum præfuit. Porro, ut vir numeris omnibus esset perfectus, in Deum pietatis, in pauperes misericordiæ, ceterarumque virtutum egregiæ literarum laudi apposuit cumulum. Multa sui monumenta extare hic fecerat in theologicis, plura relicturus si non, duobus annis quinquagenario major, nimis immatura morte ultima die Martii MDCXVIII. Salmanticæ vivis esset exemptus. Extant ab eo:

Diversarum materiarum ab ipso Salmanticæ prælectarum tomus prior. Qui prodiit ex domo ordinis Pinciana typis Joannis Baptistæ Varesii anno 1628. in fol.

In Tertiam partem S. Thomæ commentaria. Pincianæ ejusdem bibliothecæ formis 1629. in folio. *Carmelitici* auctor *Paradisi*, lubricæ fidei auctor, tribuit ei, præter duo hæc:

De Immaculata Virginis Mariæ Conceptione opus. Quod non aliud existimo ab eo quod continetur in *Commentariis ad Tertiam Partem S. Thomæ* superius dictis. Itemque:

Commentaria in Sententiarum libros Francisci (*Joannis* dicere debuit) *Bachonis Carmelitæ*: limata jam & prelo matura. De quibus si quærat aliquis *Commentariane* ipsius Bachonis, antiqui doctoris, *in Sententiarum libros*, an aliquod aliud nostri auctoris opus in *Commentaria* ipsa illius elaboratum hic laudetur, juxta cum his qui nesciunt ignorare me ajo; nec a domesticis quidquam de hoc opere certum & compertum audivi. Sancius Davila, Placentinus episcopus, scripta ejus *Vita*, & Aubertus Miræus in *Bibliothecæ* volumine altero pro dignitate laudaverunt. Theophilus Rainaudus in *Scapulari Partheno-Carmelitico*, parte 1. cap. IV. §. V. *Lumen Salmanticense* Cornejum vocat. Hieronymus Vives, Dominicanus, tom. 1. *De Primatu divinæ libertatis*, lib. 1. disp. XIX. dist. III. num. 16. *Antesignanum & primorem theologorum sui temporis*. Aliter alii, scilicet Alphonsus Michael, Dominicanus, professor primarius theologiæ Complutensis, in *Primam partem*, q. XXIII. art. 1. dub. V. n. 54. & 56. Joannes a S. Thoma 1. part. q. XIV. disp. XX. art. VI. n. 9. Ludovicus a Cruce in *Bullam Cruciatæ* disp. & cap. 1. dub. XII. Zacharias Pasqualigus cent. 1. *Decision. moral.* in indice auctorum. Ægidius Gonzalez Davila in *Theatri Ecclesiastici* primo volumine, in mentione D. Fr. Joannis Alphonsi de Solis, episcopi insulæ Portus-divitis.

PETRUS DE CORRAL, quidam, superiore sæculo scripsit fabulosum opus, pro historico venditans:

Historia Sarracina nuncupatum. De quo videndus Ambrosius Morales libro XII. cap. LXIIII.

F. PETRUS CORREA, Lusitanus, Maurensis (Moura oppidum est cis Anam fluvium in Bætica antiqua) Minorum sodalis in provincia Algarbiorum ejusdem Lusitaniæ regni, deputatusque, ut proprio verbo appellant, Sanctæ Inquisitionis Eborensis scripsit vernacule:

Conspiraçaõ universal: combatem os sete vicios matadores com as sete virtudes contrarias sobre a possè d' Alma em dezanove Discursos predicaueis. Olisipone apud Petrum Craesbeck 1615. fol.

Espelho da vida. Ibidem 1639.

Triumfos ecclesiasticos, primeira parte; contem as Festas principaes, que en Ottubro, Novembro & Decembro celebra a Igreja Militante em consonancia da Triumfante. Ibidem

dem 1617. in 4. in qua tres alias partes, five reliquum anni, promifit. Celebrantur quoque editiones Eborenfis 1613. & Ulifiponenfis 1615.

Triumfos Seraficos. Eboræ 1623.

PETRUS CORTES, medicus Regius, & a cubiculo principi excellentiffimo D. Joanni Alphonfo Henriquez de Cabrera, Caftellæ architalaffo, Siciliæ proregi; dum in eo regno & infula ejus lateri adhæret, falutemque tuetur, fcripfit:

De Diebus decretoriis Tractatum. Panhormi 1642. in 4.

PETRUS CORTES DE MONRROI, in Chilenfi provincia Americæ meridionalis ftrenuus quamplurium ftipendiorum miles, aliquando & legionis tribunus (Maeffe de campo appellant), fcripfit, quæ adhuc MS. funt:

Relaciones de la guerra de Chile defde el año de MDLVII. hafta el de MDCXIII. Tefte Antonio Leonio in *Bibliotheca Indica,* titulo IX.

F. PETRUS DE COVARRUBIAS, ordinis Prædicatorum, facræ theologiæ magifter, ineunte fuperiore fæculo in concionandi officio & opere, neceffariifque ad ea digne exequenda ftudiis, claruit; Burgenfibus præfuit fodalibus; idemque eos fermones, quos vernacule, ut moris eft, ad fidelem populum habuerat, in Latinam linguam convertit; nec tamen ille, fed Alexander Geraldinus, epifcopus Vulturenfis, obtulit prelo:

Sermonum fcilicet volumina duo *de Tempore & de Sanctis & Quadragefimalium.* Quos recognovit fummus vir Francifcus de Victoria, ejufdem inftituti. Parifiis prodierunt ex officina Badii anno 1520. D. Petro Fernandez de Velafco, Hari comitis Eneci, Caftellæ magni comeftabilis, filio, nuncupati. Necnon et:

De Reftitutione tractaffe eum quinque libris refert Joannes Marieta. Hifpana lingua edidit:

Remedio de Jugadores. Burgis 1519. in 4. apud Alphonfum Melgar.

Memorial de pecados y penitentes. Ibidem apud Federicum Aleman 1517.

Obiit Flaviobrigæ, fi ea eft Bilvao in Cantabris, anno MDXXX. ut idem Marieta refert.

F. PETRUS DE CRUCE, Lufitanus, ex ordine Minorum, conventualis tamen ut vocant, ineunte fuperiore fæculo uti auctor laudatur duorum opufculorum, fcilicet:

De Entibus rationis ad mentem Scoti. Et:

Antiminorica pro clauftralibus. Venetiis 1501. ut fcribit Lucas Waddingus. Verderius in *Supplemento Gefnerianæ Bibliothecæ* magis explicat opus *Antiminorica* vocatum, *adverfus Minoricam* fcriptum effe *Fratrum dictorum de Obfervantia.* Venetiis in 8. per Simonem de Luere 1505.

F. PETRUS DE CRUCE, Dominicanus, laudatur alicubi eo quod fcripferit:

Hiftoria, o Choronica del Orden de Santo Domingo.

F. PETRUS DE CRUCE JUZARTE, Lufitanus, ex oppido Abrantes Ægitanenfis dioecefis, ordinis Carmelitarum, theologiæ moralis profeffor, præfectus cum effet coenobii Turrium-novarum fcripfit Lufitana lingua:

Tratado da Terceira Ordem Carmelitana. Olifipone apud Antonium Alvarez 1644. in 8. Quem citat Cardofus in *Agiologio,* fecundo volumine, pag. 521.

Exercicio efpiritual pera ben morrer. Ibidem 1661. Item:

Iardin de varias e cheirofas flores que producio & criou o monte fanto do Carmelo. Ibidem apud Joannem da Cofta 1671. 8. Necnon hæc alia opera, quæ repræfentamus Latina lingua:

Normam vitæ & morum Tertiariorum ord. Carmel. Ibidem 1670. in 4.

Additiones ad vitam V. P. Stephani a Purificatione Carmelitani, de Translatione illius corporis cum duodecim ejus Epiftolis. Ibidem apud Henricum Valente de Oliveira 1662. 4.

PETRUS DE LA CUEVA, fcripfit:

Dialogo de la Rebelion de Tunez: ad Ludovicum Pontium Legionenfem, Arcenfium ducem. Hifpali apud Sebaftianum Truxillo 1550. in 8.

PETRUS DA CUNHA, Lufitanus, fcripfit:

Exemplos Tragicos. Quod opus MS. penes fe habere publicavit D. Francifcus Emmanuel, epift. I. centuriæ quartæ. Nefcio an de eo loquatur Georgius Cardofus in fchedis, quas vidimus, pro *Bibliotheca Lufitana* quam meditabatur, dum ait difcipulum eum Petri Nunneffi, theologum, mathematicum, & aftrologum infignem, linguarumque admodum peritum.

D. PETRUS DAVI, interpretatus eft in vernaculum ex Græco fonte:

George Gemifta, o Plethon, la poftrera hiftoria de la Monarquia de los Perfas hafta

ta Alexandro Magno , con algunas vidas de Capitanes famosos Griegos sacados del Latin de Emilio Probo. Valladoliti 1604. in 4.

F. PETRUS DIAZ, Pincianus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ magister, atque in patria schola professor, doctus vir, insignisque ecclesiastes, scripsisse dicitur:

Historia de la Aparicion y milagros de Nuestra Señora de las Virtudes. Medinæcampi apud Christophorum Lasso 1600. 8.

PETRUS DIAZ, ex oppido Lupiana dioecesis Toletanæ, Jesuitarum sodalis, Mexicanæ provinciæ aliquando præfectus, scripsit inde:

Literas de Missionibus per Indiam Occidentalem ab Jesuitis per annos MDCX. & MDXCI. *institutis.*

PETRUS DIAZ DE AGUERO, Pincianus, medicus doctor, ordinis Hierosolymitani Sancti Joannis Baptistæ sodalis, scripsit:

Demonstracion clarissima de la Inmaculada y purissima Concepcion de la Virgen Maria Nuestra Señora. Matriti 1618. in 4.

Tractatum de Angelis. Matriti 1672.

F. PETRUS DIAZ DE COSIO, Dominicanus ut credimus, edidit:

Catecismo con el Rosario. Matriti 1671. in 4.

PETRUS DIAZ DE MAYORGA, hujus argumenti ac tituli libellum foras dedit:

Relectio scholastica an hæc veritas, B. Virgo præservata fuit & immunis a peccato originali, sit in statu proximo diffinitionis, & oporteat diffiniri. Compluti 1653. in 4.

PETRUS DIAZ MORANTE, grammatista seu literator, aut literarii ludi magister, hoc sæculo nulli secundus in arte formandi omnis generis literas elegantia & varietate singulari, atque adeo examinator, ut vocant, ejusdem artis professorum, scripsit atque edidit:

Instruccion de Principes: quatuor partibus, diversis & perfectissimis characteribus. Prima prodiit Matriti 1623. Secunda 1624. Tertia cum titulo *Arte nueva de escrivir* 1629. Quarta 1631. apud Joannem Gonzalez: omnes in 4. folii regalis.

PETRUS DIAZ DE RIBADENEIRA NOGUEROL, Ocaniensis, jurisconsultus, & causarum patronus in Matritensi curia tempore suo famæ celebris, quasdam ex suis actionibus literis consignavit, ediditque:

Allegationum Iuris tomum primum. Matriti apud Didacum Diaz 1641. in folio.

Denatus est circa annum MDCXL. . . .

PETRUS DIAZ DE RIBAS, Cordubensis, Martini de Roa, Jesuitæ scriptis suis affatim celebris, nescio quo ex latere, nepos, presbyter, theologus, & antiquitatis peritus, scripsit:

El Arcangel San Rafael particular Custodio y amparo de la Ciudad de Cordoba. Cordubæ 1650 in 4.

De las Antiguedades y excelencias de Cordoba. Ibidem 1627. in 4.

Piedra de Cordoba, que es dedicacion al Emperador Constantino Maximo ilustrada con explicaciones. Ibidem apud Salvatorem de Cea Tesa 1624. in 4.

Declaracion magistral a las Soledades de D. Luis de Gongora. Laudat hanc D. Martinus del Pulgar in opusculo, *Epistolas satisfactorias* &c. nuncupato, pro eodem poeta. Meminit hujus cum modesta laude Martinus de Roa in suo libro *Ecija* &c. fol. 158.

F. PETRUS A S. DOMINICO, Hispalensis, in Dominicanorum familia frater laicus, libellum conscripsit:

Del Viage, que hizo a Gerusalem el año de MDC. Neapoli 1604. in 8. Iterumque apud nos 1609. Necnon et:

La Vida de Jesu Christo y de algunos Santos Indianos de la Orden de Santo Domingo juntamente con la de Santa Ines de Monte-pulciano. Neapoli 1604. in 8. Lusitanum facit Cardosus in schedis suis MSS. eo tantum quod de rebus Indicis scripserit, cum duplex India sit, altera Lusitana, altera Castellana.

PETRUS DUEÑAS, Salmanticensis, anno superioris sæculi tricesimo sexto prima in juris studio tirocinia fecit, ac post exactos undecim ætatis, agens ipse tertium supra vicesimum, Salmanticæ jurisprudentiam de loco superiori docere cœpit, canonum doctor post biennium solemniter renunciatus. Dedit in lucem ex instructissima, quam possidebat, bibliotheca:

Regulas Iuris utriusque cum ampliationibus & limitationibus. Salmanticæ 1554. fol. Lugduni 1557. Venetiis 1563. 8.

Allegationes in causa matris alii laudant.

F. PETRUS DE ENCINAS, ordinis Prædicatorum, in eoque generalis, ut vocant, ecclesiastes, vir pius & doctus, cum ingenio esset ad versam orationem fecundo

&

& facili, ingressus est viam, Hispanis etiam tunc infrequentem, pangendi sacra carmina, quæ quidem edita sunt hoc titulo:

Versos espirituales, que tratan de la conversion del Pecador, menosprecio del mundo y Vida de nuestro Señor: con algunas sucintas declaraciones sobre algunos pasos del libro. Conchæ 1597. in 8.

Decessit præfectum agens cœnobii quod est in oppido Huete Conchensis diœcesis.

F. PETRUS AB EPIPHANIA, Sisiponensis, hoc est, ex oppido Almaden Cordubensis diœcesis, Carmelita Excalceatus, cum Cordubæ, qua in urbe religiosæ vitæ nuncupaverat vota, sodales rexisset, Hispalique sacrum Angelo custodi administraret collegium, scripsit eleganter:

Vida y milagros de S. Pedro Thomas, Carmelita, Patriarca de Constantinopla, Martyr Ilustrissimo y Abogado contra la mortal peste y epidemia. Hispali typis Joannis Gomez de Blas 1655. in 4.

Obiit diem suum in cœnobio loci de Critana.

D. PETRUS DE LA ESCALERA GUEVARA, ex oppido Espinosa de los Monteros Burgensis diœcesis oriundus, jurisconsultus, unusque ex eo sodalitio fuit Regii corporis custodum, in quod non aliis, quam in dicto loco atque ingenue natis, aditus est. Non causarum tantum patronus industrius & alacer in curia Matritensi, sed & humaniorum artium, totiusque veteris ævi historiæ peritus, notum se & commendabilem posteris fecit scribens:

Origen de los Monteros de Espinosa, su calidad, exercicio, preeminencias y essenciones. Matriti apud Franciscum Martinez 1632. in 8. Laudatur quoque ejus:

Discurso Apologetico y Legal por el Libro intitulado El Fenix de la Grecia del Padre Fr. Diego Niseno Abad de S. Basilio de Madrid. in folio. Parabat, & affectum non effectum forsan habebat:

Didascaliam de utroque brachio: cujus ipse sæpius meminit. Vidimus apud eum typorum lucem expectantem:

De Metatis & Epidemeticis Tractatum, ad titulum XLI. *lib.* XII. *Codicis Iustiniani*: hoc est, de jure metandi, sive hospitia in domibus curiæ civium præbendi personis publicis, quod Regibus competit.

Decessit mense Februario MDCLVII.

PETRUS DE ESCAVIAS, præfectus Iliturgitanæ urbis in Bætica (Alcaide de Anduxar nos dicimus), scripsit historiam, qua usus fuit, habebatque in supellectile sua librorum manu exaratorum, Gundisalvus Argote de Molina. Hæc est, ut credimus:

Repertorio de Principes de España. Quæ hoc titulo inscripta fuit in *Bibliotheca Olivariensi*, falso nuncupata *Petri* de *Esquivel*, seu *Esquivias*. Huc forte translata fuit e libris D. Ludovici de Castilla, quorum catalogum vidimus, & ibi hujus *Repertorii* mentionem, lib. IX. *Miscellan.* biblioth. comitis Villumbrosani.

PETRUS DE ESCOBAR CABEZA DE BACA, ignotus mihi aliunde quam quod scripsisse feratur versibus:

Lucero de la Tierra Santa y grandezas de Egypto vistas por él. Pinciæ 1594. in 8.

F. PETRUS ESPINEL DE LA PORTAZA, Aragonius, Cæsaraugustanus, ordinis Prædicatorum, Immaculatæ Virginis Mariæ Conceptionis mysterio addictissimus inter plures suæ religiosæ familiæ, scripsit:

Memorial al Rey D. Felipe IV. por la Inmaculada Concepcion. Matriti 1663. in folio. Præter majoris opus molis de eodem argumento, quod paratum editioni habere se ajebat.

PETRUS DE ESPINOSA, Antiquariensis, in Emmanuelis Perezii a Guzman, Medinæ-Sidoniæ ducis excellentissimi, familiam propter animi dotes ingeniique alacritatem receptus, eidem fuit viro principi a sacris, itidemque collegii rector, quod in Luciferifano ab Ildephonso tutelari appellatur. Versus panxit ea elegantia & gravitate, ut non multis e choro vernaculorum poetarum herbam porrigeret; nec minus prosa oratione valens, cujus extare fecit aliqua in libellis editis argumenta, cum piis, tum profanis, quorum hæc vidimus:

Elogio al retrato del Excellentissimo Señor D. Manuel Alonso Perez de Guzman el Bueno Duque de Medina Sidonia. Malacæ 1625. in 8.

Panegyrico a la ciudad de Antequera. Astæ 1626. in 8.

Arte de bien morir. Tum alibi, tum Matriti 1651. in 8.

Tesoro escondido. Luciferifano an. 1644.

Espejo de Cristal fino y antorcha que aviva el alma. Post quinque editiones prodiit sextum Conchæ 1637. in 16. Hispalique etiam septimum 1645. in 16. Apis etiam matinæ more collegit undequaque, præsertim ex Bætica sua, ut specimen Hispanæ facultis poeticæ brevius aliquod exhiberet:

Flores de Poetas Ilustres. in 4. Valladoliti apud Ludovicum Sanchez 1605.

PE-

PETRUS DE ESPINOSA, Salmanticensis, artium magister, Salmanticæque professor, nuncupavit Joanni Martino Siliceo, cum Philippi Principis, Regis postea II. præceptorem ageret:

Summulas, seu Summam Dialecticæ: *commentaria in Prædicabilia Porphyrii*: *in Prædicamenta*: *in Periermenias*: *in duos libros Posteriorum*: *Summam librorum Elenchorum & Topicorum Aristotelis.* Salmanticæ 1534. in folio. Deinde et:

Philosophiam naturalem. Salmanticæ apud Rodericum Castañeda in folio.

Ioannis de Sacrobusto Spheram quoque edidit *cum propriis Commentariis.* Ibidem anno 1550. in 8.

PETRUS DE ESQUIVEL, Complutensis, mathematicarum artium professor in ejusdem oppidi gymnasio, Philippo II. Regi a sacris, vir ingenio præstanti, singularisque industriæ ac doctrinæ in rebus mathematicis. Aggressus fuit *Hispaniæ descriptionem* exactissimam, atque ad eum finem instrumenta confecit, quibus præsens altitudinem & latitudinem uniuscujusque loci deprehenderet, Regiisque exhibitus expensis diu longeque peregrinatus fuit; non tamen absolvit opus morte præoccupatus; reliquit saltem apud Regem ejus partis, quam absolverat, descriptionem. Plura de ejus mirabili industria, qua Ptolemæi vestigia & formam sequutus perfectissima & ingeniosissima quædam artis documenta olim adinventis addiderat, Ambrosius Morales refert in *Discurso generali de Antiquitatibus*, fol. 4.

PETRUS FELIX DE MOLINA, Peruanus, ex S. Crucis de la Sierra oppido, Jesuitarum sodalis, edidit:

Syntaxim: carmine Latino.

F. PETRUS DE FERIA, sumpta ab oppido natali appellatione, sodalis Dominicanus provinciæ Mexicanæ, indeque præsul apud Americanos Chiapensis, scripsit:

Vocabulario de la lengua Zapoteca. Augustinus Davila Padilla, in fine *Historiæ Provinciæ Mexicanæ ordinis Prædicatorum*, opus hoc, nisi aliud sit ab eo diversum, appellat *Confessionario Zapoteco.*

Diem suum obiit anno MDLXXXVIII. auctore Ægidio Gonzalez Davila, Regio chronographo, in *Theatro Indicæ Ecclesiæ.*

F. PETRUS FERMOSELLUS, vulgari cognomine, ut suspicor, DE HERMOSILLA, Franciscanus provinciæ Bæticæ Regularis Observantiæ, præfectus aliquando Hispalensis domus, edidit, Luca Waddingo teste:

Logicalium terminorum rationem, Sophisticis quibusque rescissis. Item Tractatus argumentationum & solutionum in totam Francisci Titelmani Dialecticam: ut Ciaconius in schedis exprimit. Hispali 1555. apud Martinum a Montesdoca in 4.

PETRUS FERNANDEZ. Vide in A. ALVARUS NUÑEZ CABEZA DE VACA.

PETRUS FERNANDEZ, Lusitanus, in Gallia prius, deinde Conimbricæ in Portugallia juri data opera, nuncupavit Joanni Regi Lusitanorum III. eam, quam habuit in hoc gymnasio, solemnem orationem:

In omnium disciplinarum commendationem, anno MDL. Quæ edita fuit eodem anno.

PETRUS FERNANDEZ, presbyter, edidit:

Festividades de la Santissima Madre de Dios, y lo que pertenece a su devocion. Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1618. in 16.

PETRUS FERNANDEZ, Lusitanus, scripsit:

Relationem de S. Iuliano: versibus Latinis anno 1559. editam.

PETRUS FERNANDEZ DE ANDRADA, Hispalensis, in equorum cognitione educatione ac tractatione eximius, dum viveret utilem hanc belli & pacis tempore, dignamque viris principibus ac nobilibus quibuscumque, artem propagavit scriptis:

Libro de la gineta de España, en el qual se trata el modo de hacer las castas y criar los potros y como se han de enfrenar y castigar los cavallos; y como los Cavalleros mozos se han de poner a cavallo, guardando el orden antiguo de la gineta de España; y ultimamente, como se han de pensar y engordar los cavallos. Hispali 1599. in 4.

De la naturaleza del cavallo. Hispali apud Ferdinandum Diaz 1580. 4.

Nuevos discursos de la gineta de España sobre el uso del cabezon. Ibidem apud Alphonsum Rodriguez Gamarra anno 1616. in 4.

PETRUS FERNANDEZ BLASCO, scripsit:

Obligacion que tenemos a los Angeles de nuestra guarda. Hispali 1625. in 16.

D. PETRUS FERNANDEZ MONJARAZ, edidit:

Des-

Descripcion y aparecimiento de nuestra Señora de Nieva. Segoviæ 1699. in 4.

PETRUS FERNANDEZ NAVARRETE, Lucroniensis, Compostellanæ ecclesiæ canonicus, Alphonsi frater, Dominicani sodalis, inclytique apud Japonenses martyris, quod non in parvam nostro laudem cedere debet, serenissimo Infanti Ferdinando Austriaco, S. R. E. cardinali, Toletano antistiti, a sacris fuit & a secretis, necnon Elisabethæ Borboniæ Reginæ amplissimæ, Philippi IV. Regis nostri lectissimæ conjugi, ab eadem secretorum fide, elegantis ingenii ac multæ doctrinæ vir, scripsit:

Conservacion de Monarquias y Discursos Politicos sobre la gran Consulta que el Consejo hizo al Señor Rey Felipe III. Matriti 1626. fol. Cujus minima operis pars injussu auctoris prodierat olim Barcinone, *Discursos Politicos* inscripta, anno 1621. in 4.

Carta de Lelio Peregrino a Stanislao Borvio Privado del Rey de Polonia. Quo nomine latere voluit ut eos, qui valent apud Reges suos præcipua gratia, personatus instrueret. Matriti apud Teresiam Junti anno 1625. 4. Vertit etiam in sermonem patrium:

Siete libros de Lucio Anneo Seneca. Hi sunt: *De la Divina Providencia. De la Vida bienaventurada. De la Tranquilidad del animo. De la Constancia del Sabio. De la Brevedad de la vida. La Consolacion a Polibio. De la Pobreza, compuesto de varias sentencias de Lucio Anneo Seneca.* Matriti ex officina Regia anno 1627. in 4.

PETRUS FERNANDEZ DE OVALLE, Placentinus, edidit, omissa Jesuitæ, ex quo ordine fuit, nuncupatione:

Obligacion que tenemos los Fieles a reverenciar los Santos Angeles de nuestra guarda: duabus partibus. Et nescio quos alios spirituales tractatus.

D. PETRUS FERNANDEZ DEL PULGAR, patria ex oppido Medina de Rioseco, doctor theologus, canonicusque Palentinæ ecclesiæ, ut vocant, Pœnitentiarius, edidit:

Vida y motivos de la comun aclamacion del Venerable Siervo de Dios Fr. Francisco Ximenez de Cisneros. Matriti 1673. in folio.

Defensa del Patronato de S. Antolin en su Santa Iglesia de Palencia.

PETRUS FERNANDEZ DE QUIROS (Lusitanus, Eborensis ut ajunt Lusitani), nauticæ rei peritus, scripsit expeditiones nauticas, quibus interfuit, *Relationem Vitæ suæ* inscribens operi, quod volumine satis grandi haberi MS. testatur Leonius in *Bibliotheca Indo-occidentali*, tit. XVI. Idem, an aliud opus *De las Islas de Salomon*, quas invenisse dicitur in America, tribuit ei Cardosus in schedis.

PETRUS FERNANDEZ DE TORREJON, Sesenensis (oppidum est ad meridiem Toletanæ urbis Seseña), in Complutensi academia theologiæ professor ordinarius ex cathedra, quam vespertinam appellant, & in æde sacra ejusdem oppidi Sanctorum Justi & Pastoris canonicus Magistralis, scripsit:

Institutionum Dialecticarum libros tres; in quibus Summulæ Gasparis Cardilli Villalpandæi opportunis elucubrationibus elucidantur. Compluti apud Joannem de Orduña 1626. in 8.

In universam Aristotelis Dialecticam expositionem. Ibidem apud Joannem de Villodas 1626. in 4.

Antiquæ Philosophiæ enucleationem per expositionem in octo libros Physicorum.

Philosophiam antiquam ex Aristotele, & D. Thoma, ad libros De Ortu & interitu expositivis disputationibus enucleatam. Compluti apud Antonium Vazquez 1641. in 4. Excipere hos debuerunt, secundum auctoris propositum, *Libri de Anima*, similiter enucleati; sed manum injecit mors, paulo post commissum typis postremum horum, quæ laudamus, opus. Decessit quidem is in habitu sodalium Societatis Jesu, quem olim gestaverat.

PETRUS FERNANDEZ DE VILLALUMBRALES, sacerdos, ac rector Sanctæ Mariæ Antiquæ oppidi de Becerril, Philippo II. Hispaniarum Regi dicavit:

Comentarios, en que se contiene lo que el Hombre debe saber, creer y hacer para aplazer a Dios. Pinciæ ex officina Sebastiani Martinez 1566. in 4.

PETRUS FERNANDEZ DE VILLEGAS, Burgensis archidiaconus, ad nutum Joannæ Aragoniæ, Friasiæ ducissæ, Harique comitissæ, quam ex Ferdinando Rege Catholico natam Bernardinus a Velasco, Castellæ comestabilis, uxorem habebat, Dantem Alligherium, illum celeberrimum canticorum apud Italos scriptorem, carmine Hispanico antiquiore interpretatus est, commentarioque ab aliis diverso clariorem reddidit. Titulus hic operis est:

La Traduccion del Dante de lengua Toscana en verso Castellano, comentado allende de los otros Glossadores. Cui tria alia subjecta sunt opuscula etiam metrica, scilicet:

Querella de la Fee. Quod quidem a Didaco,

co, nescio quo, Burgensi cœptum perfecisse auctor dicitur.

La Aversion del mundo y conversion a Dios en coplas antiguas de ocho versos pequeños.

La Satyra decena de Juvenal. Burgis omnia simul apud Federicum Germanum 1515. fol. Huic quoque tribuitur liber Latinus, aut Hispanus, Latine sic inscriptus:

Flosculus Sacramentorum & modus atque ordo visitandi Clericos. Cui accessit *Stella Clericorum.* Burgis apud Joannem Juntam 1558. in 8. Et Compluti 1532. Qui in Hispano *Indice librorum prohibendorum & expurgandorum*, in albo prohibitorum collocatur.

PETRUS FERRER MALDONADO, Accitanæ, hoc est, Guadixiensis ecclesiæ portionarius, luci dedit:

Norte de la Vida Christiana, avisos de bien vivir repartidos en los siete dias de la semana. Granatæ apud Antonium Rene 1636. in 8.

PETRUS FIGUEIRO, Lusitanus, ex oppido cognomine, Joannis de Faria & Isabellæ de Fonseca filius, presbyter, & Regularis Canonicus in monasterio Regio & inclyto S. Crucis Conimbricensis, Hebraica, Græca, & aliis orientalibus linguis doctissimus, quem *alterum nostris temporibus Hieronymum*, ob eximiam in sacris literis doctrinam, atque originalis divinorum fontium notitiæ præcellentiam, non dubitavit Joannes Suarezius, episcopus Conimbricensis doctissimus, appellare. Diu in monasterio suo Biblicos explanavit libros, quod absque detrimento districtæ, quæ in eo observatur, clausuræ poterat; minime tamen persuaderi sibi permisit ut abhinc ad professionem in publico Conimbricensi lyceo, quod vota omnium scholasticorum flagitabant, sese vocari non repugnaret. Totus libris deditus vixit, quibus ut vacaret, aut etiam depressionis amore paupertatisque vere religiosæ, nunquam oblatis sibi domesticis dignitatibus aures obsequentes dedit. Scripsisse dicitur & super Aristotelis Logicam, & super Magistrum Sententiarum, & super S. Thomæ Summam Theologicam, præter Commentarios Biblicos: de quo late agit in *Historia Lusitana Canonicorum Regularium* Nicolaus de S. Maria, parte 2. lib. x. cap. xxix. Cum autem editionem adornaret suarum in Sacra Biblia lucubrationum potiori vitæ redditus est. Servata est ei tamen, sera licet, gloria post fatum, editis initio pluribus seorsim, deinde majori forma duobus tomis, Lugduni apud Cardon. Prior continet:

Commentarium in xv. priores Psalmos.

Paraphrases in Prophetias Hieremiæ.

Commentaria in ejusdem Lamentationes: edita prius Lugduni 1596.

In Malachiam Prophetam. Ibidem eodem anno in 8. Posterior continet:

In xii. Prophetas minores Commentarios.

Obiit in eadem domo S. Crucis xi. Januarii MDXCII.

F. PETRUS DE FIGUEROA, Augustinianus, domus Salmantinæ sodalis, scripsit:

Avisos de Principes en asorismos politicos y morales meditados en la Historia de Saul. Madriti 1647. in 8.

PETRUS DE FIGUEROA, Bæticus, sed Valentinus civis, grammaticæ artis, ut credo, apud Valentinos professor, edidit:

Enarrationes in P. Terentii Comœdias Endriam & Eunuchum ex pluribus Auctoribus collectas. Valentiæ 1569. in 8. apud Petrum de Huete, Joanni a Ribera, Valentino antistiti, nuncupatas.

PETRUS DE FLORES, auctor est illius collectionis variorum carminum, hinc inde a diversis poetis exceptorum, quam appellare voluit:

Romancero general, en que se contienen todos los Romances, que andan impressos; añadido, y emendado por Pedro de Flores. Madriti duobus tomis 1614. in 4.

PETRUS DE FLORES, ex oppido Loranca diœcesis Toletanæ, Jesuita in gradu coadjutoris temporalis, scripsit:

Metodo del Arte de escrivir. Madriti apud Ludovicum Sanchez 1614. in 4.

Obiitque Toleti MDCXIX.

PETRUS DE FLORES, utriusque juris doctor, Antonii a Flores, S. Rotæ auditoris, ex fratre nepos, patruo successit in pontificio Castri-matis, seu Stabiensi, Neapolitano in regno anno MDX. unde translatus fuit ad Cajetanam ecclesiam anno MDXXXVI. qua in sede obiit diem suum anno MDXL. Extat ab eo:

Oratio habita Romæ in Basilica Principis Apostolorum ad S. Collegium Sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium, de Summo Pontifice eligendo Julii II. Pontificis Maximi successore. Editam vidimus, cum epistola nuncupatoria auctoris ad Toletanum præsulem, S. Balbinæ cardinalem, hoc est, Franciscum Ximenez de Cisneros, in qua patruum suum Antonium archiepiscopum vocat Avenionensem, in cujus ecclesiæ albo ejus meminerunt *Galliæ sacræ* scriptores. Nostri quidem meminit auctor *Italiæ Sacræ*, hujusque orationis *Supplementum Epitomes Bibliot. Gesnerianæ.* Hujus carmina quædam leguntur in libro *Epigrammatum Scholæ Christianæ*, Basileæ edi-

edito, teſte mihi Alfonſo Ciaconio in ſchedis ad *Bibliothecam Univerſalem.*

PETRUS DE FONSECA, Luſitanus, ex oppido Cortizada, alias Proenza a nova, in ripa Tagi, ſeu prioratus Cratenſis, ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, teſte mihi Balthaſare Tellez in *Chronico Prov. Portugalliæ Societatis Jeſu*, lib. II. cap. XXXVII. §. 9. quamvis aliud crediderit *Bibliothecæ Societatis* auctor. In hac religioſa familia primus fuit qui, commendata Jeſuitis a Joanne III. Rege philoſophica Conimbricenſis academiæ profeſſione, Ariſtoteli explanando impoſitus, præſtantium ingenii judiciique dotes commentariis ad eumdem ſcriptis palam fecit. Vir fuit magnæ in Societate ipſa & Luſitaniæ regno auctoritatis, domi foriſque carus adeo & probatus viris principibus, & imprimis Philippo II. Luſitanorum Regi Catholico, Gregorio item XIII. P. M., ut quæque expedire ad pietatem & religionem providiſſet, homo egregie induſtrius atque magnanimus, eorumdem nutu & auſpiciis, vel difficillima peregerit. Eruditione probitateque inſignis audit a Petro Joanne Nunneſio, Valentino, eximio philoſopho, philoſophorumque cenſore. Scripſit:

In Iſagogem Porphyrii.

Dialecticam : libris VIII. Sæpe excuſam Romæ. Coloniæ apud Maternum Colinum 1567. in 8. Venetiis 1575. & 1611. Lugduni in 8. 1625.

Metaphyſicam Ariſtotelis ex Græca lingua in Latinam feliciter *translatam, atque eruditis commentariis illuſtratam* : tomis IV. Argentorati 1594. in 4. Quam translationem elegantiæ ac perſpicuitatis commendatione ornavit Franciſcus Suarez in indice primo ad ſuam *Metaphyſicam*, cap. VII. Vixit annis LXXI. Romæ quidem per ſeptennium integrum aſſiſtentis munus gerens Everardi Mercuriani, præfecti generalis, tempore; Oliſipone diu præpoſitus domus S. Rochi, provinciæque totius viſitator; denatuſque in iſta urbe magno omnium ordinum mœrore quarta die Novembris anno MDCXIX.

PETRUS DEL FRAGO, Aragonius, ex Uncaſtillo hujus regni oppido, vir literis tum ſacris tum profanis, triumque linguarum peritia conſpicuus, Pariſiis una cum Melchiore a Vozmediano, qui Accitanus poſtea epiſcopus fuit, literis data opera, in contubernio ſimul cum eodem fuit illuſtriſſimi præſulis Civitatenſis Franciſci a Navarra. Poeſim coluit non infeliciter, advenientemque in Hiſpaniam Iſabellam Valeſiam, Philippi II. Regis ſponſam, eo carmine excepit, cujus hæc inſcriptio eſt:

Ad Iſabellam Valeſiam Gallorum Regis filiam, Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico deſponſam, in Hiſpaniam ingredientem Archangelus ejuſdem provinciæ Princeps & defenſor; junctis ejuſdem auctoris ſcholiis ad laudatum Melchiorem Vozmediano Accitanum electum. Anno 1560. Eodem, aut ſequenti, anno creari meruit Uſellenſis in Sardinia epiſcopus, qua mactus dignitate ſynodo Tridentinæ interfuit, in eaque:

Orationem habuit *in die Aſcenſionis Dominicæ anno* MDLI. quæ ſimul cum aliis Lovanii edita fuit, nuperque Pariſiis. Incipit: *Verum illud, planeque compertum* &c.

In Oſcenſem deinde eccleſiam translatus anno MDLXXVII. diem vidit extremum poſtridie kal. Februarii MDLXXXIV.

F. PETRUS DE S. FRANCISCO, Luſitanus, ordinis Minorum, ſcripſiſſe dicitur:

Sobre el Pſalmo Miſerere. Oliſip. 1629. 4.

F. PETRUS DE LA FUENTE, ordinis Minorum, Hiſpali ſcripſit:

Breve Compendio para aiudar a bien morir. Apud Joannem Gomez de Blas 1640. Cui adjungitur:

Un Tratado de las Gracias e Indulgencias del Cordon de San Franciſco.

PETRUS DE FUENTIDUEÑA, Segovienſis, natalem annum ſortitus eſt ſuperioris ſæculi tertium decimum, Petri a Fuentidueña & Mariæ de Medina parentum fauſta proles. Grammaticis in patria imbutus Compluti mox collegam egit, ut vocant, cum Trilinguem, unaque rhetoricæ artis profeſſorem, tum Theologum; prætereaque ad Divi Ildefonſi, quod maximum & honorificentiſſimum eſt academiæ illius collegium, apice inter hæc Doctorali ornatus. Poſt aliquod tempus ad patres ivit in Tridentina urbe pro coronide ſynodo imponenda congregatos, Petri Gundiſalvi a Mendoza, Salmantini antiſtitis, theologus. Cujus quidem ſacri conventus de eo judicium, exiſtimationemque ex viri conſuetudine, atque concionibus docte ab eo atque eleganter habitis, rerumque graviſſimarum tractatione ingeneratam, omnibus fecit teſtatiſſimam commiſſa eidem ad *Invectivam* Fabricii Montani, impii ſectarii, poetæque, his diebus delatam ad patres, reſponſio. Idque nutu & præcepto purpuratorum concilii principum, qui ſuam ipſe operam modeſte inter tot validos eccleſiæ athletas patrono ſuo indicenti prius excuſaviſſet. Comitis Lunæ ad conventum orthodoxum legati nomine, ſolenni oratione quidquid officii publici erat exhibuit. Dimiſſum ad ſedem

dem suam episcopum post sequutus, Poenitentiarium Salmanticæ sacerdotium canonicum, ex præcepto synodi tunc primum creatum, atque etiam exacto annorum duodecim intervallo Albæ archidiaconatum suscepit, tenuitque biennio post, nempe kalendis Maii anni MDLXXIX. ætatis autem LXIII. vivis exemptus. Jacet in Salmantini templi sacello, Nicolao præsuli sacro. Ejus omnia opera Joannes Baptista Terranova, Salmantinus typographus, post Lovaniensem omnium *Tridentinarum Orationum*, nova editione simul protulit. Hæc scilicet:

Apologiam pro sacro & oecumenico Concilio Tridentino adversus Joannem Fabricium Montanum ad Germanos. Seorsim hæc prodiit Antuerpiæ 1574. in 8.

Orationem ad Patres habitam in sacro Concilio Tridentino nomine Regis Hispaniarum Philippi II. pro Claudio Quignonio Lunæ Comite. Hæc seorsim Latina cum Martini Godoi de Loaisa, decani Seguntini, quem auctor sibi carum habuit, ad vulgarem Castellæ sermonem translatione simul edita fuit apud Roblesium typographum Compluti anno 1564. in 8. Et cum aliis Tridentinis Lovanii & Parisiis nuper.

Conciones duas habitas ad eamdem Synodum anno MDLXII. alteram Dominica Sanctissimæ Trinitatis; *alteram in Natali D. Hieronymi.* Item *Tres* aliæ *Orationes Romæ ad Pium V. habitæ.* Salmanticæ 1569. in 8. Antuerpiæque apud Plantinum in 8. Lovanii simul cum aliis & Parisiis. Nec tacenda laus, quæ Petro venit, ex commisso illi ut recognosceret, atque ex octo veteribus exemplaribus MSS. emendato (uti Joannes Grialus refert in præfatione editionis Sancti Isidori operum Matritensi) juxtaque emendationem ab eo factam typis mandato, una cum aliis doctoris sanctissimi & sapientissimi operibus, *De Ortu atque obitu Patrum* libello, quem nonnemo præcipue dignitatis scriptor, inique satis, ad alium quemvis pertinere voluit. Noster adhæc in Cypriani, monachi Cistercienfis, quo familiariter Compluti usus est, celeberrimi illius ævi sacrorum librorum interpretis, conscripta in *Psalmos XXXVIII. & CXXX. Commentaria* docte quidem ad Martinum Godoium Loaysam præfatus est: uti & ad Nicolaum, Strigoniæ in Hungaria præsulem, *Orationes* ei duas ab Andrea Duditio, Tininiensi episcopo, regni illius ad synodum procuratore, magno plausu habitas, officii & in auctorem observantiæ causa nuncupans.

PETRUS DE FUNES, Aragonius, laudatur a Lanuza in *Historia Aragonensi* tanquam scriptor antiquus:

De las cosas de la Familia y Casa de Urrea en Aragon.

PETRUS GARCES DE CARIÑENA, Aragonensis, mutuavit forsan a loco natali cognomen istud alterum, & MS. reliquit, antiquarum familiarum observatione plurima refertum, opus sic inscriptum:

Nobiliario. Quod propria manu Hieronymi Suritæ transcriptum Augustinus Morlanes, vir satis in Aragonia clarus olim, nunc autem Cæsaraugustæ comes possidet S. Clementis, teste mihi D. Josepho Dormer in libro suo *S. Laurencio defendido en Huesca*, cap. XII. pag. 226. Meminit hujus commentarii D. Josephus Pellicer in memoriali *De la calidad y servicios de D. Fernando Joseph de los Rios*, fol. 47. num. 11.

PETRUS GARCIA CARRERO, domo Calagurritanus, professione medicus, atque hujus artis doctor, primariusque in Complutensi academia professor, doctrinæ ob excellentiam annumerari his meruit qui salutem Philippi III. ex munere tuebantur: quo loco, & fama non vulgaris doctrinæ, qua æqualium nemini cedebat, ostendit sese dignum editis his lucubrationibus:

Disputationibus nempe *Medicis*, & *Commentariis in I. Fen libri IV. Avicennæ*: *in quibus non solum quæ pertinent ad Theoricam, sed etiam ad praxim, locupletissime reperiuntur.* Quas edidit Petrus Ferriolus, auctoris discipulus, Burdigalæ in officina Guilielmi Milangii 1628. in folio.

Disputationibus Medicis & Commentariis ad Fen 1. *lib.* 1. *Avicennæ*, *hoc est de Febribus.* Compluti apud Joannem Gratianum 1612. Deinde & Burdegalæ 1628. in folio.

Disputationibus tandem *Medicis & Commentariis in omnes libros Galeni de locis affectis.* Compluti 1605. & 1612. in fol. quibus intricatissimas disputationes in omnes hos Galeni libros subtilissime enucleavit, ut ait Zacutus Lusitanus.

PETRUS GARCIA FERNANDEZ, inscribitur libro, cui titulus:

De Navegacion, derrotas y pilotage y anclage de la mar. Quem Gallice editum esse primo a Joanne Marnetio Pictavii, hac inscriptione *Le grand Rotusier*, *pilotage & anchorage de mer*, affirmat Antonius Possevinus lib. XV. *Bibliothecæ* in fine, monetque Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica*, titulo *Bibliothecæ Nauticæ III.*

PETRUS GARCIA DE GALARZA, domo ex oppido Bonilla sacri territorii Conchensis in Seguntinæ academiæ collegio, mox Sal-

Salmanticæ, in D. Bartholomæi toga induta, Philosophum in hac schola professus est, insuperque doctoralis apicis honorem promeruit. Ex Murgitanæ hinc ecclesiæ canonico, ut vocant, Magistrali in Cauriensis ecclesiæ antistitem assumpsit eum Rex noster Philippus II. fama viri permotus, quæ quidem ferebat ubique eum, nec temere, sacrarum literarum peritissimum. Cujus rei testimonium præstant:

Institutionum Evangelicarum libri VIII. ad eumdem Regem Catholicum. Matriti 1579. in 4. Venetiis apud societatem Venetam 1603. in 8. apud Ciotum 1604. in 8. Item tam Latine, quam vernacule:

De Clausura Monialium controversia. Salmanticæ per Guilielmum Fochel 1589. in 4.

Post multa pietatis opera in pontificio munere dispensata, diem vidit extremum pridie nonas Maii anno MDCVI. 1604. dicit *Historia Collegii S. Bartholomæi*, pag. 240.

PETRUS GARCIA DE OLIVA, interpretatus est Julii *Cæsaris Commentaria*, quæ cum hoc titulo edita sunt:

Commentarios de Cesar. Toleti 1570. in 8.

D. PETRUS GARCIA DE OVALLE, Asturicensis, jurisconsultus, & in Pinciana academia professor publicus, edidit:

De Interdicta Clericis venatione disputationem unicam, sive Repetit. ad Tex. in cap. Omnibus de Clerico venatore pro obtinendo Licentiæ gradu compositam, recitatam & illustratam. Vallisoleti 1655. in 4.

PETRUS GARCIA DE TOLEDO, quantumvis in libro sic appellato:

Decisiones extravagantes ex variis Scriptoribus in utroque Jure Lectionibus collectæ, editoque Neapoli 1580. in 4. jurisconsultum se Neapolitanum appellet, formatio nominis, aut patria, aut saltem origine, nostrum esse non ægre persuadet.

F. PETRUS DE GODOY, natus in oppido Estremaduræ, Aldeanueva nuncupato, Dominicanus sodalis, præstantissimi ingenii atque doctrinæ hac nostra ætate vir, Salmanticæ in schola totos viginti quinque annos explanandæ insumpsit Angelici Præceptoris *Summæ Theologicæ*, integramque doctissimis commentariis lustravit atque illustravit; nemini secundus eorum, quos magno numero aluit, suspexitque sacræ scientiæ doctores amplissimum illud lyceum; dignus scilicet quem, post alia domestica munera, domumque Salmantinam Stephano protomartyri sacram integre administratam, Rex Catholicus Philippus IV. concionatoris sui honore jam diu ornatum, ad Oxomensis sedis cathedram obtinendam Alexandro VII. P. M. commendaret. Quam quidem a die XXXI. Martii MDCLXIIII. laudabiliter regit. Edidit jam hoc tempore:

In Tertiam Partem S. Thomæ volumina tria. Primum prodiit Uxamæ anno 1666. secundum ibidem 1667. fol. tertium anno sequenti.

In Primam Partem tomi duo prelo subjecti jam sunt. Ibidem anno.....

In Primam Secundæ. Ibidem 1672. folio. Celebris est hoc tempore *Clypeus Theologicæ Thomisticæ* Joannis Baptistæ Gonet, Galli, ejusdem ordinis Prædicatorum, qui tamen non uno in loco fragmenta se Petri nostri, ne perirent, collegisse ex MSS. schedis, nimirum antequam typis commissæ essent, non dissimulat; nempe tomo II. *De Scientia Dei* disput. VI. art. VII. §. 6. & parte II. *De Incarnatione*, disp. XXIIII. art. I. §. 3.

PETRUS GOMEZ, Lusitanus, Jesuita, ex Japonia insula, ubi diu vixit, Christiani agri custos & cultor, etiam sub Toicosama, illo immanissimo ecclesiæ persequutore, scripsit:

Epistolas, quibus complectitur res gestas annis MDLXXXVI. MDXCIII. & MDXCVIII.

Historiam mortis trium Martyrum e Societatis Jesu, qui anno salutis MDXCVII. in Japonia crucifixi sunt.

Nonnulla etiam *de Rebus Sinensibus.* Præterea lingua & charactere Japonico librum:

De Excellentia & utilitate martyrii, conditionibus ad illud necessariis, intentione, præparatione &c. quo plurimum Christianos ad id subeundum animavit, anno 1598.

Decessit fere octogenarius circa annum MDC.

PETRUS GOMEZ DURAN, patria ex oppido Azuaga magistratus S. Jacobi in Beturia, seu Estremadura, Jacobitarum crucem & regulam in monasterio Sancti Marci Legionensis urbis cum suscepisset, in altero sanctimonialium, Sancti Spiritus ut vocant, Salmanticæ sacerdotium seu beneficium obtinuit, quo tempore scribebat:

Historia universal de la vida y peregrinacion del Hijo de Dios en el Mundo, con las descripciones de los lugares donde estuvo: duabus partibus, quarum primam vidimus Salmanticæ a Didaco Cussio excusam anno 1610. in 4. Hunc inter Lusitanos numerabat Georgius Cardosus, temere quidem, uti plures alios, qui cognominabantur Lusitana, aut Lusitanis communi, nomenclatura.

PETRUS DE GOÑI, Pampilonensis, edidit:

Vi-

Vida de Nuestra Señora. Antuerpiæ 1608. in 8.

D. PETRUS GONZALEZ DE AZEVEDO, Palentinæ dioecesis oppidum, quod appellant la Torre de Mormejon, patriam habuit, Complutum Græcæ Hebraicæque literaturæ, rhetorumque, philosophorumque, ac theologorum disciplinæ gymnasium. Inde ad pastorem seu parochum proprii municipii, moxque ad togatum Ovetensis collegii Salmantinum sodalem provectus, morumque philosophiam ibi professus, inter canonicos Seguntinos, ut sacra Biblia doceret, atque inde inter Placentinos, ut de eadem totaque fidei nostræ ac salutis summa de superiore loco verba ad populum faceret, magna pietatis atque eruditionis commendatione fuit allectus. Majoribus sic se initiasse videtur, nempe infulis Auriensis ecclesiæ, quam superioris sæculi anno LXXXVII. suscepit, necnon & Placentinæ sibi post septennium collocatæ, scripsit:

Elogia Sanctissimæ Mariæ Virginis e sacris monumentis ordinata, cum notis: hoc est, quidquid elogiorum Divæ Virginis in veterum PP. scriptis usquam occurrit. Salmanticæ 1624. 8. Cui operi si adjunxeris *Pietatem Marianam Græcorum* ex Menoeis Græcis ante annos aliquot a Simone Vangnerechio, S. I. Germano, communicari cœptam Latinis hominibus, ingentem ac ditissimum elogiorum & laudum incomparabilis dominæ ac Deiparæ Virginis thesaurum paraveris. Plura alia opera eum reliquisse inedita docet Alphonsus Fernandez in *Annal. Placentiæ* urbis lib. III. cap. XX. Vidimus nos literas Petri Valentiæ, doctissimi viri, ad Azevedum datas, de quibusdam Athenæi locis disputantes, quibus abunde ostenditur cum viro Græcæ eruditionis bene gnaro verba commutari.

Denatus est anno MDCVI. ætatis LXXVII. relicta sui non mediocri fama, & virtutum documentis, munificentiæ imprimis erga sacra loca.

D. PETRUS GONZALEZ BERRUGUETE, Salmanticæ in collegio S. Jacobi ab Archiepiscopo erectore nuncupato sodalis, indeque in Civitatensi ecclesia Magistralis canonicus, edidit:

De Vera forma & modo judicandi in electione dignioris in provisione beneficiorum Curatorum &c. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1624. 4.

PETRUS GONZALEZ GALLARDO, domo ex oppido Frexenal in montibus Marianis Pacensis dioecesis, viginti quinque annos maritimæ ac terrestris per occidentalem Indiam militiæ numerans, jam septuagenarius, quod mirum dixeris, anno Jubilæo sexcentesimo supra millesimum peregrinationem Hierosolymitanam, in puerili adhuc ætate olim conceptam, virili animo arripuit, bienniöque absolvit, ordinis sancti Sepulcri dignitate equestri cohonestatus ibi consueto ritu. Atque a reditu scripsit:

Viage de Gerusalem. Hispali apud Joannem de Leone 1605. in 8.

D. PETRUS GONZALEZ DE GODOY, Latinæ linguæ non vulgari cognitioni Gallicæ ac Italicæ notitiam adjunxit, quo fretus communem fecit nostris hominibus reliquum operis, imperfecti relicti a D. Francisco Antonio Cruzado, scilicet:

La Corte santa del Padre Nicolas Causino de la Compañia de Jesus, el quarto, quinto, sexto, y septimo tomo. adjungens fini sexti:

El Angel de Paz, ejusdem auctoris librum, sed Latinum. Ex qua lingua etiam transtulit:

El Reyno de Dios.

D. PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA, Guadalaxarensis, Eneci Lopezii de Mendoza & Elisabethæ Aragoniæ, Infantatus ducum, filius, Salmantinis datus fuit circa annum MDLX. episcopus; qua dignitate ornatus, nec minus integritate morum, doctrinæ præstantia, & eloquentiæ non vulgaris merito ad Tridentinorum patrum sub Pio IV. P. M. congregatorum synodum se contulit; de cujus historia rebusque suo, hoc est toto hujus ultimæ concilii celebrationis, tempore curiosum formavit commentarium, qui ad res ejus cognoscendas maxime pertinet, adhucque manuscriptus extat. Cui titulus:

Historia del Concilio de Trento de la ultima celebracion del Papa Pio IV. quacum videre est sententiam auctoris in rebus, quæ inter patres conferebantur, dictam.

Denatus fuit X. Septembris MDLXXIV. ætatis suæ LVI. Agit de eo Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Salmantinæ Ecclesiæ*, & Ludovicus Cabrera lib. VI. *Histor. Philippi* II. cap. II.

F. PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA, olim cum e sacro fonte susciperetur Ferdinandus appellatus, e Roderico Gomez de Silva atque Anna Mendoza, Pastranæ ducibus, natus anno septuagesimo primo supra sesquimillesimum: vix minori ætate in famulitio Regis exacta, Franciscanorum induit sibi sodalium gestamen in cœnobio Virgini Mariæ sacro, quod Saliceti sive de la Salceda in Carpentanis vulgo audit, cujus

jus hiſtoriam aliquando in lucem dedit hoc titulo:

Hiſtoria del Monte Celia de Nueſtra Señora de la Salceda. Granatæ 1616. in folio. Vidit quoque D. Thomas Tamajus eidem adſcriptam:

Inſtitucion autentica de la primera Regla de los Ermitaños de la Penitencia y Tercero Orden de S. Franciſco.

Epiſtolam ad Paulum V. Papam circa definitionem Myſterii Immaculatæ Conceptionis. Et:

Literas Paſtorales (cum eſſet jam factus epiſcopus), *quibus ad votum pro Immaculata Conceptione emittendum fideles ſuæ diœceſis adhortatus eſt & favoribus proſequutus*, Cæſaraugustæ 1619. idem ſcripſit. Aſſumpſit is in religionis ingreſſu Petri nomen, in memoriam familiaris ſui, magni Toletani antiſtitis, D. Petri Gonzalez de Mendoza, in Complutenſique domo data literis opera, poſt adminiſtrata plura domi munera, in hiſque vices præfecti generalis in Hiſpania geſtas, præſul primo Oxomenſis, deinde, ante habitas Pontificias literas, archiepiſcopus Granatenſis, anno ſcilicet MDCX. mox MDCXVI. Cæſarauguſtanus, tandemque, ut Salicetanam ſuam domum, quam & pulcherrimis operibus & inſtructiſſima librorum ſupellectile ornaverat, prope haberet, Seguntinus renunciatur epiſcopus: vir ad ſanguinis claritatem munificentia prudentiaque ac dignitate eximius.

Deceſſit anno MDCXXXIX.

PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA, Matritenſis, Societatis Jeſu, ex nobiliſſima iſta ducum Infantatus ſtirpe, & marchionibus de la Guardia. Poſt canonicatum Toletanæ eccleſiæ obitum, eo receptus, collegia Toletanum, Complutenſe, Matritenſe, ac totam provinciam rexit. Romæ quoque aſſiſtens, ut vocant, pro Hiſpania fuit. Ferturque pro munere ſibi injuncto formaſſe:

Informationem brevem pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis. Item:

Tractatum de Matrimonio contrahendo inter Sereniſſimam Infantem Hiſpaniæ Mariam, & Sereniſſimum Principem Walliæ Carolum primogenitum Regis Angliæ. 1623. in folio.

Conciones quoque aliquot.

Migravit e vita octogenarius Matriti IX. Februarii MDCLIX.

D. PETRUS GONZALEZ DE SALZEDO, Naxarenſis natu, e Regiæ curiæ advocato creatus judex Prætorianorum militum, vulgo de las Guardas de Caſtilla; deinde prohibitarum importationum & extractionum, quod munus Juez de Contrabando appellant; criminalium cauſarum triumvir miſſus fuit ad Granatenſem curiam, inde Matritum evocatus ſextumvirum magiſtratus criminalis (Alcalde de Caſa y Corte vocant) exercere juſſus fuit, vir doctrinæ & eruditionis commendatione majoribus dignus. Scripſit enim, poſt exquiſitam Hieronymi de Zevallos & Franciſci Salgadi induſtriam, ejuſdem argumenti, quod iſti olim tractaverunt, opus, quo non parum crevit ornamenti & munimenti doctiſſimorum hominum judicio arduæ ac difficili illius ſtructuræ, nempe:

De Lege Politica, ejuſque naturali exequutione & obligatione tam inter laicos, quam Eccleſiaſticos. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1642. in folio. Inde ſcripſit:

Analecta Juris, ſive ad Hiſpanas Leges in illarum noviſſima Compilatione noviſſime auctas, & Philippi IV. Hiſpaniarum Regis ſacro juſſu, necnon doctiſſimorum Senatorum Joſephi Gonzalez & D. Ferdinandi Pizarro & Orellana cura & ſtudio in unum collectas, Collectanea & Commentaria. Madriti 1643. Hæc prima pars eſt hujus operis.

Theatrum honoris ſeu Commentaria ad Leg. XVI. tit. I. lib. IV. Recopilationis. Matriti apud Bernardum de Villadiego 1672. folio. Vulgari etiam lingua:

Tratado Juridico-Politico del Contrabando. Ibidem apud Didacum Diaz de la Carrera 1654. in 4. Sed ſuccedente intempeſtivo a Gallis bello ſcripſit accurate:

Examen de la Verdad en reſpueſta a los Tratados de los derechos de la Reina Chriſtianiſima ſobre varios eſtados de la Monarquia de Eſpaña. Matriti in folio 1668. Hanc editam Latine vidimus cum hac inſcriptione:

Examen veritatis in Repulſam Tractatus firmantis jura Reginæ Chriſtianiſſimæ in Brabantiam, alioſque ſtatus Hiſpanicæ Monarchiæ, additis, quæ poſt primam editionem novo ſtudio, & labore elucubrarunt Brabantini & Gallici Scriptores: auctore D. Petro Gonzalez de Salzedo, ſupremæ curiæ criminalis ſextumviro. Bruxellis apud Franciſcum Foppens 1673. folio.

Dignidad de las Damas de la Reyna, noticias de ſu origen y honores. Matriti 1671. 4.

Nudricion Real, Reglas o preceptos de como ſe ha de educar a los Reyes mozos deſde los ſiete a los catorce años. Matriti apud Bernardum de Villadiego 1671. in 4.

Vivit nunc ſenator inter ſupremi concilii Caſtellæ patres.

PETRUS GONZALEZ DE LA TORRE, ſacerdos, rectorque eccleſiæ paræcialis oppidi Valdemoro territorii ſacri Toletani, edidit:

Tratado muy util de las obras de miſericordia traducido de Latin en Romance de las

obras

obras del famoso Doctor Alexandro Anglico. Toleti apud Joannem de Villaquiran & Joannem de Ayala 1530. in folio. *Venerabilis* nuncupatione donatur in libri fronte ejus auctor.

PETRUS GOVEO DE VICTORIA, Hispalensis, Jesuitarum sodalis, peregrinatus est in America juvenis, unde fluxit ei scriptum post aliquot annos:

Su Naufragio, y peregrinacion en la costa del Piru. 1610. in 8. Hoc opusculum ipse in Latinum vertit, sed non edidit, lucem (ut æstimavi, cum auctoris beneficio olim legissem,) propter elegantiam videre dignum. Sed interpretationem Latinam habemus Joannis Bisselii *Argonauticorum Americanorum*, sive historia periculorum Petri de Victoria. Monachii 1647. in 12.

Obiit Hispali extra Societatem, fere septuagenarius.

PETRUS DE GRATIA DEI, Catholicorum Regum haraldus, atque item chronographus, reliquit genealogicum opus metricum, quod diversimode solet appellari:

Linages de España por el Rey de armas Gratia Dei: uti vocat Gundisalvus Argote de Molina. Alias: *Libro de Gratia Dei Interprete de las Españas, en el qual se declaran las armas y blasones de España.* Interpretem haraldumque idem munus intellige, nos dicimus Rey de Armas. Versibus, qui auctoris nostri sunt, nescio quis glossam adjunxit; certe glosographus Gratiam Dei in iisdem laudat.

Relacion de la vida del Rey D. Pedro, y su decendencia. MS. extitit in bibliotheca Olivariensi. Alias: *Addiciones a la Historia del Rey D. Pedro con la Decendencia de los Castillas.* MS. in bibliotheca Villumbrosana.

Relacion de la vida del Rey D. Pedro y de su decendencia con Adiciones de D. Diego de Castilla Dean de Toledo: apud Joannem Lucam Cortesium.

Historia de la Genealogia de los Reyes. An diversum, an idem sit cum aliquo ex superioribus, aut quæ sequuntur, nescius sum; plane hoc ejus opus laudatum invenio, nam & certum est scripsisse historiam, quæ:

Historia de Gratia Dei nuncupari solet. Verba Hispana dabo Fr. Ludovici Ariz in *Historiæ Abulensis urbis* quartæ partis fine: *El Coronista Fr. Juan de Arce para la recopilacion de las Coronicas del Rey D. Juan, D. Henrique, y D. Fernando, tuvo necesidad de la Historia de Gratia Dei: y el Doctor Caravajal, Coronista de España, con cedula del Emperador se la entregó, y la juntó con la que él hizo, y quedaron a su hijo Gonzalo Perez.* Hucusque Ariz.

In re genealogica non multum placuisse eum scio viris hujus studii experientissimis, nam Gundisalvus Argote de Molina de eo ait in prologo *Nobilitatis Bæticæ. Gratia Dei, Rey de Armas, escribio en redondillas de muchos linages, que en algunas acerto: en las mas se vio lo poco que sabia.* Hæc ille.

Obiit certe in Zafra, oppido ducatus de Feria. Siquidem hoc refert Rodericus Alvarez Osorio in *Genealogia*, quam ineditam vidimus, *Familiæ de Osorio*, Alvaro Perez Osorio, marchioni de Astorga, nuncupata: *Gratia Dei* (inquit vernacula lingua), *uno de los notables hombres que en nuestros siglos concurrieron destas antiguedades, el qual espiró en mis manos en esta villa de Zafra, a quien el Conde mi Señor* (de Feria scilicet), *maguer niño a la sazon, le mandó hacer toda la honra que a tal varon pertenecia.*

PETRUS GUERRA DE LORCA, Granatæ locum natalem sortitus, oriundus tamen a Veteris Castellæ Santillanensi valle, Herreraque de Ibio, illius oppido, doctor theologus, Granatensisque ecclesiæ canonicus, cum sacra profanaque doctrina perquam esset imbutus, adhibita insuper Latini sermonis eloquentia, utilem in tradenda ratione, qua Arabo-Hispanorum saluti consuleretur, operam in eo libro navavit, quem inscriptione tali foras emisit:

Catacheses Mistogogicæ pro advenis ex secta Mahometana, ad Parochos & Potestates. Matriti 1586. in 4.

PETRUS DE GUEVARA, Belforadensis presbyter, apud quæstores Regios sacram rem gerens, edidit:

Arte general para todas las ciencias en dos instrumentos, recopilada del Arte magna y Arbor scientiæ de Raimundo Lullo. Matriti 1584. Locupletiorque ibidem 1586. in 8.

Nueva Invencion en seis Instrumentos, intitulada, Juego y exercicio de letras de las Serenisimas Infantas D. Isabel y D. Catalina de Austria, con el qual en muy breve tiempo se aprenderá todo el artificio y estilo de las Gramaticas impresas. Matriti in 8. Hispali 1577. in 4.

Escala del entendimiento, en la qual se declaran las tres artes de Grammatica, Dialectica y Rhetorica, y la universal para todas las ciencias. Matriti 1593. in 8.

Nueva y util invencion de aprender Grammatica. Compluti edita est 1565. Hispali apud Alphonsum Barreram 1577. in 4. Matriti apud Alphonsum Gomez 1584. 8. quæ nec diversum forte opus est a superiore. Latine etiam scripsisse hunc audio:

Methodum inventionis & dispositionis & elo-

eloquutionis. Hispali apud Alphonsum de la Barrera 1577.

*Tabulam*que *Grammaticæ.*

In vivis erat anno MDLXXVIII.

PETRUS GUTIERREZ, sacerdos ordinis equestris de Alcantara, dedit in vulgus:

Las Definiciones de la Orden y Cavalleria de Alcantara, con relacion de su origen y de los Maestros, que huvo en ella. Madriti 1576. folio.

PETRUS GUTIERREZ DE AREVALO, pharmacopola Matritensis, scripsit:

Exposiciones sobre las cinco lavaciones y preparaciones del acibar. Madriti typis viduæ Cosmæ Delgado 1614. in 4.

Practica de Boticarios.

PETRUS GUTIERREZ DE PAMANES, poeta & astrologus, opus hujus dedit nuncupationis:

Poesia exegetica; Canciones dodecapodes &c. a Nuestra Señora de la Victoria en su convento de Malaga. Necnon et:

Fantasia Poetica; batalla entre los Titanes y los Dioses. Malacæ apud Joannem Rene 1607. in 8.

PETRUS DE GUZMAN, Abulensis, presbyter Societatis Jesu, vir prudentissimus, & egregiis virtutibus præditus, ut ait *Bibliothecæ* auctor, scripsit docte atque curiose:

Bienes del honesto trabajo, y males de la ociosidad, en ocho discursos. Matriti in typographia Regia 1614. in 4. Hispanicam fecit e Latina Horatii Tursellini:

Vida de S. Francisco Xavier Apostol del Oriente.

PETRUS HENRICUS, refertur mihi scripsisse:

Noble perfecto. Barcinoneque in 8. edidisse.

PETRUS HENRIQUEZ, Granatensis, eques S. Lazari Hierosolymitani, in provincia Principatus ulterioris Neapolitani regni judex, sive proprio verbo Auditor, cum esset scripsit, publicanda ab Hieronymo filio:

Consilia, sive Responsa, & alia septem juris opuscula. Venetiis 1605. in fol. Quibus & sua ipsius quædam consilia adjunxit Hieronymus Henriquez. Valerius certe Andreas in suo *Catalogo clarorum Scriptorum Hispaniæ* nescio an ulterius quid significet laudans Petri Henriquez jurisconsulti *opera omnia* in duos tomos divisa, Venetiis apud heredes Damiani Zenasi 1606. edita.

PETRUS HENRIQUEZ DE ABREU, Lusitanus, scripsit vernacula gentis lingua, ut credimus:

Vida de Santa Quiteria. Testem hujus rei habeo Georgium Cardosum in *Agiologio, XXII.* Maii, lit. b.

PETRUS DE LA HERA, scripsit:

Repertorio del Mundo, particular de las esferas del Cielo, y orbes elementares, y de las significaciones y tiempos correspondientes a su luz y movimiento &c. Matriti 1584. in 4.

PETRUS DE HERRERA, Toletanus, eleganti vernaculo sermone edidit:

Descripcion de la Capilla de Nuestra Señora del Sagrario, que se erigio en la santa Iglesia de Toledo y relacion de la antiguedad de la santa Imagen con las fiestas de su translacion. Matriti 1617. in 4. apud Ludovicum Sanchez.

Translacion del Santisimo Sacramento a la Iglesia Colegial de S. Pedro de la villa de Lerma con la solemnidad y fiesta que tuvo para celebrarla el Cardenal Duque de Lerma. Matriti 1618. in 4.

Jornada del Duque de Alcala a dar la obediencia en nombre de su Magestad a Urbano VIII. Romæ apud Hieronymum Mascardi 1625. in 4.

F. PETRUS DE HERRERA, Thomæ frater, quem eremitæ Augustini parentis asseclæ suum agnoscunt, viri de ordine hoc amplissimo optime meriti, Augustinianus & ipse, inter Americanos degens scripsit lingua Tagala:

Confesionario. Manilæ editum typis Thomæ Pinpin 1636.

Amor de Jesus. Ibidem typis Aloysii Bertranii.

F. PETRUS DE HERRERA, Hispalensis, ordinis fratrum Prædicatorum, in academia Salmantina primum tenuit locum docendi Præceptoris Angelici doctrinam, quo munere ingenti sui cum laude gesto cessit ut ad Canarienses iret, episcopus VII. die Junii MDCXXI. ei ecclesiæ impositus. De quo Dominicus Gravina V. C. in *Voce Turturis* parte II. cap. XXIII. *F. Petrus de Herrera* (inquit), *nunc episcopus Canariensis, scholasticus insignis, novus Ajoth, utraque manu pro dextera utens, in interpretando S. Thoma subtilissimus, & in Scripturis Sacris exponendis profundissimus; cujus innumeræ in scholastica & expositiva theologia lucubrationes, nondum impressæ, manibus omnium teruntur, evolvuntur, avidissime expetuntur.* Hæc ille. Ejus extat:

Tractatus de Trinitate D. Thomæ Aquinatis,

tis, cum commentariis & disputationibus. Papiæ editus a Joanne Bapt. Rubeo 1627. in 4. Hujus quoque MS. vidi volumen justum Matriti apud quemdam Dominicanorum sodalem:

De Conceptione Deiparæ Virginis. In archio Romano totius ordinis ad S. Mariæ supra Minervam sacræ ædis cœnobium servantur, atque editionem spectant, omnia ejus opera, quorum catalogum in *Appendice* forsan dabimus.

PETRUS HIERONYMUS DE APONTE, ab eis, qui Castellanæ nostræ gentis virorum nobilium stemmata & genealogias præcipuo studio persequuntur, veracissimus & diligentissimus earum audit enarrator. Vidimus nos testimonium quoddam ab eo datum de hujusmodi re quadam Matriti xx. die Januarii anno MDLXXV. in quo profitetur ipse notarium se esse, seu tabellionem Regium, & jam a xv. annis Receptorem prætorii Regii Granatensis: ita eos, qui per provincias delegatis Regiorum senatorum vicibus ad probationes accipiendas & alia publica negotia agenda utuntur, vocant. Hoc toto temporis spatio elaborare se ait, ut Regi in manus offerat, librum *Hispani Luciferi* nomine inscriptum, in quo agitur de illustrium & generosorum regni hujus hominum successionibus, quidquid antiquorum omnis generis monumentorum, historiarum scilicet, Regalium privilegiorum, donationum publicarum, templorum ac monasteriorum, erectionum ac donationum, sepulcralium denique titulorum memoria deprehenditur. Necnon ab instrumentis probationum, a litigatoribus in judicio datarum, plura se, ut officialem publicum, didicisse testatur: omnia hæc multi temporis peregrinatione, multa industria & diligentia se collegisse, fructumque ex his operæ factum habere confirmans. Quare ad ejus libri fidem, ut simpliciorem aliis & puriorem, undique provocatur, laudatque eo nomine inter alios Ambrosius Morales in discursu *De los Privilegios*, ante *Historiæ* suæ *Hispaniæ* librum XIII. sive initio ultimi voluminis. Vulgaris fama est jussu & auspiciis id confectum opus V. C. D. Francisci a Bobadilla & Mendoza, S. R. E. cardinalis, episcopi Burgensis, quem summe hoc studio delectatum omnes sciunt. Liber hactenus typographia intactus, sed per varia exempla apographa multiplex factus, nescio an aliquid alienæ manus & ambitionis, ubique se ingerentis, sordium contraxerit. Variat etiam titulus seu libri inscriptio; sed præferamus nos quod vulgare magis est, scilicet:

Lucero de Nobleza, de Pedro Geronimo de Aponte: Carolo Hispaniarum Principi dicatum. Audio tamen opus recognovisse & amplificasse Sancium Bustum de Villegas, Abulensem episcopum, qui tamen, ut ex tabulis notum est hujus ecclesiæ, anno MDLXXXI. hoc est, sexennio vix integro a die superioris testimonii transacto, diem suum obiit. Idem opus est *Genealogias ilustres de las familias mas insignes de España con sus principios, aumentos, divisas, y estados que posseen.* Exemplum quoddam extat in bibliotheca comitis de Villaumbrosa.

PETRUS HIERONYMUS CENEDO, Aragonius, Cæsaraugustæ, ut audio, natus, juris canonici consultissimus, poetaque non vulgaris venæ, cujus epigramma Latinum elegans affixum legimus *Patrocinio Cæsaraugustani Gymnasii* Joannis Gasparis Hortigas; canonicus fuit & prior, seu præfectus, almæ ecclesiæ S. Mariæ del Pilar ejusdem urbis, præstanti vir judicio ac doctrina. Scripsit:

Practicas quæstiones Canonicas & civiles. Quas edidit Hieronymus, auctoris frater, sodalis Prædicatorum, adjungens ex schedis ejusdem manuscriptis:

Centuriam singularium Juris; hoc est, propriam interpretationem quamplurium præpositionum, adverbiorum & dictionum Juris: in qua dictiones aliquas Hieronymus ipse ex propria penu addidit. Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja 1614. in folio.

Collectanea Juris Canonici. Ibidem 1592. fol. Et Venetiis 1596. in 4. Vulgari quoque lingua:

Alegacion sobre el derecho de asentarse y votar en Cortes el Sindico de la Iglesia de Nuestra Señora del Pilar immediatamente despues del de la Metropolitana de Zaragoza. Ibidem 1605. in folio.

PETRUS HIERONYMUS CONTINENTE, ex oppido Azuara regni Aragoniæ, Jesuita, scripsit vernacule:

Predicacion saludable y provechosa en que se muestran los motivos que hay para llamar a los Pecadores al camino de la salud eterna. Cæsaraugustæ apud Didacum Dormer 1652. in 4.

D. PETRUS HIERONYMUS GALTERO, Antiquariensis, poesim sponte musarum, atque ideo felicissime, coluit. Elati ac sublimis ingenii, variæque argumentum eruditionis ab eo datum est, cum ederet:

Elogio al Retrato de la Magestad de Felipe IV. Si demas peregrina quædam verba licenter usurpata, decore atque elegantia non vulgari poematium in 4. Alia quoque poetica elucubravit. Ejusdem credo esse:

Los Discursos sobre el nadar. 1644. Neapo-

poli degebat ante unum aut alterum annum.

PETRUS HIERONYMUS SANCHEZ DE LIZARAZO, Aragonius, domo ex Biel municipio, quod ad dioecefim Pampilonenfem pertinet, decanus & canonicus ecclefiæ Turiafonenfis, facræque theologiæ doctor, præter multiplicis doctrinæ præftantiam, eam difcendi ac docendi methodum commendaturus aliis, quam Raymundus Lullus, Majoricenfis, primus in literas invexit, plura hujus argumenti, aliaque in fpecimen artis Lullianæ a fe utiliter exercitæ elaborata domi habebat, quorum extat:

Methodus generalis & admirabilis ad omnes fcientias facilius & citius addifcendas, in qua eximii & piiffimi Doctoris Raymundi Lulli Ars brevis explicatur, & multis exemplis, variifque quæftionibus ad praxim, quod nunquam factum legitur, apertiffime reducitur. Turiafone 1613. & 1619. in 4. Hifpaneque:

Contra la Soberbia, y contra la Avaricia libros duos edidiffe fertur. Quod poftumum prodiit opus anno 1614. hac, ut credo, infcriptione *Declaracion de la Ley Chriftiana* &c. nam fic infcriptum opus, & hoc ipfo anno editum huic tribui folet. Artem magnam Raymundi fimiliter explanatam & illuftratam, aliofque plufquam triginta diverfarum rerum tractatus prelo, quod propriis fumptibus domi fuæ inftruxerat, propediem fubjecturus erat, nifi mors editioni, curæque intercefliffet; quæ hominem natum, doctrinæque & pietatis merito longiore vita dignum VII. kal. Majas anni MDCXIV. extinxit. Laudat hunc Vincentius Blafcus altero volumine *Aragon. Hiftoriæ*, lib. V. cap. XLVI.

PETRUS HIERONYMUS TARAZONA, doctor juris Valentinus, fcripfit vernacule:

Inftitutions del Furs y Privilegis del Regno de Valencia. Valentiæ apud Petrum de Huete 1580. folio.

PETRUS DE HORTIGOSA, Ocanienfis, Societatis Jefu in urbe Mexicana, quo ad faciendum Evangelicæ fementis fructum olim tranfierat, concionandi munus obivit, collegium ordinis fui rexit, primufque ex Societate Sacram ibi theologiam fuit profeffus. Octogenario major in eodem loco diem vidit poftremum XI. Maii MDCXXVI. Volumina duo prelo matura reliquit in eodem collegio Mexicano *De Selectis* quibufdam *Theologiæ Quæftionibus.* Scripfit idem Latina & clara methodo (quæ verba funt ultimi *Bibliothecæ Societatis* illuftratoris Danielis Sotuelli):

Concilii Mexicani Decreta, Seffiones & Canones. Quibus condendis ipfe unus ex præcipuis theologis interfuit. Opus excufum eft ab illuftriffimo D. Petro de Moya de Contreras, antiftite ac prorege Mexicano, auctoris difcipulo, anno 1627. Mexici in folio.

PETRUS HURTADO DE MENDOZA, Cantaber, ex oppido Valmafeda, presbyter Societatis Jefu, philofophiæ inter fuos Pompejopoli, theologiæ autem Vallifoleti & Salmanticæ profeffor clarus; *cujus indoles, & ingenium* (ait *Bibliothecæ* auctor) *lucent in fcriptis, atque ea vix fine titulo laudis a doctis hujus ætatis viris in teftimonium adducuntur.* Præerat ftudiis in collegio Vallifoletano, cum *Bibliotheca* ifta prodiit in lucem, edideratque:

Commentarios in univerfam Philofophiam. Sexies jam ut minimum recufos, qui ex pofterioribus editionibus ab anno MDCXXIV. auctiores & correctiores prodierunt. *Summulas* certe editas vidimus Salmanticæ 1621.

Commentarios de Fide, Spe & Charitate.

De Incarnatione Verbi divini tomum primum. Antuerpiæ apud Martinum Nutium 1634. in folio. Parareque illo tempore ait Alegambius:

De Incarnatione tomum II. Et:

Commentarios in Primam Partem S. Thomæ. Scimus edidiffe:

Difputationes de Ente tranfnaturali: tomis IV. Tolofæ in 8.

PETRUS HURTADO DE LA VERA, fabulofum opus ex Italico edidit, hoc titulo:

Hiftoria del Principe Erafto hijo del Emperador Diocleciano. Antuerpiæ 1573. in 12. Dedit idem:

Comedia intitulada: Doleria del Sueño del Mundo. Ibidem 1572. Petrus Hurtado de la Vera & anonymus quidam forte idem auctor funt hujus *Comediæ*, quæ in altera editione cum veri auctoris nomine, in altera autem abfque eo prodiit.

D. PETRUS HYACINTUS DE CARDENAS, Cordubenfis eques, fcripfit:

Advertencias, o preceptos del torear. Matriti 1651. 8.

PETRUS DE ILLANA, fcripfit:

Compendio de algunas Antiguedades de Caftilla. MS. ut credimus. Laudat D. Petrus de la Efcalera Guevara in hiftoriæ *Del origen de los Monteros de Efpinofa* cap. IV. Gubernatorem oppidi de Bijuezes, quod oppidum Burgenfium montanorum eft, auctorem vocans.

F. PETRUS DE IRUROSQUI, gente Navarrus, profeffione Dominicanus, almo

huic

huic ordini aggregatus Pompejopoli, Parisiis autem doctor theologus renuntiatus, floruit obiitque Barcinone, in Sacris Scripturis pervolutandis usque eo diligens & assiduus ut lumen oculorum senex amiserit. Ejus extant:

Series totius Evangelii Jesu Christi ex quatuor Evangelistis concinnata. Stellæ Navarrorum 1557. in folio.

In Caput XI. D. Pauli Epistolæ ad Corinthios De Eucharistia commentarius. Cæsaraugustæ in 4. Habentur & Barcinone apud sodales & in collegio Societatis alia in Sacram Scripturam ejusdemmet inedita adhuc volumina, uti sunt:

Commentaria in Pentateuchum & in omnes S. Pauli Epistolas. Floruit circa annum MDLVII.

PETRUS JACOBUS (vulgo JAIME) ESTEVE, natales Morelle, oppido regni Valentini, artis vero medicæ documenta Monspesulano & Parisiensi Gallorum gymnasiis accepta retulit. Excellentia tamen ejusdem professionis, atque in ea partis anatomicæ, quæ secare docet mortuorum corpora, ut vivis etiam prosint inanima, necnon mathematicarum disciplinarum, poetices, ac trium linguarum peritia, inter nos in urbe Valentia atque ejus academia floruit. Quantumvis ipse alicubi queratur se non eo pretio haberi, quo se dignum haud immodeste is, qui supellectilis suæ conscius est, existimare potest, librum enim suum quemdam sic affatur:

Ergo quod invisus maneas, sufferre memento,
Scilicet in patria nemo propheta sua.

Portasse is dicitur in Valentinam suam scholam ex Monspesulana illa Galeni doctrinam, cujus se peritissimum satis demonstravit scribens:

In Hippocratis librum secundum Ἐπιδημιῶν *seu popularium morborum, commentarium.* Valentiæ 1551. Atque iterum apud Gasparem Hurtado 1582. in fol. *Usque eo eruditum* (ait Scotus) *doctisque hominibus gratum ut, vel æmuli, invidia judice, Galeni compilasse scrinia, cujus in hos libros labor temporum injuria intercidisset, jactitarint.* Necnon et:

Nicandri Colophonii Theriaca heroyco carmine reddidit, & *scholiis* explanavit. Valentiæ 1551. antequam Joannis Gorræi in Gallia, Euriciique apud Germanos opera hac in re laudaretur. Joannes tamen Lonicerus, Germanus & ipse, id olim fecerat, oratione tamen soluta. Et quidem, scholiis etiam additis, quæ Coloniæ prodierunt apud Soterum 1531. Gallicis versibus omnia etiam Nicandri opera a Jacobo Grevino Picardo reddita sunt.

PETRUS JACOBUS DE TOLEDO, sive magis DIAZ DE TOLEDO, Petri Toletani, Villæfranchæ marchionis, eo tempore quo Neapolitanis præerat, medicus, in lucem dedit Italico sermone:

Raggionamento del terremoto del nuovo monte, dell' aprimento di terra di Pozzuolo anno MDXXXVIII. e della significatione di essi. Neapoli 1539. in 4.

F. PETRUS JAIMUS (JACOBUM sonat) TRISTAN, ordinis Minorum Sancti Francisci de Paula, laicali habitu professus in Barcinonensi episcopatu, scripsit:

Enchiridion de Varones ilustres de la orden de los Minimos. Teste Montoja in ejusdem ordinis *Historia.* Prodiit Barcinone ex domo Stephani Liberos 1618. in 4.

F. PETRUS DE JESU (cujusnam religiosi ordinis mihi incompertum), edidit:

Acto de contricion y exercicio espiritual que la alma tiene pidiendo a Dios perdon. Matriti apud Didacum Flamenco 1618. in 16.

F. PETRUS A JESU MARIA, alias DE LA SERNA, Hispalensis, ordinis Excalceatorum B. Mariæ de Mercede, provinciæ Conceptionis cum præfectus, tum deinde generalis ut vocant diffinitor, theologus doctissimus, scripsit:

Commentaria in Logicam Aristotelis. Hispali 1624. in 4.

Sufficientiam Concionatorum, quæ ex omnibus coalescit Theologiæ veritatibus, quæ ad fidei Catholicæ cognitionem & verbi divini prædicationem conferunt. Lugduni 1636. 8. Vulgari etiam sermone:

Cielo espiritual trino y uno. Hispali 1633. in 4. Ediderat olim, dum ad collegium S. Laureano martyri sacrum ejusdem patriæ urbis curæ studiorum præesset, Sacramque e primaria cathedra scientiam doceret, priusquam e primigenio ordine, quo censebatur, sacræ Nudipedum reformationis sacramentum diceret:

Estatutos y Constituciones, que an de guardar los Esclavos de Nuestra Señora de la Merced. Hispali ex officina Didaci Perez 1615. in 8. MSS. reliquit, editionique parata, *De Fide, Spe & Charitate in* 1. 2. *D. Thomæ;* alias *in* 2. 2. quæ *commentaria* in cœnobio S. Barbaræ Matritensi custodiri nobis fuit relatum. Item: *In Apocalypsin.* Qui commentarius, ut audio, in lucem jam prodiit hoc ipso anno 1671. quo hæc scribimus. Hispaneque:

Apologetico por los libros de plomo del Sacro Monte de Granada, in 4.

PETRUS DE S. JOANNE PINTO, sodalis ordinis..... scripsit:

Vida espiritual do Home. Olisipone 1633. Cardosus.

PETRUS JOANNES BERENGUER ET MORALES, domo ex oppido Alicante regni Valentini, theologus, bene literis sacris, interpretumque sacrorum, totiusque theologiæ doctrina instructus, rector cum esset parœcialis ecclesiæ oppidi Xixona vocati tribus tomis edidit:

Universal explicacion de los mysterios de nuestra Santa Fe. Valentiæ non ex una officina emanarunt 1608. in fol. & alias. Audio etiam prodiisse in eadem urbe anno 1629. folio.

PETRUS JOANNES MICON, Valentinus ut credo, scripsit:

La Sagrada Pasion de Nuestro Redentor Jesu Christo en Redondillas. Hæc est in *Thesauro sacræ Poesis* Hispano, quem Stephanus quidam de Villalobos edi curavit Toleti 1587. in 8. qui postea recoctus fuit Madriti anno 1604.

PETRUS JOANNES MONZON, Valentinus, patriæ urbis ecclesiæ unus e præpositorum collegio (Pabordres appellat vulgus) qui formandæ literis juventuti vacant ex munere. Propter ingentem studiorum philosophiæ, quam in patria tunc profitebatur, existimationem evocari in Lusitaniam, scholamque academiæ Conimbricensis meruit a Joanne III. Portugalliæ Rege fundatore, ac docendæ philosophiæ una cum Nicolao Gruchio, Parisiensi, operam navare. Scripsit hic:

Compositionem totius Artis Dialecticæ Aristotelis ad usum traductam. Valentiæ 1566.

De Locis apud Aristotelem mathematicis. Eodem anno.

Elementa Arithmeticæ, ad disciplinas omnes, Aristotelæam præsertim Dialecticam ac Philosophiam apprime necessaria, ex Euclide decerpta. Valentiæ apud Petrum de Huete 1569. in 8. apud Joannem Mey 1559. 8.

Tabulas Historiarum omnium temporum, & sæculorum ei adtribuit Petrus Augustinus Morla in præfatione *Emporii Juris*, ubi Valentinos scriptores laudavit.

Enarrationes locupletissimas, & Homilias in Evangelia, quæ Dominicis Adventus leguntur. Valentiæ apud Petrum de Huete 1577. in 8. Quod opus ut conficeret, dato hoc discipulorum precibus, absolutam jam a se alio tempore edendam reliquisse dicitur:

Enarrationem in Evangelicam D. Matthæi Historiam. Quæ inedita mihi videtur remansisse. Meminit Monzonis Gaspar Escolanus lib. v. *Valentinæ Historiæ*, cap. ultimo.

PETRUS JOANNES NUNNESIUS, vulgo NUÑEZ, artium doctor, Valentiæ urbi faustos natales, educationemque in literis Latinis & Græcis, liberaliumque artium studiis optimam debuit; Lutetiæ autem Parisiorum, quo fere nostri omnes illius ætatis homines, quibus in corde erat doctrinæ non vulgaris amor, tanquam ad nundinas disciplinæ omnis contendere solebant, inclytos amœnioris literaturæ ac philosophiæ præceptores Hadrianum Turnebum, Audomarum Talæum, Petrum Ramum & Jacobum Carpentarium, ejus academiæ lumina. Horum exemplo, Græcæ totius ac Latinæ eruditionis instrumento dives, philosophorum veterum, ac præcipue Aristotelis, eorum omnium aliquot jam sæculorum judicio principis, doctrinam in ipsis quæsivit fontibus, ac toto pectore hausit, ut patriæ restitutus uberrimos philosophiæ fructus inter cives suos academiæ professor cooptatus faceret. Cæsaraugustæ etiam, post Valentinum solemne stadium egregie decursum, eamdem scientiam docuit, insignesque discipulos sortitus est; quorum aliquos Andreas Scotus, quem Nunnesius noster in ædibus Antonii Augustini, Tarraconensis præsulis, tunc commorantem, carum in paucis habuit, in elogio ejus non mediocri donatos laude in posterorum memoriam venire voluit. Abhinc Valentiæ in patria, &, cum hanc urbem parum sibi faventem, juvenesque ejus gymnasii oratores per æmulationem sibi passim detrahentes magno cum animi cruciatu expertus fuisset, relicta ea, Barcinone in academia, eloquentiæ præceptis, Græcarumque literarum studio juventutem pluribus annis exercuit, & magno operæ pretio facto ad capessenda majora dimisit. Aliquando tamen schola cedens, privatum otium ac vitæ cælibis, quam elegerat, quietem & tranquillitatem lautiora sibi senex fecit librorum & amicorum consuetudine. Collegerat quippe non parvam librorum, præsertim Græcorum, vim; familiariterque per literas, coramve homines præsentes aut in vicinia doctissimos frequentavit; in Catalonia summos, quos diximus, viros, Tarraconensem antistitem, ejusque domesticum Andream Scotum, uti in Valentiæ suo regno Joannem Baptistam Cardonam, Dertusanum, Josephum Stephanum, Oriolensem episcopos, & Joannem Baptistam Monllorium, canonicum Valentinum, ac summum philosophum. Octogesimo fere ætatis anno is tandem fato functus dicitur IV. idus Martias secundi supra sesquimillesimum: in quo bonas omnes literas ingentem jacturam fecisse communis fuit ejus temporis hominum, qui existimare de hac re idonee poterant, persuasio. Fuit enim, ut verbis Gasparis Scioppii laudem, e

Con-

Consultationibus de Scholarum & studiorum ratione desumptis, *philosophorum & philosophiæ Peripateticæ facile princeps, & interiore Græcarum ac Latinarum literarum notitia, sermonisque elegantia nemini secundus.* Hieronymus item Blancas *in Commentariis rerum Aragonensium*, in Sancio IV. Rege ad annum 1063. virum appellat *in universarum artium studiis scienter versatum, imprimisque politiorum humanitatis interiorumque ac reconditarum literarum peritissimum. Eruditissimum* quoque Nunnesium vocat Ægidius Menagius in *Observationibus & emendationibus ad Diogenem Laertium*, in editione Londinensi 1664. pag. 83. Ea vero quæ ad posteros memoriam ejus honorificenter transmiserunt, vel grammatica, vel rhetorica, vel tandem philosophica sunt. Prioris generis hæc:

Grammatistica, seu de genuina Græcarum literarum pronuntiatione. Cui accessit:

Libellus de mutatione linguæ Græcæ in Latinam. Barcinone per Joannem Cendrat 1589. in 8.

Grammaticæ Græcæ Institutiones.

Phrynichi Epitoma Dictionum Atticarum libros III. sive Eclogam a P. J. Nunnesio integritate restitutam, latine conversam, ejusdemque & Davidis Hoeschelii August. notis, in quibus & aliorum auctorum loca partim emendantur, partim illustrantur auctam. Augustæ Vindelicorum apud Michaelem Mangerum 1601. in 4. Ad Andream Scotum Antuerp. directa anno MDLXXXVI. qui quidem hoc nostri opus Davidi Hoeschelio Augustæ reliquit, ut ipse Hoeschelius ait in dedicatione hujus editionis.

In Procli Chrestomathiam Poeticam notas. Quas una cum ipsa *Chrestomathia* a se versa e Græco in Latinum, atque ad eam suis notis edidit Andreas Scotus in systemate *Observationum humanarum, Nodorum Ciceronianorum* &c. Hannoviæ typis Wekelianis anno 1615. 4. Ubi & ejusdem *notas* edidit ad *Incerti fragmentum de die natali*, quod cum Censorino continentes excudi consuevit.

Epitheta sive apposita e Marco Tullio Cicerone collecta. Valentiæ 1556. in 8. Venetiis 1570. Lugduni 1571. in 8. Coloniæque eodem anno. Barcinone tandem auctiora 1588. in 4. cum accessione *Rationis qua hæc Epithetorum supellex possit varie & copiose exerceri.* Rhetorica autem hæc:

Rhetoricæ Institutiones: libris V. ex Hermogenis methodo, & progymnasticis potissimum Aphtonii. Barcinone 1578. primum, deindeque 1585. apud Jacobum Cendrat, tertiumque locupletiores 1593. apud Sebastianum Cormellas, semper in 8. *felicius quidem aliquanto* (ait Gerardus Joannes Vossius lib. I. *Institutionum Oratoriarum* pag. 178.) *quam a magno rhetore Georgio Trapezuntio id est factum.* Has in vernaculam Hispaniæ linguam transtulit Michael Sebastianus, presbyter, Galvensis rector, olim Nunnesii auditor, anno 1624. quod opus manu dumtaxat vidimus exaratum. Philosophica vero:

De Studio Philosophico, sive de recte conficiendo curriculo Peripateticæ Philosophiæ, deque docentis ac discentis officio Consilium. Hoc Francofurti editum fuit post veteres forte alias editiones in typographia Commeliniana, atque item Lugduni Batavorum 1621. in 8. Accedit:

In Vitam Aristotelis, Ammonii sive Philoponi, seu velis in veterem ejusdem *Vitæ* Latinam interpretationem *Notæ seu scholia.* Typis Lugduno-Batavis Joannis Dieforsi.

Oratio de caussis difficultatis Aristoteleæ, Valentiæ olim habita, atque publicata anno 1558. in 8. atque etiam Francofurti cum aliis duabus ejusdem argumenti 1591. Tria hæc simul excusa sunt quoque Helmstadii typis Jacobi Mulleri anno 1667. in 4. Huic editioni accesserunt vita auctoris (hæc est quæ legitur in Andreæ Scoti *Bibliotheca Hispana*) & Judices lectissimi, qui in aliis deerant.

De Claris Peripateticis liber. Cujus ipse meminit in *Notis* ad superius laudatam *Aristotelis Vitam*; nescio an in hominum lucem prodierit.

In Aristotelis Organum (Perionio & Gruchio interpretibus) *Scholia atque argumenta.*

Anonymi Compendium de Syllogismis. E Græco versum dedit Valentiæ apud Mey 1553.

De Constitutione Artis Dialecticæ. In qua exemplo Galeni docetur ex notione finis cur singula præcepta artis tradantur. Cui adjunxit, ne methodus analytica deterreret brevitate sua lectores, *Commentarium in eamdem.* Valentiæ 1554. in 8. apud Joannem Mey.

Institutionum Physicarum IV. libri priores collecti μεθοδικῶς *ex decretis Aristotelis.* Ibidem eodem anno apud Joannem Mey in 8. Nec diversum esse opus:

Physiologiam credimus, quam ei Scotus attribuit. Mansisse apud heredes, præcipue Hieronymum Nunnesium, fratris senatoris Regii Valentiæ filium, qui & ipse, cum & in professione publica & in possessione bibliothecæ patruo successisset, immatura morte præreptus obiit anno MDCIII. Andreas Scotus refert:

De Usu Logicæ libros toties promissos:

Epitomem τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

In Homerum et:

In Aristotelem observationes. Habemus nos MSS:

De situ Orbis explanationes in Dionysium Afrum a se dictatas. Valentiæ anno MDLXII. Quas

Quas ex codice collegii Jesuitarum Granatensis habuimus.

PETRUS JOANNES OLIVARIUS (vulgo OLIVER); Valentiæ Edetanorum natus, Compluti literarum, & in his Græcarum, rudimenta a Dominico Cretensi, dein Lutetiæ Parisiorum easdem literas Græcas a Jacobo Rhodio, Marci Musuri nepote, didicit. Philosophiam meram, hoc est non sophisticam, avocante eum ab hujus pestiferæ, ut ipse appellat, artis, quæ tunc temporis in ea schola florebat, professoribus, & in recta via manuducente Jacobo Fabro, excepit. Mansit inde in Gallia præcipue, cui non minus debere se quam patrio solo alicubi profitetur. Per triennium quoque diversatus in Georgii Austriaci, Caroli Imperatoris patrui, Leodiensis præsulis, familia, in Angliam etiam & Germaniam, Batavosque necnon & in Hispaniam suam aliquando delatus est. Cujus Hispanicæ peregrinationis, si ejus ita appellare licet qui domicilium alibi gentium fixerat, meminit ipse in Melæ caput primum lib. III. *Annotationibus*, contentionem inter se & Gasparem Contarenum, Venetorum legatum, Balthasaremque, comitem Castillionæum, de fluxu & refluxu maris, quem non bene Aristoteles percepit, Toleti olim habitam referens. Extant ejus, quod sciam, proxime laudati a me:

Pomponii Melæ De Situ Orbis lib. III. una cum auctario annotationum, instaurationeque totius libelli, & castigatione per quam multorum locorum &c. ad Carolum cardinalem Lotaringum. Parisiis 1536. Lugdunique apud Antonium Vincentium 1551. in 8. & Basileæ apud Robertum Winter. 1557. in 4. De hoc opere Andreas Scotus in *Spicilegio* ad eumdem Pomponium, & Isaacus Vossius in præfatione ad eumdem censent. Item:

Scholia in Solini Polyhistora.

De Prophetia & spiritu Prophetico. Basileæ apud Joannem Oporinum 1543. in 4.

Porphirii Isagogem, *Prædicamenta Aristotelis*, *librum de Enuntiatione*, & *Priora resolutoria* castigavit, edendaque Vechelio dedit Parisiis Græce.

Annotationes in Ciceronis opus de Finibus bonorum & malorum. Basileæ 1544. Parisiis 1573.

Scholia in Ciceronis fragmentum de Somno Scipionis. Item: *Summa Capita in Ciceronis Philosophiam moralem*: una cum aliis quibusdam libellis. Basileæ apud Robertum Winter. 1538. Et prius Pictavii 1535. in 4.

Annotationes in secundum Plinii librum. Parisiis apud Vechelium.

Chartam suam Africanam (geographicam intelligo) laudat ipse in fine *Annot. ad Melam.* In editione hic *Pomponii Melæ* Lugdunensi alumnum sese in literis, seu præceptorem potius Christianissimæ Francorum Reginæ appellat. Scripsit etiam:

Dilucidam & claram confirmationem præsentiæ Corporis & Sanguinis Christi in Sacramento Altaris adversus qui auctoritatem Ecclesiæ, Decreta Patrum, Conciliorum generalium, ac Sanctorum Doctorum expositionem rejiciunt. Coloniæ apud Melchiorem Soterium 1553. in 8. Cujus libri mentionem tantum vidimus factam in schedis Alfonsi Ciaconii ad *Bibliothecam Universalem.*

PETRUS JOANNES PERPINIANUS, vulgo PERPIÑAN, Valentinus, ex oppido Elche hujus regni (Melæ Illici, unde Illicitanum sinus apud eumdem), Societatis Jesu presbyter, ad eloquentiam veluti factus. Adimplevisset utique omnes hujus admirabilis & ornatissimæ facultatis numeros, spemque a doctissimo quoque olim conceptam, adequaturum nempe eum summos omnium ætatum oratores, si non egregiam ejus de posteritate benemerendi voluntatem atque optimos præclari muneris labores in medio ætatis & famæ cursu intempestiva mors incidisset. Adolescens enim in Lusitaniæ academia Conimbricensi adulto jam dicendi vigore armatus imitationem veterum, præcipueque Ciceronis, feliciter urgebat, ceterosque omnes, qui propter hoc studium celebrabantur, anteibat. Deinde Romæ in Italia diu hæsit ornatissimi scriptoris, ac disertissimi & copiosissimi oratoris, laudem a summo quoque hujus rei censore consequutus; adeo ut M. Antonius Muretus, nulli eorum secundus, ad Darium Bernardum scribens *Variarum lectionum* lib. XV. cap. I. in neminem alium convenire melius posse illud de Nestore elogium, *cujus ex ore melle dulcior fluebat oratio*, affirmare non dubitaverit. Et Q. Marius Corradus in *Epistola* ad ipsum scripta *plurimarum rerum* in eo *scientiam*, *splendorem orationis, acumen ingenii & omnium studiorum gravitatem & elegantiam* agnoverit. In Gallia demum sibi datam sensit exercendæ suæ artis cum majore adhuc & uberiore hominum fructu copiam, ex quo argumenta Catholicorum dogmatum, quæ jam diu heterodoxi dissertatores omnibus præstigiosæ doctrinæ viribus labefactare sunt conati, miro atque impenetrabili facundiæ robore communiendi & actionibus publicis ad concionem habitis propugnandi nactum se esse locum opportunum conspexit. Repetitæ pluries ab eo contentiosi hujus generis pro vero Dei cultu ac retinenda religione majorum orationes, non sinunt hunc ejus animum & conceptum de Catholica ecclesia quotidie magis benemerendi votum

tum e legentium animis excidere. Quæ eædem, cum aliis hodie extantes, intempestivum magni oratoris obitum, æqualibus adhuc acerbiorem, quod declamantem eum audire iis contigit, posteris etiam, qui vel nunc dimidiam eloquentiæ ejus partem oculis excipimus & amplexamur, ingentem huic studio atque nomini Hispano jacturam attulisse nunquam non persuadebunt.

Orationes, inquam, *duodeviginti*. Romæ, Coloniæ 1573. Leodiique apud Henricum Hovium 1598. in 8. alibique. Quarum hæc argumenta:

I. *De Societate Jesu gymnasiis ac de ejus doctrinæ ratione*, coram Joanne III. Lusitaniæ Rege habita Conimbricæ kal. Octobris MDLV.

II. *Laudatio funebris Ludovici Principis*, ejusdem Joannis III. Regis fratris germani, ibidem dicta eodem anno.

III. IV. & V. quæ trium librorum vicem gerunt, *Laudationis in B. Elisabetham Lusitaniæ Reginam*, anniversariis natalis ejus diebus nonarum Julii annorum MDLVI. MDLVII. & MDLVIII. dictæ.

VI. *De Rhetorica discenda*, Romæ in gymnasio Societatis, cum scholæ rhetoricæ præpositus ad explicandos Tullii Ciceronis *De Oratore* libros se accingeret, pridie nonas Novembris MDLXI.

VII. *De perfecta Doctoris Christiani forma*, Romæ coram aliquot cardinalibus in renovatione studiorum MDLXII.

VIII. *Ad Carolum Borromæum Card. ampliss. & Franciscum Vargam Regis Philippi II. legatum*, Romæ, cum secundum *De Oratore* librum explanaturus esset, mense Septembri eodem anno.

IX. *De Deo Trino & Uno, & Ecclesiæ consensione*, Romæ in sacello pontificio, præsente Pio IV. Sanctissimæ Trinitatis die MDCLXIII.

X. *Ad* eumdem *Pium IV.* P. M. quam dixit in atrio gymnasii Societatis Jesu, cum id ille, beneficii gratiæque causa, humanissime inviseret pridie kal. Aug. MDLXIV.

XI. *Ad Romanam juventutem, de avita dicendi laude recuperanda*, Romæ in eodem gymnasio, cum Aristotelis *Artem Rhetoricam* interpretandam suscepisset, octavo idus Novembris MDLXIIII.

XII. *De retinenda veteri religione & falsa recentium Hæreticorum doctrina rejicienda*, Lugduni in publico Societatis Jesu gymnasio.

XIII. *De eodem argumento*, Parisiis III. non. Julii MDLXVI.

XIV. *De eadem re*, Parisiis XVI. kal. Julii MDLXVI.

XV. *De eadem re*, Parisiis pridie kal. Julii MDLXVI.

XVI. *De eadem re*, ibidem eodem anno XII. kal. Augusti.

XVII. *De eadem re*, ibidem III. idus Augusti ejusdem anni.

XVIII. *De Divina & humana Philosophia discenda*, Parisiis dicta mense Octobri ejusdem anni MDLXVI. Prodierunt etiam Dilingæ 1572. & Romæ ex officina Vincentii Luchini 1565. in 8. Prodiit quoque ejus:

De Vita & moribus B. Elisabethæ Lusitaniæ Reginæ Historia. Coloniæ typis Bernardi Gualteri 1609. in 8.

Decessit alienissimo tempore, cum ad eum salutaris doctrinæ dogmata de loco superiori ostendentem omnis omnium concursus fieret, cum hæreticæ factionis insidias patefaceret, impetum frangeret, tela retunderet, decessit, inquam, florente adhuc ætate, nimis immatura morte, summo ingenio vir, incredibili scientiæ copia, maxima jam apud omnes bene sentientes existimatione & auctoritate, Perpinianus noster ait Paulus Manutius, datis ad Zerbinum Ritium literis, trigesimo sexto scilicet ætatis anno v. kal. Novembris MDLXVI.

PETRUS JOANNES VILLUGA, Valentinus, scripsit, adhuc ut credo ineditum:

Repertorio de todos los caminos de España, hasta agora nunca visto, en el qual hallarán qualquier viage, que convendria andar, provechoso para todos los caminantes, compuesto por Pero Juan Villuga Valenciano anno Domini MDXLV. cum privilegio Imperiali in 4. Hunc titulum habet liber MS. quem inter alios abbatis Laudensis laudat Antonius Sanderus in *Bibliotheca Belgica manuscripta.*

PETRUS JORDANUS URSINUS, Italus forsan origine, Vallisoleti causas defendit, & in academia jus canonicum pomeridianis horis interpretatus est. Inde honorum capessendorum causa in regnum veniens Neapolitanum Regiæ cameræ præsidem, ac postea Collateralis, ut vocant, concilii, regentem etiam in supremo Italicarum rerum Matritensi egit senatu. Quo munere aliquandiu gesto ad magni concilii S. Claræ præfecturam administrandam rediit Neapolim anno MDCXXVI. Ibi edidit:

Tractatum de Successione Feudorum, & maxime Neapolitani regni. Apud Robertum Mollum 1639. in fol. Hæc ex Nicolai Toppii *De Orig. Tribun. Neap.* parte II. lib. III. cap. I. num. 34.

F. PETRUS DE S. JOSEPHO, ex Benavarre, Ripacurtiæ oppido, sodalis Excalceatus eremitarum D. Augustini, vulgari inter domesticos appellatione pictor, ob istius artis

non

non vulgarem peritiam, cognominatus, præstanti vir ingenio & memoria, domus Barcinonenfis olim fuit præfectus, fcripfitque:

Difcurfos morales para Domingos, Miercoles y Viernes de Quarefma. Matriti 1649. in 4. Quos nimirum fermones in ecclefia Ofcenfis Aragoniæ regni urbis olim habuerat.

Sermones para las fieftas de Nueftra Señora. Poftumum prodiit opus Matriti 1652. in 4.

Difcurfos morales para las ferias menores de la Quarefma.

Deceffit is Compluti anno MDCLII.

D. PETRUS JOSEPHUS ORDOÑEZ, Cæfarauguftanus, utriufque juris doctor, nobiliffimam & utiliffimam ornavit Spartam fcribens:

Monumento triunfal de la piedad Catolica tocante al recogimiento de los Pobres. Cæfarauguftæ 1672. in 4. Matriti 1673. in 8. apud Lucam de Bedmar.

D. PETRUS JUNCO, Afturicenfis natu, in Lucenfi ecclefia archidiaconus de Deza & canonicus, in lucem dedit:

Fundacion, nombres, y armas de la ciudad de Aftorga. Matriti 1639. in 4. Audio exaraffe eum aliud opus hoc argumento & infcriptione:

Del Origen de las armas y fellos de los Reyes de Efpaña. Quod quidem apud Petrum Garfiam de Sorriba, presbyterum, familiarem olim auctoris, manfiffe aliunde nobis relatum fuit.

Denatus eft anno MDCLII.

F. PETRUS DE LEDESMA, Salmantinus, Dominicanorum familiæ in patriæ urbis monafterio adfcriptus, per quadraginta ferme annos, cum in cœnobiis Segovienfi & Abulenfi, tum in Salmantino gymnafio Durandi, S. Thomæ, ac Vefperorum (fic appellant) cathedris impofitus, Sancti hujus & Angelici Præceptoris theologiam infatigabili ftudio, egregiifque ingenio ac induftria, interpretatus eft. Cujus hæc opera in lucem prodierunt:

De Divina perfectione, infinitate & magnitudine, circa illa verba, Ego fum qui fum, Exodi III. Cui adhæret tractatus *De Perfectione actus effendi creati.* Salmanticæ 1569. in folio.

De magno Matrimonii Sacramento, ad Angelicum Doctorem in quibufdam quæftionibus Additionum ad Tertiam Partem. Salmanticæ 1592. in fol. Venetiis apud M. Antonium Zaltenium 1595. in 4.

De Divinæ gratiæ auxiliis circa illa verba Ifaiæ XXVI. Omnia opera noftra operatus es in nobis, Domine. Salmanticæ 1611. Idiomate autem Hifpano, pro commentario in *Secundam fecundæ* partis ejufdem Angelici Magiftri.

Summa, duabus partibus: cujus ultimæ additiones primum prodierunt anno 1615. Edita fuit ipfa *Summa* Salmanticæ 1608. fol. Coloniæque 1618. in 4. Hanc in Latinum vertit Nicolaus Janfenius.

Obiit diem fuum Septembri menfe anni MDCXVI. Cujus meminit Monopolitanus epifcopus in *Hiftoria Prædicatorum*, IV. parte lib. IV. cap. 11. *Virum* quoque eum *eminentiffimum* appellat Antoninus Diana, amicus nofter, ad immortalem quietem ante paucos annos e vivis translatus.

D. PETRUS DE LLERENA BRACAMONTE, domo ex oppido Burgenfis diœcefis, eoque ob cives fuos Regii corporis ex veteri privilegio cuftodes (Efpinofa de los Monteros ideo audit) non parum fplendido, Petri Llerenæ filius, Regii apud Popaiañum Americæ meridionalis gazophylazii præfecti, juris canonici, ut vocant, licentiatus, cum inter feria ftudia mufis feliciter, nec femel, facris vacaret, in lucem emifit:

Paraphrafim poeticam Latinam in Canticum canticorum Salomonis, Threnos Hieremiæ, & Canticum Magnificat, elegis verfibus: ad D. Laurentium Ramirez de Prado, Regium fenatorem. Matriti 1631. 4. Meminit hujus inter viros Efpinofa oriundos, qui laudem, five literis, five negotio bellico aulicove ufquam meruerunt, D. Petrus de la Efcalera Guevara *en el Origen de los Monteros de Efpinofa*, fecunda parte, cap. IX.

Deceffit tandem creatus inquifitor Apoftolicus, apud Ellerenam oppidum hoc munere defuncturus, fuperiore anno MDC......

F. PETRUS LOPEZ, Lufitanus forfan (cujufnam fit inftituti nondum legimus), fertur auctor:

De la Vida del Condeftable Nuño Alvarez Pereira.

PETRUS LOPEZ, Lufitanus, Avifienfis, primas literas & philofophiam Eboræ doctus, uti apud Salmanticenfes inde medicinam, verfibus & quidem elegantiffimis Latinis fcripfit ad Lucretii exemplum:

Poefim Philofophicam, in fex libros digeftam, de totidem rebus, quas Phyfici non naturales vocant. Primus nempe eft *De Aere.* II. *De Motu & quiete.* III. *De Somno & vigilia.* IV. *De Inanitione & repletione.* V. *De Animi paffionibus.* VI. *De Potu & alimento.* Conimbricæ apud Nicolaum Carvalho 1618. in 4.

Flo-

Flosculum Medicinæ. Olisipone 1628. adjungit Cardosus in schedis; sed Lindanus *De Scriptis Medicis* agens meminit editionis Olisiponensis anni 1620. in 8. & alterius Malacitanæ 1635. in 4. Cuinam autem de patria Lopii credemus, eine qui Portuensem, Lindanove qui Portalegrensem vocant? Certe si unus est horum duorum operum auctor Avisiensem sese ipse appellare fecit in operis titulo, quocum Georgio Cardoso convenit. Vereor tamen ne alterius sit auctoris *Flosculus Medicinæ* laudatus; nam Petro Lopez Santiago video id opus a nonnemine attributum, qui forte Portalegrensis, noster autem Avisiensis fuerint.

PETRUS LOPEZ, qui Diaconi appellatione dignosci voluit, edidit:

Glossa para declaracion de algunas de las rubricas, ritos, y ceremonias del Misal de Clemente VIII. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1607. in 8.

F. PETRUS LOPEZ DE ALTUNA, Segoviensis, ex sacro ordine Sanctissimæ Trinitatis, qui captivos ex instituto redimit, officium facturus pro commisso sibi chronographi generalis munere, dedit in publicum:

Primera parte de la Chronica general del orden de la Santissima Trinidad redencion de cautivos. Segoviæ apud Didacum Diez Escalante 1637. in fol. Alteram destinabat referendis sacrarum ædium & monasteriorum ejusdem ordinis erectionibus, piisque in eumdem Summorum Pontificum ac Regum liberalibus collationibus.

PETRUS LOPEZ HENRIQUEZ DE CALATAYUD, Pincianus decurio, in eadem urbe natus, postquam ei res militaris bene olim successisset, ingenii vires & industriam experiri amans, Hispano vertit carmine Ludovici Dulcis poema Italicum:

Del Nacimiento y primeras empresas del Conde Orlando. Pinciæ 1585. in 4. & 1594.

PETRUS LOPEZ DE LEON, Carthagine Indorum Americanorum chirurgiam exercens, conscripsit Hispali editum opus hoc titulo:

Practica y theorica de los apostemas en general, y particular; questiones y practicas de Cirugia, y heridas, llagas y otras cosas nuevas y particulares, Primera Parte. Simulque: *Segunda Parte del agregado de la Cirugia theorica y practica.* 1628. in folio.

PETRUS LOPEZ DE MONTOYA, Bæticus, Xereciensis collegiatæ ecclesiæ canonicus, scripsit:

De Recto usu divitiarum, in 4. editum.

PETRUS LOPEZ SANTIAGO, medicus Lusitanus, edidit:

Flosculum Medicinæ. Malacæ. Hunc diversum existimamus a Petro Lopez, Avisiensi, medico etiam, qui alia scripsit, maleque utrumque, quasi unus & idem sit, a Lindano confundi in opere suo *De Scriptis Medicis.*

PETRUS LOPEZ DE SOUSA, Lusitanus, vernacula lingua dedit:

A Historia do primeiro cerco de Dio, que os Turcos posserão a esta fortaleza. Conimbricæ 1555.

PETRUS LOPEZ DE ZAMORA, regni Navarræ, uti se appellat, protoveterinarius, qui cum communicasset de hac arte curandi equos cum Ludovico de Caceres, & Ambrosio quodam, ac Didaco de la Reyna, Ferdinandi Regis Catholici ab eodem ministerio famulis, iique nullo edito de hac re monumento decessissent, prodire ipse fecit:

Libro de Albeiteria. Lucronii 1588. in fol.

F. PETRUS DE LORCA, Bellomontanus, Cisterciensis monachus, in Salmantinoque ordinis collegio primus sodalis, hoc institutum in Deiparæ Virginis monasterio, cui nomen a Vallebona inditum est, olim professus, diu inter Complutenses doctor theologus, primariæque Scoti cathedræ moderator, principem doctrinæ atque eruditionis locum tenuit: quem & sodales super familiam integram, tot a se meritis honestatam, ut præfecti munere quidquid Cisterciensium est intra Hispaniam regeret, imponere aliquando non dubitarunt. Seria, hoc est sacra, studia eloquentiæ laude, quam & humaniores disciplinas in juventute avide arripuerat, non parum ornavit; quamquam diutino, ut ille de se modeste ait, scholastici sermonis usu aruerint eloquentiæ flores, aut sentibus & rubis implicati sint atque asperati. Adhæc poetica hominis facultas in eo se prodit nuncupatorio ad *D. Thomam commentariorum* poematio, quod priori volumini *Primæ Secundæ* partis, atque alio epigrammate, quod posteriori præfixum est. Cujus, quæ vivus in re theologica doctissime elucubravit, ediditque foras, monumenta hæc nota omnibus sunt:

Commentaria & disputationes in universam Primam Secundæ Sancti Thomæ: duobus voluminibus. Compluti apud viduam Joannis Gratiani 1609. in fol. Prior tomus complectitur tres sectiones: *De Ultimo fine. De Beatitudine & actibus humanis. De Habitibus.* Posterior vero alias tres: *De Vitiis & peccatis.*

De Legibus. De Gratia. Poſtuma nuper ab auctoris morte prodierunt:

Commentaria & Diſputationes in Secundam Secundæ D. Thomæ. Matriti apud Ludovicum Sanchez, Regium typographum, 1614. fol. Opus continet tres ſectiones:

Prima eſt De Fide. Cui adjungitur:

De Locis Catholicis ſcholaſticarum diſputationum liber primus. Quod quidem opus eruditione plenum, atque in ſex libros ex deſtinatione auctoris contribuendum, hac tantum parte, libroque, qui *De Sacra Scriptura* inſcribitur, abſolvit; ſecundo, quem de *Divinis traditionibus* appellabat, immortuus fuit.

II. De Spe.

III. De Charitate.

De Notis Eccleſiæ. in fol. apud eumdem Ludovicum Sanchez.

In Tertiam Partem D. Thomæ De Incarnatione volumen unum. Compluti apud viduam Andreæ Sanchez 1616. fol. Hæc tria poſteriora opera edidit Dionyſius Cuchus, etiam Ciſtercienſis, theologus, qui publicaturum ſe jam eo tempore ajebat ejuſdem volumina alia tria: *I. De Sacramentis in genere. II. De Euchariſtia & Pœnitentia. III. In Primam Partem S. Thomæ*: quod præcipuas hujus partis materias complecteretur. Item Chryſoſtomus Henriquez in *Phœnice* habere ſe reliquit ſcriptum hujuſmet auctoris tractatum: *Contra eos, qui extinguere conabantur Ordines aliquos nove in Hiſpania exortos*, veluti Auguſtinianos, quos vocant Recollectos, Trinitarios Excalceatos, Clericos Regulares Minores, Mercenarioſque Reformatos, quem ſupremo Caſtellæ ſenatui exhibuiſſe eum affirmat.

Denatus eſt Compluti duos ſuper quinquaginta annos natus, Chriſtiani ſæculi MDCVI. Vitam ejus volumini *De Incarnatione* præfixit Dionyſius is, quem antea laudavimus propter editionem quorumdam Lorcæ operum, Cuchus.

D. PETRUS DE LOSADA, Giennenſis eccleſiæ canonicus, ſcripſit:

Defenſionem Apologeticam pro unico Divi Jacobi in univerſam Hiſpaniam patronatu. Giennii 1628. in fol.

PETRUS LUDOVICUS, patria Valentinus, Societatis Jeſu presbyter, in Luſitania atque Eborenſi urbe per viginti circiter annos Divi Thomæ interpres, ſcripſiſſe refertur:

Commentarios in Tertiam partem Sancti præceptoris, de Incarnatione.

In Primam quoque *partem, de Angelis*, tom. 1. Quorum ſpem olim fecerat.

D. PETRUS DE LUGO, ſcripſiſſe dicitur, atque edidiſſe ante paucos annos:

Vigilia del Sueño (ignoti mihi argumenti). Circa annum ſcilicet 1664.

PETRUS LUXAN, Hiſpalenſis, domeſticus, ut ſuſpicor, D. Joannis Claros de Guzman, Aragoniæ proregis, ſcripſit:

Coloquios matrimoniales, en que ſe trata como ſe an de aver entre ſi los caſados, y conſervar en paz, criar ſus hijos, y gobernar ſu caſa. Compluti apud Sebaſtianum Martinez 1579. in 8. Cæſarauguſtæ 1589. in 8.

F. PETRUS MACHADO, ex provincia Eſtremadura oriundus, ordinis Deiparæ Virginis de Mercede, cujus Caſtellanam provinciam aliquando rexit, in Salmantinæ urbis gymnaſio philoſophiam naturalem profeſſus fuit, ad ingenii acumen, multa ſacrarum literarum peritia, necnon & mathematicarum artium, Græcæque Hebraicæque linguarum cognitione locuples, ſcripſit:

Expoſitionem literalem & moralem omnium Evangeliorum, quæ ab Eccleſia proponuntur: tribus voluminibus. Burgis 1604. in folio. Moguntiæque apud Burchardum Kuick 1609. in 8. Hujus operis pars illa eſt, ut credo, quæ ſub nomine *Annuli Chriſtiani*, ſive *Exegeſeos moralis & literalis in Evangelia per Adventum*, Moguntiæ prodiit 1608. in 8. & Coloniæ 1612. in 8.

Florebat circa annum Chriſtianum MDCVI. Luſitaniæ hunc vindicant, cognominis forſan argumento, quod debile admodum eſt, Luſitani.

PETRUS DE MADARIAGA, Cantaber, edidit:

Honra de Eſcrivanos; Arte para eſcrivir bien preſto; Ortographia de la pluma. Valentiæ apud Joannem Mey 1565. in 8.

F. PETRUS DE MAGALLAENS, Luſitanus, ordinis S. Dominici, ſacræ theologiæ magiſter, Apoſtolicis rerum Fidei judicibus a conſiliis, edidit:

Tractatum Theologicum De Scientia Dei ad quæſtionem XIV. Primæ Partis S. Thomæ in duas partes diſtributum; unam de ſcientia citra futura, alteram de ſcientia circa futura; cum deductione prædeſtinationis ante & poſt præſcientiam. Oliſipone apud Joannem a Coſta 1666. in 4. Editioni paratus eſt Romæ:

Tractatus ſecundus Theologicus de prædeſtinationis exequutione in duas partes diſtributus, unam de efficacia, alteram de neceſſitate gratiæ. Audio tamen editum jam in Portugallia. Præter hos:

Tractatus quoque *tertius De Voluntate præde-*

destinationis, *essentia & existentia*, *& de Trinitate*. Item:

Tomus quartus de singularibus resolutionibus in universam Theologiam S. Thomæ: aut propediem edentur, aut editi jam sunt.

PETRUS DE MAGALLAENS GANDAVO, Lusitanus, edidit, quam commendat Antonius Leo noster in *Bibliotheca Indica*:

Historia da Provincia de Santa Cruz, a que vulgarmente chamamos Brasil. Olisipone apud Antonium Gonzalez 1579. 4.

Ortografia Portuguesa adjungit Cardosus in schedis, sive *Regras que insinaõ a escrever*. Olisipone 1574. Laudatumque ait fuisse auctorem a Ludovico Camoesio, summo poeta, in quibusdam (ut vocat vulgaris usus) tercetis; sed idem ait tractatum ejus *Do Brasil seus ritos, e costumes* &c. MS. servari:

PETRUS DE MAGAROLA, Catalanus, ex priore S. Annæ Barcinonensis trium ecclesiarum suæ provinciæ hoc ordine episcopus, Elnensis, Vicensis, Ilerdensis, scripsit:

Breve Epitome de la Imagen de Nuestra Señora de la Vitoria del lugar de Tuyr. Item:

Milagros de la Inmaculada Concepcion: Circa annum 1626. ut ex Petro Alba in *Appendice Militiæ Conceptionis* accepimus.

Obiit anno MDCXXXIIII. aut sequenti.

F. PETRUS MALDONADO, Hispalensis, genere nobilis, quippe D. Melchioris Maldonati, equitis D. Jacobi, ac D. Mariæ de la Barrera filius, ex sacerdote Societatis aliquot ante mortem annis Augustinianus sodalis factus, opere concionatorio claruit, multaque rerum divinarum ac profanarum prudentia & doctrina. Non vulgare illud adjungam: fratrem eum aliorum septem utriusque sexus, qui omnes religioso instituto dederunt nomen, extitisse; quorum unius sororis Mariæ a Purificatione, alias Leonoræ a Saavedra, *Chronicon* meminit *Dominicanum* in fundatione Sanctæ Mariæ de Gratia Hispalensis. Scripsit, ediditque vivus:

Lectiones sacras in Primam Canonicam D. Joannis Epistolam: ad Joannem Baptistam Centurionem, Estepæ marchionem. Olisipone 1609. apud Antonium Alvarez in 8. Quibus adnectuntur:

Commentaria in Davidis Psalmos XXVII. *priores, qui artificium sacri Scriptoris, œconomiamque illorum cujusque aperiunt*. Hispane etiam:

Primera parte del Consuelo de Justos. Ibidem 1609. 4.

Traza y exercicios de un Oratorio. Ibidem eodem anno. At postumum prodiit opus Melchioris fratris, Josephique ex eo nepotis cura:

Libro espiritual, que sirve para la leccion y meditacion. Hispali apud Ludovicum Stupiñan 1631. 16. Ejusdem Josephi beneficio manuscriptum apud me est Christianæ prudentiæ ac politices penu, libellus nempe, *Avisos al Privado* nuncupatus, ducique Lermæ, cujus in magna gratia floruit, oblatus.

Desiit esse inter vivos Hispali anno MDCXIV. ætatis XXXVIII. Anonymi Augustiniani nomine qui circumfertur, libellus nostri est procul dubio, *Discurso del Coro y oficio divino*: ad Elviram Maldonatam, sacram Deo virginem in monasterio S. Leandri. Hispali 1606. 8.

PETRUS MALFERIT, Barcinonensis patricius, jurisconsultus, cum displicerent ei quædam lecta in episcopi Chiapensis *Confessionario*, scripsit, obtulitque Maximiliano Austriaco, tunc archiduci & Hispaniæ, pro Carolo V. gubernatori, copiosum quoddam & non indoctum consilium, sive, uti appellat ipse:

Apologeticum Juris responsum pro justitia Regum Catholicorum in occupatione Indiarum. Quod extat inter *Consilia* Jacobi Mandeli Albani volumine secundo, & est numero DCCLXIX. Hujus meminit Joannes Jacobus Frisius in *Supplemento Gesnerianæ Bibliothecæ*, appellat tamen patricium Balearem; uti & Bartholomæus Albornoz, lib. II. *de los Contratos* tit. III. qui Matthæum, non Petrum, vocat. Matthæus quoque Malferit laudatur alicubi ex *Additionibus ad Matthæum Palmerium*. Forte cognominatus fuit Petrus Matthæus Malferit.

F. PETRUS MALON DE CHAIDE, parentibus natus Navarris e Cascante oppido, sodalibus Eremitis Divi Augustini Salmanticæ annumeratus, sacræ theologiæ magister, cujus quidem sacræ scientiæ, domesticus Cæsaraugustanorum dum esset, in ejusdem urbis gymnasio, atque item Oscæ, publicus fuit professor. Elegans ac disertus utroque sermone Hispano, pede libero ligatoque, scripsit eleganter:

De la Conversion de la Magdalena, en que se ponen los tres estados que tuvo, de pecadora, de penitente y de gracia. Compluti 1596. in 8. & 1603. Barcinone 1588. in 8.

De Sancto Petro Apostolo tractatum Petro Maloni attribuit *Anastasis Augustiniana* Thomæ Gratiani, ut lego in *Bibliotheca Pontificia*.

PETRUS MANCEBO AGUADO, medi-

dicus doctor Hiſpalenſis, in ea urbe medicinam fecit. Ejus eſt:

Un Tratado de la eſſencia de la melencolia, de ſu aſiento, cauſas, ſeñales y curacion. Xerezii 1626. & Hiſpali 1636. 4.

Obiit Hiſpali.

F. PETRUS MANERO, Aragonius, Cariñena oppido oriundus, Franciſcanorum ſodalis, poſt decurſa Oſcæ inter ſuos docendi ſtudia, quæ ad lectoris, ut vocant, jubilati, ſeu emeriti, honorem ſuſcipiendum neceſſaria ſunt, adminiſtratamque cœnobii Cæſaraugustani, in quo admiſſus fuerat ad hunc ordinem, & collegii ejuſdem urbis, quod a S. Didaco nuncupatur, præfecturam, Joanni de Neapoli, miniſtro generali, a ſecretis, Aragoniæ ſuæ provinciæ præfectus, generalis diffinitor, ultramontanæ ſuæ familiæ vice-commiſſarius generalis fuit. Tandem Romæ in comitiis totius ordinis generalibus ſummam illius poteſtatem ſuſcepit. Quo munere functus Turiaſonenſi eccleſiæ ſponſus xxxi. Januarii MDLVI. dari promeruit. Eleganter admodum ingenioſeque ſcripſit vernacula lingua:

Vida de la Sereniſima Señora Doña Juana de Valois Reina de Francia fundadora de la Religion de la Anunciata de la Virgen Nueſtra Señora. Madriti in typographia Regia 1654. in 4. Idem *Apologeticum Tertulliani* doctiſſimum vulgarem noſtris hominibus fieri amans dedit:

Apologia de Quinto Septimio Florente Tertulliano contra los Gentiles en defenſa de los Chriſtianos. Quam præcedit *Una Prefacion a la Apologia y a todas las obras de Tertulliano.* Cæſarauguſtæ apud Didacum Dormer 1644. in 4. & 1656.

Ceſſit e vita fere ſexagenarius anno MDCLX.

D. PETRUS MANRIQUE, eccleſiæ Toletanæ canonicus, dedit in publicum:

Translacion del Cuerpo del Bienaventurado S. Eugenio Arzobiſpo de Toledo deſde Francia a eſta Igleſia. 1566. apud Michaelem Ferrerium.

PETRUS MANRIQUE, neſcio quis, a ſuperiore diverſus ac ſemiſæculo inferior, ſcripſit:

De la Oracion, y de ayudar a bien morir. Madriti 1615.

Aparejos para adminiſtrar el Sacramento de la Penitencia con mas facilidad y fruto. Mediolani apud Malateſtam 1604. in 4. Qui liber licentiati (ut vocat idiotiſmus ſcholæ) D. Petri Manrique annotatum habet nomen in fronte. Extant quoque eidem homini, alterive ſimiliter appellato, inſcripta:

Sacra Tempe, ſeu de ſacro ſeceſſu exempla. Ingolſtadii 1622. in 12. Laudatur & ſub eadem nomenclatura archetypus, ut ſuſpicor, ſuperioris Latini operis:

El Tratado de Devocion, editus 1616. in 16. niſi a ſuperiore *de Oratione* diſtinctus non ſit.

F. PETRUS MANRIQUE, Franciſcanus, Daza auctore, ſcripſit:

De Conceptione Virginis Deiparæ.

PETRUS MANTUANUS, a patria forſan Matritenſi, quam vulgo credunt Carpentanorum Mantuam, ſic appellatus, quem tamen Thomas Tamajus Malacitanum affirmat in *Collectione librorum Hiſpanorum.* Joanni Ferdinando Velaſquio, magno Caſtellæ coneſtabili, viro literis & prudentia, reipublicæque optime geſtæ fama clariſſimo, a ſecretis fuit, ſingulari & ipſe eruditione, exquiſitiſſimaque totius hiſtoriæ cognitione, ac mira vi memoriæ præſtans. Dedit foras:

Caſamientos de Eſpaña y Francia, y Viaje del Duque de Lerma. Matriti 1618. in 4.

Advertencias a la Hiſtoria de Juan de Mariana. Mediolani 1611. 4. Deinde Madriti Regiis typis 1613. in 4. cum hac nota: *En eſta ſegunda edicion va añadida la reſpueſta a todas las dificultades, que puſo el Padre Juan de Mariana a los Diſcurſos que prueban la venida de Santiago a Eſpaña, ſacados de la Libreria del Condeſtable de Caſtilla; y tambien ſe reſponde al Padre Juan de Pineda en lo que eſcribio en ſu libro de Rebus Salomonis de la venida de Nabuchodonoſor.* In quo argumento egregium ſortitus eſt antagoniſtam Thomam Tamajum, qui pro Mariana ſtrenue decertavit, edito adverſus Mantuani has notas libello apollogetico pro Joanne Mariana. Ex archio & bibliotheca inſtructiſſima heri ſui, quam ſucceſſores alienare minime debuerunt, emiſit in lucem hujus argumenti & inſcriptionis librum, qui multa continet ſcitu digna de illo ævo, quo fuit ſcriptus, maximaſque Petri Ferdinandi a Velaſco, magni quoque conneſtabilis, ejuſdemque nobiliſſimæ familiæ, laudes. Inſcriptio operis:

Seguro de Tordeſillas por el buen Conde de Haro, y ſu vida, y origen de los Velaſcos. Mediolani 1611. in folio.

Obiit Madriti ſub Quadrageſimam anni MDCLVI.

PETRUS MARCUS MARTI, Valentinus, canonici juris interpres ordinarius in academia Ilerdenſi, edidit:

Ad Judicium Salomonis interpretationem ſuper textum in Cap. Afferte mihi gladium,

De

De præsumptionibus. Barcinone apud Hubertum Gotart 1585. in 8.

PETRUS MARGALLO, Lusitanus, Elvensis, theologus, doctorque Parisinus, ad D. Bartholomæi Salmanticæ sodalis cum esset, circa annum MDXX. allectus, morum philosophiam, ex cathedra huic scientiæ destinata, pluraque alia extra ordinem docuit. Porro ad veterem hanc professionem juris artem adjunxit, quo utroque eum nomine (nam & theologiæ Sacræ, jurisque Pontificii doctor fuerat renuntiatus) Joannes Vasæus, in recensendis his, a quibus se ad conficiendum *Hispaniæ Chronicon* adjutum, libris & aliis vetusti ævi monumentis profitetur, *philosophiæ, jurisque Pontificii, theologiæque consultissimum* vocat. Post aliquot annos novæ sodalitati, quam Didacus Ramirezius Villascusanus, Conchensis episcopus, per eos dies erigebat, quod Conchense nunc est collegium, ejusdem gymnasii Salmanticensis tota Hispania illustrissimum, adjudicatur. Hoc loco novis alumnis diu præfuit potestate & exemplo, quousque a Joanne Rege III. in Lusitaniam evocatus, locum in supremo senatu, simulque in Eborensis ecclesiæ collegio sacro sacerdotium obtinuit. Hujus tanti viri dumtaxat possidemus:

Physices Compendium. Salmanticæ 1520. folio, eleganti epigrammate ab Ario Barbosa commendatum. Item:

Collectorium de Horis Canonicis, Censuris Ecclesiasticis & Indulgentiis, cum explicatione Tit. de Celebratione Missarum. Ibidem 1528. in 8.

F. PETRUS DE SANCTA MARIA, Malacitanus, sodalis fratrum Minorum ex Discalceatorum seu Reformatorum secta provinciæ Granatensis, edidit:

Manual de Sacerdotes, y espejo del Christiano, que trata de la significacion de las ceremonias de la Misa. Granatæ apud Sebastianum de Mena 1598. in 4. Ex hoc uno eodemque opere tria fecit Lucas Waddingus.

F. PETRUS DE SANCTA MARIA, Lusitanus, canonicus ordinis S. Joannis Evangelistæ, qui proprius Portugalliæ regni est, scripsit:

Ordem e Regimento da Vida Christaã e hum Confessionario. 1551. Cardosus.

F. PETRUS DE SANCTA MARIA, Lusitanus, ordinis S. Dominici, scripsit:

Educaçaõ dos filhos. Cardosus.

F. PETRUS DE SANCTA MARIA, Lusitanus, ordinis Capuccinorum, scripsit:

Jardim espiritual. Anno 1632.

F. PETRUS MARIN, ordinis Prædicatorum Salmanticensis domus, Stephano protomartyri sacræ, magister theologus, scholasticæ atque expositivæ partium æqualiter valdeque peritus, benignitate ac morum innocentia singulari. Eam Latinæ eloquentiæ facultatem adeptus est ut ad imitationem sibi propositum S. Leonem Papam orationis majestate & quasi rotunditate ad unguem repræsentare videretur. Nihil dedit foras; attamen in ea domo Salmantina custodiri ait Joannes Marieta, qui viri hujus meminit, ab eo elucubrata hæc opera:

Super Psalmum, Dixit Dominus Domino meo: totidem libros, quot psalmi sunt versiculi, excepto quod ultimo duos libros impendit.

De Observatione præceptorum Legis.

De Victoria Christi in Cruce regnantis.

Adversus Hæreses.

PETRUS DE MARIS, Lusitanus, Conimbricensis, amore historiæ ductus, præsertim patriæ, veterum omnium Lusitaniæ Regum icones ex veteribus monumentis, primus quod sciam, eruit, ediditque in eo opere, quod annotavit hoc titulo, Lusitane scilicet:

Dialogos de varia Historia, em que summariamente se referem muitas cousas antigas de Espanha, e todas as notaveis que em Portugal aconteçeraon em suas gloriosas conquistas antes e despois de ser levantado a dignidade Real, e outras muitas de outros reynos dinas de memoria, com os retratos de todos os Reys de Portugal. Conimbricæ 1597. in 4. apud Antonium de Maris. Præterea scripsit:

Historia do Benaventurado S. Joaõ de Sahagum Patron Salmantino, primeira parte. Simulque:

As Historias da Invençaõ e maravillas do Santo Crucifixo de Burgos. Olisipone 1609. in 4.

Segunda parte da Historia das cousas notaveis e mysteriosas de S. Joaõ de Sahagum. Ibidem eodem anno.

A Vida de Luis de Camoens. Quæ edita fuit cum *Lusiadum* poemate *commentariis* explanato per Emmanuelem Correa, cujus notationes ipse Maris ampliavit, atque in publicum perduxit anno 1613. in 4.

Historia del Santo Milagro del Santissimo Sacramento de Santarem. Anjungit Georgius Cardosus in schedis pro *Bibliotheca Lusitana*, quas vidimus, scripsisse eum quoque super *Bullam Cruciatæ*, & *de S. Hyacintho*, ac metricum poematium *De Rege Alfonso V.* super Africana ejus expeditione.

PE-

PETRUS MARTINEZ, qui se capellanum oratorii appellat Principis, vertit ex Italico Fulvii Androtii, Jesuitæ:

Consideraciones devotas de la frequente Comunion, y de la Pasion de Christo nuestro Señor. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1615. in 8.

PETRUS MARTINEZ, Jesuita, qui Manilæ in Luzoniis, seu Philippinis, insulis obiit anno MDCXX. dedit inde:

Literas de Missionibus in India ad Occidentem ab ejus sodalitatis hominibus institutis annis MDXC. & sequenti.

PETRUS MARTINEZ DE BREA, Toletanus, Compluti creatus philosophiæ magister, atque sacræ theologiæ doctor, ibidem sodalis fuit togatus, sacræque hujus scientiæ ex præcipua scholæ cathedra professor; quam deinde in Seguntina academia pari ex loco, atque eadem eruditionis fama, docuit, Magistralis cum esset canonicus in ecclesia cathedrali ejusdem urbis, multaque vir doctrina, nec minori pietate, statura pusillus, facieque rugosa & pallida, ut inquit Ludovicus Cabrera cum illius meminit in *Historiæ rerum a Philippo II. Rege* nostro *gestarum* lib. XI. cap. XI. Sed quod adjungit episcopum Palentinum fuisse non bene convenit cum episcoporum ejus ecclesiæ catalogis; nisi electus aut nominatus fuerit, non creatus antistites. Scripsit:

In Libros Aristotelis De Cœlo & mundo. Simulque:

In Libros ejusdem De Generatione & corruptione. Compluti anno 1561. Nempe ut pensum integrum philosophici cursus, quod hactenus produxerat Gaspar Cardillus Villalpandæus, Segoviensis, ejusdem scholæ & artis professor, fama clarus, domestica absolutum opera Complutensibus suis relinqueret. Quo consilio adjunxit etiam:

In Libros tres Aristotelis De Anima Commentarium. Cui accessit:

Tractatus, quo ex Peripatetica Schola Animæ immortalitas asseritur & probatur. Segontiæ apud Joannem Gratianum 1575. in folio. Tetigit deinde sacros libros, scribens:

Enarrationem in Beati Judæ Taddæi Apostoli Canonicam Epistolam; tribus partibus divisam; quarum prima, scilicet prævia, est de necessitate Theologiæ, & sensibus Scripturæ, & clavibus eam referantibus; secunda enarratio ipsa Epistolæ; tertia de locis est, quos ea tractandos offert, nempe de præcipuis Fidei mysteriis, quibus, & si brevissima omnium Canonicarum, referta illa est. Segontiæ 1582. in 4. Laudem auctoris egregiam continet epistola Garziæ de Loaisa discipuli, præmissa ejus *De Generatione & corruptione* libris; qui iterum ejusdem meminit ad *Conc. Illiberitani* can. XXXVI.

F. PETRUS MARTINEZ DE HERRERA, Matritensis, ordinis Carmelitarum, placuit in concionatorio opere Matriti, Valentiæ, Cæsaraugustæ, Neapolique. Tandem in patria obiit anno MDCXXXVIII. cum scripsisset:

El Principe advertido; y declaracion de los Epigramas de Napoles la Vispera de S. Juan. Neapoli apud Scorrigium 1631. in 4. Propter quod opus laudat hunc Leo Allatius in *Apibus Urbanis*, falsus tamen in eo quod procuratorem credidit ordinis sui generalem, qui Hispanarum dumtaxat provinciarum negotia procuranda Romæ in mandatis habuit. Spem fecerat alterius operis jam absoluti cum hoc titulo:

Providencia de Dios en los trabajos: quod auctoris obitus nobis invidisse videtur.

PETRUS MARTINUS aut MARTINS, Lusitanus, scripsit, Cardoso laudante:

Arte Grammatica.

F. PETRUS MARTYR, Lusitanus, ordinis Sancti Dominici, vespertinæ theologiæ cathedræ apud Conimbricenses moderator, morte impeditus inedita reliquit:

Commentaria super Tertiam Partem Sancti Thomæ.

Obiit Conimbricæ anno MDCXV. ut scripsit Alphonsus Fernandez in *Scriptoribus Prædicatoriæ Familiæ.*

F. PETRUS MARTYR COMA, Catalanus, doctor theologus, Barcinonense Dominicanorum cœnobium religiosi status natales habuit, provinciam ipsam aliquando fuit moderatus. Unde ad Elnensis ecclesiæ cathedram pro merito, cum doctrinæ, tum innocentiæ morum, ivit episcopus. Scripsit, editque Barcinone, non Latina tantum sed & Hispana lingua:

Directorium Curatorum: seu vulgari appellatione *Instruccion de Curas.* Cæsaraugustæ 1587. 8. Hispali apud Joannem de Leon 1589. Pinciæ apud Joannem de Rueda 1618. in 8. Seu potius uti lego in schedis Alfonsi Ciaconii, magni viri, ad *Bibliothecam universalem*, auctor ipse lingua Catalana edidit, versum postea in Hispanam a Ludovico Joanne Villeta, doctore, & canonico Barcinonensi, cardinali de Cervantes, Tarraconensi archipræsuli, dicatum, & Granatæ typis editum ab Hugone de Mena anno 1574. in 8.

Doctrinam Christianam. Et:

De Sacramentis. Quæ duo postrema opera tri-

tribuunt noſtro Scotus, & ex Diago Alphonſus Fernandez, non vero Joannes Marieta. Remanſerunt forte in ſchedis Comæ inedita.

Obiit III. nonas Martii anno MDLXXVIII. ſive, ut Marieta habet, MDLXXX. cum & privatus adhuc ordinis ſui ſodalis interfuiſſet Tridentino concilio præſulis Gerundenſis theologus. Is erat Arias Gallæcus, ut ex albo illorum, qui eo loci convenerunt, docere poſſumus.

F. PETRUS MARTYR DE MORALES, Dominicanus provinciæ Caſtellæ, theologus, in ſchola & in eccleſia e cathedra & ex ambone docens æqualiter placuiſſe dicitur. Reliquit commentaria hæc inedita, Latinum quidem:

Collyrium mentis novem libris, ſive dialogis. Et vulgaria hæc:

Compendio de la frequencia del diviniſimo Sacramento del altar.

Tratado del modo, que a de tener el Chriſtiano en aparejarſe para recibir el Santiſimo Sacramento.

De la virtud de la Humildad.

Del modo que ſe a de tener en rezar el Roſario de Nueſtra Señora.

Contemplaciones de la Gloria.

De los Myſterios y Paſion de Chriſto.

Floruiſſe hunc ultra annum MDLXXX. Joannes Marieta auctor eſt.

F. PETRUS MARTYR MOXET, Catalanus, ordinis S. Dominici, ſacræ theologiæ magiſter, & ſtudiorum præfectus in cœnobio S. Catarinæ Martyris Barcinonenſi, ſcripſit:

Sabado Virginal celebrado con cinquenta y dos Abecedarios para ſaludar a Maria Santiſima todos los Sabados del año. Barcinone typis Laurentii Deu 1645. in 24.

PETRUS MASCARENHAS, Luſitanus, Jeſuita, utilis Evangelii operarius in orientis inſulis, veneno tandem ab ethnicis occiſus VII. Januarii MDLXX. ſcripſit:

Epiſtolam de rebus Molucenſibus datam Ternate pridie non. Martii MDLXIX. quæ Latine extat & Italice.

F. PETRUS A MATRE DEI, Carmelita Excalceatus, diffinitorque generalis hujus ordinis, edidit:

Memorial por el Patronato de la glorioſa Virgen y Patriarca Santa Tereſa. Cæſarauguſtæ apud Antonium Torcido 1629. Occaſionem huic ſcripto dedit præpoſtera cujuſdam nobilis, ſuoque tempore rerum potentis, feminæ erga Sanctam Tereſiam devotio, cui & aliis ejuſdem propoſiti libellis veliſicatum fuit. Eos omnes laudavit D. Franciſcus Morobelli de Puebla, Hiſpalenſis, tandem id ipſum urgens; ſed fruſtra: prævaluit enim vindicatio unici patronatus Hiſpaniarum S. Jacobi Apoſtoli, Sanctæ eidem Seraphicæ virgini abſque dubio acceptiſſima. Vide D. Sancium Ahumada & Tapia.

PETRUS MATTHÆUS FERNANDEZ, Bexarenſis, in urbe Pacenſi Extremaduræ, quæ vulgo Badaxoz audit, medicus & philoſophus, ſcripſit:

In Libros Metheororum Ariſtotelis. Lugduni apud Petrum Proſt 1643. in folio.

PETRUS DE MEDINA, domo Hiſpalenſis, mathematicus in paucis celeber, artis præcipue nauticæ peritia & illuſtratione ab omnibus his, qui callide poſſunt de eo judicare, princeps habitus; quem Joannes Vaſæus, dum Hiſpali commoraretur, ſibi notum valdeque familiarem debita laude proſequitur in *Chronici* cap. IV. Extat ejus commendatiſſimum talis argumenti opus, ſcilicet Hiſpanum:

Arte de Navegar. Hiſpali 1545. fol. & 1552. fol. Quæ Germanice Galliceque a Michaele Coigneto & Nicolao de Nicolay Lugduni 1576. & Rothomagi 1577. apud Robertum Mallard 4. & 1633. & 1628. in 4. Italice autem a Vincentio Palentino de Corzuta edita eſt olim Venetiis 1554. apud Joannem Baptiſtam Pedrazano in 4.

Regimiento de Navegacion. Hiſpali apud Simonem Carpintero 1563. 4. forte idem opus eſt. Item edidit:

Libro de las Grandezas y coſas memorables de Eſpaña. Primum Hiſpali apud Dominicum de Robertis 1543. fol. dein Compluti 1566. fol. apud Petrum de Robles & Joannem de Villanova. At totum hoc opus tranſcriptum fuiſſe ab *Hiſtoriæ* ſuæ *Hiſpanæ* quinque libris prioribus, qui jam in lucem editi fuerant, monet Florianus Docampo in notula quadam, his præfixa poſt Regium editionis privilegium. Sed, quale hoc ſit opus, id utique Didacus Perez de Meſa, inſignis & ipſe mathematicus, a ſe locupletatum nova editione Complutenſi recoxit anno 1595. folio. Petro etiam Medinæ tributam video:

Chronica breve de Eſpaña por mandado de la Reyna Doña Iſabel año de MDXLII. Hiſpali 1548. In quo titulo perſpicuus eſt parachroniſmus, cum noſter inferioris ſit ætatis quam ut Eliſabetham Reginam nactus fuerit ſibi ad hanc rem autricem. Tribui ſolet etiam Petro Medinæ:

Chronica de los Duques de Medina Sidonia. Quod in bibliotheca Olivarienſi extitiſſe ſcio, una cum Petri Barrantes Maldonado *Illuſtra-*

tio-

tionibus Guzmanæ familiæ. Cujus etiam meminit Petrus Mantuanus in *Advertentiis ad Hist. Joannis Marianæ* pag. 186. Extat nunc inter libros qui fuere comitis Villæumbrosani, apud conjugem.

Dialogos de la Verdad sobre la conversion del Pecador. Malacæ apud Joannem Rene 1620. fol. Pinciæ olim 1545. fol.

Tabulam seu *cartham Hispaniæ geographicam* confecit: qua usum se in *Theatri* sui formatione Abrahamus Ortelius docet. Ea typis Hispalensibus prodiit ex officina Joannis Gutierrez 1560.

Obiit Hispali, teste mihi Ciaconio.

F. PETRUS DE MEDINA, Hispalensis, Mercenariorum, ut vulgaris appellatio est, fratrum sodalis, sacræ theologiæ magister, tam scholasticæ quam expositivæ partis non mediocriter peritus, provinciæque suæ Bæticæ nonnusquam præfectus, edidit:

Victoria gloriosa y excelencias de la Cruz de Christo. Granatæ apud Ferdinandum Diaz de Montoya 1604. in 4.

Degebat adhuc in vivis anno MDCXXIII.

D. PETRUS MELGAREJO MANRIQUE DE LARA, Hispalensis, jurisconsultus (Escribano mayor de Cabildo de la villa de Olvera in approbationibus audit, quod oppidum in Bætica situm est), dedit utiliter in lucem semel atque iterum, tertioque magis locupletem, tractatum sic inscriptum:

Compendio de Contratos publicos, autos de Particiones y exequutivos; con el papel sellado que a cada cosa pertenece. In 4. Granatæ editum vidimus 1652. Matriti apud Melchiorem Sanchez 1667. in 4.

D. PETRUS MELIÁN, ex bibliotheca amplissima egregii atque eruditissimi senatoris D. Laurentii Ramirezii a Prato dedit in lucem typorum, una cum epistola nuncupatoria ad eumdem, eleganti doctaque:

Rufi Festi Avienii V. C. Hispani opera quæ extant. Madriti apud Franciscum Martinez 1634. in 4. Auditor sive senator fuit Petrus noster in conventu Indico Guatemalensis provinciæ.

F. PETRUS DE MELLO, alias FRAGOSO DE MELLO, Lusitanus, Olisiponensis, ordinis Carmelitarum, clarus religiosis virtutibus, cujus, uti pietate spectabilis, Georgius Cardosus meminit die IX. Junii in *Agiologio* suo *Lusitano.* Scripsit lingua vernacula:

A Vida de San Carlos Borromeo.

Mortuus est IX. Junii MDCXXXVI.

F. PETRUS DE MENA, Arandensis, quod Durio flumini oppidum adjacet, ex sodalitio fratrum Minimorum, ejusque aliquando generalis præfectus, scripsit:

Interrogationes Clericorum primæ tonsuræ & promovendorum ad sacros ordines, ad curam animarum & confessiones audiendas. Burgis anno 1602. Item Hispanice.

Chronica del nacimiento, vida y milagros y Canonizacion del Beatissimo Patriarca S. Francisco de Paula fundador de la sagrada Orden de los Minimos. Matriti 1596. ex Italico Pauli Regii, Vicensis episcopi, quibusdam aliunde additis. Formavit primus, aut reformavit:

Manuale ordinis Minimorum, quo continetur Regula. Matriti apud Thomam Junti 1595. 8.

PETRUS DE MERCADO, Granatensis, medicus doctor, scripsit:

De Febrium differentiis, earumque caussis, signis & medela, tam in universali, quam in particulari, ex antiquorum & juniorum, tum Græcorum, tum Arabum auctoritate. Granatæ apud Antonium Nebrissensem 1583. in 4. & apud viduam Joannis Galindi 1592. in 4. Vernacula quoque lingua:

Siete Dialogos de Filosofia Natural y Moral, hoc est, I. *De la Tierra y el Agua.* II. *Del Ayre y el Fuego.* III. *De los Orbes celestes.* IV. *De las Cenas.* V. *Del Jurisconsulto.* VI. *De la Melancolia.* VII. *De las condiciones de los Hombres.* Granatæ 1558. in 8. rursusque 1574. in 8. apud Hugonem de Mena.

F. PETRUS DE MERCADO, Dominicanus, scripsit:

Commentarios in Textum Petri Hispani. Quibus annectuntur: *Argumenta selecta in primum & secundum librum Summularum.* Hispali 1571. in folio.

In Logicam magnam Aristotelis commentarios cum nova translatione Textus ab se edita. Hispali eodem anno folio. Sed hæc opera tribuuntur & Thomæ ejusdem cognominis & instituti.

PETRUS MERCADO, in Tridentina synodo egit theologum Vicensis in Catalonia episcopi, D. Aciscli Moia de Contreras, habuitque:

Sermonem Dominica IV. post Pentecostem. Qui vidit lucem cum aliis Tridentinis.

PETRUS MERCADO, natus in Riobamba novi regni Granatensis oppido, Societatis Jesu sacerdos, edidit:

Destruccion del Idolo, Que diran? Matriti 1655. 8.

Dia-

Diario sagrado, medios para tener buenas Pasquas, buenos dias y buenas noches. Matriti editum.

Palabras de la Virgen Nuestra Señora sacadas del S. Evangelio. Ibidem 1661. in 16.

Metodo de obrar espiritualmente. Matriti 1655. & iterum 1672. 16.

Ocupaciones santas de Quaresma. Ibidem 1667. 16.

El Christiano virtuoso. Ibidem 1673. 4.

PETRUS MERCHAN, Bæticus, domo ex Guillena oppido Hispalensis diœcesis, Societatis Jesu sacerdos, tum literas humaniores, tum Sacram Scripturam Cordubæ cum plausu docuit, Græcarum & Hebraicarum insigniter peritus, ut ait *Bibliothecæ Societatis* auctor, rexit collegium Marcienense. Concinnabat olim:

Lexicon Hebraicum, quantum ex LXX. *Interpretibus & vulgatæ editionis fontibus colligi potest.*

F. PETRUS MERINO, Palentinus, ordinis fratrum Mercenariorum, præfectus aliquando suæ Castellæ provinciæ, in Salmantina academia professor fuit theologus ex vespertina & theologiæ moralis cathedris, hujusmet scholæ decanus & cancellarius, pietatis merito commendatissimus dum viveret, ejusdem, cum obiisset, incorruptione cadaveris diutina, necnon & aliis argumentis confirmatæ. Guaxacensem in India ecclesiam, cui destinatus fuerat, modeste repudiavit. Vivus edidit:

Vida de S. Pedro Nolasco. Et:

Vida de S. Ramon Nonnat. Salmanticæ in 4. Necnon & excellens:

Apologeticum opus pro pio redemptionis captivorum instituto. Adversus quosdam qui improbabant, & insumi eam pecuniam fabricandis & sustentandis triremibus ad tuendam oram maritimam & purgandum pyratis mare utilius esse arbitrabantur.

Centum resolutiones ad totidem quæsita Ecclesiarum cathedralium Hispaniæ. MSS. disparuerunt cum auctor diem suum obiit, quo tempore commentabatur *De Canonizatione Sanctorum.* De his omnibus admoniti sumus ab illustrissimo Hydruntino archiepiscopo, D. Gabriele Adarzo de Santander.

PETRUS DA MESQUITA, Lusitanus, proprio idiomate scripsisse dicitur, quam non vidimus:

Historia de Etiopia.

PETRUS MEXIA, Hispalensis, equestris ordinis parentibus procreatus, non tantum sermonis patrii singularem eloquentiam, sed & universalem disciplinarum omnium, præcipueque rei historicæ atque humanarum artium, cognitionem ad scribendum attulit. Quare ei Carolus Cæsar, una cum chronographi Regii munere, pangendi de rebus suis historiam commendavit partes. Neque in prosæ dumtaxat orationis majestate quadam, simulque venustate legentium animos rapientis, veterumque optimos provocantis laudem reportasse is videtur; sed carmine quoque eum valuisse, ut erat ingenio urbanitatis & acuminis pleno, memoriæ traditum est. Referam æqualium quorumdam ejus temporis de eo judicia, qui hominem bene notum habuerunt. Vir quidem (si Joannem Guzmanum, qui de *Rhetorica* vulgari sermone scripsit, audimus) fuit *doctissimus & eloquentissimus, omniumque scientiarum notitia instructus.* Idem *Scriptor diligens & multæ lectionis*, Joanni Vasæo in *Chronico* ad ann. CCCXXXVI. *Multæ eruditionis & ingenii scriptor*, Gundisalvo de Illescas prima parte *Historiæ Pontificalis*, lib. I. *Eximiorum operum artifex, cujusque industria factum est ut Romana historia, & Latinæ Græcæque eruditionis bona pars, caste venusteque, ac pulcherrime Hispano jam sermone loquantur*, ut verbis utar Ambrosii Morales, lib. IX. *Histor. Hispanæ*, cap. IV. & cap. XXIV. & in *Discursu de Lingua Hispana.* Laudatur quoque a Gundisalvo Argote de Molina in *Discursu de Poesi Hispana*, quem *Comitis Lucanoris* libro præmisit. Adnectam his libens Andreæ Matamori judicium, quia stili Messiæ nostri defensionem continet elegantem. *Petrus Messias* (inquit in libello *De Doctis Hispaniæ viris*), *Hispalensis, qui nuper e vivis non sine magna literarum jactura commigravit, instar amnis leniter labentis sedatus fluit, fidelis est & valde circumspectus in historia, & quodammodo, ut Quintilianus de Messalla dixit, præ se ferens in dicendo nobilitatem suam. Fuisset tamen eruditorum auribus multo dulcior si linguam Hispanam paucis vocabulis Latinis non vitiasset. Hoc tamen mihi peregrinum non videtur, quod suo loco, quod majore quadam significatione, quod suaviori sono Hispano sermoni infertur. Aut dele ex lingua Hispana Græcas & Latinas phrases, expunge Hebraismum, tolle tot gentium & nationum vocabula, quæ cum imperio introducta fuerunt, & alia hujusmodi.* Moxque: *Itaque non est, neque futurum aliquando permittemus, summo ingenio virum, doctrina item majore hominum opinione, læsæ corruptæque linguæ Hispanæ apud nos reum agi, qui cum homo Hispanus sit, summa interdum gratia, & sine aliquo eloquentiæ mysterio latinisset; cum Latinis quoque, cum velint, permissum sit citra culpam græcissare.* Scripsit quidem noster:

Silva de varia Leccion. Hispali hæc primum podiit charactere antiquo 1542. in folio, atque iterum ibidem typis Sebastiani a Truxillo 1563. Lugduni 1556. in 8. Ilerdæ 1572. in 8. Matriti etiam 1602. & apud Josephum Fernandez de Buendia 1662. in 4. Antuerpiæ apud Belleros 1604. in 8. Multiplici sacrarumque humaniorumque literarum eruditione variegatum opus, quod Italice, Belgice & Germanice, atque item aliquot libris auctum Gallice se legisse ait Andreas Scotus. Nempe inventio sic vulgo hominum placuit ut tam nostris, quam & Gallis & Italis, propositum sederit id opus continuandi: quod non infeliciter exequuti sunt. E nostris anonymus quidam adjunxit Messiæ quatuor partibus quintam sextamque. Cæsaraugustæ hæ prodierunt paulo post ejus mortem 1554. in 8. præmisso continuatoris Latino epigrammate, non parum eleganti, quo viri eruditissimi ac facundissimi vestigia premendi audaciæ culpam deprecatur. Ex Italis Mambrini da Fabrino veteri quatuor partium interpretationi, quæ prodiit Lugduni apud Sebastianum de Honorati 1556. in 16. Hieronymus Giglius superstruxit alteram, sive *Secundam Silvam*, quæ edita fuit Venetiis 1573. in 8. Venetiis quoque iterum prodiit liber ita inscriptus: *Selva rinovata di varia lettione de Francesco Sansovino, Mambrino Rosseo & Bartolomeo Dionigi.* 1616. in 4. Galli etiam (ut ait Scotus) libris aliquot additis nimium quantum auxerunt. Nempe Antonius Verderius *Gallicæ Bibliothecæ* auctor continuatione hac censet se Lugduni edita apud Bartholomæum Honorati 1576. iterumque ac tertio alibi. Scio Gallice editam *Silvam* Rothomagi a Georgio Loysellet 1643. in 8. ex interpretatione, ut credo, Claudii Gruget, Parisiensis, quæ comprehendit etiam tres *Dialogos* ejusdem auctoris, de quibus infra dicimus. Lugduni 1570. 1577. & 1580. & alibi, Antonio Verderio teste. Gallicum nos opus vidimus ita inscriptum: *Leçons diverses de Guyon de la Nauche suivant celles de P. Messia & de du Verdier*: duobus volum. Lugduni 1610. in 8.

Los Cesares: hoc est, Cæsarum omnium historiam a Julio & Augusto usque ad Maximilianum I. Austriacum. Hispali 1545. deinde apud Sebastianum Truxillo 1564. in folio. Basileæ apud Oporinum 1547. fol. Antuerpiæ 1578. Hanc duo interpretes Italiæ communicaverunt, Alphonsus de Ulloa & Ludovicus Dulcis. Hujus posterioris interpretatio, cum alibi, tum Venetiis prodiit 1664. in 4.

Coloquios o Dialogos. De sole & aliis superelementaribus, & ipsis elementis, unaque:

Laus Asini, adinstar Luciani & Apuleii. Hispali apud Dominicum de Robertis 1547. in 8. & 1576. & apud Ferdinandum Diaz 1570. in 8. & Antuerpiæ 1547. & 1561. in 8. Hos *Dialogos* Italice dedit Venetiis apud Plinium Pietrasancta 1557. in 4. Alphonsus de Ulloa cum appellatione hac, *Raggionamenti di Pietro Messia.* Qui simul cum Joannis Xaravæ *Philosophia*, ab eodem Ulloa in eumdem sermonem conversa, Venetiis iterum 1565. in 8. prodierunt.

Parenesis de Isocrates. Quam vertit ipse in vernaculum, prodiitque una cum *Silva* in editione Matritensi Garziæ de Olmedo 1643. in 4. Inedita vero mansit:

La Historia del Emperador Carlos V. imperfecta ea quidem, hoc est, usque ad profectionem ejus in Italiam, ut Bononiæ a Clemente VII. Papa coronaretur, cujus rei auctor est mihi D. Thomas Tamajus. Tria hujus operis exempla fuerunt in bibliotheca Olivariensi in folio; aliud est in Toletana templi maximi, pluteo XXIX. num. 30. Habuit quoque Didacus Colmenares, Segoviensis urbis historicus, quod ipsum, ut credimus, penes se nunc habet D. Gaspar Ibañez de Segovia, marchio Acropolitanus, Matriti. Laudat opus Gaspar Escolanus in *Valentina Historia*, & Ægidius Gonzalez de Avila in *Theatro Ecclesiæ Segoviensis.*

Fragmentos y memorias de Pedro Mexia. Inter MSS. quæ penes se habebat refert Gundisalvus Argote de Molina.

Obiit diem suum vir clarissimus anno MDLII. aut circiter, ut colligitur ex eo quod anno isto Matamorus ad Joannem Gironium, Ursaonensium ducem, fuisse nuper Messiam extinctum in nuncupatoria ejus, quem laudabimus, libri *De doctis Hispaniæ viris*, retulit. Extant inter Erasmi Roterodami *Epistolas* vigessima sexta libri XXV. ad Christophorum Messiam, nostri Petri germanum fratrem, & vigesima secunda libri XXVII. ad utrumque fratrem directæ.

PETRUS MEXIA DE TOLEDO, scripsit:

Muestra de la pena y gloria perpetua.

Declaracion del Pater noster en dialogo. Toleti apud Joannem de Ayala 1550. in 8.

PETRUS MICHAEL (vulgo PERE-MIQUEL) CARBONELL, Catalanus, urbis Barcinonensis notarius, scriba quoque, ut vocat se, & Regius archivarius (archii præfectum intelligo), genti suæ historiam scripsit usque ad Joannis II. ætatem Aragoniæ Regis, Petro Tomichio, qui eamdem adornavit prius Spartam, passim adversatus. Catalane ea prodiit hac inscriptione:

Chroniques de Espanya, que tracta dels nobles

bles e invictissims Reys de Gots y gestes de aquells y dels Contes de Barcelona e Reys de Aragó. Cœpit eam auctor anno MCDXCV. absolvit anno MDXIII. Prodiit primum Barcinone 1536. fol. deinde 1547. fol. Laudatur passim ab Hieronymo Pujades, qui hoc nostro sæculo eidem argumento incubuit, qui & refert scripsisse nostrum Carbonellum:

Un Catalogo des Bisbes de la Ciutat de Barcelona. Qui adservatur in archio Regio Barcinonensi, hoc est, catalogum Barcinonensium antistitum. Et opus alium:

Memorables nuncupatum. Quod manu auctoris ipsius scriptum possidere se testatum reliquit idem Pujades, laudatque Stephanus Corbera lib. IV. *Cataloniæ illustratæ*, cap. x. pag. 244.

PETRUS MICHAEL DE HEREDIA, medicæ artis professor Complutensis ex primaria cathedra, ac professionis suæ decanus, vir ætate nostra propter excellentem hujus artis cognitionem in paucis celeber, medicinam quinquaginta annis fecit, viginti sex docuit; accitus tandem ad curiam Regiam curare valetudinem Regis nostri Philippi IV. fuit jussus. Moriens tamen ante annum MDCLXII. inedita reliquit, Petri Barea de Astorga, ejus quondam auditoris, Regiæque familiæ medici, cura in publicum tandem producta:

Operum Medicorum quatuor volumina. Scilicet: *Primum in duas Partes divisum universalem continet doctrinam de Febribus. Secundum Historias epidemicas Hippocratis elucidat. Tertium de acutis tractat morbis. Quartum & ultimum particularium aliquot affectuum tractationes perlustrat, ac de morbis mulierum & uterogerentium differit.* In fine tertii tomi adnexus it: *De Somno & Vigilia, nec non de natura delirii & ejus caussis Tractatus.* Lugduni apud Philippum Borde & socios 1665. in folio.

F. PETRUS DE MIRANDA, Benedictinus monachus cœnobii S. Salvatoris de Oña in Castella Veteri, utiliter scripsit:

El Baptista Español y Predicador verdadero S. Rosendo Obispo y Abad y sus admirables quanto portentosos elogios. Y Apologia de la Predicacion en defensa de la mas legitima y fructuosa contra algunas nuevas corruptelas introducidas en estos siglos Matriti in typographia cœnobii S. Martini 1665.

PETRUS MOLINO, sive MOLINOS, Aragonius, scripsit:

Practica Judiciaria del reyno de Aragon. Cæsaraugustæ 1575. in 4.

PETRUS MOLL, Majoricensis *De Judice Ecclesiastico* scripsisse dicitur, teste Vincentio Mut in *Historia Balearis Regni*, volum. 2. lib. 8. cap. 6.

PETRUS MONCADA, scripsit:

Additiones ad Joannis Croti de Testibus Tractatum. Hic est quem Didacus Covarrubias II. *Var.* XIII. numero 6. *Hispanum* vocat *in Additionibus ad Crotum.*

PETRUS MONCAYO, nescio quis, scripsit atque edidit:

Varios Romances. Oscæ 1589. in 16. Perpinianique 1591. in 12.

PETRUS DE MORALES, domo ex oppido Valdepeñas Toletanæ diœcesis, postquam Salmanticæ leges, & in curia Regis praxim earum, didicisset, caussarum actioni intentus, Jesuitarum sodalitium ingressus est triginta tribus annis natus, atque in Mexicanam perductus provinciam docuit ibi theologiam morum, sodalibusque variis in locis præfuit. Edidit Latine:

In Caput primum Matthæi. De Christo Domino, Sanctissima Virgine Deipara, veroque ejus dulcissimo & virginali Sponso Josepho libros v. Lugduni apud Horatium Cardon 1614. in folio. Hispana quoque lingua:

De las Reliquias de Santos, que de Europa se llevaron a la Nueva España, y por los Padres de la Compañia de Jesus fueron con grande pompa y veneracion colocadas en la ciudad de Mexico el año de MDLXXVIII. Mexici typis Antonii Ricardi 1579. in 4.

PETRUS MOREJON, Medinensis, Jesuitarum sodalis, in Japonia multo pretio operæ facto venit Romam procurator illius provinciæ, atque inde in eam rediit. Scripsit:

Relacion de la persequucion del Japon desde el año de MDC. hasta el de MDCXV. Prodiit eodem anno 1615. in 4. & 1617. in 8.

Relacion de la misma persequucion desde el año de MDCXV. hasta el de MDCXIX. Olisipone apud Joannem Rodriguez 1621. in 4.

Relacion del martyrio de fuego, que consiguieron en el Japon el año de MDCXXVI. nueve Religiosos de la Compañia de Jesus con otros doce compañeros. Prodiit Italice, adjuncta annuis literis anni MDCXXV. Romæ 1632.

PETRUS MOTA, Complutensis, auditor Antonii, illius Hispanæ literaturæ vindicis, cui Nebrissa patria cognomentum peperit, dedit foras:

In Joannis Ludovici Vives Linguæ Latinæ Exer-

Exercitationes seu colloquia, annotationes. Quibus adjunxit vocum difficiliorum indicem Latino-Hispanum Joannes Ramirez. Editum vidimus Barcinone 1615. in 8. Venetiisque prius 1565. 8. Hunc eumdem philosophiæ magistrum docuisse humanitatis literas Granatæ, atque inde Antiquariam urbem contendisse, quodam ecclesiastico munere ornatum, canonici forsan theologi, ex his Joannis de Vilches versibus colligo, in eo carmine quod incipit *Mota veni* &c.

Hactenus orator musarum sacra docebas;
Nunc doceas veri mystica sacra Dei.
Hactenus Aonidum dixisti templa sororum;
Nunc dic ætherei ditia regna poli.
Hactenus ore tuo doctorum turba pependit;
Plebs indocta modo pendeat ore tuo.
Hac Garnata tenus, nunc Antiquaria felix,
Quod te doctorem legerit atque ducem,
Quæ assignare suos merito tibi gaudet honores,
Consiliis melior fiat ut illa tuis.

D. PETRUS DE LA MOTA SARMIENTO, Alcantaræ ordinis eques, Margaritæ Sabaudæ, Mantuæ olim ducissæ, dum Lusitaniam pro Rege gubernaret, œconomus, hoc ipso munere post ejus a Lusitania excessum functus fuit apud Joannem Austriacum, Philippi IV. Regis nostri filium, editque:

Los Tres Mancebos en el horno de Babilonia, exordio y traduccion de su Cantico. Madriti apud Petrum Tazo 1643. in 4.

Libro de sus sucesos: sive de rebus suis.

Obras en prosa y verso. Item:

Las Bulas de su orden de Alcantara, ex Latino in vernaculum transtulit. Quam interpretationem apud se habere ait D. Josephus Pellizer in informatione, ut vocat, *De la Casa de los Sarmientos de Villamayor*, fol. 31.

F. PETRUS MUÑOZ, Franciscanus, scripsit:

Sermones de Adviento. Pinciæ 1643.

F. PETRUS DE MURGA, Benedictinus monachus domus Sancti Æmiliani, prior cum esset conventualis, ut vocant, Sanctæ Mariæ de Hyarte edidit:

Quæstiones Pastorales, seu de Jure & potestate Parochi unitarum Ecclesiarum. Additur:

Disquisitio duplex, altera de Jure & potestate Prioris Conventualis annexi: altera de Jure & potestate Reverendissim. Generalis & Patrum Diffinitorum ordinis Sancti Benedicti. Lugduni apud Joannem Covrenneau 1658. in 4. Deinde majori molimine parochorum jura & munus illustrare volens edidit:

Disquisitiones morales & canonicas: duobus tomis. Lugduni apud Philippum Borde & socios 1666. folio.

Commentaria in Constitutiones Apostolicas ad favorem Congregationis S. Benedicti Hispaniarum, & illius Cœnobiorum editas. Lugduni apud Laurentium Arnaud & Petrum Borde 1671. folio.

D. PETRUS NAJA, Cæsaraugustanæ ecclesiæ Divæ Virginis Pilariensis canonicus, qui synodo Tridentinæ interfuisse dicitur, auditque apud suos vir singularis eruditionis, quam ostendit in tractatu a Joanne Francisco Andrea Ustarrozio in lib. *De Defensione patriæ S. Laurentii* cap. v. pag. 64. ei tributo:

De Origine & Fundatione B. Mariæ Majoris & de Pilari Cæsaraugustanæ civitatis. Alterius huic cognominis, jurisconsulti certe Cæsaraugustani, opus extabat apud Antonium Augustinum V. C. *In Libros Fororum Aragoniæ*; sed additur in *Catalogo* hujus *Bibliothecæ*, in charta annorum CC. id opus conscriptum fuisse.

PETRUS DE NAVARRA, Toletanus, theologus, in juvenili ætate etiamnum constitutus, nec adeo bona usus valetudine, conscripsit, quod per manus omnium it, opus:

De ablatorum restitutione in foro conscientiæ: libris IV. duobus tamen voluminibus. Lugduni 1594. 4. Brixiæque 1606.

D. PETRUS DE NAVARRA, alias DE LABRIT, Joannis Labretii, Navarræ Regis, filius extra legitimas nuptias susceptus, in Hiracensi monasterio Benedictinorum Navarræ regni religiosæ vitæ olim initiatus sub Veremundi, quo tunc vocabatur, nomine, quod Antonius Yepes chronici Benedictini tomo IV. cent. IV. refert. Convenarum ecclesiæ in Vasconia, post Carolum Carrafam, cardinalem sub Paulo IV. patruo ejus, turbarum sibi paulo post fatalium incentorem, creatus episcopus anno MDLX. Tridentinorum patrum auxit numerum, & pro Antonio, Navarræ Regem qui se appellabat, apud Pium IV. legationem obivit. Ejus ab ingenio & doctrina prodiit Hispanæ, sibi vernaculæ linguæ opus dialogorum, quos ita inscriptos vidimus:

Dialogos muy subtiles y notables por el Ilustrisimo y Reverendisimo Señor D. Pedro de Navarra Obispo de Comenge. Cæsaraugustæ per Joannem Millan 1567. Typis quoque Tolosanis Joannis Colomerii editos Arnaldus Oihenartus refert in *Notitia utriusque Vasconiæ*, ubi de Petro inter Convenarum præsules agit lib. III. cap. XII. quemadmodum & Sanmarthani fratres agunt *in Gallia Christiana* & *Convenarum Episcopis.* Tribus quidem parti-

tibus opus totum conſtat : Prima pars continet quinque dialogos , *De qual debe ſer el Coroniſta del Principe*, ad Philippum II. Auſtriacum ; in quibus appellat ſe a conſiliis Regis Chriſtianiſſimi. Secunda pars quatuor dialogos *De la Diferencia de la vida ruſtica a la noble* , ad marchionem Mondexarenſem, ſenatus Caſtellæ præſidem. Tertia XXXI. dialogos , *De la Preparacion de la muerte* , ad Franciſcum de Eraſo , primum a ſecretis Regiis , cui ob communem amicitiam & patriam hanc illi partem ſe dedicare ait. In primo iſtorum dialogorum , quibus de chronographi agit munere , Baſilius quidam dialogiſtam induxit , quem ſcripſiſſe vitas Caroli Imperatoris & Pauli III. Papæ annotatum legitur.

PETRUS NAVARRO , nobis alia ignotus , ſcripſiſſe dicitur:

Dialogum de Diſcrimine legendi ac ſcribendi. Toloſæ editum a Jacobo Colmerio. Italicum quoque Petro Navarro alterum opus tribuitur ita inſcriptum , dialogiſticum & ipſum:

Dell' Eternita dell' Anima.

F. PETRUS NAVARRO , Talaveranus, ordinis Seraphici provinciæ Caſtellæ , ſacræ theologiæ lector emeritus , pater , ut vocant , ac definitor ejuſdem provinciæ , in eaque Toletanæ domus S. Joannis Regum aliquando præfectus , apud ſacros fidei vigiles a cenſione theologica miniſter , cum edidiſſet *Expoſitionem Regulæ Fratrum Minorum Fr. Antonii a Corduba* anno MDCXVI. ſuccedere ei fecit, tamquam compendium quoddam , vernacula lingua:

Expoſicion de la Regla de S. Franciſco , en que con methodo breve y claro ſe reſuelven todas las dificultades , que movió Fr. Antonio de Cordoba , con otras muchas diſputadas y añadidas. Madriti in typographia Regia 1641. in 8. Item:

Favores del Rey del Cielo hechos a ſu eſpoſa la Santa Juana de la Cruz Religioſa de la Tercera orden de S. Franciſco con annotaciones theologicas y morales a ſu vida. Madriti apud Thomam Junti 1622 in 4.

El Diſcurſo y relacion del Capitulo general de los Padres Menores celebrado en la ciudad de Toledo año de MDCVI. en que ſalió electo por Miniſtro general el Reverendiſimo Padre Fr. Archangel de Meſina. Toleti apud Petrum Rodriguez in 4. Tranſtulit quoque, Lucæ Waddingi Latina Hiſpanis communicans:

La Apologia ſobre que S. Franciſco no fue Fraile Aguſtino. Madriti 1625.

F. PETRUS NAVARRO , a ſuperiore diverſus , ejuſdem tamen Seraphici inſtituti, ſcripſit in provincia S. Jacobi:

Manuale Chori pro Fratribus Minoribus. Salmanticæ 1586.

F. PETRUS NICOLAUS FACTOR, in vico Albaida Valentini regni , patre Siculo , matre Hiſpana , natus anno MDXX. Minorum ordinis ſplendidiſſima fax , vir ſanctitate vitæ dignus ut aliquando , id quod ſollicite in curia Romana procuratur , in Sanctorum albo , ſolenni præcedente apotheoſi , legatur ſcriptus. Ejus aliquot *Epiſtolas* & *Carmina* ſacra collegit & publicavit in hujus viri clariſſimi vita Chriſtophorus Moreno , ejuſdem ſodalitii & gentis. Lucas Waddingus hæc ei monumenta adjudicat:

Tractatus aliquot ſpirituales.

Sermones de Sanctis.

Epiſtolam ad Virginem Clariſſam Monaſterii Valentini nuncupati de Hieruſalem in laudem S. Joannis Evangeliſtæ.

Obiit Valentiæ miraculis clarus anno MDLXXXIII.

F. PETRUS NIETO , ordinis Minorum, Setabi urbe oriundus in regno Valentino, edidit (qua lingua non dicit Lucas Waddingus):

De Oratione mentali Tractatum.

Floruit anno MDLXXXV.

PETRUS NONNIUS , vulgo NUÑEZ, Salacienſis (*Alcazar do Sal urbs eſt noſtro tempore* , Reſendius in *Antiquitatum Luſitanarum Commentariis* ait , *non admodum clara , niſi civem haberet Petrum Nonnium , mathematicum cum primis nobilem*) , iis diebus profitebatur exponebatque civibus ſuis mathematicas diſciplinas , quibus eorum claſſes uſque in orientales Indos per vaſta novaque ac proceloſa maria , & quaſi per alium orbem & ſub alio cælo & aſtris , ferebantur. Quas artes in academia Conimbricenſi publice , & private Ludovicum Portugalliæ Infantem , Emmanuelis Regis filium , docuiſſe eum refert Damianus Goeſius in *Emmanuelis Hiſtoriæ* prima parte , cap. CI. Contentus ero magni viri laudes , operum recenſione , atque hoc politiſſimo Georgii Coelii epigrammate , quod inter alia ejus carmina editum eſt , concludere:

Qui cupis e terris arcana incognita cœli
Noſcere , & ignoto pandere vela mari,
En tibi qui ſummũ reſerat ſublimis olympum:
Per medios fluctus , hoc duce , tutus eris.
Haud mirum ingenii tot opes florere libello,
Nobilis egregium condidit auctor opus.
Si clarum Alcidæ durat per ſæcula nomen
Quod cœlum potuit ſuſtinuiſſe humeris;

Non

Non minor & Petri dicenda est gloria Nonni,
Cujus mens terras, æquora & astra capit.

Ejus opera hæc laudantur, imprimisque:

De Arte navigandi, libri duo: in quorum priore tractantur pulcherrima problemata, in altero traduntur ex Mathematicis regulæ & instrumenta artis navigandi; quibus varia rerum Astronomicarum phœnomena circa cœlestium corporum motus explorare possumus. Conimbricæ post alias editiones prodiit 1573. in his Basileensem apud Henricum Petri 1566. & Parisiis in folio *cum Annotationibus in Illustrium Philosophorum & Poetarum effigies XII.*

Annotationes in Aristotelis Problema mechanicum de motu navigii ex remis.

Annotationes in Planetarum Theoricas Georgii Purbachii. Basileæ hæc duo cum *Arte navigandi* edita sunt 1566. in folio. *Annotationes in Purbachium* seorsim Conimbricæ 1578. in folio.

De Crepusculis liber unus. Olisipone 1542. 4. apud Ludovicum Rodriguez; & cum Alhaceni Arabis ejusdem argumenti libro, & *cum novis* Sebastiani Fabricii *figuris.* Basileæ apud Henricum Petri 1583. & 1592. in folio.

De Erratis Orontii Finei regii mathematum Lutetiæ Professoris liber unus. Conimbricæ 1546. in folio. Hæc Latine. Vulgaria sequuntur:

Tratado da Sfera, com a Theorica do Sol, & da Lua, e o primeiro libro da Geografia de Claudio Ptolomeo Alexandrino. Hunc e Latina interpretatione in Lusitanum vertit Nonnius, annotationesque & figuras adjunxit. Simul editus est:

Um Tratado em defensam da Carta de marear com o regimento da altura. Olisipone apud Germanum Gallardum 1537. in folio.

Hua Annotaçaõ a Sfera de Ioam de Sacrobosco. Hanc Latinam fecit Elias Vinetus, ediditque una cum aliis diversorum fragmentis & annotationibus suis ad eumdem *Sacroboscum*, 1586. in 8. atque etiam Franciscus Juntinus hæc omnia vulgavit 1565. in 8. Imo Venetiis prodiit hoc opus ex typographia Hieronymi Scoti 1562 in 8.

Libro de Algebra em Arithmetica e Geometria. Hic Castellane prodiit Antuerpiæ apud Joannem Steelsium 1567. in 8. Nonnium nostrum in mathematum peritia summis pene parem fuisse judicium est Simonis Stevini in *Appendice Loxodromiarum*, uti refert Gerardus Joannes Vossius *De Scientiis Mathematicis* cap. XLIX. qui & cap. XXXVI. eumdem laudat, laudarique ait ejus *Notas in Purbachium*, tum ab acumine & perspicuitate, tum etiam quod multa dicat aliis indicta, variosque aliorum corrigat errores.

PETRUS NUÑEZ DE AVENDAÑO, jurisconsultus & causarum patronus, incertum mihi unde oriundus, exercitatissimi doctissimique, Imperatore Carolo rerum domino, & magni nominis advocati, jurisque practici nostratis scientissimi appellationem uno omnium ore, qui deinde sequuti sunt, scriptorum adeptus est. In quibus vir summus Didacus Covarrubias, & qui suffragio suo multum promovere hominis famam possunt, Antonius Padilla, Gaspar de Baeza, Marcusque Salon de Pace, aliique plures numerantur. Ejus hæc scripta:

De Exequendis mandatis Regum Hispaniæ, quæ Rectoribus Civitatum dantur, & hodie continentur in Titulo VI. Libri III. Recopilationis, vulgo nuncupatis, Capitulos de Corregidores: duabus partibus. Compluti 1543. folio, deinde Madriti 1593. in folio.

Responsa quadraginta. Simulque quatuor tractatus, scilicet:

Tractatus de secunda supplicatione cum pœna & cautione MD. duplarum ad legem Segoviensem, quæ est LVIII. Tit. IV. Lib. II. Ordinamenti.

Tractatus de Injuria circa intellectum Leg. 2. tit. 9. lib. 8. Ordinamenti.

Tractatus primi & secundi Decreti circa intellectum Leg. 1. Tit. de los Asentamientos Lib. III. Ordinamenti.

Declaratio Legum IV. & V. Tit. de las Excepciones Lib. III. Ordinamenti, circa singularem lecturam Roderici Suarez, quam inseruit in L. Post rem judicatam D. De re judicata.

Dictionarium Hispanum vocum antiquarum, quibus Partitarum Leges & cæteræ Regiæ Constitutiones utuntur. Salmanticæ omnia hæc uno edidit volumine, post mortem auctoris in curia Regia Matritensi, advocatus Didacus filius, deinde aliquando Limensis senator. Item excussa hæc omnia Salmanticæ 1576. a Joannis a Canova herede audivimus. Hispane etiam:

Aviso de Cazadores y Caza: seu apologiam pro venatoria exercitatione, ad calcem operis *De exequendis Mandatis* proponi solitam, primum vero editam Compluti apud Joannem Brocar 1543. in 4.

F. PETRUS NUÑEZ DE CASTRO, Franciscanus Regularis Observantiæ provinciæ Conceptionis, cœnobii de Rioseco præfectus, edidit:

Santoral Serafico. Rivisicci, sive Medinæ de Rioseco, apud Franciscum Fernandez 1618. in fol. Simulque:

Apologetico por la impresion de las llagas que hizo Christo a S. Francisco.

Discursos predicables para los Domingos de Adviento y principales fiestas que en él la Iglesia celebra. Pinciæ 1643. 4.

PE-

PETRUS NUÑEZ DELGADO, Hispalensis ecclesiæ portionarius, & in schola ejusdem ecclesiæ humanarum artium professor, Antonium Nebrissensem & Lucium Marinæum Siculum, quem Lucivum Flaminium Siculum appellat, si non diversus a Marinæo est, habuit magistros, quorum priori Antonio in professione Hispalensi circa annum præteriti sæculi xv. successit. Mortuus est, calculi exhaustus doloribus, xxx. Novembris MDXXXV. post cujus obitum, Christophori Nuñez, loco suo a nobis laudati, cura prodierunt in lucem:

Epigrammata Petri Nuñez Delgado, cum expositionibus ejusdem *Christophori.* Hispali 1537. in 4. elegantia quidem pro temporis captu. Extant quoque:

Aurea Hymnorum totius anni expositio cum Annotationibus Petri Nuñez Delgado, unaque Orationes sacræ, quæ per annum cantantur: Epistolæ D. Pauli & *aliorum, quæ cantari solent*, &c. *Homiliæ diversorum Auctorum* &c. Omnia correcta per eumdem Hispali anno 1527. in 4.

Expositio Threnorum, id est, Lamentationum Hieremiæ, nec non & novem Lectionum, quæ pro defunctis in Ecclesia decantari solent, una cum acerbissima Christi passione secundum Matthæum excerpta ex Nicolao de Lyra per Licentiatum Petrum Nuñez Delgado Presbyterum in studio Hispalensi Cathedrarium. Hispali apud Joannem Cromberger 1530. Dedicat hunc librum presbyteris, & literarum professoribus disertissimis, Petro Ferdinandi & Petro de Torres, in professione eadem collegis. Non alius, credo, vertit in Hispanum, sive Hispanam interpretationem antiquiorem correxit & supplevit ejus operis, quod cum vulgari hac inscriptione:

La Coronica Troiana (scripta circa annum MCCLXXXVII. a Guidone Columna hæc fuerat) prodiit Toleti 1512. in folio, Medinæque typis Francisci del Canto anno 1587. in folio.

PETRUS NUÑEZ VELA, Abulensis, philosophus, edidit simul:

Dialecticam libris III. quam auctam & breviorem secundo excudit Genevæ 1578. 8.

De Ratione interpretandi aliorum scripta lib. I.

Poematum quoque *Latinorum & Græcorum* libros duos, Græcis ad verbum e regione appositis. Basileæ 1570. apud Petrum Pernam in 8. ad senatum Bernensis urbis. Apostata hic veræ religionis professor erat, cum hæc edidit, linguæ Græcæ in urbe Lausanensi Helvetiorum.

D. PETRUS DE OCHOGAVIA ET MAULEON, Navarrus, in Falces oppido Pampilonensis diœcesis editus, Salmanticæ in D. Bartholomæi collegio sodalis theologus, laurea ibi accepta, Legionensis, indeque Salmantinæ, ecclesiæ Magistralem, sive Lecturæ ut vocant, canonicatum obtinuit. Scriptum reliquit moriens opus, sive summam admodum commendatam:

De Sacramentis in genere & in specie. Salmanticæ 1619. in folio.

Obiit anno MDCXXIV.

PETRUS DE OJEA, Aragonius, ex oppido Trasmoz diœcesis, ut credimus, Turiasonensis, Jesuita, in collegio Cæsaraugustano theologus professor, rectorque aliquando, scripsit:

Tractatum Theologicum Scholasticum de Virtute Fidei. Cæsaraugustæ typis Michaelis de Luna 1661. 4.

De Spe & Charitate. Ibidem 1662.

Tractatum moralem de Virtutibus Theologicis. Apud Augustinum Verges 1670. 4.

PETRUS DE OJEDA, Marcienensis, sodalis Jesuitarum, Cordubæ Granatæque sacrarum literarum interpres, rexit item collegium Hispalense Conceptionis Deiparæ Virginis Immaculatæ, quod laici sodales habitant, Apostolicis urbis illius inquisitoribus a censendi officio in theologicis, vulgavit Hispanice:

Informacion eclesiastica en defensa de la limpia Concepcion de Nuestra Señora. Hispali 1610. in 4. Conchæ 1616. 4. De qua re ingens aliud volumen perfectum reliquit moriens, necnon & alia, scilicet: *In Epistolas Canonicas* volumina duo. Item vulgari lingua, ut credo: *Apologia por la Compañia de Jesus.*

Decessit Hispali anno MDCXXVII. ætatis LI.

F. PETRUS DE OÑA, Burgensis, inter sodales Deiparæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Pinciæ cooptatus, pusillo corpore ingentes animi virtutes gessit; ingenio, doctrina, tam scholastica quam expositiva, & oratoria facultate, prudentia insuper eximius. Professor cum esset domesticus philosophiæ ac theologiæ in Complutensi cœnobio, *Artium Cursum*, ut vocant, publicavit. Qui adeo academiæ rectoribus placuit ut caverint publico decreto, ne quid ultra logicæ præceptores quam Oñæ hunc *Cursum Artium* explicarent discipulis: quod quidem diu observatum fuit. Deinde provinciæ Castellæ præfuit, meritus a Philippo III. Rege Catholico Venetiolæ incolis Americæ meridionalis provinciæ destinari episcopus, anno sci-

ſcilicet ſexcenteſimo ſecundo ſupra milleſimum, ac poſt biennium, priuſquam eo ſe contuliſſet, Cajetanis civibus in regno Neapolitano. In cujus muneris adminiſtratione mortalis eſſe deſiit anno hujus ſæculi XXVI. non, ut Ferdinandus Ughellus in *Italia Sacra* urbis hujus præſules commemorans retulit, anno MDCXXXIV. Multum vero ab his abiit Ægidius Gundiſalvi Davila, Regius Caſtellæ atque Indiarum chronographus, in *Theatro Indico-eccleſiaſtico*, emortualem ei annum ſæculi hujus ſextum adſignans. Sepulcralem enim inſcriptionem hanc Cajetæ habet in templo maximo, quam ipſe illa in urbe manens excepi:

Hic jacet, abreptus fato, celeberrimus Oña
Obrutus, Heſperii gloria rara ſoli.
Cui Pallas ſophiã, fandi vim contulit Hermes,
Cui Cajeta decus fecit, & orſa Tagus.
Mentis opes, ſophiam, præclaræ fulmina linguæ
Plangite, mortales, mors fera cuncta tulit.
Obiit v. non. Octobris MDCXXVI.

Larga manu in eccleſiam ſuam beneficus fuit, cujus rei frequentia perdurant ubique monumenta, benefactoris inſignibus inſculptis conſpicua. Scripſit:

Introductionem ad Ariſtotelis Dialecticam, quam vulgo Summulas, ſeu Parva logicalia nuncupant, cum argumentis. 1593. in 4. Compluti.

In Magnam Ariſtotelis Logicam Commentaria & quæſtiones. Et:

In Philoſophiam, ſeu Phyſicorum libros VIII. *Commentaria & quæſtiones.* Compluti anno 1593. apud Joannem Gratianum 4. Deinde Hiſpanice:

Primera parte de las Poſtrimerias del Hombre: ſive de morte animæ, hoc eſt, peccato & morte corporis, quæ pœna illius eſt. Matriti apud Ludovicum Sanchez an. 1603. fol.

Sermones item. Ex hujus libris Silveſter de Saavedra, ejuſdem inſtituti ſodalis, fatetur ſe quod de peccato originis, Deiparæque Virginis immunitate opuſculum edidit, atque Hiſpali emiſit foras, deſumpſiſſe.

PETRUS DE OÑA, Chilenſis natu forſan, ſcripſit:

Arauco domado: poema hiſtoricum. Matriti 1596. 4. & 1608. in 8. Necnon & aliud metricum opus hujus notæ:

Temblor de Lima del año MDCIX. Ibidem eodem anno.

PETRUS DE OÑATE, Pincianus, presbyter Societatis Jeſu, provinciæ Paraquarenſis (Paraguay in America vulgo) præfectus aliquando, edidit:

De Contractibus tria volumina: *quorum primum de Contractibus in genere.* Romæ anno 1646. apud Franciſcum Cavallum in fol. *alterum de Contractibus lucrativis* 1647. folio. *Tertium duabus partibus diviſum De Contractibus oneroſis.* Ibidem 1654. apud Angelum Barnabam, heredem Manelfi, 1654. fol.

PETRUS ORDOÑEZ DE ZEVALLOS, alibi natus, Hiſpali vero a novennio educatus, inde cogitavit profectuſque eſt ad occidentales Indos, quos & Indiæ occidentalis bonam partem peragravit, atque in patriam reverſus hujus peregrinationis hiſtoriam fecit, quam ita inſcriptam voluit:

Viage del Mundo. in 4. Pars hujus operis eſt, ni fallor, id nempe quod de America in eo retulit, *Deſcriptio Indiæ Occidentalis*, ſub ejus nomine edita ex interpretatione Latina Gaſparis Barlæi, una cum *Deſcriptione Novi orbis Antonii de Herrera.* Amſteiodami anno 1622. in folio. Parabat hiſtoriam Giennenſis urbis, fereque confectam habebat, cum hoc tamen titulo, *Doce maravillas y doce famoſos hijos de la ciudad de Jaen*: cui colophonem addere, cum per valetudinem non ſibi liceret, Bartholomæo Ximenez Paton, ſibi amiciſſimo, conſignavit ſchedas ſuas, quo hiſtoriam is abſolveret, prodiitque tandem:

Hiſtoria de la antigua y continuada nobleza de la ciudad de Jaen, &c. y *de algunos Varones famoſos hijos de ella.* Giennii apud Petrum de la Cueſta 1628. in 4. Ediderat prius auctor:

Quarenta Triunfos de la Santa Cruz de Nueſtro Señor Jeſu Chriſto. Matriti apud Ludovicum Sanchez. Petri res geſtas breviter retulit Bartholomæus Paton in eo, quod adjunxit Giennenſi hiſtoriæ, cap. XXXVII.

F. PETRUS DE OROZ, Franciſcanus, edidit Mexicanæ provinciæ lingua, ubi propagando Evangelio vacavit:

Sermones varios pro ſingulis anni feſtivitatibus, quibus conciones ad populum haberi ſolent: qui nondum prodierunt.

Grammaticam artem linguæ Ottominæ, a Petro Palacios ejuſdem ordinis formatam, correxit & auxit. Waddingus & Leonius referunt.

PETRUS ORTIZ, ignotum prorſus mihi ſcriptoris nomen, niſi quod in bibliotheca Olivarienſi, ut ex ejus catalogo conſtat, olim extabant:

Petri Ortizii Hiſpanæ Hiſtoriæ tomi tres integri, in folio.

PETRUS ORTIZ, Jeſuita, edidit:

Sermones de Quareſma ſobre el Miſerere. Poſſevinus, Juſtinianus, & in *Bibliotheca Societatis* Sotuellus meminere.

F.

F. PETRUS ORTIZ, Seraphici ordinis ex provincia Reformata, quam ab Angelis vocant, fcripfit Hifpane:

Modo de enſeñar los Novicios. Hifpali 1633. in 8.

F. PETRUS ORTIZ DE LUYANDO, Mercenariorum fratrum, qui captivos ex inftituto redimunt, fodalis, facræ theologiæ magifter doctiffimus, & linguarum facrarum valde peritus, fcripfit:

La Vida y virtudes de S. Nicodemus ab Arimatia. Quam manu exaratam effe fcio penes illuftriffimum Hidruntinum archiepifcopum, ex eodem ordine affumptum.

F. PETRUS DE OVIEDO, Ciftercienfium ordinem fufcepit in Hortenfi domo, philofophus & theologus, monumentis utriufque ftudii foras emiffis clarus. Poft lectam alibi apud fuos theologiam, Complutenfi gymnafio fiftitur eamdem docturus ex ordinaria & fupremæ proxima feu vefperorum cathedra. Migravit hinc ad occidentales Indos adminiftratum epifcopali munere almam S. Dominici feu Hifpanæ infulæ ecclefiam. Ab hacque translatus fuit ad Quitenfem x. die Julii MDCXXVIII. hinc autem ad Argentinenfem XXI. Augufti MDCXLV. Scripfit:

In Dialecticam & Phyficorum Ariftotelis libros commentaria.

In Primam Partem Sancti Thomæ.

In Primam Secundæ ejufdem *S. Thomæ.* Quæ omnia typis jam fubjecta fuiffe Chryfoftomus Henriquez in *Phœnice*, Jongelinus in *Purpura Sancti Bernardi*, & Angelus Manrique in *Serie Abbatum Hortenfium* ad calcem fecundi tomi *Annalium* conteftantur.

Denatus fuit ante annum MDCLI. nam eo accepit alium præfulem, noftro orbata, Argentina poftremo laudata ecclefia.

PETRUS DE OVIEDO, Hifpalim urbem incolens foras emifit:

Relacion de las Fieftas que la ciudad de Sevilla hizo por el nacimiento del Principe D. Fernando, y por el vencimiento de la Batalla naval. Hifpali 1572. in 4.

F. PETRUS DE PADILLA, ex oppido Linares (quod & Lupus a Vega innuit in *Lauru Appollinis*) oriundus, eques, ut ajunt, ordinis Sancti Jacobi, poeta fuit ævo fuo nulli fecundus, qui hanc metricam eloquentiam, ex eaque laudem, confectati funt, ætate jam provecta, & multorum operum auctor, vitæ religiofæ initiavit fe inter Carmelitas Caftellæ provinciæ ac domus Matritenfis VI. die Augufti MDLXXXV. facris non minus concionibus formandis addictus, in quo operre non fine multa æqualium commendatione, propter egregias animi dotes, ingeniique perfpicaciam, ac memoriæ præfentiam, varia rerum eruditione inftructam, fuit verfatus. Linguas calluit vulgares, Italicam, Belgicam, Gallicam, præter Latinam & gentis fuæ vernaculam; fæculo & fæcularibus feu profanis mufis ab hodie renuncians, facræque camoenæ auditor factus, quod iter, æquali & elegantiæ & facilitatis ornamento dives, preffit ætatis quod fibi fuit reliquum. Edidit is, nondum Deo in religione facer:

Teforo de varias Poefias. Matriti apud Quirinum Gerardum 1575. & 1580. in 4. Hunc librum, fi demas pauca quædam humiliter dicta, quæ præ reliquorum fublimitate & excellentia magis comparent, jure laudant ii, quorum hac re fuper cenfura eft.

Eclogas Paftoriles, y de algunos Santos. Hifpali apud Antonium Pefcioni 1581. in 4.

Romancero, en que fe contienen algunos fucefos de los Efpañoles en la jornada de Flandes. Ibidem apud Francifcum Sanchez 1583. in 4.

Traduccion del Cerco de Dio de Geronimo de Corterreal. 1597. in 8. Matriti. Reliqua facra funt:

Jardin Efpiritual. Matriti 1585. in 4. apud Quirinum Gerardum.

Grandezas y excelencias de la Virgen Nueftra Señora en octavas. Matriti apud Petrum de Madrigal 1587. in 4.

Oratorio real.

Hiftoria de la Cafa fanta de Loreto.

Monarquia de Chrifto: profa oratione ex Italico Joannis Antonii Pantera. Pinciæ 1590. in 4.

De la Pafion de Chrifto Señor nueftro lego quoque ei tributum. Quemadmodum et:

Ramillete de Flores.

Obiit poft annum MDXCV. jacetque in cœnobio Carmelitarum Matritenfium.

PETRUS PAEZ, Jefuita, unus ex Æthiopiæ miniftris Evangelicis, qui tam longe a Chriftianis provinciis & quafi alio terrarum orbe collocatam ecclefiam totis XIX. annis falutari legis divinæ pabulo exhibuit, Regemque ipfum Abiffinorum, Sultanum Seguedum, devotiffimum fibi expertus eft, fcripfit lingua Amarana ejus gentis:

Tractatum de Abiffinorum erroribus. Atque in eamdem tranftulit:

Doctrinam Chriftianam. Scripfit præterea:

Literas de fuo in Æthiopiam ingreffu datas Fremonæ XXIV. Julii MDCIII.

Literas de morte Imperatoris datas XXX. Julii MDCV. Quas utrafque retulit in *Thefaurum rerum Indicarum* Petrus Iarricus tomo III. lib. I. cap. XXXII. & XXXVI.

Annuas literas ex eadem Æthiopia anni MDCXVII.

Historiam Æthiopiæ ab ipso accurate scriptam servat Romæ assistens Lusitaniæ Societatis Jesu, ait Philippus Alegambius.

F. PETRUS DE PALACIOS, Franciscanorum sodalis, scripsit lingua Otomina Tlascalensis provinciæ:

Arte desta lengua. Quam Petrus Oroz, de quo supra, correxit & auxit.

Doctrina Christiana. Waddingus Leoniusque auctores sunt.

F. PETRUS PALOMINO, Benedictinus monachus monasterii S. Joannis de Samos Gallæciæ regni, cui & abbas præfuit, concionator Regius, & sacræ theologiæ magister, edidit:

Varios Sermones: duobus tomis.

PETRUS A PANDA, nescio quis, propria Hispanica lingua scripsit *De Rebus ad nobilitatem attinentibus* librum quemdam, quem Hispali in bibliotheca Coloniana MS. extare Alfonsus Ciaconius refert in schedis ad *Bibliothecam universalem.*

PETRUS PANTOJA DE AYALA, Toletanus, I. V. consultus, Toleti ab Eugenio Andrada primario antecessore jus Romanum, Salmanticæque Pontificium ab Alphonso Guillen de la Carrera, ingentis famæ professore, atque aliis didicit, humanioribus apprime excultus literis, quorum nomine satis se commendavit in pulchro illo opere, cujus hæc inscriptio:

Commentaria in Titulum de Aleatoribus, Digestis & Codice; sive de Ludorum universa antiquitate. Matriti apud Petrum Tazum 1625. 4. In prætorio deinde urbis Hispalensis quatuorvir criminum vindicandorum aliquot annis jus dixit, nudatusque hoc honore obiit.

PETRUS PARDO DE RIBADENEYRA, dum in Belgio militat, Hispanicum ex Italico fecit:

El Gobierno de la Caballeria ligera compuesto por Georgio Basta Conde del Sacro Imperio, General en la Ungria y Alemania. Matriti apud Franciscum Martinez 1641.

F. PETRUS DE S. PAULO, vicarius generalis Augustinianorum Nudipedum, edidit:

Cæremoniale sui Ordinis. Matriti 1664. in 4.

PETRUS PAULUS PEREDA, Valentinus, ex nobilissima urbe Setabi, quæ nunc Xativa est, medicus doctor, & in principe hujus regni schola artis suæ professor, edidit:

In Michaelis Joannis Paschalis Methodum curandi morbos scholia. Ad Gasparem Quirogam, archiepiscopum Toletanum, atque inde S. R. E. cardinalem, typis Petri Mali Barcinone 1579. in 8. & Lugduni 1585. & apud Horatium Cardon 1602. in 8. & 1600. & 1630. tandemque ibidem 1664. in 8. cum addita in extremo *Disputatione Medica, an cannabis & aqua in qua mollitur, possint aerem inficere.* Reliquit MSS.

Commentaria sex in libros Galeni: De differentiis morborum; De caussis morborum; De differentiis Symptomatum; De Symptomatum caussis.

Commentaria in Librum primum & secundum Galeni De Differentiis febrium.

De Signis & caussis morborum internorum fere omnium disputationem utilissimam. Quæ omnia habere se in bibliotheca sua in opere *De Scriptis Medicis* docuit nos Joannes Antonides vander Linden. Meminit hujus docti provincialis sui Gaspar Escolanus in *Historia urbis & regni Valentini*, lib. v. cap. xxiii.

PETRUS PAULUS DE RIBERA, Valentinus, laudatur a Celso de Rosinis Cæsenate, in *Lyceo* suo *Lateranensi illustrium Scriptorum ordinis Canonicorum regularium Salvatoris Lateranensis*, uti unus ex his qui hoc institutum olim amplexi sunt, literarumque monumenta posteris reliquerunt. Natales hunc serenissimos jactare potuisse, occultos tamen, ut sibi a senioribus pervestiganti relatum fuit, nescimus quo sensu ab hoc auctore debeamus accipere. Adolescens in Italiam veniens, ibique hujus ordinis sacramento dicto, varia inter suos, nec nusquam extra religionis claustra, gessit munera, Venetiisque tandem resistens animum ad scribendum appulit, in eaque urbe mortuus est anno MDCIX. Extant ab eo hæc opera Italica:

Del Modo di conseguire il Giubileo & altre Indulgenze. Venetiis apud Nicolaum Misserinum 1601.

Chronico dell' Isole di Tremiti: lib. vi. Ibidem 1606. Diomedææ hæ sunt insulæ, Apuliæ adjacentes in Hadriatico mari, quæ ditionis canonicorum istorum sunt, quam ipse auctor administravit.

Le Glorie immortali de' trionfi & heroiche imprese d' ottocento quarantacinque Donne illustri antiche e moderne. Venetiis apud Evangelistam Deuchinum 1609. in 4. Consulesis laudatum Celsum Rosinum.

D. PETRUS PAULUS VILET, nescio an Hispanus an Gallus, scripsit nostra lingua:

Gram-

Grammatica Francesa. Cæsaraugustæ 1673. in 4.

PETRUS DE PERALTA, Segoviæ nobili stirpe satus eo quidem tempore fuit, Antonio Davila & Catharina de Peralta parentibus, quod vere clarissimum quemque hujus urbis alumnum, ad studiorum communem militiam, communeque fœcundæ talium hominum patriæ gentisque nostræ decus, alium paucis ante alium annis, feliciter faustèque procreavit. Dominicum Sotum, Andreasque duos, Lacunam & Vegam, paulo ante annum sæculare quingentesimum, æque ut noster, ortos nominasse sufficiat. In prima hic Hispaniæ academia sic breviter ac musis faventibus, philosophiæ studio juris utriusque notitiam atque adeo perfectissimam cognitionem adjunxit, ut & munus docendi e cathedra, duos super viginti natus annos, publico stipendio, ac post sexennium doctoralia quoque insignia Salmantinæ academiæ suscepit. Jam promoto ad superiores locos docendi ac profitendi gradu, vespertinæ, ac post eam antemeridianæ, quæ honori & compendio ante alias est, imponitur. Sed cum emeritum a vicennio tempus demum ageret, quæ ore tantum, juxta illius ævi morem, auditoribus suis dictaverat in scripta redigere, publicique juris facere decrevit. Hæc a morte illius, quem alterius sæculi sexagesimus primus, & quidem climactericus ei, annus vivis exemit, a Sanctio filio, doctore & ipso Salmantino, edita sunt, nempe duobus voluminibus:

Relectiones. Priore tomo hæ scilicet: *In Rubricam D. De Hered. instituendis. In L. III. §. Qui fideicommissam. D. eodem titulo. In L. Heredem. D. de Legatis secundo. In L. Cum pater §. A filia, eodem titulo. In L. Si quis in principio testamenti. D. De Legatis tertio. Interpretationes in Titulum De Legatis secundo* alter tomus continet. Salmanticæ apud Joannem Mariam a Terranova 1563. in folio. Apponam, quod mei moris est, de nostro quædam virorum in jure doctissimorum testimonia. Ludovicus Mexia Hispalensis ad *Pragmaticam taxæ panis* vocat eum *omnium sui temporis jurisconsultorum subtilissimum, principem atque eruditissimum doctorem.* Joannes Garsias, *de Expensis* scribens, *Omnium qui sua ætate jura interpretati sunt, præceptorem & scriptorem celeberrimum.* Alvaradus *magnæ eruditionis, recti judicii, ingeniique subtilis virum,* dum *Testatorum* explicat *conjecturatam mentem*, in hujus inscriptionis opere; atque alii laudibus aliis appellant.

PETRUS DE PERAMATO, Lusitanus, medicus doctor, in Luciferi fano diu astitit valetudini tuendæ Alphonsi Perezii de Guzman, Medinæ Sidoniæ ducis, scripsitque:

Opera medicinalia; De Elementis; De Humoribus; De Temperamentis. Luciferi fano apud Ferdinandum Diaz 1576. in folio. Quibus accedunt:

De Facultatibus nostrum corpus dispensantibus.

De Semine Tractatus.

De Hominis procreatione a conceptu ad partum, cum appendice duplici: prior quærit, Quid naturale, quid miraculosum in conceptione & partu Domini nostri Jesu Christi, atque item Virginis Deiparæ in utero Annæ matris interfuerit; posterior autem docet veram methodum dignoscendi qualis puer nuper natus postmodum sit futurus, & quanta vis in horoscopo Astrologico sita sit.

Tractatus duo, De pueri & puerperæ regimine; ubi omnia, quæ ad nutricem, obstetricem, pædotribam, uterogerentem & enixam attinet, traduntur. Omnia hæc simul eo anno 1576.

De Pleuritide & Cacochimia. Qui præambulus est libellus ad librum:

De Evacuandi ratione. Ibidem eodem anno.

F. PETRUS DE PEREA, domo ex Briones oppido, Augustinianus in Burgensi cœnobio initiatus, postquam in hac familia generalem, ut vocant, assistentem ultramontanum, atque alia munera exercuisset, IV. Septembris MDCXVII. creari meruit Arequipensis in America meridionali episcopus. Edidit:

Certeza de la pureza de la Virgen en su Concepcion. Limæ 1629.

Obierat jam anno MDCXXXII. quo hæc ecclesia, pastore orbata, desponsata successori fuit. Meminit Thomas de Herrera in *Alphabeto Augustiniano*, & in *Historia Domus Salmantinæ*, cap. XX.

F. PETRUS PEREZ, Bæticus, ordinis sui Mercenariorum generalis in Italia vicarius, scripsit:

Sermones in Dominicis post Pentecosten. Malacæ.

PETRUS PEREZ DE SAAVEDRA, in supremo senatu Equestrium Ordinum recitator causarum, librum reliquit variæ eruditionis, propediem, cum fato sublatus fuit, edendum; qui ipse tamen vidit lucem postumus, eaque non ingratiis elegantiorum hominum hodie fruitur, nempe:

Zelos divinos y humanos. Matriti apud Joannem Gonzalez 1620. in 4.

PETRUS PESQUIER (credo Paschier), con-

consiliarius Regius in dicasterio Navarræ regni Pampilonensi, compilavit *Leges*, *Statuta*, *& Decreta* hujusce regni usque ad annum MDLVI. Quæ Stellæ edita Castellana lingua 1567. ab Hadriano Antuerpiensi.

PETRUS PINTO DE AMARANTE, Lusitanus, Cæsareusque miles in expeditione Africana, qua captum est a Mauris Tunetum, edidit:

Historia de alguãs accoẽs em que se achou servendo no exercito do Emperador Carlos V. quando passou a Tunes. Cardosus.

PETRUS PINTOR, Valentinus, medicus doctor, Alexandri VI. Papæ domesticus, scripsit librum hoc titulo annotatum:

Aggregator Sententiarum Doctorum omnium de præservatione & curatione pestilentiæ. Romæ apud Eucharium Silber 1499. in folio. *De Epidemia* librum appellat Symphorianus Camperius.

PETRUS PIZARRO, scripsit:

Relacion de la Conquista del Peru, y su gobierno. Fuit MS. inter libros Philippi Regis Hispaniarum II. teste Antonio Leone in *Bibliotheca Indica Occidentali*, tit. VIII.

PETRUS PLAZA DE MORAZA, natus in Birovisca, seu Birviesca, Castellæ Veteris territoriique sacri Burgensis municipio, Salmanticæ admissus ad S. Jacobi Archiepiscopalis collegium, cœpit circa annum MDLVII. publice ex cathedra jus docere Pontificium. Idem post Joannis Bernardi Diaz de Lugo & Antonii Gomezii similem, ut pote eidem argumento addictam, operam, scripsit docte & eleganter, cum & exquisita esset doctrina juris & omnibus bonis artibus, linguarumque cognitione ornatus:

Epitomen delictorum, causarumque criminalium ex Jure Pontificio, Regio & Cæsareo librum primum continentem miscellaneos quosdam Tractatus affines titulis Libri Decretalium v. & Codicis IX. Salmanticæ apud Joannem a Canova 1558. in folio. Lugduni 1560. in 8. Venetiis apud Hieronymum Scotum 1573. in 8. Spes facta fuit aliorum duorum hujus *Epitomes* librorum; item *Regiarum Constitutionum* unius & alterius voluminis; necnon & *Juris Civilis & Canonici Artis* multa cura conscriptæ. Sed nihil horum vidimus.

F. PETRUS DE POIARES, Lusitanus, ordinis S. Francisci provinciæ Pietatis, theologiæ professor in Elvensi domo, scripsit:

Diccionario Lusitano-Latino de nomes proprios de Regioẽs, Provincias, Cidades, Villas, Castellos, Lugares, Rios, Mares &c. Olisipone 1667. in 4. apud Joannem da Costa.

F. PETRUS PONCE, monachus Benedictinus cœnobii S. Facundi (Sahagun vulgo), superiore sæculo invenit artem docendi mutos verba proferre, literas, Latinamque linguam, & scribere: quod Aristoteles lib. IV. *De Historia Animalium*, cap. IX. natura impossibile esse existimavit. Atqui noster rationibus philosophicis, & quod multo plus est, experientia adprobavit contrarium. Fr. Joannis de Castañiza, Benedictini, ex *Historia de Vita S. Benedicti* verba quædam adjungimus vernaculæ linguæ: *Fr. Pedro Ponce, monge professo de Sahagun, por industria enseña a hablar a los mudos, diciendo el gran filosofo Aristoteles que es imposible: y ha descubierto por verdadera filosofia la posibilidad y razones que ay para ello; y lo dexará bien probado en un libro, que dello tiene escrito: y lo que mas admira es que, no pudiendo oir humanamente, los hace oir, hablar y aprender la lengua Latina con otras, escribir y pintar, y otras cosas, como es buen testigo Don Gaspar de Gurrea, hijo del gobernador de Aragon, discipulo suyo, y otros algunos.* Hæc Castañiza. Ambrosius de Morales legi dignus est de hoc homine, atque ejus hac peregrina industria, in *Descriptione Hispaniæ* fol. 38. referens docuisse eum loqui fratres duos & sororem Castellæ connestabilis, de quorum altero, Petro a Velasco nuncupato, mirum esse ait, quæ & quanta intra vigesimum ætatis annum, ad quam vixit ætatem, didicerit, siquidem, ultra suam vernaculam linguam, loquebatur scribebatque Latina, fere absque solæcismo, quandoque & eleganter; necnon & Græcis characteribus scribebat. Adducitque idem Morales schedulam, manu illius scriptam, qua respondit roganti per manualia signa de arte ista & forma, quam sibi adeo utilem expertus fuerat. Sed liber is, quem scriptum ab eo hac de re diximus Joannis Castañizæ verbis, visus fuit nusquam typis editus.

F. PETRUS PONCE, natus in oppido Utiel Conchensis territorii sacri, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ, ut vocant, præsentatus, minister aliquando cœnobii Matritensis, scripsit.

Historia y Milagros de Nuestra Señora de Texeda.

Tratado de Oracion mental y de las tres vias. Valentiæ. Ex relatione rever. admodum P. M. Fr. Francisci de Arcos, ejusdem ordinis, ad nos Romam usque transmissa.

PETRUS DE LA PORTA, si Hispanus est,

eſt , Jeſuitarum ſodalis , tranſtulit noſtrate lingua:

Leonardi Leſſii de Statu vitæ deligendo libellum

D. PETRUS PORTER CASSANATE, Aragonenſis , eques ordinis S. Jacobi , mathematicæ doctrinæ , ac præſertim nauticæ rei, peritus , in America & mari meridionali (Mar del Sur vulgo audit) maritimæ non unius expeditionis Regiis auſpiciis auctor ; olim ediderat , ſigniferi munus adhuc exercens in militaribus copiis:

Reparo a los errores de la Navegacion Eſpañola. Cæſarauguſtæ apud Mariam de la Torre 1634. in 8. Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius , nuncupans noſtro *Elogium ſepulchrale D. Thomæ Tamaii de Vargas* a ſe confectum , tribuit ei opus aliud , quod editionem ſolum expectabat , ſcilicet:

Diccionario Nautico , & quædam alia : almirantum eum , ut vocant municipali verbo noſtri , ſeu archithalaſſum appellans.

PETRUS DE LA PUENTE , tribunus militum in Germanico adverſus Suecos bello, deinde gubernator Orbitelli in Tuſcia , Ticinenſiſque urbis caſtelli præfectus , tandem S. Salvatoris caſtrum juxta Meſſanam Siciliæ, commiſſum curæ ſuæ , uſque ad mortem rexit, ſtrenuus vir , parique ingenio ac bellica virtute , ſcripſit:

Los Soldados en la guardia. Simulque:

Apuntamientos politicos. Ticini apud Joannem Andream Magrum 1657. 4.

F. PETRUS DE QUESADA , Canarienſis , Carmelita , ſacræ theologiæ magiſter , ad Sanctum Albertum in urbe Hiſpali diu ſodalis , edidit:

Noticia de S. Roman Martir. Granatæ apud Vincentium Alvarez 1638. 4.

Informacion ſumaria de la Antiguedad, Regla y Santos de la Orden de Nueſtra Señora del Carmen. Malacæ 1639. in 4. apud Joannem Serrano de Vargas.

Hiſpali diem vidit extremum an. MDCLXI.

F. PETRUS DE QUINTANILLA ET MENDOZA , Complutenſis , ex togato ejuſdem academiæ ſodali Franciſcanus , notarius Apoſtolicus, & procurator generalis in Romana curia pro venerabilis atque ampliſſimi viri D. Franciſci Ximenez de Ciſneros, S. R. E. cardinalis, Toletani archiepiſcopi, promovenda ſolemni atque eccleſiaſtica in Beatorum cenſum relatione. Hic poſt antiquam Alvari Gomezii operam , huic argumento laudabiliter ſuperiori ſæculo impenſam , cujus & *Compendium* Eugenius de Robles poſtea dedit, Ximenii vitam , inſtrumentorum copiis majoribus inſtructus , Hiſpane tamen , in publicum emiſit , hoc titulo , Complutenſis collegii nomine inſcripto:

Archetypo de Virtudes , Eſpejo de Prelados el Venerable Padre y ſiervo de Dios Fr. Franciſco Ximenez de Ciſneros. Panhormi apud Nicolaum Bua 1653. in folio.

Panegyricos del Cardenal Ciſneros. Romæ 1654. niſi idem cum ſuperiore opus ſit. Idem hominis nomen præ ſe fert:

Tratado ſobre los Decretos de non cultu. Compluti 1671. 4. Necnon Latine:

Oranum Ximenii virtute Catholicum , ſive de Africano bello in Tremezen regno ſub Servi Dei Franciſci Ximenii S. R. E. cardin. protectione per CLII. *annos continuato.* Romæ 1658. in 4.

PETRUS DE QUIROGA , neſcio quis, ſcripſit:

Coloquios de la verdad , donde ſe trata de la converſion de los Indios y conquiſta de aquellos Reynos y agravios , que los Indios padecen. Erat inter libros D. Ludovici de Caſtilla , quorum catalogus extat MS. lib. IX. *Miſcellaneorum* bibliothecæ Villumbroſanæ. His damnis , recentis adhuc dominii legibus non ſtatim reparatis, remedium præſens quæſitum fuit , multis datis omni tempore conſtitutionibus , ſive ut vocant ſchedulis.

PETRUS DE QUIROS , Hiſpalenſis , ex Clericis Regularibus , vulgo appellatis Minoribus , bis præpoſitus Salmantini collegii S. Caroli , & viſitator generalis provinciæ Hiſpaniæ , dedit in lucem limato & luculento ſtilo:

Vida y virtudes del Venerable Padre Bartholome Simorilli de los Clerigos Menores.

Parentacion real , Honras que hizo la ciudad de Salamanca al Rey N. Señor D. Felipe IV. Salmanticæ in 4. 1666. apud Joſephum Gomez de los Cubos. Habebat editioni parata , cum e vivis exceſſit , elegantiſſimo ſtilo Latino:

In Jonam Prophetam Commentaria , ut nobis retulit reverendiſſimus pater Joannes Ximenez , præfectus generalis hujus religioſæ familiæ , qui ante paucos annos hic Romæ obiit. Quod forſan opus auctorem habuit Hyacintum Carolum Quintero , aut ab hoc imperfectum relictum Quiroſius abſolvit: quod ex his , quæ in Hyacinto Carolo annotatum a nobis fuit , non temere quis colligat.

F. PETRUS RAMIREZ , ex oppido Zafra Eſtremaduræ provinciæ oriundus , eremita Auguſtinianus , ſacræ theologiæ magiſter , Bæticæ provinciæ olim præfuit ; necnon

&

& in Peruanum regnum in comitatu proregis, Montium clarorum marchionis, cujus & tractare conscientiæ arcana, & publicæ rei consilia promovere apud eumdem consueverat, delatus, Limæ, hoc est in Regum urbe, Margaretham, serenissimam Hispaniæ Reginam, quæ per id tempus fato concesserat, publica & ornatissima oratione pro rostris laudavit, quam deinde Martinus de Leon, ejusdem familiæ, Petri sodalis, & aliquando Puteolanus, atque inde Panhormitanus antistes, formis imprimendam curavit. Concionator fuit Ramirezius memoria nostra in paucis qui nomen sibi ex hoc opere usquam fecerunt. Exemptus est e vivis Hispali nona die Aprilis MDCXXVIII.

PETRUS RAMIREZ DOURADO, Lusitanus, Lusitane dedit:

Paragonaçaõ des Varoẽs ilustres &c. Parallela scilicet virorum illustrium Lusitaniæ, ut credo.

D. PETRUS DE REYNA MALDONADO, Limensis, sacræ theologiæ doctor Hispalensis, Truxilianæ ecclesiæ, quæ in Peruano regno est, canonicus, nec semel aut bis generalis vicarius & gubernator, translatus fuit ad collegium ecclesiæ civitatis Angelorum Mexicanæ provinciæ, postquam in Hispaniam secundo venisset, nec multo post, scilicet XX. Novembris anni MDCLIX. creatus S. Jacobi de Cuba episcopus. Scripsit:

Declaracion de las Reglas, que pertenecen a la Sintaxis para el uso de los nombres y construccion de los verbos, con exposicion del Libro quinto para la cantidad de las sylabas. Madriti 1622. in 4.

Suma de Sacramentis tam ordinatis quam ordinandis, con las ceremonias de la Misa. Ibidem 1623.

Resunta del Vasallo leal. 1647.

Apologia en favor de la Iglesia de Truxillo pidiendo la fuesse a gobernar su electo Obispo D. Pedro de Ortega Sotomayor.

Discurso defensorio por la facultad que tiene el Prelado de dexar Gobernador en su Iglesia, quando passa al gobierno de otra. 1648.

El Perfecto Prelado: duobus tomis. Madriti in folio.

Decessit ante annum MDCLXI. quo viduatæ isti S. Jacobi ecclesiæ assignatus fuit Romæ alius sponsus.

PETRUS DE REYNOSA, Toletanus, scripsit in otiosorum, & qui hoc fabularum equestrium, ut vulgo appellant, genere delectantur, gratiam:

Primera, Segunda y Tercera Parte de Orlando enamorado: Espejo de Cavalleros, de los hechos del Conde Roldan, Reynaldos de Montalban, y otros. Medinæcampi apud Fanciscum del Canto 1585. in folio.

PETRUS A RIBADENEYRA, Toletanus, Societatis Jesu sodalis, de quo elogii, seu cenotaphii, verba, quod Joannes Mariana olim fecit, potius quam mea legi volo: *Sodalitati Jesuitarum se Romæ junxit antequam sedi Apostolicæ is ordo probatus esset; morum facilitate, ingenio ardenti, egregia indole tribus præpositis generalibus, Beato Ignatio, Lainio & Francisco Borgiæ gratus imprimis extitit. Junior multas nationes obivit, de rebus legatus magnis, deinde variis inter suos muneribus est perfunctus in Tuscia & Sicilia, provincialis commissarius in Sicilia, in Insubribus visitator. Ætate major Toletum rediit, si nativo cœlo afflictam valetudinem recreare posset; in eo secessu, & Matriti, ubi vitæ reliquum exegit, multos libros publicavit, eruditos & pios, in utraque lingua par. Principibus gratus, suis carus, exteris commodus, prudentiæ laude insignis. Annos LXXXIV. vixit, in Societate autem LXXI. Obiit Matriti anno MDCXI. kal. Octobris.* Hæc Mariana. Inter alia adjungit novissimæ *Societatis Jesu Bibliothecæ* auctor, magnum annis superioribus editum argumentum beatitudinis Petri nostri, capite nempe illius incorrupto invento, ut & notis suis deprehenderetur, adeoque ex vultu ab omnibus, qui vivum noverant, in cadavere duorum ac viginti annorum dignosceretur, quare & in decentiorem locum fuit sublatum. Pii doctique viri monumenta hæc extant:

De Vita S. Patris Ignatii Societatis auctoris libri V. Cum Latine typis Plantinianis 1588. Ingolstadii 1590. Lugduni 1595. Parisiisque, Coloniæque in 12. Scholiisque illustrata a Christiano Simone 1598. in 8. tum Hispanice Matriti 1586. & 1605. in fol. cum *Lainii* & *Borgiæ Vitis*. Versa hæc est in Germanicum sermonem a Theobaldo quodam, Jesuita, in Bohemicum a Georgio Fero, ejusdem Societatis, & in Italicum, editaque Venetiis per Giolittos 1586. in 4. Altera ejusdem vita brevior, sed multis ac novis miraculis illustrata. Hæc, si postremo edita est, Polonice prodiit versa a Simone Visoki, ejusdem Societatis Jesu.

De Scriptoribus Societatis Tractatus. Quem octogenarius absolvit, ediditque apud Plantinum 1608. Quem deinde nonnihil auctum ediderunt Lugdunenses typis Joannis Pillehotte 1609. in 8. tertioque Andreas Scotus Julii Nigroni Genuensis *Observationibus* illustratum repræsentavit iisdem typis Plantinianis anno 1613. Tandem pulcherrima accessione & forma locupletavit sub *Bibliothecæ Socie-*

cietatis nomine Philippus Alegambe, Bruxellensis, ediditque Antuerpiæ apud Meursium 1643. folio. Hispanice autem quamplura exacti judicii & stili:

Vida del Padre Diego Lainez segundo General de la Compañia: libris tribus. Cui adjungitur:

Vida del Padre Alfonso Salmeron.

Vida del Padre Francisco de Borja tercero General de la Compañia, que fue Duque de Gandia. Matriti 1592. Hanc in Latinum vertit Andreas Scotus, ediditque Antuerpiæ 1598. in 8. Quæ & Moguntiæ prodiit 1613. 8. Gallice quoque Duaci 1603. 8. Lugdunique 1609. in 8.

De la Scisma de Ingalaterra libri tres. Matriti apud Petrum Madrigal 1588. in 8. Antuerpiæ apud Nutium 1594. in 12.

De la Tribulacion particular y publica libri duo. Barcinone 1591. 8. Quod opus fecit Latinum Joannes Oranus, Leodiensis. Gallicum alius editum Parisiis 1600. in 12.

Tratado de la Religion, y virtudes que debe tener el Principe Christiano para gobernar sus estados: adversus Machiaveli impietatem. Matriti 1595. apud Petrum Madrigal, & iterum 1601. apud Ludovicum Sanchez. Qui certatim ab exteris in sermonem uniuscujusque gentis suum translatus est: nempe Gallice prodiit opera Antonii Balinghemii, Audomarensis; Anglice Thomæ Everardi, ejusdem Societatis; Italice Scipionis Metelli da Castelnuovo di Lunigiana. Bresciæ 1599. in 8. Genevæ 1598. apud Josephum Pavoni in 4. Bononiæ apud Petrum Paulum Tozzi 1622. in 8. Latine autem interprete Joanne Orano, Leodiensi.

Flos Sanctorum, o Libro de las Vidas de los Santos, Primera parte. Matriti 1610. fol. (Hujus portio forsan est: *Vida de Christo y de su Madre Santisima.* Matriti apud Ludovicum Sanchez edita 1604. in f.) Cui accessit:

Segunda parte de los Santos extravagantes: qui nempe extra ordinem *Breviarii* sunt. Matriti 1609. Utraque pars recussa est Barcinone 1623. Latineque loquens opera Jacobi Canisii, ejusdem Societatis, prodiit Coloniæ 1630. in fol. Itali etiam suum opus fecerunt, edideruntque variis in locis, præsertim emendatiusque Mediolani 1613. sicut & Galli novissime, præstante operam Simone Martino, instituti sodalium Minimorum, Parisiisque edente anno 1644. & anno 1653. in fol. Sed lego etiam de Lugdunensi editione anni 1645. fol. 2. volum. imo & Parisiensi anni 1616. uno volumine typis Dionysii de la Noue in fol. & in renovata *Bibliothecæ Societatis* editione lego laudatum hujus *Floris Sanctorum* interpretem Gallicum, Antonium Girard, Jesuitam, scriptis aliis & interpretationibus bene notum. Quinimo in *Memoriis*, ut vocat, Michaelis de Marolles, abbatis de Villeloin, cuidam Boumois hæc interpretatio tribuitur, pag. 98.

Tratado en el qual se da razon del Instituto de la Religion de la Compañia de Jesus. Matriti 1605. in 4. in eodem collegio.

Manual de Oraciones y exercicios. Matriti 1611. in 16. Gallice Lugduni 1624. in 12. & Italice apud Joannem Baptistam Ciotti Venetiis 1607. in 12.

Vida de la Madre Teresa de Jesus in 4. Ex Latino in patrium sermonem transtulit:

Paraiso del Alma: sive librum *De virtutibus*, Alberti Magni. Valentiæ 1594. 16. Matriti 1644. 12.

Las Confesiones de S. Augustin. 1598. Matriti.

Las Meditaciones, Soliloquios, y Manual del mismo Santo. Omnia hæc prodierunt simul duobus tomis. Inedita apud ipsum mansisse ajunt:

Vida de Doña Maria de Mendoza fundadora del colegio de la Compañia de Alcala de Henares.

Vida de Doña Estefania Manrique y Castilla fundadora con D. Pedro Manrique su hermano de la casa profesa de Toledo.

Tres Dialogos, en que se refieren raros exemplos de como an sido castigados de Dios severamente los que se salen de la religion. Sub incude habebat, dubium mihi qua lingua, *Historiam Hispanicam Societatis, Indicam & Sardicam*: quæ tres provinciæ seu partes orbis uni eidemque assistenti, ut vocant, Hispaniæ subsunt. Bæticam quod attinet servari ajunt Hispali in domo Noviciatus. Ribadeneiræ nostri vitam scripsisse lingua vernacula Ludovicum Palmam, Toletanum, ex eaque Latinam interpretationem confecisse Emmanuelem Suarezium, Lusitanum, utrumque Jesuitarum sodalem, scriptum reliquit in *Magnalibus Matritensibus* Ægidius Gonzalez Davila. Miror autem nullam horum operum mentionem in *Societatis Bibliotheca* superesse.

PETRUS DE RIBAS, vicarius ecclesiæ S. Nicolai urbis Cæsaraugustanæ, dedit ex sermone Italiæ vernaculo:

El Porque: sive librum hujus nuncupationis. Madriti apud Petrum de Madrigal 1598. in 8. quem ait utilissimum esse ad sanitatem tuendam, & physiognomicam artem, simulque naturæ omnium herbarum cognitionem, ad D. Ferdinandum de Aragonia, Cæsaraugustanum antistitem, directum.

PETRUS ROCHA, Tarraconensis (teste mihi Ludovico Pontio Icart in libello *De las Grandezas de Tarragona*, cap. XLII.), ver-

vertit ex Italico Petri Aretini libros:

De la Humanidad de Christo.

De la Vida de Nuestra Señora.

Los siete Salmos Penitenciales. Et ex Bocacii:

La Fiammeta.

El Corbaccio. In quorum interpretatione summorum Italicæ linguæ magistrorum gloriæ nihilo se inferiorem ostendit, ut idem adjungit auctor.

PETRUS RODRIGUEZ, Jesuita, scripsit:

Vida del Padre Joseph de Ancheta. MS. Antonio de Leon in *Bibliotheca Indica Occidentali*, tit. XII.

PETRUS RODRIGUEZ DE FIGUEROA, municipii Escalonensis parochus, edidit:

Medico Espiritual, en el qual se contiene dotrina muy provechosa para Predicadores. Toleti 1623. in 4.

D. PETRUS RODRIGUEZ DE MONFORTE, sacræ theologiæ doctor, Regi nostro Carolo a sacris, parochus ad S. Joannem Matritensis curiæ, nunc in Regia capella, ingenio & eloquentia præstanti vir, confecit:

Relacion de las Exequias del Rey D. Felipe IV. celebradas en la Iglesia de la Encarnacion de Madrid a XXX. y XXXI. de Octubre de MDCLXV. Matriti 1666. 4.

F. PETRUS ROMERO, domo ex oppido El Campillo de Altobuey..... Dominicanus sodalis, vir doctissimus, venit in Italiam cum propinquo suo quodam, qui excellentissimo D. Antonio Alvarez de Toledo, Albæ duci, ac Neapolitano proregi, erat a confessionibus, & ex Neapoli ad Venetorum ditionem transiit, concionibus habendis non sine plausu deditus. Quem cognovisse se in urbe Chiozza anno MDCXXXIX. & in Venetiis ipsis diu moratum, deinde in Marcha Anconitana, atque ejus urbe Camerino, ubi carissimus fuit Sfortiæ, comiti Pallavicino, S. R. E. aliquando cardinali, ac summo literis atque eruditione viro, dum gubernatoris munere ibidem fungeretur, postmodum Florentiæ circa annum MDCXLIX. a se visum, retulit ad me, datis literis, rever. pater fr. Angelicus Aprosius, Vintimilliensis, Augustinianus, X. Decembris 1675. qui ibidem ait reversum tandem eum post plures annos in Hispaniam. Edidit:

Venetia eviterna Discorso Theologico-Academico del Licenciato Pietro Romero Spagnuolo da Campiglio d' Altobuey, Domenicano. Venetiis 1641. apud Jacobum Sarzina in 12. ad principem & senatum Venetum.

Fulmine presago. Paratum se habere in prioris horum operum præfatione ad lectorem ait, Italica lingua:

Santuario, seu Sanctorale, hoc est, *Conciones de Sanctis*: tribus partibus.

Mariale item. Quarum concionum plures Aprosius dicit se legisse audivisseque cum stupore. Meminit idem in *Bibliotheca* sua *Aprosiana*. Cujus hominis, in epistola etiam ad me scripta, cum pari laude recordatus fuit Antonius Magliabechus, Florentinus, amicus noster, tota Italia & ubique propter portentosam memoriam & eruditionis præstantiam celeber. Vide *Bibliothecam Aprosianam* Angeli Aprosii, Vintimilliensis, de hoc Petro Romero, & Magliavechi pag. 21.

PETRUS ROSARIUS (vernacule DEL ROSARIO, aut DE ROSAS, sive DEL ROSAL, aut ROSALES), humaniorum literarum in schola Burgensi professor, scripsit:

Observationes quasdam in XCV. Hymnos, qui in Breviario Romano continentur. Burgis apud Petrum Gomez de Valdivielso 1624. in 8.

D. PETRUS DE ROXAS, Toletanus, comes de Mora, torquatusque Calatravensis eques. Francisco a Roxas parenti filius cum esset natus non maximus, Compluti per octennium philosophos ac theologos frequentavit magistros, supremamque adeptus est philosophici studii academicam lauream; vicariam deinde accepit chori potestatem in Toletana ecclesia, quæ dignitas ibi est peculiaris: quo loco erat, cum extincto absque liberis Francisco fratre, laicalem statum & conjugii spem, repudiatis e re ecclesiastica compendiis, arripuit. Senator is rerum Italicarum sedit usque ad extremum vitæ diem Matriti, serenissimæque Mariæ Annæ Austriacæ Reginæ Hispaniarum œconomus. Extant ab eo:

Discursos Ilustres Historicos y Genealogicos. Toleti apud Joannem Ruiz Pereda 1636. 4. scilicet, *De la Vida y muerte de Leovigildo Rey de los Godos*: *Del Cid Rodrigo de Bivar y su decendencia*: *Del Origen, antiguedad y sucesiones de los Toledos*: *Del apellido de Escobar, y Casa de los Condes de Mora.*

Historia de la Imperial nobilissima cuidad de Toledo, Parte primera. Matriti ex officina Didaci Diaz de la Carrera 1654. fol. Pertextum nempe totum ex fragmentis Dextri, Maximi, Luitprandi & Juliani, Ficulneorum scriptorum, opus, quibus non unus aut primus noster plus æquo fidit. Reliquæ partes ob eam causam minus desiderantur.

Desiit inter vivos esse Matriti Augusto mense MDCLXV. septuaginta circiter annos natus.

F.

F. PETRUS ROYUELA, ortus in oppido Villobela Oxomensis diœcesis, Carmelita, vir zelo religionis doctrinaque a suis commendatus, Castellanam ordinis sui provinciam ter gubernavit præfectus, ediditque:

Breve Suma de la Antiguedad, gracias, e indulgencias de la Orden del Carmen y de su Cofradia. Matriti 1585. in 8. Toleti 1588. atque iterum Matriti 1590. in 8. per Guiliermum Diobi, Cæsaraugustæque 1596.

De Laudibus Deiparæ Virginis: Latino carmine. Cæsaraugustæ 1596.

Obiit diem suum Matriti anno MDCIII. *In regimine monastico insignis*, quomodo appellat eum Joannes Baptista de Lezana *Annal. Carmel.* tomo IV. in appendice ad annum MCCCCXXXIV.

PETRUS RUA, Soriensis, Abulæ primum, mox in patria urbe juventutem humanioribus imbuit literis ad extremam usque ætatem. Hujus non alia extant scripta, nisi *Epistolæ* tres, Hispanice conscriptæ, ad Antonium Guevaram, Franciscanum, Mindoniensem episcopum, eumdemque disertissimum ac doctissimum ecclesiastem, qui id munus eo tempore apud Carolum Imperatorem & Hispaniarum Regem fungebatur. Sub hoc titulo pridem vulgavit:

Cartas del Bachiller Rua. De quibus & auctore satis mihi multa in Antonio Guevara.

PETRUS DE RUIMONTE, Cæsaraugustanus, musicæ artis peritia eximius, apud Belgarum Principes Albertum & Isabellam tum in sacello choragus, tum cubicularius musicus, typis edidit:

El Parnaso Español de Madrigales y Villancicos a quatro, cinco y seis voces. Antuerpiæ apud Petrum Falesium 1614. in 4. Alia duo volumina eum publicasse, alterum *De Missas*, alterum *de Motetes y Lamentaciones*, lego apud Lanuzam, Aragoniæ historicum.

PETRUS RUIZ, Valentinus, presbyter, Hieronymi Muñosii summi viri in mathematicis auditor, scripsit:

Libro de Reloxes solares. Valentiæ 1575. in 4. apud Petrum de Huete. Laudat hunc, canonicumque indigitat, Augustinus Morla in *Emporii* præfatione.

PETRUS RUIZ, Beaciensis, scripsit:

Camino de perfeccion con muchos avisos para la alma que aspira a ella. Beatiæ apud Petrum de la Cuesta 1621. in 8.

PETRUS RUIZ MONTERO, Cordubensis, scripsit librum:

Del Juego de las Damas vulgarmente el Marro. Qui Valentiæ prodiit anno 1591. apud Gabrielem de Ribas.

PETRUS RUIZ DE MOROS, Latine RUIZIUS MAURÆUS, Aragonius, Alcanisiensis, primas in patria literas ab Olito quodam & Soprario doctus, Ilerdæ juri operam dedit, necnon Patavii in Italia magnos præceptores sortitus, Andream Alciatum, Augustinum Beroium, Paulumque Parisium, una cum Antonio Augustino, viro illo clarissimo, quocum & in collegio S. Clementis Hispanorum urbis Bononiensis & sodalem & professorem egit, non tantum scientia juris, sed & omni humanitatis & eloquentiæ ac poeticæ rei studio nulli civium suorum inferior. Evocatus hinc in Poloniam a Petro Gamrato, amplissimo, ut vocat, antistite, novem annis Cracoviæ boni & æqui artem docuit. Posteaque a Sigismundo Rege, Ferdinandi Imperatoris genero, ad curiam vocatus tribus cancellariis Regiis adsedit, quo tempore & causarum Lithuanicarum notionem cum aliis duobus jurisconsultis mandatam sibi a Rege habuit. Quarum selectis nonnullis majorem ornatum adhibere voluit, ut in publicum emitteret, inscribens editioni:

Decisiones Lithuanicas. Sive, quot illæ sunt, quinque scilicet libellos, seu opuscula totidem de diversis juris argumentis erudite admodum copioseque, nec minus diserte atque eleganter tractatis, scilicet: *De Testamento ejus, qui mortem sibi conscivit*: *De usitata Tabellionum clausula, qua Testator ægro corpore, sanaque esse mente scribi solet*: *De conatu & inchoatis delictis*: *De legitimis excusationibus eorum, qui in jus vocati non veniunt*: *De Fœnore sive usuris.* Prodierunt Francofurti 1570. in folio. Venetiisque 1572. apud Bartholomæum Rubinum in 4. Penes me est Antonii jam laudati Augustini ad Ruizium, inter Polonos commorantem, data ex Bononia *Epistola*, ex qua constat eum docendi munus gerere, & de clarissimi cujusdam ejus gentis Pontificis protectione maxime gaudere. Abstinere mihi non possum quin verba *Epistolæ* quædam his adnectam, quæ ad Mauræi Bononiensem professionem clarissime gestam pertinent: *Tantum addam, nihil te posse gratius, nihil jucundius facere, non dicam mihi, cui hæres in medullis, aut Hispanis omnibus ipse hominibus, qui te maxime diligunt, aut toti illi ex omnibus Europæ partibus collectæ eorum frequentiæ, qui te, quacumque ibas, stipabant; sed gymnasia ipsa, porticus, templa, fora, ipsi denique, medius fidius, privatarum domorum parietes lætari quodammodo videntur, & prosperis tuis rebus gratulari.* Ostendit idem alibi, alte-

tera nempe *Epiſtola*, excellentem Mauræi dicendi facultatem, ſententiam ab eo aliquando uſurpatam, ut proprium quoddam eloquentiæ genus ſequi ſe confirmaret, referens: *Memini enim* (ait Auguſtinus) *cum Ariſtarchus neſcio quis unam aut alteram tibi impedimento fuiſſe diceret, quominus Ciceronem in tuis verbis cognoſceret, dixiſſe percommode te tua, ſua Ciceronem loqui.* Accepit ab eodem Auguſtino, in cujus contubernio vixit, Andreas Scotus id quod de Mauræo in *Bibliotheca* ſcriptum reliquit, addito Auguſtini ipſius *Carmine*, quo tam longe a ſe & mitioribus Europæ plagis poſitum ſuum poetam elegantiſſime conqueritur.

F. PETRUS RUIZ DE VISITATIONE, Toletanus, in quod nomen pie reformavit germanum & gentile Petri Ruiz Alcoholado, cum ſeſe ex clerico ſæculari, ut voto ſe exſolveret, in præſentiſſimo naufragii diſcrimine olim concepto Malorico, in religionis gremium Minimos inter S. Franciſci de Paula ſodales contuliſſet; totum ſe impendit rituum eccleſiaſticorum ſtudio, quod fructuoſiſſima apud eccleſiæ principes navata opera Romæ cum magna laude exercuit, anni reformationi ſub Gregorio XIII. *Breviarii* ac *Miſſalis* ſub Clemente VIII. una cum aliis peritiſſimis cæremoniarum viris intentus, egregiiſque in publicum datis monumentis promovere nunquam deſtitit: laudatus hoc nomine a Bartholomæo Gavanto & aliis. Nempe ſcripſit, quod ſciam:

Kalendarium Romanum perpetuum & generale Breviarii Romani ex Decreto Sacroſancti Concilii Tridentini nuper editi XXXVI. *tabulis conſtans pro tota Hiſpania, cum feſtis, quæ generaliter in Hiſpaniarum regnis auctoritate Apoſtolica celebrantur* &c. Toleti 1577. in 4. Ibidem apud Joannem Plaza 1578. in 8. Poſtea in compendium redactum typis Antuerpienſibus prodiit anno 1617. tum Ingolſtadii, tum Toleti; credo & Romæ 1593.

Ordinem celebrandi Miſſas ſolemnes & privatas ac alia officia ad eas ſpectantia juxta ritum Miſſalis & Cæremonialis Romani. Huic *Additiones*, *notas*, & *appendices* adjunxit Paulus Franciſcus de Nigro, Genuenſis, ejuſdem Minimorum ordinis, qui ex Hiſpania poſt plures a morte auctoris annos Genuam adductum codicem primus typis edi curavit in eadem Genuenſi urbe 1637. Joſephi Pavonis.

Officium feſti diei Viſitationis Deiparæ Virginis confecit. Quod admiſſum fuit in *Romano Breviario*: cujus myſterii magna devotione flagrabat, ab eoque appellari voluit.

Cæremoniale Epiſcoporum, & *Pontificale Romanum* magna ſe ex parte confeciſſe dicitur ipſe quibuſdam retuliſſe. Hiſpane vero ab eo extant:

Tratado muy util y curioſo para ſaber bien rezar el oficio Romano, que divulgó Pio V. Matriti 1574. in 4. Toleti apud Petrum Lopez 1584. in 4.

Ceremonial Romano para Miſas cantadas y rezadas. Compluti 1589. in 4. apud Joannem Gratianum. Idem, ut exiſtimo, cum *Ordine celebrandi Miſſas* Latino.

Ramillete de flores de todos los Salmos y Canticos, y el intento de cada uno. Majoricæ Balearium 1589. in 8. per Gabrielem Guaſp. *Inſudavit per ſex annos ſupra viginti* (verba audis Pauli Franciſci de Nigro, nuper laudati,) *in componendo prægrandi Cæremoniali, quod ſacræ Rituum congregationi (in hac & ipſe ſuum locum obtinuerat) reviſendum obtulit: quod ut præſcivit cardinalis a Sancta Severina maxime obſtitit ne typis mandaretur, cum & ipſe hujuſmodi opus præmeditatus calcographiæ ſuum prius committere deſideraret; neque contentus obſtitiſſe librum etiam intercepit, neque voluit unquam reſtituere.* Et poſt alia: *Opus hoc nondum typis excuſum eſt, habetque admodum R. pater Joſephus Cianus a Meſſana, vir ſane gravis & vitæ integer, qui tertia vice Neapolitanam provinciam dum regeret, admodum R. P. Fr. Laurentio de Peyrinis dictum Cæremoniale Genuam ſe miſſurum promiſit, quod tamen adhuc non apparuit.* Hæc ille. Quam noſter injuriam ſic ægre tulit ut, accedente debilitate corporis, quod continua cruciabat macie & abſtinentia, poſtremam contraxerit infirmitatem, quæ eum Romæ in cœnobio S. Andreæ, quem vocant de Frattis, ſuſtulit ſæculi hujus primo anno, virum egregium pietate doctrinaque, & vere Minimum profeſſione; qua ſcilicet excuſaſſe dicitur admiſſionem tituli epiſcopalis, Veliternæque urbis adminiſtrationem Hoſtienſis cardinalis a cardinali Geſualdo ſibi oblatam. Videſis de eo Montoiam lib. IV. *Hiſtoriæ ordinis Minimorum* pag. 329. & Paulum Franciſcum de Nigro, jam laudatum, in præfatione ad dictum *Ordinem celebrandi miſſas*; unde nos hæc breviter annotavimus, & Vincentium Mut in *Hiſtoriæ regni Balearis* ſecundo volum. lib. XI. cap. X.

PETRUS DE SALAS, Madritenſis, Jeſuitarum ordinis, ſcripſit:

Libellum de Arte Poetica.

Rhetoricam.

Orationem funebrem Salmanticæ dictam in exequiis Sereniſſimæ Margaritæ Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ Salmantini collegii fundatricis.

Hermanni Hugonis Pia Deſideria Hiſpani-

co

co verſu expreſſit, & alia quædam prelo parata habet, ait *Bibliothecæ Jeſuitarum* auctor.

Theſaurum Hiſpanico-Latinum utriuſque linguæ dives opum, olim a Patre Bartholomæo Bravo inventum, nunc quam plurimis mendis expurgatum, vocibus, dictionibus, formulis, loquutionibus, adagiis innumeris auctum, illuſtratum, excultum, & poſt primam editionem ad perfectiorem uſum & ſplendorem in altera *redactum*, quæ facta eſt Pinciæ apud Bartholomæum Portoles 1654. in 4.

PETRUS DE SALAZAR, Granatenſis, potius quam Matritenſis, ut vulgo audit (quam ejus patriam qui ex ſchedis MSS. Didaci a Mendoza, ſummi illius nobilitate & doctrina viri, notam habet mihi non lubricæ fidei teſtis affirmavit), in publicum emiſit:

Coronica del Emperador Carlos V. en la qual ſe trata la juſtiſima guerra, que ſu Mageſtad movió contra los Luteranos y rebeldes del Imperio y los ſuceſos que tuvo. Hiſpali 1552. apud Dominicum a Robertis fol. Italiceque Neapoli etiam in folio. Circumfertur tamen, manu dumtaxat ſcripta, librum hunc & ipſius auctorem feſtive ac ſatyrice coarguens, *Epiſtola Bachalauri Arcadis* nomine, ſub quo latere voluit, ut fama eſt, ſummus ille nuper a me laudatus Didacus a Mendoza, qui, & vicem ut ſuppleret civis ſui, repoſuit alia epiſtola excuſatoria, ſive apologetica, qua non minus quam priore illa noſter irridetur.

Hiſtoria en la qual ſe quentan muchas guerras ſucedidas entre Chriſtianos e Infieles aſi en mar como en tierra deſde el año de MDXLVI. haſta el de LXV. con las guerras acontecidas en Berveria entre el Xarife y los Reyes de Marruecos, Fez y Velez. Metinæcampi apud Vincentium a Millis 1550. & iterum 1576. folio.

Hiſtoria de la Guerra y preſa de Africa con la deſtruicion de la villa de Monaſter y Isla del Gozo y perdida de Tripol de Berveria. Neapoli 1552. folio.

De la Vida del Coſario Dragut. Opus hoc Gaſpar Eſcolanus Petro Salazario attribuit, nobis hactenus inviſum.

F. PETRUS DE SALAZAR, Mercenariorum fratrum ſodalis in Caſtellæ provincia, cujus & Portugalliæ alterius provinciæ præfectus, domeſticorum teſtimonio, perpetuus fuit, Regiuſque eccleſiaſtes; adhæc eximius theologica doctrina, & cognitione trium linguarum orientalium Græcæ, Hebraicæ Chaldaicæque, quas docuit Salmanticæ. Scripſiſſe is dicitur:

In Geneſim Commentaria.

Artem Hebraicæ linguæ. Auctores ſunt Franciſcus Zumel in *Catalogo de viris illuſtribus hujus ordinis*, Alphonſus de Rojas in ſimili *Catalogo virorum illuſtrium*, Bernardus de Vargas in *Hiſtoria* ejuſdem *ordinis*, parte I. lib. II. cap. XXXIII. ad annum MDLVIII. quo tempore Petrus noſter claruiſſe dicitur. Marcus Salmeron *en los Recuerdos Hiſtoricos*,

F. PETRUS DE SALAZAR, Caſarrubienſis, ex familia fratrum Minorum, cui ſeſe in Olivæ Toletani regni cœnobio applicuit, ſemel geſſerat, atque iterum Caſtellanæ ſuæ provinciæ adminiſtrationem gerebat, cum edidit:

Coronica de la Fundacion y progreſo de la provincia de Caſtilla de la orden de San Franciſco. Matriti 1612. fol. ex Regia typographia.

Bula de la Canonizacion de S. Diego de Alcalá: ex Latina vulgaris. Compluti apud Didacum Sanchez 1592. in 4.

PETRUS SALAZAR DE MENDOZA, Ferdinandi parentis, equitis Toletani, quem ei Catharina de Quintanilla uxor anno MDXLIX. aut circiter peperit, Regiæque hujus urbis fauſta proles. Juris ſtudium, quo ab ineunte ætate cenſeri voluit, cum Canonici, tum Civilis, non tam opere ſcholaſtico quam forenſi & actionis pleno, dum mandata ſibi gerit munera eccleſiaſtica plura, cum laude exercuit. Gaſpar enim S. R. E. cardinalis Quiroga, Toletanus antiſtes, unum ſupra viginti annos natum, quo ſcilicet, ut moris eſt, juriſconſulto domi ſuæ uteretur, cubicularium adſcivit, ſimulque in rebus pontificii muneris conſiliarium. Vicarii deinde generalis nomine cohoneſtatus, cenſoria in judices ſacræ Toletanæ curiæ, ceterorumque officialium animadverſione uſus eſt; tumque alia ſacerdotia, tum apud Talaverenſes vaſorum & ornamentorum cuſtodiam, ſive, ut vocant, Theſaurarii munus, ab eodem ſuſcepit. In metropolim deinde Toletum vocatus, canonico hujus almæ eccleſiæ ſacerdotio, quod Pœnitentiale audit, necnon & ſuburbani valetudinarii ejuſdem urbis, Joanni Baptiſtæ ſacri, gubernatione locupletari atque ornari promeruit. Sed quidquid juriſprudentia honoris, plauſum tamen ei viventi, mortuoque non facile intermorituram contulit famam, hiſtoriæ quidem totius noſtratis, nobiliumque familiarum exactiſſima veteribus e monumentis cognitio: quæ maximam huic ſtudio ante ſæculum apud nos renaſcenti, nec parum utili, ſi bona non ſubleſta fide, vereque magis quam adulatorie rem peragere velimus, lucem atque ornamentum præſtitit. Scripſit namque:

Coronica del Cardenal Don Juan Tavera Arzobiſpo de Toledo. Toleti 1603. 4. apud Petrum Rodriguez.

El Gloriofo Doctor San Illefonfo Arzobifpo de Toledo : five illius vitam. Ibidem apud Didacum Rodriguez 1618. in 4.

Coronica del Gran Cardenal de España D. Pedro Gonzalez de Mendoza Arzobifpo de Toledo Patriarca de Alexandria. Ibidem 1625. in folio.

Hiftoria de los Arzobifpos de Toledo : quam MS. in Templi maximi bibliotheca fervari audio. Laudatur hæc in *Theatro Compoftellanæ Ecclefiæ*, rebufque D. Joannis Taveræ, ab Ægidio Gonzalez Davila, Regio hiftorico.

Origen de las Dignidades feglares de Caftilla y Leon, con relacion fumaria de los Reyes deftos reynos, de fus acciones, cafamientos, hijos, muertes, fepulturas; de los que las an criado y tenido y de muchos Ricos-hombres confirmadores de privilegios. Toleti 1618. folio apud Didacum Rodriguez. Matritique apud typographum Regium 1657. Adjuncto libello hujus tituli *Origen de la Dignidad de Grande de Caftilla*, auctore D. Ildephonfo Carrillo : de quo opere in hoc loquuti fumus.

Chronicon de la Excelentifsima Cafa de los Ponces de Leon. Toleti apud Didacum Rodriguez 1620. in 4,

Dificultades y objectiones cerca de S. Tirfo Martyr.

Compendio de lo mas fubftancial de fu Monarquia de España : de qua poftea.

Inftitucion del Canonicato Penitenciario. Meminit Auguftinus Barbofa in *Collectan. ad Concilii Tridentini*, feff. XXIV. cap. VIII. ubi de hoc canonicatu agitur.

Juramento del Principe y como fe hace en España.

Memorial contra los Gitanos. MSS. hæc omnia, ut fufpicor.

Chronico de la Cafa de Sandoval, dividido en XXII. elogios, al Rey Catolico D. Felipe III. Id MS. fuit in 4. in bibliotheca Joannis Giffeni Buitelli Nipæi apud Belgas, ut legitur in Antonii Sanderi *Bibliotheca Belgica MS.* pag. 284. exempla alia apud nos funt. Ineditum reliquit magnum, uti fama fert, opus, in quod fcilicet induftriæ plurimum atque operæ infumpfit, nempe:

La Monarquia de España : five de noftrorum Hifpaniæ Regum jufto dominio in omnes toto orbe terrarum pofitas fub ditione & imperio fuo provincias; una cum notitia ipfarum, rebufque a Diluvii ufque ad tempora noftra cum pace tum bello ibidem geftis. Quod operis vafti propofitum ipfe indicavit auctor in fine libri *De Hifpaniæ dignitatibus.* Affervari autem MS. auctoris exemplar in archio Toletanæ ecclefiæ, una cum ejufdem *Hiftoria Toletanorum Præfulum* jam memorata, a fide dignis jactatur. Vidimus nos manu exarata:

Chronico de la Cafa de Ayala dividido en quarenta y tres parrafos. Incipit : *El Valle de Ayala* &c.

Relacion del Linage de los Pantojas originarios de la Ciudad de Toledo. Incipit : *El Linage de Pantoja tiene tanta antiguedad* &c.

Obiit anno MDCXXIX. octogenarius.

PETRUS SANCHEZ, ad Sanctum Martinum Vallifeccleſiarum dioecefis Abulenfis natus, adultus jam, & doctor theologus, fcholæque Complutenfis rector, ac philofophiæ interpres, dedit Societati nomen. In ea, cum collegiis Salmantino & Complutenfi præfuiffet, primus coloniæ facræ Jefuitarum deductor, præfectufque provincialis a Francifco Borgia ordinis tunc præpofito, ad Mexicanos novi orbis mittitur. Quo loco adhuc XXXVII. annis exemplo & moribus graviffimis, doctrinaque ac prudentia exhibuit fe illius oræ incolis proficuum valde ac venerabilem. Scripfit vernacule:

Libro del Reyno de Dios, y del camino por do fe alcanza, confirmado con exemplos y fentencias de Santos. Matriti 1599. 4. & 1616. in 4. Galli jam fuum fecere opus duobus voluminibus in 8.

Denatus eft, magno fui defiderio relicto, Mexici MDCIX.

PETRUS SANCHEZ DE ACRE, Toletanus, portionarius almæ hujus ecclefiæ, vir pius & multæ lectionis, dedit in lucem:

Arbol de confideracion y varia doctrina : ad Gafparem Quirogam, Toletanum pontificem. Toleti 1584. in fol. per Petrum Rodriguez.

Hiftoria Moral y Filofofica, en que fe tratan las vidas de doce Filofofos, y Principes antiguos, y fus fentencias y hazañas. &c. Toleti 1590. fol. apud Joannem de la Plaza.

Triangulo de las tres Virtudes Theologales Fee, Efperanza y Caridad; y quadrangulo de las quatro Cardinales &c. en que fe tocan algunas de fus propriedades y excelencias, y Hiftorias muy provechofas. Toleti 1595. fol. apud Thomam de Guzman.

PETRUS SANCHEZ DE AGUILAR, in Jucatania occidentalis Indiæ provincia ortus, poftquam decanatum in facro hujus ecclefiæ collegio adminiftraffet, canonicum aliud opulentius facerdotium apud Charcas, quæ gens & civitas Peruani regni eft, obtinuit, quo fungebatur cum publicavit:

Informe contra Idolorum cultores del Obifpado de Iucatan : mixtum opus ex Latino, & Hifpanico, pro epifcopali poteftate neceffitateque puniendi apud eam gentem idololatriæ crimen. Matriti 1639. 4. Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Indico-ecclefiaftico* vul-

vulgari Indorum lingua ſcriptum eſſe ait. Quemadmodum et:

Doctrina Chriſtiana.

PETRUS SANCHO, aut SANCHEZ, cum eſſet notarius in Peruana expeditione ſcripſit:

Relacion de la Conquiſta del Piru: quam ex MS. vertit in Italicum Joannes Baptiſta Ramuſius, conjecitque in tomum III. *Relationum* ſuarum, ſine auctoris nomine.

PETRUS SANCHEZ DE VIANA, Pincianus, medicinam non ſine egregiæ laudis commendatione in ea urbe medicus ipſe doctor faciebat, cum ad Ferdinandum Vegam, Indici ſenatus præſidem, in cujus famulatu meruerat adoleſcens, direxit:

Las Transformaciones de Ovidio en tercetos y octavas rimas, con el comento y explicacion de las fabulas, reduciendolas a Filoſofia moral, natural, Aſtrologia y Hiſtoria. Valladoliti apud Didacum Fernandez 1589. 4. Pincianum diximus Thomæ Tamaii fide; at in epigrammate quodam auctoris & operis commendatorio ſic legimus inter alia:

Ut Pelignus ager celebri natione ſuperbit,
Nomine ſic fiat clara Viaña tuo.

F. PETRUS A SANCTA CRUCE, Auguſtinianus, ſcripſit (quod MS. vidimus in bibliotheca monaſterii Hiſpalenſis):

El Martyrio de los bienaventurados frayles de la Orden de San Aguſtin, que padecieron en poder de los Moros del reyno de Granada año de MDLXVIII.

PETRUS SANTERNA, vere SANTAREN, Luſitanus, juriſconſultus, ſcripſit:

De Aſſecurationibus & Sponſionibus Mercatorum tractatum. Antuerpiæ 1554. Coloniæque 1598. Et in *Tractatibus Doctorum*; & in *Tractatibus de Pignoribus & Hipothecis ex diverſis auctoribus decerptis.*

F. PETRUS DE SANTIAGO, Eremitarum Excalceatorum ſodalis, Philippi IV. Regis noſtri eccleſiaſtem diſertum egit ab anno MDCXXXIII. ſuæque congregationis vicarium generalem; doctrinæ ac religioſæ vitæ merito in epiſcopatum Solſonenſis anno MDCXXXIX. & poſt triennium in Ilerdenſis, Cataloniæ eccleſiarum, cooptatus. Scripſit.

Relacion del tranſito, que hicieron a las Indias los Padres Aguſtinos deſcalzos de España el año de MDCV. y progreſos, que an tenido en entrambas haſta el de MDCXXX. Matriti 1630.

D. PETRUS SANZ MORQUECHO, doctor juris, & dicaſterio inſulæ S. Dominici, ſeu Hiſpanæ vocatæ, in America judex, ſcripſit:

Tractatum de Bonorum diviſione. Matriti 1601. in fol. apud heredes Joannis Iñiguez a Lequerica.

D. PETRUS SARMIENTO, natus ex Didaco Perez Sarmiento, comite ſecundo de Salinas, & domina Maria de Ulloa, Tudenſis, Pacenſis, Palentinus ex ordine epiſcopus, Compoſtellanuſque archiepiſcopus, S. R. E. cardinalis anno MDXXXVIII. a Paulo Papa III. creatus, anno MDCXXXVI. ſcripſit, unaque cum libello ſupplici Carolo Imperatori ac Regi noſtro Hiſpaniarum obtulit:

La Genealogia de la Caſa de Sarmiento. Quam vidit D. Joſephus Pellizer, laudatque in *Informatione* vulgari *Del Origen, antiguedad y calidad de la caſa de Sarmiento de Villamayor*, pag. 4. Inveniſſe primus dicitur *Concilium Iliberitanum* in archivio monaſterii S. Mariæ de Benevivere, ad quod doctiſſima ſcripſit *ſcholia*, teſte D. Joſepho Pellizerio ibidem, fol. 31.

Obiit diem ſuum Lucæ in Italia anno MDXLI.

PETRUS SARMIENTO DE GAMBOA, juſſu D. Franciſci a Toleto, proregis Peruani, oram hujus regni uſque ad Magallanicum fretum, deindeque fretum ipſum navigio permeans, ac tandem ad nos veniens dedit ſupremi Indiarum ſenatus patribus deſcriptam hoc titulo navigationem:

Derrotero y Viage de Lima a Eſpaña por el eſtrecho de Magallanes. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica Tit. XI.*

PETRUS SAYAGO, ſcripſit ad Alphonſum Perezium de Guzman, Medinæ Sidoniæ ducem, antiquæ ſimplicitatis opus, ſcilicet:

Romances Imperiales de todos los Emperadores Romanos deſde Julio Ceſar haſta el Emperador Maximiliano. Hiſpali apud Alphonſum de Coca 1565. in 8. Ab hujus cognomine, ut ſuſpicari datur, ruſtici oris hominem & ſtilum *Sayagues* dicimus.

PETRUS SEGUI, presbyter, doctor artium, Dertuſenſi in urbe ſtudiorum rector (grammaticæ artis intelligo), ſcripſit de hac arte ſic inſcriptum opus, (ſic tempus ferebat):

Notulæ ſeu Clarificatorium. Barcinone per Joannem Roſembach 1513.

PETRUS SERAPHINUS, vulgo SERAFI, pictor Barcinonenſis ac poeta, verna-

nacule lusit varia carmina, cujus librum vidimus hac inscriptione Castellana:

De Poesia vulgar en lengua Catalana. 1565. 8.

F. PETRUS DE LA SERNA. Vide PETRUS A JESU MARIA.

PETRUS SERRANO, ex Bujalance, ditionis ecclesiasticæ Cordubensis oppido, oriundus, collegiatæ ad Complutum ecclesiæ præfuit abbas, cujus sacri collegii nomine ad recipienda Justi & Pastoris MM. sacra pignora, Complutumque suum ex Osca regni Aragoniæ urbe afferenda, ante alios fuit propter pietatis & dignitatis meritum designatus. Professor is cum esset philosophiæ Moralis in celeberrimo ejusdem oppidi Complutensis gymnasio, colligere cœpit famam, quæ deinde virum ad majorem evexit doctrinæ atque eruditionis commendationem. Scripsit:

In Librum primum Ethicorum Aristotelis ad Nichomachum. Compluti 1556. 4. Inter *Epistolas* Joannis Genesii Sepulvedæ duæ ad Serranum, occasione hujus commentarii, datæ sunt, XCI. nempe & XCII. Scripsit item:

In Apocalypsim B. Joannis Commentaria. Ibidem apud Andream de Angulo 1563. fol.

In Leviticum Commentaria. Antuerpiæ 1572. apud Plantinum.

In Ezechielem Prophetam. Quæ una cum superiore *Levitici Commentario* prodiit apud Petri Belleri heredes 1609. folio. Præfecit eum Caurienfi ecclesiæ Philippus II. literatorum Mecænas, anno MDLXXVII. at proxime sequenti ab terrena hac sede in cœlestem & æternam transferendum. De hoc agit auctor *Historiæ de Bujalance*, lib. IV. cap. VII.

PETRUS SERRANO, scripsit:

Escrutinio del Corazon. Granatæ 1623.

PETRUS SERRAS, Aragonius, Cæsaraugustanæ ecclesiæ canonicus, habuit olim in Tridentino concilio, cum primum celebraretur:

Orationem in Die Pentecostes.

Obiisseque eum Tridenti hoc ipso tempore anno MDXLV. scriptus *Liber rerum Cæsaraugustanæ Ecclesiæ*, quem in archio adservant, diserte annotatum habet.

PETRUS DE LA SIERRA, auctor inscribitur fabulosæ illi historiæ, cui otium suum plures, ne nihil agant, impendere solent. Titulus est:

El Cavallero del Febo; *Primera y Segunda Parte*, alias *Espejo de Principes y Cavalleros*: duobus tomis. Cæsaraugustæ 1580. in folio.

F. PETRUS SIGLER, sodalis Minimorum, scripsit:

Atributos de Maria en Sermones. Hispali 1632. in folio.

PETRUS DE SIGUENZA, natus in oppido Ajofrin Toletanæ diœcesis, in altero de Yevenes advocatus, scripsit:

Tratado de Clausulas instrumentales util y necesario para Jueces, Abogados, y Escrivanos &c. Matriti iterum prodiit 1646. in 4. ex officina Caroli Sanchez.

PETRUS DE SILVA, jurisconsultus, si fides non lubrica est ejus qui *Catalogum* conscripsit *Bibliothecæ D. Laurentii Ramirez de Prado*, scripsit, qui in ea fuisse referuntur:

Varios Tractatus Juris. Matriti 1628.

F. PETRUS DE SIMANCAS, Granatensis, Augustinianus frater, Sacræ Scripturæ in patria domo interpres, cum Conchæ præfuisset Murciæque sodalibus, lue pestilenti extinctus est, quæ anno MDCXLVIII. in posteriori hac urbe sævissime grassata est. Ediderat:

Locum literalem pro Immunitate B. Virginis Mariæ a peccato originali & a debito illud contrahendi. Matriti 1640. in 8. Item Hispanice:

Una Carta escrita a nuestro Padre Innocencio X. sobre la difinicion de fee del articulo de la Concepcion inmaculada de la Virgen Nuestra Señora. Ibidem 1645. folio.

F. PETRUS SIMON, sodalis Franciscanus, patriam habuit ditionis sacræ Conchensis oppidum la Parrilla indigitatum, qui cum Seraphico instituto se addixisset in Chartaginensi provincia Hispanica, ad Indos migrans eam, quæ in Novo Regno Granatensi constituta olim fuit a sodalibus, rexit præfectus, sacræque theologiæ lector emeritus, fideique rerum censor. Quo tempore lustratam a se hanc regionem, sive conventum juridicum Neo-Granatensem descripturus, historiamque adinventionis, atque expugnationis illius, rerumque inibi fere sæculo integro gestarum seriem literis consignaturus, adornavit partitum opus in tria volumina, quorum prelo subjectum est non nisi primum, hac inscriptione:

Primera Parte de las Conquistas historiales en las Costas de Tierra firme de las Indias Occidentales. Conchæ typis Dominici de Ecclesia 1626. in folio.

PETRUS SIMON ABRIL, natus in Alcaraz oppido Toletanæ diœcesis, Cæsaraugustæ

ſtæ in academia Græcæ linguæ, alibique per Aragoniæ regnum amœnioris literaturæ quatuor ac viginti annorum profeſſor celebris, Latinorum & Græcorum plura verſa a ſe aut expoſita dedit noſtris hominibus, utriuſque harum linguæ principis cum noſtra commercium egregie fovens; quod quidem hominis votum ſtudiumque ſequentia opera teſtatum fecerunt:

De Lingua Latina ſive de Arte Grammatica libri IV. Tudelæ 1573. in 8. Latino-Hiſpanice. Credo idem opus eſſe *Artis Grammaticæ Latinæ linguæ rudimenta*, Cæſarauguſtæ editum 1576. in 8. ſive *Grammatica Latina en Eſpañol.* Ibidem 1581. in 8.

Grammatica Griega en lengua Caſtellana. Cæſarauguſtæ 1586. in 8. Matriti 1587. in 8. Neſcio an aliud opus ſit:

Cartilla Griega. Cæſarauguſtæ 1586. in 4.

Comparacion de la lengua Latina con la Griega.

Grammatica Caſtellana. in 8.

Sentencias de diverſos Autores Griegos en Eſpañol. Unaque:

La Tabla de Cebes Thebano. Cæſarauguſtæ 1586. in 8.

Tablas de leer y eſcrivir bien y facilmente. Matriti apud Alphonſum Gomez 1582. folio.

Introductiones ad Logicam Ariſtotelis: libris IV. Tudelæ Navarrorum 1572. in 8. Quod etiam opus dedit Hiſpane.

Primera Parte de la Filoſofia llamada la Logica, o Parte racional: hoc eſt, ars logica Hiſpana. Compluti 1587. in 4.

Apuntamientos de como ſe deben reformar las doctrinas, y la manera de enſeñarlas para reducillas a ſu antigua entereza y perfecion. Matriti 1589. in 4. apud Petrum Madrigal.

Los ocho Libros de Ariſtoteles de Republica, traducidos originalmente de lengua Griega en Caſtellana, y declarados con unos breves comentarios. Cæſarauguſtæ 1584. in 4. apud Laurentium de Robles.

Los diez Libros de las Ethicas, o morales de Ariſtoteles, eſcritas a ſu hijo Nicomacho, ſimiliter ex Græco verſi. Hunc librum vidimus MS. nec de editione quidquam audivimus.

Progymnaſmas de Aphtonio: de novo verſa e Græco. Cæſarauguſtæ in 4.

Oraciones de Demoſthenes contra Eſchines, y de Eſchines contra Demoſthenes.

Dos Sermones de S. Baſilio por el ayuno, y contra la borrachez.

Dos de S. Juan Chryſoſtomo de los frutos de la Oracion.

Los diez y ſeis Libros de las Epiſtolas de M. Tulio Ciceron ad familiares: adjecta Chronologia XXII. annorum, ſeu Conſulatuum, rerumque per hoc tempus, quo epiſtolæ ſcriptæ ſunt, geſtarum. Matriti apud Petrum de Madrigal 1589. in 8. Barcinone 1615. Exemplum forte ſequutus fuit Aldi Manutii Junioris, qui beneficium Italis ſuis par fecit.

Las quatro Oraciones contra Catilina: Oraciones por la Ley Manilia, por Q. Ligario, por Marcello, y Archias Poeta; ſimiliter ex Ciceronis Latino.

Accuſationis in C. Verrem Liber, qui Divinatio dicitur, cum interpretatione Hiſpanica & ſcholiis Hiſpanico-Latinis. Cæſarauguſtæ 1574. in 4.

Marci Tullii Ciceronis Epiſtolarum ſelectarum Libri III. cum interpretationibus, & ſcholiisHiſpanica lingua ſcriptis. Tudelæ 1572. in 8.

Æſopi Fabulæ Latine & Hiſpanice ſcriptæ. Cæſarauguſtæ 1575. in 8.

Las ſeis Comedias de Terencio impreſas en Latin y traducidas en Caſtellano; ad Ferdinandum Hiſpaniarum Principem pro juvando illius in Grammaticis ſtudio (Joannis Fabrini exemplo, qui prius ad Ethruriæ Principem Italicas miſerat) 1577. Quas tamen edidit iterum Compluti anno 1583. ad exemplar Gabrielis Faerni conformatas, ideoque multo quam antea emendatiores. Barcinone etiam prodierunt 1599. in 8. Verſionem hanc plurimum commendat ſuis Germanis ad addiſcendam Hiſpanam linguam Gaſpar Scioppius in *Conſultatione* quadam *De Studiorum ratione.* Simul eunt Hiſpane loquentia:

El Cratilo y Gorgias de Platon:

Pluto de Ariſtophanes, et:

Medea de Euripides.

Obras de Cornelio Tacito ſuplidas MS. in folio vidit D. Thomas Tamajus.

De Arte Dialectica, hoc eſt, de Inventione & Judicio libros duos, MSS. vidimus, qui eumdem habent auctorem; idem opus forte cum *Introductionibus ad Logicam.*

Libro de la Taſa del Pan, y de la utilidad della y del modo que ſe debe tener en hazella. MS. extat apud D. Gaſparem Ivañez de Segovia marchionem de Agropoli.

PETRUS DE SIRIA, Valentiæ natus, eaque in urbe cauſarum patronus, ſcripſit:

Arte de la verdadera Navegacion. Valentiæ 1602. in 4. apud Chryſoſtomum Garriz.

PETRUS DE SIRIA, Valentinus, juriſconſultus, neſcio an alius a ſuperiori. Certe profeſſio ac tempus non diſcordant. Hic edidit:

Practicarum Quæſtionum forenſium Librum primum; quem Mediolani excuſum vidimus una cum Franciſci Curtii ſenioris *Quæſtionibus ſuper ſtatuto quod extantibus maſculis fœmi-*

minæ non ſuccedant apud Hieronymum Bordonium, & Petrum Martyrem Locarnum 1606. 4.

PETRUS DE SOLERA REYNOSO, neſcio quis, edidit:

Polyencomio de la ciudad y Obiſpos de Cuenca, y Condes de Benavente. Conchæ 1624.

PETRUS DE SOLIS, ſcripſit:

Vida del Doctor D. Bernardino de Almanſa Arzobiſpo de Santa Fee. Limæ 1646.

F. PETRUS DE SOSA, ordinis Minorum, ſcripſit:

Del Peligroſo eſtado del reino de Chile, editum opus in folio.

F. PETRUS DE SOTO, Cordubenſis, nobili loco natus, Dominicanus, familiæ iſtius celeberrimorum hominum parentis decus eximium, Salmanticæ ad S. Stephanum ſacro inſtituto adſcriptus, eas dotes ingenii, judiciique, memoriæque ad ſacrarum ſtudia literarum adduxit, ut in præſtantiſſimum brevi theologum evaſerit; doctrinæ atque inſuper pietatis merito dignus mox exiſtimatus, qui Auguſtiſſimi Hiſpaniarum Regis, Romanorumque Imperatoris Caroli confeſſiones Chriſtiano ritu per aliquot annos exciperet. Qui cum Cæſare in Germaniam deveniens nova, inſolentique Sectariorum tyrannide miſerabiliter oppreſſam atque labefactatam, nil antiquius duxit vir induſtrius atque impiger, ejuſque mali auctores pluſquam Ditis, quod in proverbio eſt, januam exoſus, quam ut veram eccleſiæ fidem, vel relicta curia, & munere ſic honorifico in patroni Regis manus conſignato, adverſus Hæreticorum impreſſiones ſumma animi præſtantia & contentione tueretur. Quod quidem Dilingæ Suevorum, atque aliquando etiam Oxoniæ in Anglia, D. Thomam interpretatus, vita, voce, ſtiloque egregie præſtitit. Oxoniæ, inquam perlatus eo a Philippo Hiſpaniarum Principe, recenſque Anglorum Rege, ut ſimul cum Joanne Villagarcia ejuſdem familiæ theologo caliginoſi, tetrique illius gentis tot erroribus obcœcati ingenii tenebras orthodoxæ, hoc eſt, antiquæ, ſaniorſque doctrinæ radiis pluſquam ſolaribus excuteret. Quæ quidem Catholici Principis cura, moriente brevi Maria Regina ſummo iſtius nobiliſſimæ atque olim piæ in primis atque Catholicæ nationis velut fatali malo in irritum cecidit. In Concilio demum Tridentino ſub Pio IV. P. M. in quem totius Orbis Romani conſeſſum una cum aliis familiæ ſuæ theologis venerat, ab eodem evocatus, eam ſui opinionem aut verius admirationem patribus injecit, ut Princeps theologorum communi fere omnium ſententia reputaretur. At contracto ibi ex nimia fatigatione & ſtudiis morbo, per ipſum tempus almæ Synodi placida, cum oportuit minus, morte capitur anno MDLXIII. Aprili menſe. Scripſit:

De Sacerdotum Inſtitutione qui ſub epiſcopis animarum curam gerunt *Libros tres*, *ſive Manuale Clericorum*; opus vere aureum. Dilingæ apud Sebaldum Maier 1560. in 4. Lovanii 1566. in 8. deinde repetita ſæpius editione, Venetiis 1567. Coloniæ 1579. Lugduni Brixiæque 1586. & ſequenti.

Inſtitutionum Chriſtianarum Libros tres. Auguſtæ 1548. Antuerpiæque 1551. in 16.

Doctrinæ Catholicæ compendium in uſum plebis Chriſtianæ recte inſtituendæ. Dilingæ apud Sebaſtianum Maier 1560. in 12.

Adverſus Joannem Brentium Libros.... Antuerpiæ 1552. in 16.

Defenſionem Catholicæ Confeſſionis & ſcholiorum circa Confeſſionem Illuſtriſſ. Ducis Wirtembergenſis nomine editam, adverſus Prolegomena Brentii. Antuerpiæ typis Martini Nutii 1557. in 4. & Coloniæ 1555. in 4. Joannis Noveſiani.

Methodum Confeſſionis, ſeu verius doctrinæ pietatis Chriſtianæ præcipuorum Capitum Epitomem. Prodiit cum *Hiſtoria Evangelica* Cornelii Janſenii & *Directorio* Joannis Polanco Dilingæ 1576. in 16.

F. PETRUS DE SOTOMAYOR, ordinis, niſi fallimur, prædicatorum, ſacræ theologiæ magiſter, & in academia Salmantina profeſſor, reliquit ſcripta.

Commentaria in Primam Secundæ S. Thomæ luculentiſſima, quæ quidem manu cujuſdam Fr. Petri Solano ſæculi ſuperioris anno LIX. Scripta vidimus in codice Vaticano MS. 4634.

D. PETRUS SOTO DE ROXAS, Granatenſis, Collegiatæ eccleſiæ S. Salvatoris in edito ejus urbis colle Albaicin a Mauris Beacienſibus eo poſt amiſſam patriam receptis vulgo appellato, canonicus, profeſſione juriſconſultus, quam exercuit ante quam ſacris initiaretur; poeſim ea laude olim tractavit, ut a magno ſeu potius principe vatum noſtrorum Ludovico a Gongora celebrari aureo epigrammate Hiſpano ſit promeritus. Scripſit verſibus:

Los Raios de Faeton 1639 in 4.

El Deſengaño del Amor en rimas. Madriti apud Viduam Alphonſi Martini 1623. in 4.

Obiit poſt annum MDCLV.

PETRUS DE SOUSA, Luſitanus, Algarbienſis ex oppido Villanova de Portimaõ, in ſodalitio Clericorum regularium Minorum, cui ex primis Matriti nomen dixit, ex Ita-

Italia ad nos tranſvecto, in primis etiam floruit, regendis ſodalibus fere ſemper applicitus, vir pius & doctus: ſcripſit varia pia opuſcula, inſuperque:

In Pſalmos commentarium, quod duobus magnis voluminibus contentum ſervant Patres Domus Spiritus Sancti curiæ Matritenſis.

Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* die x. Junii, ait: obiiſſe eum Hiſpali hoc die anno MDCXXVI.

PETRUS SUAREZ, ſcripſit:

Relacion de las Honras, que la nacion Eſpañola hizo en Roma a la Sereniſſima Reyna Doña Margarita. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1610. in 4.

PETRUS SUAREZ DE CASTILLA, Presbyter, teſte Alva in *Militia Conceptionis*, ſcripſit:

Dialogo entre un Maeſtro y un Diſcipulo, en que ſe trata de la Puriſima Concepcion de Nueſtra Señora con declaracion de lo tocante al myſterio. Compluti 1616. in 4.

F. PETRUS SUAREZ DE ESCOBAR, Metellinenſis, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, virginitatis & pietatis cura & cuſtodia & ſui ipſius aſpera tractatione, necnon & aliis virtutibus, ſimulque doctrinæ fama in Mexico Indorum urbe claruit: in cujus gymnaſio Alphonſi a Veracruce præfecti provinciæ creati loco primariam theologiæ cathedram triennali ſpatio rexit, ornatus & ipſe aliquando eadem provinciæ præfectura. Meritum quoque ei non mediocre inde natum eſt, quod Evangelium Indis ſua ipſorum lingua, quam ſtudioſe didicerat, annunciabat. Scripſiſſe dicitur:

Eſcala del Paraiſo celeſtial.

Silva de la Perfeccion Evangelica.

Relox de Principes.

Sermones de los Evangelios de todo el año; quatuor tomis: quorum unum vidit D. Thomas Tamajus, (*Eſpejo de la vida Chriſtiana* indigitatum) hoc eſt, *Sermones deſde el Adviento haſta Pentecoſte.* Madriti apud Alphonſum Gomez 1601. in folio. Veroſimile eſt priores illas librorum, quos laudavimus ex *Alphabeti Auguſtiniani* auctore, qui ejus meminit pag. 251. epigrapheis cæterorum eſſe voluminum inſcriptiones, quæ ſuper Evangelia totius anni emiſſa ab eo fuiſſe jam monuimus.

Mortuus eſt in oppido Tlaicapan anno MDXCI. priuſquam Xaliſci, ſeu Guadalaxaræ epiſcopus conſecraretur.

PETRUS TAMARIT, Valentinus, doctor Medicus:

De Re medica Dialogum ſcripſiſſe fertur.

D. F. PETRUS DE TAPIA, domo ex oppido Villoria Salmantinæ diœceſis, Didaci de Altanero juriſconſulti & Eliſabethæ Rodriguez de Tapia, cujus cognomine vocari maluit, filius, anno MDLXXXII. natus, utrique juri dum vacaret Salmanticæ, Sancti Dominici religioſa caſtra elegit, in quibus ſibi muniret ſalutis viam; doctuſque in ampliſſima illius urbis Stephaniana domo, cum philoſophiam, tum theologiam prius docuit ſodales, deinde in gymnaſio ſupplevit theologiæ præceptorum ſuæ familiæ partes, qui antemeridianis & pomeridianis horis docendi ſacram iſtam ſcientiam ex propriis cathedris penſum volvunt. Unde evocatus ad Complutenſem ſcholam, veſpertinam aliquot annis, indeque matutinam ſeu primariam tenuit; quo tempore magnus ille Joannes a S. Thoma ejuſdem ordinis in eadem ſchola e loco ſibi a Tapia relicto profitebatur. In hac XVIII. annorum profeſſione mirum quot profundæ doctrinæ, ſubtiliſſimi ingenii, ſingularis judicii, ſimulque chriſtianarum omnium virtutum documenta dederit. Porro Segovienſis deſtinatus epiſcopus non prius conſenſit, quam adigeretur Nuntii Apoſtolici Hiſpaniarum præcepto. Quam eccleſiam ab anno MDCXLI. uſque ad XV. Aprilis MDCXLV. adminiſtravit. Inde translatus ad Seguntinam, & XXIII. Auguſti MDCXLIX. ad Cordubenſem, ac tandem XXIII. Septembris MDCLII. per ceſſionem Dominici S. R. E. cardinalis Pimentelii ad Hiſpalenſem eccleſiam metropolitanam, omnibus his ſponſis perfectiſſimum epiſcopalis muneris adminiſtratorem & populorum paſtorem exhibuit. Vivus edidit Hiſpali:

Catenæ moralis doctrinæ tomum primum de Actionibus moralibus & earum principiis in generali: anno 1651. in folio, in ædibus epiſcopalibus formis Salvatoris de Cea Teza.

Catenæ ejuſdem moralis tomum ſecundum de Actuum moralium principiis in particulari, virtutibus & vitiis in ſpecie. Ibidem. Expectantur a domeſticis reliqui; ſcilicet:

Tertius De diverſis Hominum ſtatibus & obligationibus.

Quartus De Sacramentis in genere & in ſpecie.

Quintus De Cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis. Poſt mortem ejus prodiit Matriti, ut credimus, circa annum 1664. (niſi alias vivus ediderit):

Catecíſmo y explicacion de la Doctrina Chriſtiana.

Obiit magno in planctu Hiſpalenſis ſuæ eccleſiæ die XXV. Auguſti MDCLVII.

F. PETRUS TENZA, gente Valentinus, Mercenariorum fodalis, fcripfit:

Indulgencias de la Orden de la Merced. in 8.

Razon de la Abfolucion general que en efta Religion fe ufa en algunos dias del año.

F. PETRUS TERRA (Lucas Waddingus ait Francifcanos Scriptores laudans) collegit monumenta ordinis prætermiffa in aliis collectionibus, ediditque fub titulo:

Supplementi Privilegiorum. Barcinone apud Carolum de Moros 1523.

F. PETRUS TERRASSE, Catalanus, ut fama vulgaris eft, Carmelitarum ordinis ex Romanæ provinciæ præfecto atque totius familiæ in curia procuratore generalique Vicario, fupremam illius adminiftrationem fibi delatam fufcepit in Placentinæ Italiæ urbis comitiis III. die Junii MDIII. eloquentia florens, atque in converfando & rebus gerendis dexteritate. Obiit autem anno MDXI. in Neapolitana urbe, ut dicitur, cum fuperiore anno generale capitulum ordinis eo evocaffet. Habuit is:

Orationem de Divina providentia in Capella Pontificia coram Sixto IV. & Cardinalium Senatu Dominica IV. Quadrageffimæ anno MCCCCLXXXIII. bis editam abfque officinæ aut loci aut anni mentione, ut apparet ex codicibus *Bibliothecæ Vaticanæ* 10357. & 10496. Alumnus quidem fuit provinciæ, quæ in Galliis proprio nomine *Provincia* nuncupatur, ut conftat ex actis capituli generalis Brixiæ anno MDCCCCLXXVIII. celebrati. Nec ullum in duobus, ut vocant, *Regeftis libris*, altero antiquiffimo totius familiæ, altero fub Terraffe ipfo tempore fuæ præfecturæ exarato veftigium ullum ejus patriæ fupereft, ut accepimus a viro diligentiffimo Ludovico Perez de Caftro in Transpontina Romana domo ftudiorum præfecto. Hifpanum tamen omnes domefticarum rerum fcriptores fatentur: Petrus Lucius in *Compendio Hiftoriæ Carmeli* Florentiæ edito 1595. pag. 149. Jofephus Falconius in *Chronico* Italico ejufdem *Carmeli* Placentiæ 1595. pag. 767. Francifcus Voerfius a Cherafco in *Vita Henrici Silvii Carmelitarum Prioris generalis*, 1614. pag. 353. Ludovicus Jacobus a S. Carolo *Pontificiæ Bibliothecæ* ac tot librorum auctor ejufdem ordinis Carmelitarum in litteris XXVII. Decembris MDCLXVIII. datis, hac fuper re confultus.

PETRUS TERRER MORENO, Aragonius, ex oppido Calataiud, medicus & chirurgus, fcripfit:

Flor de Anotomia, dislocaciones y fracturas del cuerpo humano. Matriti apud Joannem Sanchez 1640. in 8.

F. PETRUS DE TEVAR ALDANA, Limæ apud Indos occidentales natus, & in Francifcanorum provinciæ XII. Apoftolorum familiam receptus, Philippo IV. Hifpaniarum Regi a facris fuit concionibus, rerumque Fidei cenfor theologus. Scripfit:

Tratados morales para la Quarefma; duobus tomis. Matriti 1627. & 1644.

Sermones de Chrifto y de fu Madre. Barcinone 1633. Olifipone 1635.

Excelencias de Nueftra Señora y de los Santos; duobus tomis. Barcinone 1633. & Madriti 1635. Hæc Waddingus.

PETRUS TEXEIRA, Lufitanus, bonas partes fequutus regno eo e bona mente dejecto, aufpiciis regiis olim percurfa omni ora Hifpaniæ maritima, commentarium, feu defcriptionem ejus confecit, quem ex codice D. Hieronymi Mafcareñas regii Lufitanarum rerum fenatoris, nunc Segobienfis præfulis, tranfcriptum penes me habeo. Titulus Caftellæ lingua:

Defcripcion de la cofta de España; luce digniffimum opus. Confecit idem, ut credo:

Tabulam Geographicam Lufitaniæ noviffimam. Degebat Matriti ante paucos annos.

PETRUS TEXEIRA, Lufitanus, in Perfia peregrinatus, edidit, cum ad nos rediiffet, Lufitane:

Relacion de los Reyes de Perfia y Ormuz: Viage de la India Oriental hafta Italia por tierra el año de MDCIV. Antuerpiæ apud Verdufium 1610. in 4. Idem tranftuliffe dicitur in eumdem Lufitanum fermonem Regum Perfarum hiftoriam Tarich vocatam: quam hoc jam tempore in manibus habemus beneficio Guilielmi Schikardi ex Perfico Latine loquentem, atque... editam.... Qui Schikardus, *diligentiffimum noftri ævi Scriptorem* Teixeram vocat in præfatione pag. 25. & pag. 36. *illorum locorum* (Perfiæ) *fi quis alius ab experientia fcientiffimum.*

PETRUS TEXEIRA, Lufitanus, fcripfit:

Naufragio de Jorge de Alburquerque e Profopopeia a feu louuor. Olifipone 1601. in 4.

D. PETRUS DE TOLEDO, marchio de Villafranca, edidit:

Difcurfos de la Guerra de Saboya, quorum meminit in epift. 57. cent. 2. D. Francifcus Emmanuel, cui hoc opus oftenderat Excellentiffimus marchio de Velada D. Antonius Davila & Toledo.

D.

D. PETRUS TORRADO, edidit:
Triunfos de Jesus en quatro Cantos. Hispali 1672. 4.

PETRUS DE LA TORRE RAMILA, Complutensis, aliquando grammaticæ artis præceptor, mox Madriti hoc jam munere vacuus sibi hanc curam temere imposuit, ut scripta quæque laudatorum hominum contracto supercilio expenderet. In his adversus Lupum Vegam virum hac ætate clarissimum ac totius poeticæ artis eximium decus calamum stringens, dedit foras:

Spongiam illius operum, cum sub nomine *Urepi Ruitani Lamiræ*, tum sub Joannis Pauli Riccii. Sed ne impune ei cederet opportune curarunt Franciscus Lopius Aquilarius Madritensis *Expostulationem Spongiæ*, Alphonsusque Santius Sacræ linguæ Complutensis professor *Appendicem* ejusdem *Expostulationis* eleganter conscribentes. Sodalis fuit in collegio S. Ildephonsi, & Collegiatæ ecclesiæ Complutensis canonicus.

PETRUS DE TORRES, Darocensis medicus, & chirurgus Mariæ Austriacæ Serenissimæ Imperatricis, dedit in publicum:

Libro, que trata de la enfermedad de las bubas. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1600. 4. Complutique 1626. in 4.

F. PETRUS TRIGOSO, in nobilissimo Aragoniæ municipio Calataiud procreatus, Jesuitarum prius, deinde Capucinorum sodalis, fertur Neapoli, qua in urbe mortuus est non sine eximiæ sanctitatis opinione, scripta quædam in S. Bonaventuram reliquisse, auctore mihi D. Michaele Martinez del Villar in libello *del Patronato de Calataiud.* At prodiisse Lugduni:

Volumen ejus *primum in S. Bonaventuram*, 1616. ait Waddingus. Videsis Bouverium in *Annalibus Capucinorum* parte 3. lib. 3. cap. 10. §. 94.

F. PETRUS DE TRUXILLO, Hieronymianus monachus, ædis sacræ Divæ Virginis Guadalupensis olim præfectus, reliquit in eadem domo (ut scriptum extat in *Historia* illius lib. IV. cap. VII.) hæc duo opera MSS.

De Religiosis.

De Rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

PETRUS VAEZ, seu VAZ, Lusitanus, patria ex oppido Covilhaõ (quod Georgius Cardosus in schedis suis, quas vidimus, monuit) medicus doctor apprime doctus, scripsit:

Commentarium Medicum multa rei Medicæ subobscura lucidantem, & a plurimis Neotericorum calumniis probatæ doctrinæ auctores defendentem. Accedit etiam medicamentorum Compendium primatum obtinentium ad varias affectiones ex classicis auctoribus. Madriti apud Alphonsum Gomezium 1576. 4.

Apologiam contra Praxim Donati Antonii ab Altomari. Madriti apud Didacum Lopez 1582. 8.

De Scopiis mittendis sanguinem Librum I. Valentiæ apud Petrum Patricium Mey 1601. in 8.

De Epidemia pestilenti lib. I. ex eadem officina eodem anno: in 8.

F. PETRUS DE VALDERRAMA, Gundisalvi Ferdinandi a Valderrama ex Maria de Regibus nata Hispali, nec poenitenda proles, Eremita Augustinianus, patriæ domus aliquando, necnon & Bæticæ totius provinciæ circa annum hujus sæculi septimum præfectura cohonestatus, concionibus ad populum habendis ætate sua paucis concedebat. Edidit is:

Exercicios espirituales para todos los dias de la Quaresma. Hispali in æde Augustiniana, tribus tomis anno 1602. in 4. Barcinone 1604. Olisipone & Cæsaraugustæ simul 1605. Salmanticæ apud Franciscum Clementem 1611. 4. Italicum quoque extat hoc opus opera Ægidii Gothardi Ariminensis Augustin. Venetiis editum per Franciscum de Franceschis 1609. 4. & 1619. 4. apud Joannem Antonium & Jacobum de Franceschis, & Gallicum duobus tomis in 8.

Exercicios espirituales para las Dominicas de Adviento. Barcinone 1607. in 4. Credo & Hispali primum. Gallice item extat.

Exercicios espirituales para los tres Domingos de Septuagesima, Sexagesima y Quinquagesima. Barcinone 1607. Olisipone eodem anno, & alibi 1608. in 4.

Exercicios espirituales para todas las festividades de los Santos; tribus partibus. Olisipone 1606. in 4. Barcinone 1607. Matritique apud Alphonsum Martinum 1608. in folio & 1610.

Theatro de las Religiones; hoc est, orationes sacras de omnibus fere religiosorum ordinum Patriarchis, aliisque sanctitate illustribus eorum sodalibus; quod postumum prodiit opus Hispali in æde Augustiniana typis Ludovici de Estupiñan 1612. in folio, deinde Barcinone 1615. in folio. Venetiisque 1616. folio.

Decesserat quippe auctor Hispali in gubernatione patria istius urbis domus XXV. die Septembris anni MDCXI.

PETRUS DE VALENCIA, Cordubensis natu, origine vero ex urbe Zafra Extrema-

maduræ provinciæ anno MDLIV. in lucem editus, Latinam & Græcam linguas in ipsis earum penetralibus familiares valde sibi fecit; in Hebræa quoque non fuit peregrinus. In philosophiæ ac theologiæ adyta, dubium majore ingenii aut industriæ vi, fæelicissime penetravit. Sacræ Scripturæ libris, Novi præcipue Testamenti, in ipso Græco fonte inspiciendis ante alia incubuit: cujus operæ laudabilia plura documenta ab eo data variis in locis manu exarata habentur. Facile ut credas præceptorem ac sodalem in paucis carum semper habuisse Benedictum Aria-Montanum, polyglotton illum virum, Hispaniæque nostræ decus, quem parentem suum ac dominum in epistolis, quas plures vidimus, appellare solebat, cuique ipse pro filio fuit; necnon cunctis per Hispaniam alicujus in hac literatura nominis & famæ hominibus in pretio habitus maximo. Unde *summæ eruditionis atque pietatis virum, deque re literaria optime meritum* jure vocat Joannes Antonius Velazquez Jesuita in *Præfatione Epistolæ ad Philippenses*. Propter hæc merita Philippus Rex III. specie, ut res ejus gestas scriberet chronographi honore mactus, re vera, ut talem ac tantum virum prope haberet solutum onere scribendæ historiæ, Matritum evocavit. Qua in curia diem vidit extremum anno MDCXX. sextum supra sexagesimum agens. Hujus hactenus non aliud datum publicitus fuit opus quam:

De Judicio erga verum Libellus. Antuerpiæ in 4. Adservantur tamen in variis passim bibliothecis MSS. quam plurima opuscula, quæ Melchiori filio regio Senatori, deinde Joanni ejus fratri germano relicta in tenebris adhuc latent indignissimo quidem doctissimarum quarumcumque lucubrationum fato. Horum magnam partem Matriti habet D. Gaspar Ivañez de Segovia marchio Acropolitanus. Nempe Latine:

Dissertationem ad Paulum V. Pont. Max. ut festum S. Pauli in Ecclesia constituatur. Cetera vulgari lingua ut plurimum:

Advertencias acerca de la impresion de la Paraphrasis Chaldaica del Padre Andres de Leon.

Censura sobre los Comentarios de Geronimo de Prado y Juan Baptista Villalpando sobre Ezechiel.

Respuesta a Arias Montano sobre unos lugares del Genesis.

Advertencias para declaracion de una gran parte de la Historia Apostolica en los Actos y Epistola ad Galatas. In quo opere valde sibi auctor placebat, ut in quibusdam ejus epistolis legere est. Incipit: *En dos cosas.*

Discurso sobre el acrecentamiento de la labor de la tierra, al Rey D. Felipe III.

Discurso contra la ociosidad.

Discurso sobre instruir un Grande de España en la materia de estado.

Discurso sobre que deben comunicar los pobres a los ricos las dotes de la doctrina y entendimiento.

Discurso de la Tasa del Pan.

Tratado de Luciano, que se intitula, Que no se a de dar credito facilmente a la calumnia, traducido de Griego en Castellano.

Discurso contra el Cardenal Baronio sobre la venida de Sant-Iago a España.

Discurso sobre que no se pongan Cruces en lugares sucios y indecentes.

Discurso a su Magestad, para que no se cargue tanto a los reinos con imposiciones.

Discurso para el gobierno publico de los lugares de España a donde ay peste.

Discurso en materia de guerra y estado compuesto con sentencias y palabras de Demostenes juntas y traducidas del Griego.

Defensa de la memoria de Arias Montano.

Respuesta a los argumentos que se oponen al parecer del autor acerca de la admision y eleccion de los Colegiales naturales y forasteros del colegio de San Bernardo de Oropesa.

Juizio sobre las Soledades y Polifemo de D. Luis de Gongora.

Cartas diferentes: al Doctor Francisco Sanchez de Oropesa sobre la Interpretacion de un lugar de Hippocrates: al Doctor Terrones, en alabanza de Arias Montano: a D. Pedro Garzia de Galarza Obispo de Coria, sobre la voz Griega ἐπιούσιον *que se lee en la oracion Dominica, que el Latino interpretó*, quotidianum: *a F. Joseph de Siguenza sobre un lugar del cap.* LIII. *de Isaias* (qua in epistola refert se ad opusculum suum *Del Odio de los pueblos Hebreo y Gentil, y de la Paz Christiana*) *al M. Fr. Martin de Peraza Catedratico de Biblia en Salamanca: a D. Pedro Gonzalez de Acevedo Obispo de Plasencia, sobre unos lugares de S. Juan Chrysostomo, y sobre el lugar de S. Pablo ad Philippenses,* Non rapinam arbitratus est &c. *al mismo, sobre el dia de la celebracion de la Pasqua: al Doctor Fernando Boan Canonigo de Badajoz en que hace juicio de los Annales del Card. Baronio: al mismo sobre un lugar de Baruch, sobre que escribió el P. Martin de Roa en el Lib* III. *Singular. cap.* IX. & X. *al M. Curiel: al Maestro Francisco de Medina Canonigo de Sevilla sobre la dificultad de interpretar el Apocalypsis, dos cartas; y la tercera en alabanza de los versos de D. Juan de Arguijo Cavallero Sevillano: al Licenciado Montero Cura de Monasterio, sobre que las Sibyllas no son Profetissas: a Miguel Ferrer Secretario del Duque de Bejar sobre la leccion de la Historia: a D. Pedro Gonzalez de Acevedo Obis-*

po

po de Plasencia sobre la palabra ἁρπαγμὸς *de S. Pablo ad Philippenses, Non rapinam arbitratus est &c.* in qua refert habere se *fere omnium interpretationum Græcorum auctorum emendationes* a se factas : *al P. Luis del Alcazar quatro cartas sobre la interpretacion del Apocalypsis : a Fr. Joseph de Siguenza ; ad quem* ait se ex Græca in vulgarem linguam convertisse *S. Macarii homilias* octo : *al Doctor Terrones sobre la impresion de las obras de Arias Montano : al Racionero Paulo de Cespedes sobre si los Syros en otros autores que en los libros sagrados se llaman Arameos* : & plures alias epistolas, quæ quidem cum superius laudatis opusculis omnia sunt penes Acropolitanum marchionem. Præter hæc vidimus nos & alia, scilicet:

Un Discurso sobre los Moriscos de España; ante eorum expulsionem.

Discurso acerca de las Brujas ; ad D. Bernardum de Roxas & Sandoval archiepiscopum Toletanum. Quæ duo apud me sunt MSS.

Explicacion de dos lugares de S. Pablo, el uno, Nos novissimos Apostolorum fecit Dominus, ut morti traderet, & spectaculum facti sumus Deo & hominibus ; y el otro, Comites Dei & domestici ejus. Quam vidit, nescio ubi, Martinus Vazquez Siruela Portionarius Hispalensis Ecclesiæ sæpius a me laudatus.

Observaciones sobre la Escritura ; ad eumdem D. Bernardum de Roxas & Sandoval Toletanum Antistitem. Cujus operis in bibliotheca regia Scurialensi adservati meminit Martinus de Erce Ximenez in libro nuncupato, *Predicacion de Sant-Iago en España* parte I. tract. VII. cap. II. num. 14.

De Sacris Granatensibus cimeliis ; ad eumdem D. Bernardum Toletanum præsulem; quod MS. vidimus. Didacus Josephus Dormer Chronographus Aragoniæ regni ad me aliquando scripsit habere se MS. partem quandam operis *de Vita Christi* vulgaris linguæ, quadripartiti, quod suspicatur nostri esse. Cujus Prima pars *Preambulos del Evangelio.* II. *Predicacion del Evangelio.* III. *Obra del Evangelio.* IV. denique *Frutos del Evangelio* inscribuntur.

Tratado del linage de los Sepulvedas, tribuit doctori Valentiæ Philippi II. Regis chronographo Rodericus Mendez Silva, *en su Memorial de los Sepulvedas.* Sed minus recte ait Philippo II. ab hoc munere fuisse. Præstaret quidem eruditissimi viri hæc omnia opera, & si quæ alia sunt, undique conquirere, & publici usus facere, quam inutilibus aut forte noxiis lassare typographicas operas.

F. PETRUS DE VALENCIA, Benedictinus monachus, nihil adjuncto alio de ejus familia aut gente aut saltim ætate ; scripsisse dicitur:

Historia de los Reyes de Navarra. De auctore & opere Stephanus de Garibay lib. XXI. *Compendii Historici Hispaniarum* cap. I. *De los Reyes de Navarra e visto y tenido en mi poder, al tiempo que esta obra corregia, una Historia escrita en pergamino por Fr. Pedro de Valencia monge del monasterio de Santa Maria la Real de Naxera, cuyo nombre no se declara. Lleva la sucesion de los Reyes continuada como los demas, y no mal atentada en lo que a la computacion de los tiempos toca; pero es de muy sobrada brevedad ; y es cierto que este autor no se supo aprovechar de instrumentos y papeles antiguos de aquella real casa, de donde con honra suya huviera aprovechado a los Lectores.* Hæc ille. Meminit quoque Josephus Moretus Jesuita, *in Investigationibus ad Historiam regni Navarræ* lib. III. cap. IX. pag. 691.

D. PETRUS DE VALENZUELA, scripsit:

Portugal unido y separado. Madriti 1659. in 4.

F. PETRUS DE VALENZUELA, ordinis Seraphici provinciæ S. Jacobi, scripsit, a Waddingo omissus:

Doctrina Christiana para los niños y humildes, y explicacion della. Compluti 1575. in 8. apud Sebastianum Martinez.

D. PETRUS VALENZUELA, ecclesiæ Legionensis canonicus, vertit in vernaculum Hispaniæ sermonem ex Latino Leonardi Lessii Jesuitæ:

Nombres de Dios opusculo espiritual y posthumo del Padre Leonardo Lessio. Contiene cinquenta consideraciones de cinquenta nombres de Dios. Hispali apud Thomam Lopez de Haro 1682. in 12.

PETRUS VALERUS, Catalanus, medicus, Valentiæ scripsit nescio quæ medica opera, quæ subsequuta est:

Castigationis in secundam Satisfactoriam reclamationem recastigatio. Gerundæ 1623. in 4.

PETRUS DE VALLES, Cordubensis, jurisconsultus, Excellentissimorum Priegui marchionum domesticus, a cive suo Ambrosio Moralio egregia quadam subtilissimi ingenii, maturique judicii æquales omnes ejus urbis provocatura laude donatus, scripsit elegantiæ, doctrinæque insignis libellum, ita nuncupatum:

Discurso sobre el temor de la muerte, y deseo de la vida, y representacion de la gloria del

del Cielo; editum ab eodem Moralio una cum Ferdinandi Petri Olivæ opuſculis, aliorumque; ut Hiſpanæ facundiæ, verique noſtratis eloquentiæ characteris ſpecimen quoddam exhiberet.

PETRUS VALLES, edidit hujus tituli librum:

Quatromil y trecientos Refranes por el orden del A. B. C. Cæſaraugiſtæ 1549. in 4.

F. PETRUS DE VALVAS, Franciſcanus, regularis obſervantiæ provinciæ Conceptionis, lector emeritus ac definitor, fidei judicibus a cenſione theologica, unus fuit e formatoribus *Armamentarii Seraphici pro Immaculatæ Conceptionis Mariæ Virginis Titulo*; de quo nos agimus in Gaſpare Fontano.

D. PETRUS VANEGAS DE SAAVEDRA, Hiſpalenſis, circa annum MDCII. in quodam loco territorii hujus urbis atque illius tractus, quem ab olearum feracitate Maurorum adhuc vocabulo Axarafe dicimus, per vindemialium feriarum tempus carmine ludebat, Ovidium non transferens, ſed imitatus:

De los Remedios de Amor; duobus libris. Panhormi, ſi verum dicit editionis veſtibulum, anno 1617. apud Angelum Orlandi, publicatis una cum D. Franciſci de Medrano eximii poetæ *Variis carminibus*. Genus quidem compoſitionis novum, nobiſque ad id tempus inuſitatum ſequutus eſt. Sextinas noſtri ex numero verſuum certa lege reſpondentium fere ad regulam octavarum appellant.

PETRUS DE VARGAS, Jeſuita, edidit:

De Conſcribendis Epiſtolis, et:

Progymnaſmata Rhetorica. Matritenſem natu hunc fuiſſe alicubi lego.

PETRUS VASCO CASTELLO, Luſitanus, medicus doctiſſimus, edidit, teſte vander Lindem:

Exercitationes medicinales ad omnes thoracis affectus, decem tractatibus abſolutas, quorum I. *De Angina.* II. *De Tuſſi.* III. *De Aſthmate.* IV. *De ſanguinis ſputo.* V. *De Pleuritide.* VI. *De Peripneumonia.* VII. *De Empyeumate.* VIII. *De Phthiſi.* IX. *De Cordis palpitatione.* X. *De Syncope: quibus perquam multæ difficultates Medicæ ac Phyſicæ, tam theoricæ, quam practicæ diſcutiuntur, & pene innumera Hippocratis, Galeni, aliorumque medicinæ procerum loca pugnantia conciliantur, difficilia explanantur, & ad uſus medicos reducuntur.* Toloſæ apud Joannem Petrum Charlot 1616. in 4. Brigantinum eum ac Toloſæ Galliarum profeſſorem fuiſſe docet nos Cardoſus in ſchedis.

PETRUS VAZQUEZ BELLUGA, Toletanus, vertit ex Italico Hieronymi Cacciaguerræ:

Conſuelo de atribulados. Toleti apud Thomam de Guzman 1598. in 12.

PETRUS VAZQUEZ DE LA TORRE, domo ex oppido quodam Aſturicenſis diœceſis; quod Caſtro de Caldelas indigitatur, in Bætico tractu obtinuit eccleſiaſtica beneficia duo, ſcilicet apud Bornos & Niebla Hiſpalenſis archiepiſcopatus loca. Scripſit:

Tratado moral y devoto ſobre la excelentiſſima Oracion del Pater noſter. Aſtæ 1637. in 8.

PETRUS DE LA VECILLA CASTELLANOS, Legionenſis, ſcripſit verſibus:

El Leon de Eſpaña, I. y II. Parte: Antiguedades de Leon; martirios de S. Marcelo, ſus doce hijos y otros Santos. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1586. in 8.

F. PETRUS DE VEGA, ſeu VEIGA, Luſitanus, Conimbricæ natus, extra tamen patriam in Salmantina urbe ſodalibus Auguſtinianis applicuit ſe, litteris ac moribus, qui decent chriſtianos myſtas, imbuendus. Ibi ſatis ſpectatus vixit, aliiſque in locis, Pinciæ ante alia atque Conimbricæ declamationum ſacrarum opere diu atque ſtrenue exercito: cujus ut poſteris, nedum æqualibus, qui pro concione non interfuiſſent, copiam faceret, typis prodire in publicum voluit:

Declaracion de los ſiete Salmos Penitenciales; tribus partibus: quam ſcilicet explanationem de ſuperiore loco in eiſdem urbibus ad populum dixerat. Prodierunt eæ Compluti 1599. Matriti 1602. in 4. Cæſaraugiſtæ 1606. fol. apud Carolum Labayen.

F. PETRUS DE LA VEGA, Hieronymianus monachus Cæſaraugiſtanæ domus Engratiæ martyri dicatæ, vir juxta pius atque in ſacris patrumque antiquorum libris verſatus, elucubravit opus valde pium, ante alios, qui huic Spartæ adornandæ multi apud nos ſtudium atque operam contribuerunt, de Chriſti Domini, ſanctorumque illius vita; cui nomen fecit vulgato more:

Flos Sanctorum: la Vida de Nueſtro Señor Jeſu Chriſto, de ſu Santiſima Madre, y de los otros Santos, ſegun el orden de ſus fieſtas. Cæſaraugiſtæ primum anno 1521. alias 1522. apud Georgium Cocci Alemannum: deinde ab ipſo auctore iterum anno 1541. folio. Hiſpali quoque apud Joannem Gutierrez tertio 1568. Idem emendatum & locupletatum a Gun-

Gundisalvo Æmiliano doctore theologo prodiit quartum Medinæcampi apud Franciscum del Canto 1578. in fol. necnon & iterum Hispali ex officina Ferdinandi Diaz anno 1580. in fol. majori.

Declaracion del Decalogo. Cæsaraugustæ 1529. in 4.

Chronico de la vida, milagros, y muerte de San Geronimo, de la Translacion de su cuerpo, y monges que instituyó, y de la Vida de Santa Paula su discipula. Compluti 1539. apud Joannem Brocar, & Cæsaraugustæ 1546. utrobique in folio.

Chronicon Fratrum ordinis D. Hieronymi Latinum etiam conscripsit tribus libris, atque edidit in folio. Tribuit quoque ei Didacus Murillus Franciscanus *in Cæsaraugustana Historia* opus aliud Latinum, non sine ipsius elogio, carum præterea ob raritatem:

De Vita & laudibus Virginis Mariæ. Dicitur & Titi Livii *Historiam* vernaculam fecisse, atque Imperatori Carolo Hispaniarum Regi nuncupasse; necnon & *Collectionem Capitulorum Ordinis* sui. Præfectus fuit ejusmet ordinis generalis.

D. PETRUS DE VELASCO ET MEDINILLA, D. Hieronymi Antonii ejusdem cognominis de Medinilla frater, quem loco suo laudavimus, jurisconsultus & professor sacrorum canonum atque eodem tempore sodalis togatus in S. Jacobi, quod ab archiepiscopo erectore appellant, collegio, Salmanticæ vixit. Pincianæ curiæ hinc datus judex per alios honorum gradus in supremi Castellæ senatus locum ascendit. Scripserat olim libellum ita inscriptum:

Caji & Proculi, aliorumque veteris Juris Auctorum apertæ rixæ & implacabiles concertationes. Salmanticæ 1625. in 4.

D. PETRUS VELEZ DE GUEVARA, philosophus & jurisconsultus in ecclesiæ Hispalensis collegio sacro ab anno MDXLVI. Prior, ut vocant, sive præfectus Eremitoriorum fuit, unaque portionarius ab anno DLXI. Demum vero diem suum obeunte Francisco Menchaca viro scriptis, dignitateque clarissimo, qui doctoralis canonicus ibi fuit, in ejus locum successit anno DLXX. ob eruditionem ac doctrinæ omnimodæ præstantiam non inceleber; quem *pietatis Christianæ studiosissimum & religionis colentissimum* Christophorus Plantinus doctus typographus Antuerpiensis in præfatione appellat *Psalmorum versionis metricæ* Benedicti Ariæ Montani, quam ex officina sua emisit anno MDLXXIV. cum docere lectores vellet Petro Vellejo directam ab amico Aria hujus operis bonam partem, ut hac animi recreatione absentis ejus desiderium leniret. Extat singulare hujus nostri elogium ei præstitum ab singularis etiam virtutis viro D. Gundisalvo Marin Ponce de Leon ejus in eadem ecclesia Hispalensi collega, dum ad XIII. caput *Physiologi* S. Epiphanii commentatur, inseri hoc loco dignum quantumvis prolixum. *Petrum Vellejum a Guevara præteriti, si quod fuit virtutum fæcundum sæculum, vividum simulacrum, præsentis unicum ornamentum, futuri absolutissimum exemplar. Et vero, lector candide, si viri hujus præclarissimas dotes exprimere nunc vellem, vix tibi fidem facerem; etenim eo usque maximorum virorum elogia invidiam & incredulitatem declinare solent, quousque communem hominum captum non excedunt. Ornat profecto tantum hunc virum antiquissimus generis splendor; ornat constans quædam a primis auctoribus ad posteros usque derivata in Reges suos fidelitas & studium, multa apud eosdem Principes ob id ipsum gratia, amplissimi Magistratus domi militiæque feliciter administrati. Ornat (quoniam quæ diximus vix nostra sunt) verior ac solidior animi nobilitas, vitæ summa innocentia, incredibilis candor, rara morum suavitas, virtutum omnium atque hujus maxime, quam tractabam, prudentiæ, quæque reliquarum omnium condimentum est, eximia quædam & admirabilis possessio. Quid mirum? prudentes nasci homines negavit Philosophus, at disciplina, labore & experimento fieri testatur. Petrus Vellejus isthæc sibi præsidia ita nimirum comparavit, ut a primis annis sacrosanctis literarum studiis omnino consecratus in omni bonarum artium genere ad miraculum excellat; nec vero ille propterea ita se invidit mundo, ut intra privatos bibliothecæ parietes semper delitesceret; multa vidit, multa cognovit, multa tractavit, plurimis officiis rempublicam sibi demeruit; quin etiam & urbi ipsi & in urbe orbi illius virtus jam olim admirationi fuit. Finiam semel. Erit cum, Vellejum considerans, perfectissimam vigilantissimi præsulis, qualem Apostolus instituebat, imaginem te intueri dicas, atque illum ad Christianæ Reipublicæ utilitatem, utque aurea exorientis Religionis redeant tempora, præficiendum Ecclesiæ desideres: erit cum amplissimo Magistratui, ne tot sileant Juris apices, aptissimum judices: erit cum ad efformandam lubricam illius ætatem, qui ad rerum omnium clavum admovendus esset, natum Vellejum existimes. Denique nulla unquam viris optimis & maximis præmia proposita, nullæ tam secundæ atque insolentes fortunæ, quibus non ille se dignissimum præstiterit, atque ad illas consequendas amplissimam sibi virtute ac doctrina viam non straverit.* Hæc ille. Scripsit:

In Topica Ciceronis Notas. Hispali apud Alphonsum Escribano 1573. in 8.

Se-

Selectas Sententias ; *seu Paradoxa VI. ad Ciceronis imitationem*, scilicet:

I. *Omnis malus exul.*

II. *Optandum est castigari a Deo.*

III. *Labor inter præcipua bona numerandus.*

IV. *Nulla est causa peccandi.*

V. *Soli bono bona senectus.*

VI. *Bonus vir non moritur*, *sed abit.* Ad D. Joannem Riberam, credo, eum qui in clarissimum dignitate ac pietate virum postea evasit. Hispali 1558. in 8.

Ad Titulum De Officio Prætoris Digestorum lib. I. Itemque:

De Diffinitione doli mali librum singularem. Salmanticæ typis Mathiæ Gastii 1569. in 4. Ex Italico item Maphei cardinalis ad Juliam & Æmiliam sorores dedit Hispanicum hoc titulo notatum opusculum:

Buena Monja, sive Instructionem aut institutionem Virginis Deo sacræ. Hispali apud Joannem de Leon 1587. in 8.

Desiit mortalis esse XVII. die Januarii MDXCI.

F. PETRUS VERDUGO SARRIA, Dominicanus, cœnobiique præfectus, quod sodales incolunt in S. Fidei oppido Novi regni Granatensis Indiæ occidentalis, edidit:

Libro de los Mysterios de la Missa. Matriti 1594. in 4.

PETRUS DE VICTORIA, Valentinus, medicæ artis doctor, quam Hispali exercuisse memoratur, quando emisso in lucem opusculo:

Singulari Curationi affectus Epileptici in prægnante fæmina, *quam Doctor Jacobus Tamajo faciendam censuit jussit & demonstrare affectavit*, respondebat. Hispali 1610. in 4. apud Alphonsum Roderici a Gamarra. Vide DIDACUM TAMAYO.

PETRUS DE VICTORIA, nescio quis, laudatus in *Elencho librorum qui ex Plantiniana prodierunt officina*, scripsit in eadem editum:

Confessionario ; sive confitendi methodum, aut moralem summam.

D. PETRUS DE VILLAGOMEZ, archiepiscopus Limanus, edidit:

Juris Allegationem pro Edicto contra Laicos comis habitum Clericalem deturpantes. Madriti 1650. 4.

Informacion sobre la moderada procuracion que piden los Visitadores de los Idolatras. Limæ 1650. 4.

PETRUS VILLALO, Salmanticæ urbis incola, vertit ex Italico Ludovici Dulcis:

Dialogo y doctrina de las Mugeres. Matriti 1584. apud Bernardum de Sancto Dominico.

PETRUS DE VILLALONGA, Balearis in historiæ hujus regni altero volumine lib. VIII. cap. VI. a Vincentio Mut laudatur eo quod scripserit:

De Jure accrescendi.

F. PETRUS DE VILLAMAYOR, Dominicanus, scripsit:

Mysterios de la Fee, circa annum 1665. luce donatum opus, Matriti, ut credimus.

F. PETRUS VINCENTIUS MARZILLA, Cæsaraugustanus, parente senatore natus, Benedictinorum sodalis, in Compostellano gymnasio theologiam docuit ex primaria cathedra, rerumque ad fidei tutelam attinentium censuram apud judices, quorum ea cura est, obtinuit ; vir doctus & doctorum amans, prætereaque observantiæ regularis merito inter suos in pretio habitus. Scripsit:

Paraphrasim intextam editioni Vulgatæ in Pentateuchum. Salmanticæ 1600. & 1610. in folio.

Decreta Sacrosancti Concilii Tridentini, *ad suos quæque titulos secundum Juris methodum redacta*, *adjunctis declarationibus auctoritate Apostolica editis*, *quæ habentur in IV. volumine Decisionum Rotæ Romanæ.* Salmanticæ 1613. in 4. Pinciæ 1618. Scripserant monachi Benedictini Compostellæ ad S. Martini habitantes ad Maximilianum Austriacum de frequentia communionis vulgari sermone libellum, quod *Memoriale* appellaverunt. Huic contradicentes quidam occasionem dederunt nostro redhostiendi.

Adiciones al Memorial Compostelano sobre la frequencia, *con que es licito y aun provechoso a los seglares recebir el Santisimo Sacramento de la Eucharistia.* Cæsaraugustæ anno 1613. in 8.

D. PETRUS DE ULLOA GOLFIN PORTOCARRERO, Cazerensis, Salmanticæ in collegio, quod a Concha urbe seu Conchensi episcopo erectore vulgo appellant, sodalis olim togatus in magna celebritate doctrinæ juris atque omnimodæ eruditionis fuit, cum post alias decretorum, ut vocant, cathedram regeret. Granatensibus hinc datus judex dudum se majoribus adhuc dignum ostendit, ingenio, urbanitate, integritate vir eximius, amœnioris totius literaturæ gnarus, juris vere peritus, & qui munus, a quo ornatur, vicissim egregieque in paucis ornat. A Granatensi curia evocatus in Regio Ordinum concilio fiscalem, indeque se-

ſenatorem egit. Horarum ſubciſivarum, quibus e judiciario agone licet publicum hominem ad ſtudiorum amoenitates divertere, negotium fecit, ut de Hiſpano more acclamandi novum Regem vexilli elevatione diſſereret, ſcribens:

De la Ceremonia de alzar los pendones en España por el nuevo Rey, quod editum audimus Matriti anno..... locupletiuſque nova opera factum, ibidem iterum. Scripſit quoque:

Tratado de los dos luminares o juriſdiciones.

Los Fueros y Privilegios de la Villa de Caceres.

F. PETRUS DE URBINA, Cantaber ex oppido Brantevilla, Franciſci de Urbina & Caſildæ a Montoia filius, ordinis Minorum, ingentibus domi honoribus, majoribus extra ornatus; provinciæ ſuæ Caſtellæ præfuit, ac etiam univerſæ familiæ, ut vocant, ultramontanæ commiſſarius generalis. Pontificum deinde album ornaturus tribus ex ordine cathedris donatus fuit, Caurienſi die II. Maii MDCXLIV. Valentinæ XXVIII. Junii MDCXLIX. demumque Hiſpalenſi anno MDCLVIII. die I. Aprilis; ac dum Valentinis jura ſacra diceret, eis quoque pro Rege laudabiliter præfuit. Scripſiſſe dicitur cum aliis ejuſdem ordinis, dum Compluti doceret:

El Memorial en defenſa de las doctrinas del Doctor S. Buenaventura y Scoto, ſobre el juramento que la Univerſidad de Salamanca hizo de leer tan ſolamente la doctrina de San Aguſtin y Santo Thomas. Auctorem habeo eum, qui formavit *Archivium Complutenſe*, ad calcem *Vitæ D. Franciſci Ximenez de Ciſneros Archiepiſcopi Toletani S. R. E. Cardinalis*, Panhormi editæ anno 1653. pag. 90.

F. PETRUS DE UREÑA, monachus Ciſtercienſis, cæcus natus eſt, *ſed quod natura negavit viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit*, ut inquit Illuſtriſſimus Dominus Joannes Caramuel Campanienſis epiſcopus hominem laudans, a quo ſe artem muſicam didiciſſe olim refert in ſuo opuſculo *Arte nueva de Muſica* inſcripto, atque Romæ edito anno ſuperiore 1669. Sodalis fuit domus de la Eſpina ingenio & memoria eximius; parataque habuit editioni anno MDCXX. alterum & alterum volumen, ſcilicet:

De Aſtronomia, et:

De Aſtrologia.

In Muſica re uſque eo profecit, ut rejectis Guidonis Aretini notis, quas ingeniorum crucem exiſtimabat, ad ſimpliciorem & faciliorem methodum eam doctrinam reduxerit, quæ in cœnobiis Ciſtercienſibus Hiſpaniæ hodie in uſu eſt. Nam Thomas Gomez ejuſdem ordinis a ſe illuſtratam anno 1649. Matriti edidit; quo ipſo anno capituli generalis, quod vocant intermedium, decreto probata fuit, & introducta in omnia congregationis Hiſpanæ monaſteria, Campanienſi jam laudato epiſcopo id affirmante.

PETRUS URETANUS, vulgo de URETA, Ibeenſis presbyter qui locus Burgenſis eſt diœceſis (Ibeas vulgo dictus) poeta elegantiæ non vulgaris, vereque pius, edidit ad Catonis exemplum:

Moralium Diſtychorum libellum. Matriti 1661. in 8.

PETRUS DE URREA, ſcripſiſſe dicitur improbatam ab *Indice* noſtro *Expurgatorio*:

Peregrinationem Hieroſolymitanam.

PETRUS DE URRIES, Aragonius, poſtquam in Oſcenſis urbis gymnaſio ſacros canones pomeridianis horis docuiſſet, in Neapolitani regni principem urbem ſe contulit deſtinatus vicariæ domus ſive prætorii judex criminalibus cauſis dijudicandis; ſcripſitque ibi:

Æſtivum otium ad Repetitionem Ritus CCXXXV. Magnæ Curiæ Vicariæ regni Neapolitani, qui incipit, Item ſervat ipſa Curia, quod nullus Clericus &c. ubi de cognitione qualitatis clericatus per reos allegatæ a Judice laico habenda. Duaci 1624. in folio.

PETRUS DE URTEAGA, Jeſuitarum Hiſpalenſium ſodalis, ex qua urbe oriundum fuiſſe credimus, pueris nobis maxime celebrabatur concionum pie ac docte, urbaniſſimeque habendarum laude. Edidit:

Sermon predicado a las exequias del Rey Catolico D. Felipe III. Hiſpali apud Alphonſum Rodriguez Gamarra 1621. in 4.

F. PETRUS DE UZEDA GUERRERO, Toleti ortus, almi ordinis Eremitarum ſacræ theologiæ magiſter, in utroque totius Caſtellæ celeberrimo lyceo Complutenſi & Salmantino theologiæ ſacræ, & in poſteriore hoc librorum divinorum interpres, poetica in doctrinæ cumulum facultate inſigniter floruit; vir ſcholaſticæ de Deo ſcientiæ in paucis peritus. Ex cujus recitationibus academicis quamplura ſe deſumpſiſſe ad ſua pangenda in *Secundam Secundæ D. Thomæ partem Commentaria* Petrus de Aragon ejuſdem familiæ, quod ingenui eſt animi, non reticuit. Hujus eſt:

Silva lectionum ſuper Apocalypſin: ad Thadæum Peruſinum ordinis ſui generalem præfectum. 1576.

Conciones item *B. Thomæ a Villanova* cultiore latinitate donatas & a se dispositas in publicum proposuit: quam operam Thomas Herrera noster in *Historia domus Salmantinæ Augustinianæ* cap. LV. ubi de Uzedæ rebus agit, Eugenii Toletani præsulis curæ in dedolando opere *Creationis* poetæ Dracontii æquiparare non veretur.

F. PETRUS DE XARAVA, Conchensis, Franciscanus provinciæ Carthaginensis, vir ingenti doctrinæ & pietatis, dum viveret, fama, ut ait Ludovicus de Rebolledo in *Historia Ordinis Minorum* & Indice appenso ejusdem scriptorum; qui & monet scripta hæc ab illo (qua lingua non dicit):

Contra Judæos.

Del modo de aumentar en Christo.

Summa Theologica. Quæ MSS. adservantur in Conchensis cœnobii bibliotheca: in qua urbe ortum scribit auctor *Conchensis Historiæ*.

PETRUS XIMEN, medicus doctor Valentinus, Parisiis, Lovaniique hanc artem inter alios ab Hieremia Thriverio, Ticini vero anatomen ab Andrea Vessalio didicit; ac tandem ipse professus fuit Valentiæ medicinam simul cum Petro Jacobo Esteve; scripsitque:

Dialogos de Anatomia. in 8. Agit de Ximenio Gaspar Escolanus lib. v. *Hist. Valentinæ* cap. XXIII.

PETRUS XIMENIUS, vulgo XIMENEZ, Toletanus, Jesuita, Viennæ Austriæ & Græcii Stiriæ provinciarum inter Germanos doctrinæ & pietatis luculentissimam significationem toto vitæ dedit tempore: de quo plura legere est apud *Bibliothecæ Societatis* auctorem. Edidit:

Orationem, quam dixit Græcii (*Grats* est Stiriæ metropolis) *in funere serenissimi Caroli Archiducis Austriæ anno MDXC.* Est prima ex tribus, quæ de hoc argumento simul editæ sunt a collegio Græcensi.

Disputationem habitam cum Balthasare Tischero Lutherano de Fide justificante in Academia Græcensi anno MDXCII. apud Widmanstadium ejus urbis typographum. Edidit quoque, adscripto solum titulo Jesuitæ cujusdam.

Compendium seu Breviarium absolutissimum omnium meditationum de præcipuis Fidei nostræ mysteriis, vitæ & passionis Domini nostri Jesu Christi & *Beatæ Mariæ &c.* e sex tomis *Meditationum* Ludovici de la Puente collectum. Coloniæ apud Joannem Kinkium 1623. & secundo 1629. in 8. Hoc autem Italice convertit, & Petri Ximenez nomen præfixit Ludovicus Dulcebenius ejusdem instituti.

Vita functus fuit Millestadii extremæ Carinthiæ monasterio XX. die Novembris MDCXXXIII. ætatis LXXXI.

PETRUS XIMENIUS, nescio quis, scripsit:

Confutatorium errorum Hæreticorum, quem librum in bibliotheca summi viri D. D. Didaci de Arce Reinoso exepiscopi Placentini generalis Inquisitoris fuisse ostendit index ejus typis editus, vetusto charactere editum: atque idcirco eum distinguimus ab ejusdem nominis Jesuita Toletano, cujus jam meminimus loco suo, posterioris ætatis & nostri sæculi scriptore.

F. PETRUS DE ZALAMEA, ordinis Minorum provinciæ S. Michaelis, edidit Hispane:

Suma de Casos de conciencia, quam extitisse MS. apud sodales Civitatenses scribit Waddingus. Zalamea oppidum Extremaduræ est, ad quod noster natales per nos retulerit.

PETRUS ZUMEL, sacræ theologiæ doctor, canonicus, ut dici solet, magistralis ecclesiæ Malacitanæ, interfuit synodo Tridentinæ ut procurator archiepiscopi Hispalensis & episcopi Malacitani, necnon & generalis Inquisitionis Hispaniarum; habuitque ad Patres:

Orationem; quæ edita est Brixiæ ad instantiam Joannis Baptistæ Bozzolæ anno 1563. in 4. Sodalis fuit colegii Ildefonsini Complutensis anno MDXXXII. eo admissus, & cum reversus a synodo magna fuisset, canonicus magistralis ecclesiæ Hispalensis.

PHILIPPUS.

F. PHILIPPUS DE ACOSTA, nescio cujus ordinis, scripsit:

Tratado de los Primeros Legisladores.

Tratado de la Invencion de las Monjas.

Tratado de las Armas y Blasones y su invencion. MS. inter Libros comitis de Villaumbrosa tomo VII. *Miscellaneorum.* Nisi sit Philippus de Acosta Hispalensis ordinis Prædicatorum, vir acri admodum ingenio, qui immature obiit, magnum sui relinquens desiderium, de quo egimus in Ignatio Coutinho.

PHILIPPUS DE AREVALO, civis oppidi S. Martini de Valdeiglesias, edidit:

Instruccion de Notarios Apostolicos y notas de Escribanos. in 4.

F. PHILIPPUS DE AYALA, nobili loco natus, Franciscanus provinciæ Castellæ regularis observantiæ, sacræ theologiæ professor, & minister S. Officii judicum sive con-

consultor, lector emeritus, scripsit hujus tituli opus:

Caso mayor y punto de conciencia acerca de como se ha de predicar, tratar y hablar en publico en nuestros tiempos de la Purisima Concepcion de la Virgen Maria Nuestra Señora: simulque: *Un Sermon del mismo mysterio.* Toleti apud Bernardinum de Guzman 1616. necnon, teste Waddingo:

Commentario sobre la Regla de los Frailes Menores.

F. PHILIPPUS BERNAL, patria Lucroniensis, professione Præmonstratensis monasterii de Ibeas, sacræ theologiæ magister, ac diffinitor ut vocant Norbertinæ suæ sodalitatis, scripsit:

Sentencia de S. Thomas en favor de la Inmaculada Concepcion de la Virgen Madre de Dios. Burgis apud Petrum de Huidobro 1623. in 4.

PHILIPPUS BERNARDUS DEL CASTILLO, edidit:

Centuria de la Limpia Concepcion de Nuestra Señora fundada en cinco lugares comunes de la sagrada Escritura. Madriti 1619. in 8. auctore Petro Alva in *Militia Conceptionis.*

D. PHILIPPUS BERNARDUS DE QUIROS, edidit:

Historia de la Vida y Martyrio de Santa Eulalia de Merida. Matriti 1673. in 4.

F. PHILIPPUS BEZERRA, Cisterciensis, scripsit opus:

De los Derechos que el Rey D. Felipe IV. tiene sobre sus Reynos, quem laudari a non nemine scimus.

PHILIPPUS CAMUS, nescio unde domo aut gente, vulgari tamen sermone scripsit:

La Coronica de los notables Cavalleros Tablante de Ricamonte y Jofre hijo del Conde de Nason; sacada de las Coronicas Francesas. Hispali 1629.

Historia de la linda Magalona y el esforzado Cavallero Pierres. Beaciæ 1628.

La Vida de Roberto del Diablo, despues de su conversion llamado Hombre de Dios. Giennii 1628.

PHILIPPUS DAS CHAGAS, Lusitanus Villaregalensis, Cardoso teste, in cujus schedis cognomen haud satis expressum est, edidit:

Arte Poetica e de Pintura. Olisipone 1615.

F. PHILIPPUS COLOMBO, Guadalaxarensis, Mercenariorum ordinis, sacræ theologiæ magister, atque ejusdem ordinis chronographus, dedit foras:

Relacion de las Fiestas que el Real Convento de Santa Catalina de Toledo del orden de Nuestra Señora de la Merced consagró a la solemnidad de la extension del culto concedido a S. Pedro Pasqual de Valencia, Obispo de Jaen, y Martyr en Granada año de MCCC. Con un Epitome de la Vida del Santo. Matriti in typographia Regia 1674. in folio.

El Job de la Ley de Gracia retratado en la admirable Vida del Venerable Padre Fr. Pedro de Urraca. Matriti 1674. qui apud Indos diem suum sanctissime obiit.

Vida de S. Pedro Nolasco Fundador de la Religion de la Merced. Matriti 1674. apud Regium typographum.

Vida del Glorioso Cardenal S. Ramon Nonnat. Ibidem apud Antonium Gonzalez Reyes 1676. in 4.

F. PHILIPPUS DE LA CRUZ VASCONCILLOS, Matritensis, ex monachali ordine S. Basilii, ejusdemque procurator generalis, edidit:

Tratado unico de Intereses; si se puede llevar dinero por prestallo. Madriti 1637. in 4.

Tratado unico de diezmos, primicias y oblaciones, que deven pagar los fieles Christianos. Madriti apud Joannem Sanchez 1643. in 4. Tribuuntur quoque ei duo alii, quos non vidimus.

Del Tesoro de la Iglesia.

Norte de Confessores.

F. PHILIPPUS DIAZ, Franciscanus, edidisse fertur Antonio de Leone teste in *Bibliotheca Indica Occidentali* titulo XVIII.

Sermones, lingua Mexicana: nisi error sit docti ac minime negligentis viri, sermonesque sint Philippi Diez Lusitani hujusmet ordinis statim pro merito suo laudandi in Mexicanum sermonem ab alio quovis e Latino translati.

F. PHILIPPUS DIEZ, Lusitanus, ex familia Seraphica S. Jacobi provinciæ regnorum Castellæ, ejusque diffinitor, egregius fuit in Salmantina domo sacrarum concionum declamator annis fere quinquaginta, atque eo quidem fructu juventutis academicæ, ut minime dubitaretur pendere eam ab ardentissimo sui concionatoris ore, summaque ejus dicendi vi, tanquam fortissimis vinculis intra pudoris & honestatis claustra contineri. Professor idem theologus domi apud sodales fuit, cum Franciscanis ab omni ambitu honorum scholasticorum alienis in gymnasia publica sit omnino interdictus aditus; nullum tamen aliud

aliud propositum magis premebat diu noctuque continuatis studiis, longe positus a quacumque alia hujus muneris aliena cura, quam ut evangelicum vere præstaret mystam, fidelesque populos saluberrimo pietatis atque omnium virtutum pabulo reficeret ac sustentaret. Posteros autem demereri etiam cupiens, conciones suas in publicum venire permisit magno eorum, qui pronuntiantem adepti non sunt, compendio. Quas quidem tam avide amplexa fuit sequior ætas, ut in plures vulgares Europæ linguas transtulerit. Hæ illæ sunt:

Quadruplices Conciones, quæ a Dominica in Septuagesima usque ad Resurrectionem Domini quotidie in Ecclesia habentur; quæ tomum primum operum efficiunt, quatuor partibus. Lugduni 1586. Salmanticæ 1590. in 4. Venetiis 1591.

Conciones Quadruplices Dominicarum & Festorum omnium a Dominica prima Adventus usque ad Septuagesimam, sive tomus II. Salmanticæ semel atque iterum, tertioque 1588. in 4.

Conciones Quadruplices super Evangelia Jesu Christi S. Mariæ & Sanctorum omnium, sive tomus III. Salmanticæ 1590. & 1591.

Dominicales æstivales Conciones a Dominica in Albis usque ad Adventum, sive tomus IV. Salmanticæ 1586. Sex tomis integris hæ omnes *Conciones* simul prodierunt apud Gallos Lugduni 1586. & in Italia Venetiis 1587. in 4. & 1591. in 8.

Summa Prædicantium ex omnibus locis communibus locupletissima, duobus tomis. Salmanticæ 1589. 4. & iterum 1593. 4. Venetiis 1592. 4. Lugduni & Antuerpiæ 1600. 4. castigata nempe & aucta per Ricardum Gibonum Jesuitam. Vernacula autem ejus hæc sunt:

Quince Tratados en que se contienen muchas consideraciones para los Actos generales que se celebran en la Iglesia de Dios. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1597. in 4. & iterum 1612. in 4. apud Artum Tabernier.

Marial de la Sacratisima Virgen Nuestra Señora., con un Tratado de la Pasion de Christo N. Señor y la Soledad de la Sacratisima Virgen. Salmanticæ 1596. & 1598. Barcinone 1597. in 4. Gallice duobus tomis, Parisiis 1608. in 8. Ex omnibus Philippi nostri concionibus, quas adeptus fuit publici juris factas, *Compendium* sive *Indicem moralium conceptuum* Franciscus de Campos, & ipse ordinis Minorum provinciæ S. Jacobi, rogatu ipsiusmet auctoris, composuit, quod editum fuit Salmanticæ 1588. Venetiisque 1597. in 4.

Obiit tandem indefessus evangelii præco in domo Salmantina magnum sui relinquens desiderium & sanctitatis fama celebratus.

F. PHILIPPUS DE LA GANDARA, Gallæcus ex oppido Allariz diœcesis Auriensis, eremita Augustinianus, patriis rebus hucusque seorsim intactis ab alio historico illustrandis intentus, tribus non minus voluminibus comprehensam habet, nescio quo impedimento retardatus ab editione, Gallæciæ historiam sic inscriptam:

Historia Hierosilosotopica del Reyno de Galicia. Diversum ab hoc videtur liber:

De armas y Triunfos del Reyno de Galicia; quem laudat D. Josephus Pellizer archicronographus regius in Informatione *Del Origen, antiguedad, calidad y sucesion de la Casa de Sarmiento de Villamaior* pag. 5. Quod opus jam foras emissum Matriti audio in 4. Idem publicavit librum.

De la Casa de Calderon de la Barca anno 1661. Cujus rei testem habeo eundem Pellicerium in Memoriali jam laudato *De la calidad y servicios de D. Fernando Joseph de los Rios* fol. 34. num. 10. in margine libri. Meminit hujus hominis & operis Thomas de Herrera Augustinianus in *Historia domus Augustinianæ Salmanticensis.* Dedit jam foras postuma hæc ejus opera Matritensis editor Julianus de Paredes, scilicet:

Armas y Triunfos del Reyno de Galicia, sive ejus Nobiliarium. Matriti 1677. in folio.

El Cisne Occidental que canta las Palmas y triunfos Eclesiasticos de Galicia, duobus voluminibus 1677. in quibus meminit illius operis quod jam laudavimus, scilicet *Historia Hierosilosotopica*, quam intelligo sacram, naturalem & geographicam totius Gallæciæ, quæ nondum hactenus vidit lucem. Sed ecclesiastica ista cujus meminimus, pseudohistoricorum Dextri, Maximi, Luitprandi & Juliani, & aliorum fabulis tota plena est. In Prologo Nobiliarii profitetur se perfecta habere sequentia opera:

Theatro de Santos de Galicia.

Un Epitome de la Nobleza.

Historia de la Iglesia Iriense, y Compostelana.

Tratado de la Justa posesion que se restituyó a Galicia de su voto en Cortes. Quæ omnia latent adhuc.

F. PHILIPPUS DE GUIMERAN, Valentinus, sed ad Cataloniam referens avorum nobilissimos natales, sodalium unus, qui sub appellatione B. Mariæ de Mercede captivos redimunt, familiam suam ex parte, dum Valentinæ provinciæ curam gereret, deinde integram generalis præfectus (commendatarium generalem indigitant) ordine XV. anno MDCIX. creatus rexit, atque inde Jaccensem

ſem in Aragonia ſedem epiſcopus ; unde ad ſuperos evolavit anno MDCXVII. Scripſit, dum præeſſet Valentinæ domui del Puig cognominatæ:

Hiſtoria de la Orden de la Merced, y de algunos Santos y perſonas iluſtres della, y en particular de la Caſa de la Madre de Dios del Puig de Valencia y de ſus milagros, y de las perſonas famoſas de ella. Valentiæ 1591. in 4.

La Vida del Siervo de Dios Fr. Pedro Nolaſco, el ſegundo deſte nombre, Sacerdote obſervantiſſimo del Orden de la Merced.

Diſcurſo en que ſe refieren las Vidas de las venerables Madres fundadoras del monaſterio de la Aſſumcion de Sevilla.

Conſtitutiones item ſacrarum Deo virginum ſui ordinis per Fr. Antonium de Velaſco editas & ab ipſo laudati jam Aſſumptæ Virginis monaſterii exordio ibi obſervatas, necnon leges & ſtatuta Diſcalceatorum fratrum recognovit & reformavit.

De las Excelencias de S. Joſeph ejuſdem auctoris extat in Bibliotheca Sapientiæ Romanæ. Latine etiam:

Exercitia ſpiritualia. Valentiæ in 8.

F. PHILIPPUS A LUCE, vulgo DA LUZ, Luſitanus, Auguſtinianorum ſodalis, regius olim in Luſitania concionator : turbatis deinde ejus regni rebus Joanni II. Brigantinorum duci, qui Luſitaniam tenuit, a pœnitentiæ adminiſtratione ; ſcripſit, quos vidimus:

Tratado da Vida Contemplativa. Oliſipone apud Gerardum Villa, 1627. in 8.

Sermoens : Primeira Parte que começa da quarta Feira de Cinça ate a primeira ottava de Paſchoa. Oliſipone 1627. in folio. Tria hujus partis volumina tribuit ei *Alphabeti Auguſtiniani* auctor : prætereaque ſpem fecit duorum aliorum *de Sanctis*, triumque *de Adventu*, & *de Dominicis per annum.*

PHILIPPUS DE MALLA, Catalanus, artium, ac theologiæ magiſter, in eccleſiæ Barcinonenſis urbis canonicus & archidiaconus de Panades, ſcripſit lingua ſuæ Catalanæ provinciæ:

Memorial del Pecador remut, lo qual tracta de la mort y paſſio del Fill de Deu. Caret loco editionis, aut forſan MS. extat in Bibliotheca Coloniana Hiſpalenſis almæ eccleſiæ.

F. PHILIPPUS DE MENESES, claris in ſæculo natalibus Truxilii ortus, quæ urbs eſt in Eſtremadura provincia non parum nobilis, Dominicanæ familiæ dato in patria nomine, eos ſibi profectus religionis, doctrinæque fecit, ut ad moderandam S. Thomæ cathedram a Complutenſibus evocaretur. Præfuit Gregoriano Pinciæ urbis collegio, cœnobiiſque Matritenſi ac Segovienſi fructuoſe admodum : nam & zelo totus fervens religioſæ obſervantiæ unus inter ceteros hujus ordinis a Philippo II. Rege delectus fuit, cui facultate Apoſtolica viſitandam integram Mercenariorum (ſic appellamus nos) fratrum familiam tota Hiſpania diſperſam, cenſuræque hujus indigentem commendaret. Quo munere occupatus in Gallæcia diem ſuum obiit anno MDLXXII. jacetque in cœnobio ſodalium, quod S. Martha de Hortigoſa vulgo audit. Scripſit:

Luz del Alma Criſtiana contra la ceguedad y ignorancia ; ſive doctrinam chriſtianam. Salmanticæ 1556. in 4. rurſumque 1578. Medinæque 1567. Valentiæ 1594. 8. Hiſpalique apud Martinum a Monteſdoca 1570. Alphonſus Fernandez Placentinus minus recte diſtinguit *Doctrinam Chriſtianam a Lumine Animæ.*

Tratado de la Cofradia de los juramentos: teſte Joanne Marieta.

PHILIPPUS MEY, Thomæ Typographi aut filius, aut frater, ut credimus, cum in familia eſſet viri ampliſſimi Antonii Auguſtini Tarraconenſis præſulis, majorem partem Ovidii *Transformationum* vernaculo carmine interpretatus eſt, ediditque hoc titulo:

Metamorfoſeos de Ovidio en octava rima. Tarracone 1586. in 8. primum ſcilicet & ſecundum libros paraphraſtica, ut Anguillaræ comes Italis, reliquos preſſa & ſtricta interpretatione non ineleganter converſos. Scripſit quoque:

Rimas. Ibidem 1586. in 4. In quibus viri illius in omni literatura principis Antonii Auguſtini octavæ ſive octoades duæ in laudem pulcherrimi fontis de Alcevez dicti in territorio Tarraconenſi manantis lubenti animo perleguntur.

PHILIPPUS MONTALTO, alias PHILOTHEUS ELIANUS MONTALTUS, nam utroque horum nomine appellatum eum reperio in opere *De Scriptis medicis*, Luſitanus, medicus, quem *Clariſſimum Montaltum* vocat alicubi Zacutus, ſcripſit:

Opticam intra Philoſophiæ & Medicinæ aream, de viſu, de viſus organo & objecto theoricam accurate complectentem. Florentiæ apud Coſmum Juntam 1606. in 4.

Archipatologiam, in qua internarum capitis affectionum eſſentia, cauſæ, ſigna, præſagia & curatio accuratiſſima indagine differuntur, Lutetiæ apud Franciſcum Jaquin 1614. in 4. Gervaſii 1618. in 4. Georgius Cardoſus in Schedis pro *Bibliotheca Luſitana* his adjungit:

De Curatione morborum ſingularium partium.

tium. Partem Primam. 1613. in 4. aitque eum Sereniſſimæ Mariæ Magdalenæ Galliarum Reginæ Henrici Regis IV. Conjugi a Conſiliis, medicumque a cubiculo fuiſſe.

PHILIPPUS NUÑEZ DE VILLAREAL, Luſitanus, ſcripſiſſe dicitur *De Arte Poetica*, necnon & *De Pictura* neſcio quid, Cardoſo laudante.

PHILIPPUS DE PAMANES, Valentinus gente, presbyter, ſcripſit, ſed non edidit:

Los Notables del Piru. Quod laudat opus in *Bibliotheca ſua Indica occidentali*, titulo XV. Antonius de Leone Pinelus, & Gaſpar Eſcolanus, qui Valentinum diſerte vocat.

PHILIPPUS PONZE, neſcio quis, laudatur ex opere, quod nuncupavit:

Vida de Santa Catarina Martyr Reyna de Egypto. 1585. in 8.

PHILIPPUS PUYVICINUS, Aragonius, Oſcenſis eccleſiæ decanus, *Vir* (Hieronymi Blancæ judicio) *ingenio excellens & doctrina, atque tum publici juris, tum antiquitatis Aragoniæ regni peritiſſimus*, ſcripſit quædam ad Hiſtoriam Oſcæ urbis ſpectantia, quibus in ſcribenda ejuſdem hiſtoria uſum ſe fuiſſe non diſſimulat Franciſcus Didacus de Ainſa. In dictis monumentis allegat Puyvicinus aliud ſuum opus:

Abecedarium nuncupatum, cujus hunc titulum ſeu caput diſerte appellat: *De Officio literarum.* Hieronymus Blancas ejus, inquam, meminit in *Comm. rer. Aragonenſium*, ubi de nomenclatura hujus regni agit.

F. PHILIPPUS DE RIBADENEIRA, Franciſcanorum ſodalis, edidit:

De las Excelencias de Nueſtra Señora, libros duos. Hiſpali 1606.

F. PHILIPPUS DA ROCHA, Luſitanus, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, rerum fidei cenſor, edidit:

Conciones Dominicarum Adventus Domini & Quadrageſimæ. Oliſipone apud Joannem da Coſta ſeniorem 1667. in 4.

F. PHILIPPUS RUIZ DEL CORRAL, Guatemalenſis eccleſiæ Novæ Hiſpaniæ canonicus & decanus, edidiſſe fertur:

Arte y Vocabulario de la lengua de los Indios de Guatemala.

Tratado del culto y veneracion de la Igleſia.

De Coſas ecleſiaſticas de las Indias, tom. I.

De Conſultas de Caſos, y de Sermones, tom. II.

Obiiſſe eum anno MDCXXXVI. ætatis ſuæ LXV. refert, qui hominem laudat, Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Eccleſiaſtico Eccleſiæ Guatemalenſis.*

F. PHILIPPUS DE SANTIAGO, ſodalis Carmelitarum cœnobii Toletanæ urbis, quem a doctrina theologica & concionatoria facultate valde celebrant ejus domeſtici, ſcripſit:

Illuſtrium Scriptorum, & virorum, ſanctitate & ſapientia illuſtrium a tempore Eliæ Catalogum Laconicum; quo ſæpe uſum ſe affirmat in *Paradiſo* ſuo *Carmelitici decoris* Caſſanatenſis; qui obiiſſe eum Toleti ait anno MDCXIV.

PHILIPPUS DE SOLDEVILLA, Catalanus, medicus doctor, ſcripſit:

In Artem parvam Galeni, lib. I.

De Spiritu gignitivo, lib. I. Ita Symphorianus Camperius, & Paſchalis Gallus in *Bibliotheca Medica.*

De Aſtronomica veritate, adjungit Valerius Andreas in *Catalogo Scriptorum Hiſpaniæ.* Et Alphonſus Ciaconius in ſchedis ad Bibliothecam univerſalem.

F. PHILIPPUS DE SOSA, Cordubenſis, ordinis Seraphici provinciæ Sancti Jacobi Regularis obſervantiæ, concionandi laude, doctrina ac religione ſpectatiſſimus, quem Ambroſius Morales lib. XVII. *Hiſtoriæ* ſuæ cap. XI. non perfunctorie celebrat; ſcripſit (Lucas Waddingus ait) Hiſpane ſcilicet:

Hortulum Virginitatis; et:

De Myſteriis Angelorum: ſimul Salmanticæ 1539.

Compendium Myſteriorum Adventus Chriſti Domini. Hiſpali 1569. Id autem non diſtinguimus nos a ſequenti:

De Excellentia Evangelii. Ibidem 1569. Hiſpana inſcriptio: *De la excellencia del ſanto Evangelio; en que ſe contiene un breve compendio de la vida de Chriſto.* Hæc prima pars, quam ſequi debuerunt duæ aliæ: ſecunda ſcilicet de eſſentia Dei, bonitate, liberalitate, atque mundi creatione: tertia de Sanctis.

Super Bullam Confirmationis & novæ conceſſionis Privilegiorum Mendicantium.

Opuſculum S. Bonaventuræ, quod appellatur *Speculum diſciplinæ*, convertit in vulgarem linguam, atque edidit Hiſpali 1574. apud Ferdinandum Diaz, ſic inſcriptum, *Eſpejo de diſciplina regular.* Vulgarem itidem fecit atque edidit:

La Segunda Parte de la Chronica de los Frailes Menores de Fr. Marcos de Liſboa. Compluti 1566. apud N. de Angulo.

Pe-

Peregrinacion de Jerusalem, ei quoque tribuitur.

PHILIPPUS DE LA TORRE, sacræ theologiæ, ut credimus, magister, Lovanii in Belgio manebat, cum scriberet, typisque divulgaret:

Institucion de un Rey Christiano colegido principalmente de la Sagrada Escritura y Sagrados Doctores: Ad Philippum Hispaniarum & Britanniæ Regem. Antuerpiæ 1555. in 8.

PHILIPPUS DE TOVAR, chirurgus Hispalensis urbis, scripsit:

Tratado de Urina. in 4.

D. PHILIPPUS VINYES, Catalanus, in supremo Aragoniæ concilio senator regius, varia reliquisse dicitur, scilicet:

Discurso sobre que los brazos juntos en Cortes no pueden sin su Magestad proveer los Oficios de la Diputacion.

Discursos sobre los procedimientos en la Villa de Matarό.

Discursos sobre la Celebracion de las Cortes, nondum absolutos.

Juris civilis codicem. Quæ omnia periere, cum in Catalonia tumultuatum fuit, auctore mihi Illustrissimo Domino Raphaele a Vilosa, Magno ducatus Mediolanensis ante paucos menses cancellario, supra a nobis laudato.

F. PHILIPPUS DE URRIES, Dominicanus, Barbastrensis ecclesiæ præsul, scripsit:

Declaracion del Motu proprio de Gregorio XIII. sobre los Panes. Consule, si vis, Lanuzam in *Historia Ecclesiastica regni Aragonum* volum. II. pag. 17.

PHILIPPUS DE ZAVALA, scripsit:

Introduccion del nuevo arte de escrivir, dispuesto en dialogo. Matriti 1640.

PHILOTHEUS.

PHILOTHEUS CASTELLO, nescio quis, cujus uti Lusitani Cardosus meminit, scripsisse dicitur:

Flagellum Calumniantium. Amstelodami 1631. in 8.

PLACIDUS.

F. PLACIDUS DE ARBIETO, Cisterciensis monachus domus Superatensis, vulgo de Sobrado, atque ejusdem abbas, sacræ theologiæ doctor, & apud sodales Complutenses professor, in compendium redegit Angeli Manriquii Pacensis præsulis:

La Vida de la venerable Madre Anna de Jesus. Salmanticæ apud Franciscum Roales 1642. in 8. Superioribus annis, cum collegio Meyrensi præesset, typorum luci maturabat ejusdem Pacensis ecclesiæ episcopi *Annalium Cisterciensium* interpretationem Hispanam, uti delatum est ad Carolum Vischium *Bibliothecæ Cisterciensis* auctorem, in cujus *Appendice* id legitur.

PLACIDUS GOMEZ DE SILVA, Lusitanus, Olisiponensis, jurisconsultus, Mediolanensis urbis incola, edidit nunc, dum hæc scribimus:

Quando liceat heredi venire contra factum defuncti, Tractatum. Mediolani apud Ludovicum Montium 1671. in folio.

F. PLACIDUS PACHECO DE RIBERA, Benedictinus, Hispalensis domus abbas, vertit in vernaculum:

Compendio de la Doctrina espiritual de Fr. Bartholome de los Martyres. Pinciæ apud Sebastianum de Cano 1601. in 8.

F. PLACIDUS DE REYNOSA, Benedictinus monachus, in Ovetensis urbis collegio sancti Clementis studiorum rector, & in schola primarius theologiæ professor, scripsit:

El Maestro Christiano sobre el Capitulo segundo de la Epistola segunda ad Timotheum. Valladoliti 1618. in 4.

Memorial en defensa del estado Eclesiastico y religioso. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1627. in 4.

F. PLACIDUS DE VILLALOBOS, Lusitanus, ordinis S. Benedicti, congregationis suæ Portugalliæ præfectus generalis, convertit in vernaculam gentis linguam:

A Regra do Glorioso Patriarcha S. Bento. Olisipone per Antonium Ribeto 1586. in 4.

PROSPER.

F. PROSPER DE SPIRITU SANCTO, Carmelita excalceatus, edidit:

Breve Suma de la Historia de la Mision de Persia por los Carmelitas Descalzos desde el año de MDCXXI. hasta el de XXIIII. 1626. in folio.

PRUDENTIUS.

F. PRUDENTIUS DE SANDOVAL, Pinciæ, ut fertur, natus (Lusitani dicunt ex Lusitanis patribus loci de Valdeperdizes provinciæ Interamnensis, sive Entre Douro e Minho, apud Gallæcos in oppido Monterey ortum) Benedicti patriarchæ instituto nomen dedit in S. Mariæ de Naxera regio & amplissimo hujus familiæ monasterio. Cujus ordinis munera quædam gessit, creatus etiam theo-

theologus magister. Historicæ autem rei studio allectus, quo invitabat eum veterum instrumentorum thesaurus, quem divitem in primis & copiosum tabularia monasteriorum istius familiæ antiquissimorum continent, in eam curam se totum fere impendit, ut rerum & hominum oblivione jam quasi sepultorum memoriam pro virili sua e tenebris suscitaret: quod propositum magna intentione animi urgere numquam destitit, in publicum expositis quampluribus hujus rei testimoniis; adeo ut Philippus III. Rex idoneum ante alios eum æstimaverit, cui describendarum Regum nostrorum rerum pace belloque gestarum, continuandæque Floriani Docampi & Ambrosii Moralis Historiæ sexcentorum fere annorum supplemento, munus injungeret. Sed hac dignitate mactum ejusdem Regis nutu Paulus V. P. M. ad pontificales honores evexit, primumque Tudensi ecclesiæ die Martii x. anno MDCVIII. deinde hinc translatum Pampilonensi xvii. Februarii MDCXII. antistitem dedit. Amplexamur hodie nos viri docti ac diligentis non vulgarem industriam in relictis ab eo historicis lucubrationibus, quibus plane antiquis gentis nostræ rebus non exiguum lumen accensum fuisse recte sentientium animis jamdiu sedet. Hæ illæ sunt:

Chronica del Inclyto Emperador de España D. Alonso VII. deste nombre Rey de Castilla y Leon. Cui accessit:

El Origen y antiguedad de muchas Casas ilustres de España y las sucesiones de ellas. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1600. in folio. Hanc Historiam ex veteri quadam Latine scripta & literis Gothicis exarata desumpsit, scriptisque olim schedis & incrementis aliis locupletiorem fecit:

Primera Parte de las Fundaciones de los Monasterios de S. Benito: eorum scilicet, quæ a Gothis Regibus ante Arabum in Hispanias irruptionem ædificata sunt. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1601. in folio, imo & Augustæ Vindelicorum 1619. in folio, si non fallit syllabus librorum qui in Bibliotheca Sapientiæ Romanæ ab Alexandro VII. Papa ante paucos annos sunt repositi.

La Regla y Instruccion que S. Leandro Arzobispo de Sevilla dió a su hermana Santa Florentina, de la vida y observancia de las Monjas, sacada de la regla de S. Benito. Pinciæ 1604. in 8. Interpretatio hæc est Latini jam olim editi libelli *De Institutione Virginum & contemptu mundi*, quem Leandro fratri germano Isidorus tribuit, ecclesiasticos scriptores post Hieronymum & Gennadium recensens. Nec video quare idem opus in duo dividant noviores quidam, inter quos Antonius Possevinus in *Apparatu sacro*, & Franciscus Bivarius in *Notis ad Maximi Chronicon* ad annum DLXXIX. pag. 578. cum Isidori testimonium eos refellat.

Primera Parte de la vida y hechos del Emperador Carlos V. Pinciæ apud Sebastianum de Cañas 1604. in fol. Quam sequuta est.

Segunda Parte de la Vida y hechos del Emperador Carlos V. Ibidem 1606. in folio. Utraque pars recusa fuit Pampilone 1614. atque Antuerpiæ demum 1681. in folio apud Hieronymum Verdussen.

Antiguedad de la Ciudad y Iglesia de Tuy y de los Obispos que se sabe haya habido en ella. Bracharæ 1610. in 4.

Catalogo de los Obispos de la Iglesia de Pamplona. Pampelone 1613. folio.

Historias de Idacio Obispo que escrivió poco antes que España se perdiese, de Isidoro Obispo de Badajoz, de Sebastiano Obispo de Salamanca, de Sampiro Obispo de Oviedo &c. Notas tocantes a estas Historias y Reyes de ellas; ad catholicum Regem Philippum III. Pampelone 1615. fol. atque iterum 1634. folio; nisi fallit nos iterum editus a bibliopola, quasi novam mercem commendaturo, libri titulus: de quo monitus sum ab erudito quodam amico, qui hanc fraudem observavit collata cum ea quæ annum 1634. præ se fert, priori seu verius unica editione.

Historia de los Reyes de Castilla y de Leon D. Fernando el Magno I. deste nombre, Infante de Navarra, D. Sancho que murió sobre Zamora, D. Alonso VI. deste nombre, Doña Urraca hija de D. Alonso VI. D. Alonso VII. Emperador de las Españas: quæ ultima locupletior quam olim hic data fuit; ad eumdem catholicum Regem. Pampelone 1615. in fol. & 1634. Hæc continuatio est Historiæ Ambrosii Moralis, quam in manus resumere diligentem atque eruditum e nostris aliquem, & usque ad ulteriora tempora eodem filo pertexere, atque eodem ex instrumentis publicis, uti hactenus, proficiendi proposito, magnum plane operæ pretium fuerit.

Historia de la Fundacion del Monasterio de Santa Maria la Real de Najera de la orden de S. Benito. Erat MS. in bibliotheca Excellentissimi Domini Gasparis de Guzman comitis ducis Olivarum; meminitque Fr. Athanasius de Lobera in *Historia Legionensis urbis* cap. ix. fol. 208.

De los Tres Santos hermanos S. Leandro y S. Isidoro Arzobispos de Sevilla y San Fulgencio Obispo de Cartagena. Opus hoc Hispanum, an & quo loco prodierit, nescimus; at extare id certum est: siquidem Joannes Horrin Leodiensis, Jesuita, ex Hispanico in Latinum transtulit, quod in *Sideribus illustrium Virorum* Christophori Broweri ejusdem Socie-

cietatis comprehensum legitur ; auctoribus Valerio Andrea in *Bibliotheca Belgica* &. Philippo Alegambe *De Scriptoribus Societ. Jesu.*

Desiit esse inter vivos ante annum MDCXXI. quo scilicet XVII. die Martii ecclesia Pampilonensis successorem ejus Franciscum Mendozam e Salmantica huc translatum antistitem sortita est.

R

RAIMUNDUS.

D. RAIMUNDUS DALMAU DE ROCABERTI, Catalanus, Peraladæ comes & Rocabertinus vicecomes, vir vetusta nobilitate, in Regemque suum fidelitate sub æstu provinciæ turbatissimæ admodum spectatus, veluti auspicia futuræ serenitatis captans, publicavit:

Presagios fatales del mando Frances en Cataluña; ad Philippum IV. Regem Maximum. Cæsaraugustæ 1646. in 4.

Memorial o Defensa del Marques de Aitona. in 4. Idem, ut spero, scripsit (& quamvis subscripserit nomen suum Josephus Torner advocatus Catalanus)

Compendio de las Grandezas y prerogativas soberanas de la antiquisima Casa de los Viscondes de Rocaberti por la gracia de Dios, Condes de Peralada, Barones y Marqueses de Anglesola. Matriti 1651. folio.

F. RAIMUNDUS LUMBIER, Navarrus, ex urbe Sanguessa, Carmelitarum sodalis, sacræque theologiæ doctor, & artium magister Cæsaraugustanus, in hac urbe maxime vixit, floruitque, floretque adhuc exquisitæ doctrinæ theologo-scholasticæ ac theologo-moralis, nec minus prudentiæ ac judicii existimatione, adeo ut tanquam ad oraculum quoddam consulendum publicæ privatæque rei causa in ea urbe & regno undique ad eum eatur. Ad quem famæ gradum exaltatum novimus perpetua triginta novem annorum, cum hæc scribimus, theologiam docendi ex Scoti, sacrorum Bibliorum, vespertina ac primaria Cæsaraugustanis cathedris continuatione, atque honorificentissimis domi inter suos, forisque integre gestis muneribus. Cæsaraugustanam quippe domum sodalium rexit, provinciæ Aragoniæ semel atque iterum præfuit, aliamque Cataloniæ visitavit. Patribus fidei vindicibus Aragoniæ regni, ac supremi Inquisitionis senatui a censura theologica, præsulibusque Cæsaraugustanis ab ordinandorum examine, Regiæque Majestati a concionibus ecclesiasticis minister est. Edidit hucusque theologiæ scholasticæ volumina septem, scilicet:

De Attributis Dei.
De Scientia Dei.
De Visione Dei.
De Voluntate Dei.
De Trinitate.
De Fide.
De Incarnatione Verbi;

Moralis fragmentorum seu variorum volumina duo. Vulgaris vero linguæ ista:

Noticia de las sesenta y cinco proposiciones nuevamente condenadas por Nuestro Santisimo Padre Innocencio XI. mediante su Decreto de dos de Mayo de 1679. Hunc tomum vocari tertium voluit *Summæ* vulgaris ab auctore de ARANA dictæ, quam edendam idem in se susceperat. Prodiitque hic tertius tomus Cæsaraugustæ ex officina Paschalis Boni 1680. in 4.

Sermones diferentes: qui cum aliis aliorum editi sunt a Fr. Matthæo Maya sacræ theologiæ magistro, tribus tomis. Ibidem. Parat editioni:

De Prædestinatione.
De Actibus humanis, bonitate & malitia.
De Peccatis & de Conscientia.

Sexagesimum quintum hodie ætatis agit hoc anno MDCLXXXI. natus XIX. Julii MDCXVI.

F. RAIMUNDUS PASQUAL, Dominicanus Barcinonensis domus, doctrina sacra præstans, totaque provincia Aragonensi clarus in paucis theologiæ doctor, edidit:

Commentaria in Epistolam D. Pauli ad Romanos. Barcinone 1597. in folio. Hæc plusquam duodeviginti jam annos perfecta, quotidieque in examen vocata prelo tandem, nec omnino sponte commisit, ante absolutam editionem vivis exemptus. Tribuit etiam ei Monopolitanus episcopus in *Chronicorum Dominicani ordinis* quarta parte lib. III. cap. IV. vulgari sermone librum:

De Nuestra Señora del Rosario: floruisseque ait anno MDLXXX.

F. RAIMUNDUS DE RIBES, Dominicanus laicus, auctor laudatur:

Del Viage de Tierra Santa. Barcinone in 8. 1629. apud Petrum de la Cavalleria.

RAIMUNDUS DE ROCABERTI, si diversus est, ut credimus, a superiore, prodire fecit foras librum:

Certamen Juris dictum, Oscæque 1641. excusum.

F. RAIMUNDUS SAENZ, natus in oppido Autol Calagurritanæ diœcesis, Domini-

nicanorum fratrum ſodalis Cæſarauguſtani cœnobii, cui & præfuit, ſcripſit:

Hiſtoria de Predicadores.

F. RAIMUNDUS DEL VALLE, Bæticus diœceſis Cordubenſis, prædicatorum ſodalis, degit nunc inter Sinas evangelicus inſignis pietatis operarius, preloque parata habet eodem Sinico ſermone conſcripta tria volumina *De Anima*: ſcilicer primum *De exiſtentia animæ*, ſecundum *De quidditate*, tertium vero *De Immortalitate* ejuſdem *animæ*, ut nobis Romæ nuper retulit Rever. P. Fr. Joannes Polanco alio jam loco a nobis laudatus.

RAIMUNDUS ZAPATER, laudatur uti auctor operis, cui titulum hunc dixit:

Ciſter militante; ſive de ordinibus ut ſuſpicor, militaribus, qui ſub Ciſtercio merent aut fundati ſunt. Georgius Cardoſus hujus meminit in *Agiologio Luſitano* die v. Junii pag. 560. V. F. MICHAEL RAMON ZAPATER.

RAMIRUS.

D. RAMIRUS DE GUZMAN, neſcio quis, aut cujas homo, laudatur uti ſcriptor:

Del Arte de eſcrivir. Matriti 1631.

RAPHAEL.

D. RAPHAEL BARREDA DE FIGUEROA, inſcribitur auctor libro cuidam: *Batallon*, nuncupato, qui in bibliotheca Olivarienſi olim adſervabatur; hoc eſt, de ordinandis aciebus terra marique.

RAPHAEL DE BONAFE, Majoricenſis, Jeſuita, in Philippinis Inſulis ea egit, quorum notitiam ultima & auctior Bibliothecæ Societatis editio præſtare tibi, lector, poterit, ſcripſitque Hiſpanice:

De los Titulos de excelencia, y oficios de devocion que debemos tener a S. Rafael Arcangel. Matriti 1659. in 4.

RAPHAEL CERVERA, Barcinonenſis, Caſtellanam fecit:

La Hiſtoria de Cataluña, que eſcrivió Bernardo Deſclot, de las empreſas hechas en ſu tiempo por los Reyes de Aragon haſta la muerte de Don Pedro el Grande. Barcinone apud Sebaſtianum Cormellas 1616. in 4. Prodierunt jam e Neapolitana officina..... anno 167.. qui jam MS. circumferebantur:

Diſcurſos Hiſtoricos diſpueſtos por Annales de la fundacion y nombre inſigne de la Ciudad de Barcelona, de ſus Igleſias, Templos, y Lugares pios, de los Tribunales de los Reyes y otros que reſiden en ella como ſuperiores en el Principado de Cataluña, Condados de Roſellon, y Cerdania, de los mas notables hechos y empreſas de ſus Condes, Reyes y Señores con aſiſtencia de ſus Ciudadanos y naturales, diſpueſtos por Annales deſde el año de 230. antes de la venida al mundo de nueſtro Señor Jeſu Chriſto haſta el año 1621. Duobus voluminibus fuit MS. in Bibliotheca Raphaelis Trichetti du Freſne, ut ex *Catalogo* ejus apparet.

RAPHAEL GOMEZ, Luſitanus, laudatur a Didaco Covarrubias in cap. XIII. *de Teſtamentis* num. 3. 10. 11. & ſequentibus, quaſi ſcripſerit:

In L. Utrum §. *Cum quidam. D. De rebus dubiis.*

RAPHAEL DE MIRALLES, juris utriuſque doctor, Ilerdenſis eccleſiæ in Catalonia pœnitentiarius, uti appellant, canonicus, edidit:

Relacion ſumaria de la Vida de S. Carlos Borromeo ſacada de los libros que eſcrivió Juan Pedro Guiſano. Cæſarauguſtæ anno 1616. in 8.

F. RAPHAEL NADAL, familiæ ſacræ Prædicatorum, ſcripſit ante ann. MDCXV. (ut lego in *Chronici* hujus *ordinis* quarta parte):

Doctrina Chriſtiana; de qua nil ultra ſcio.

RAPHAEL OLLER, Balearis, Majoricenſis, in ſodalitio patrum Jeſuitarum excolendo eximiis virtutibus animo faciendæque Deo frugi diu ac donec ſuperſtes fuit, vacavit, cujus utiliſſima opera nobis datus eſt:

El Indice de los Annales de Geronimo de Zurita. Diem ſuum obiit Minoricæ anno MDCXXI. ætatis LV.

RAPHAEL RIERA, Barcinonenſis, recenti etiam tum Societatis Jeſu ſodalitati, ſub ipſa nempe ordinis initia, ſeſe tradens literis & moribus æqualiter probus, edidit:

Hiſtoriam de Anno Jubilæi MDLXXV. ſive Italica lingua, *Delle coſe memorabili paſſate in Roma l' anno MDLXXV.* Maceratæ apud Sebaſtianum Martellini 1580. in 8. In hunc enim ſermonem converſa fuit, uti & in Gallicum.

De Miraculis Virginis Lauretanæ. Maceratæ anno 1575.

F. RAPHAEL SARMIENTO, claris ortus Ocaniæ natalibus, ordinis ſui Ciſtercienſis generalis, ut vocant, eccleſiaſtes, munus ob iſtud a ſcriptoribus domeſticis non parum celebratus, primum monachus in Hortenſi cœnobio, Montis Sion alterum rexit abbas

edi-

ediditque, cum apud Hortenses commoraretur:

Promptuarium conceptuum ad formandas conciones totius anni, ex D. Bernardo selectum; duobus tomis. Matriti 1604. Hæc prima operis pars.

Conciones insuper *diversas*, & alia quædam, teste Henriquez in *Phœnice*.

Obiit anno MDCVIII.

F. RAPHAEL DE LA TORRE, patria ex provincia Extremadura, ordinis fratrum Prædicatorum, quem quidem Salmanticæ amplexus in Stephaniana ejusdem urbis domo, atque aliis locis cum theologiam utiliter docendo, tum rem domesticam religiose administrando (quater enim ejus cœnobii præfectura fuit potitus) annos quamplures usque ad ultimam senectutem transegit. Sed non nisi sexagenarius animo suo imposuit, ut prelum cogitaret atque in vulgus editionem suarum lucubrationum: in qua promovenda opera ingeniumne, an eruditio illius priorem locum habitura esset, tunc primum inter homines illius ætatis desiit in posterum anceps esse, cum æquale omnino utriusque meritum toto opere signatum editis tandem libris emicuit. Extant ab eo:

De Partibus potentialis Justitiæ, in Secundam Secundæ Partis D. Thomæ a Quæst. LXXX. usque ad CXXIII. tribus tomis; quorum priores duo ab auctore editi majorem tertii expectationem, sed frustra hactenus, fecere.

I. est *De Religione & ejus actibus*. Salmanticæ 1611. folio.

II. est *De Vitiis oppositis Religioni*. Ibidem 1612. in folio.

III. ineditus tractare debuit *De Reliquis Justitiæ partibus*, præcipueque *De Statu Religionis*.

RAPHAEL VAEZ, Lusitanus, medicus doctor, laudatur inter medicos hujus gentis tanquam nonnullius operis auctor ab Stephano Roderico Castrensi.

D. RAPHAEL VILOSA, Barcinonensis, Domicellus jurisconsultus, Salmanticæ doctus, in patriæ urbis gymnasio, cum vespertinum egisset legum interpretem, tirocinium gerendæ reipublicæ fecit in Mediolanensi ducatu & Cremonæ præfectura & forsan alibi. Accitus deinde in patriam Dicasterii ejus urbis fuit senator, demumque in concilio supremo Aragonensium rerum Matritensi sedere inter patres jussus. Unde venit Mediolanum ad gerendum Magni cancellarii munus, atque inde etiam jussus fuit Neapolim transire administraturus regiarum rationum senatum, & post aliquod tempus in curiam reverti, locumque suum concilii Aragoniæ; simulque obtinuit alium in Cruciatæ senatu: prudentia doctrinaque vir admodum spectatus.

Decessit Madriti die Veneris VII. Februarii MDCLXXXI. Scripsit olim:

De Fugitivis Tractatum ad explicationem Tryphonini in L. *Fugitivus* 225. D. *De Verb. signif.* Mediolani anno 1651. apud Dionysium Gariboldum in 4. deinde auctiorem, & quibusdam Dissertationibus ornatum Neapoli apud Novellum de Bonis 1674. folio. Hujus autem alteram partem tractatus perfecturum se, dum per muneris publici occupationem liceat, benignissimis literarum officiis recordatus veteris nostræ Salmantinæ amicitiæ, dum ibi juris studio simul daremus operam, ante non multum tempus ad me retulit. Scripsit item ex occasione Sardoi horrendi parricidii in Prorege marchione de Camarasa perpetrati:

Disertacion Juridica y Politica sobre si el que mata al Lugarteniente general de su Magestad de alguno de los Reynos de la Corona de Aragon comete crimen de lesa Magestad in primo capite. Matriti 1670. apud Lucam Antonium Bedmar in 4. Item alia, quorum ad me misit catalogum, scilicet:

Tractatum, an Dominus Rex in Catalonia, qui juxta jura regni tenetur judicare per directum, potuerit civitatem Celsonæ sibi rebellem & armis sibi deditam privare civitatis titulo & aliis privilegiis ea non audita nec citata.

De Præcedentia in Tribunali, an scilicet ea debeat regulari a die nominationis, an a die juramenti.

Tractatum, in quo probatur non obstare Regentibus Catalanis Supremi Concilii Coronæ Aragoniæ Constitutiones & Capitula Curiarum Cataloniæ quominus possint ac debeant habilitari in extractionibus Diputatorum illius Principatus.

An Locumtenens generalis Domini Regis in Principatu Cataloniæ possit votum suum præbere in causis civilibus, non solum quando Senatores sunt in paritate votorum, verum & quando sunt dispares.

Consultationem super præcedentia inter Cataloniæ Senatum & Cubicularios Sereniss. D. Joannis ab Austria factam Barcinone die 27. Junii 1654. Item Hispane:

Discurso en que se prueba que la tierra de Conflent es parte del Condado de Cerdaña y no del Condado de Rosellon.

Contra Martinum Martinus. Contrarepulsa de los errores de un Manifiesto del Doctor Francisco Marti y Villadamor, que se compuso el año de 1648.

REGINALDUS.

F. REGINALDUS OLIVER, Majoricensis, Dominicanus:
Del Rosario scripsit, auctore rei Vincentio Mut *Historiæ* Regni Balearici tomo 2. lib. VIII. cap. VI.

REGINALDUS POC, Catalanus, Perpinianensis, scripsit:
Vida de S. Galderico Labrador; simulque:
Vida de S. Isidro Labrador. Typis Ludovici Roure 1627.

REMIGIUS.

F. REMIGIUS DE ASSUMPTIONE, Lusitanus, ordinis Cisterciensis aliquando generalis præfectus in Lusitania ex Alcobaziensis Regiæ domus sodali, deputatusque uti appellant, Sancti Officii, qui post annum MDCXX. maxime floruit, scripsisse plura dicitur; & inter alia:
In Regulam S. Benedicti.
In Psalmum, Eructavit cor meum &c.

REMIGIUS DE GOÑI, Navarrus, domo nobilis, juris utriusque doctor, & Pampilonensis ecclesiæ canonicus, cujus meminit cum elogio *nobilissimi atque doctissimi, nec minus pii* Martinus de Azpilcueta cognomento Navarrus cap. XXV. num. 17. *Enchiridii* sui, cognatorum suorum præcipuorum cognatum valde propinquum esse nostrum adjungens. Scripsit:
De Immunitate Ecclesiarum, personisque ad eas confugientibus. Barcinone apud Claudium Bornacium 1574. in 8. Casalemajori 1582. per Antonium Canaceum in 16. & prius Tolosæ apud Guidonem Baudevillæum 1550. in folio.
De Charitativo Subsidio Tractatum, in quo de omni genere munerum, tum Laicos, tum Clericos afficiente, amplissime agitur. Lugduni apud Theobaldum Paganum 1550. in 8.

ROBERTUS.

ROBERTUS DE CORDUBA, Hispanus gente saltem, origineque videtur, cujus in Vaticana bibliotheca inter codices Urbinatenses num. 538. signatum opus extat ita inscriptum:
Incipiunt Rationes Roberti de Corduba super Priscianum minorem. Incipit: *Sicut dixit Aristoteles* &c. Folio 54. legitur: *Expliciunt Notulæ supra primum librum Prisciani minoris a Roberto ..... compositæ.* Sunt utique duo libri Prisciani, justumque id de quo agimus, volumen in folio.

ROCHUS.

ROCHUS DE GUERTA, alias DE GUERRA, notarius, edidit:
Recopilacion de Notas y escrituras publicas de España. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1551. in 4.

F. ROCHUS DE SOVERAL, Lusitanus, ordinis S. Hieronymi in monasterio Sanctæ Mariæ de Luce territorii Olisiponensis, scripsit:
Historia do milagroso aparicimento de Nossa Senhora da Luz. Olisipone 1610. in 4. Laudat hunc librum Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* XXI. Martii pag. 261.

ROCHUS DE ZEIVELA, presbyter, scripsit apud Indos, non edidit:
Catecismo en lengua Junga o Quichua (Peruani regni propria) *y Española.*

RODERICUS.

D. RODERICUS DE AGUIAR ET ACUÑA, regius Indicarum rerum senator, nutu & auspiciis Philippi IV. sumpsit in manus *Compilationem Legum* huic novo orbi datarum, quam, subsidiariam præstante operam Antonio de Leon Pinelo, majori fere ex parte confecit, in duo volumina contribuendam. At ne opere non dum absoluto interim careremus, dedit, aut dari ab alio fecit, in lucem:
Sumarios de la Recopilacion general de las Leyes de las Indias. Matriti anno 1628. in folio.
Obiit Rodericus anno MDCXXIX. Octobri mense: de quo videsis Antonium de Leon laudatum in *Bibliothecæ Occidentalis* titulo XXII.

RODERICUS ALPHONSUS DE AVILA, Granatæ edidit:
La Explicacion del Computo eclesiastico. 1630. in 4.

RODERICUS ALVAREZ OSORIO, ex amplissima & nobilissima progenie marchionum de Astorga, cum familiaris esset Gomezii Suarez de Figueroa Feriæ comitis, qui Constantiam Osoriam in matrimonio habebat Petri Alvari Osorii filiam atque Alvari primi marchionis de Astorga sororem, ex eorum domo nuncupavit Alvaro Osorio laudati Alvari nepoti:
La Genealogia de la Casa de los Osorios: quam MS. vidimus XXIIII. capitibus. Scribebat Ferdinandi Regis Catholici ætate.

RODERICUS DE ARRIAGA, Lucroniensis, Societatis Jesu, sacræ theologiæ doctor, & in academia Pragensi Bohemiæ regni quadraginta fere annos cum professor, tum com-

communis magister, Hispanus, hoc est, peregrinus, inter Germanos, præstantissimis doctrinæ & probitatis dotibus famæ suæ ex æquo respondens. Ea autem excellentis virtutis fama reliquos omnes studiorum merito in provincia conspicuos anteibat, ut vivus præsensque audire a vulgo meruerit, Pragam urbem & Arriagam res duas esse in regno Bohemiæ nobilissimas & inæstimabiles. Plane illustravit rem theologicam universam & philosophicam, nec alienus a rhetorum floribus, multis voluminibus. Hæc illa:

De Oratore Libri IV. Coloniæ apud Bernardum Gualterum 1637. in 8. Certe Paulus Josephus Arriaga ejusdem argumenti, scilicet *Rhetoris Christiani* opus elucubravit, quod alterum est prorsus a nostro: siquidem *Societatis Bibliothecæ* auctor distinguit.

Cursus Philosophicus. Antuerpiæ ex officina Plantiniana Balthasaris Moreti an. 1632. in folio, & Parisiis. Item Lugduni apud Joannem Antonium Huguetam & Guilielmum Barbier 1669. in folio præter alias editiones.

Brevis expositio literæ Magistri Sententiarum, cum quæstionibus, quæ circa ipsam moveri possunt, & auctoribus, qui de illis dissenrunt. Lugduni post alias editiones anno 1636. in 8.

Disputationes Theologicæ in Primam Partem S. Thomæ; duobus voluminibus, quorum primum *de Deo uno & Trino*, alterum *de Angelis, de opere sex dierum, & de ultimo fine* agit. Antuerpiæ typis Plantinianis in folio, dein Lugduni apud heredes Boissat & Anisson 1644. in fol. & 1669. apud Laurentium Anisson.

Disputationes Theologicæ in Primam Secundæ ejusdem S. Doctoris; duobus aliis voluminibus. Antuerpiæ apud Plantinum anno 1644. fol. Lugduni tandem sumpt. Laurentii Anisson 1669. folio.

Disputationes Theologicæ in Secundam secundæ S. Thomæ partem. Lugduni apud eumdem Anisson uno volumine 1651. folio.

Disputationes Theologicæ in Tertiam Partem tribus voluminibus. Antuerpiæ, qua in urbe editum est theologicum hoc integrum opus octo voluminibus. At Lugduni quoque iisdem typis Anisson 1654. & 1669. in folio tres hi *in Tertiam partem* tomi prodiere.

Decessit Pragæ ante non multos annos.

RODERICUS, (vulgo RUI) DE BARRETO, Lusitanus, Maurensis, scripsit:

Poema do Rey D. Afonso Henrriquez na acçaõ de Lisbona. Cardosus.

RODERICUS DE BIVAR, natus in oppido Gruño Toletanæ dioecesis, juris utriusque doctor & ad S. Clementis Hispanorum in Bononiensi urbe sodalis anno MCCCCXCVIII. in collegium admissus, scripsisse primus dicitur Latine:

Vitam & res gestas Ægidii Albornotii Cardinalis, MS. in collegio S. Clementis Bononiensis: cujus tamen Joannes Genesius a Sepulveda notitiam quare non habuit, si eo, ut ex collegii monumentis constat, noster antiquior fuit?

D. RODERICUS DE BORGIA, vulgo BORJA, qui ex S. R. E. cardinali, episcopo Portuensi, Valentino archiepiscopo, & ejusdem Romanæ ecclesiæ vicecancellario in summum Pontificem sub nomine ALEXANDRI VI. die Augusti mensis XI. anni MCCCCXCII. fuit exaltatus, patriam habuit Valentiam urbem, parentes autem Gofredum (Jofre noster idiotismus vocat) Borgiam, atque Elisabetham ejusdem cognominis & familiæ Borgiarum nobilissimæ, Callixti III. Papæ sororem, Gaspare Escolano auctore in *Valentinæ Historiæ* lib. VI. cap. XXIII. qui Panvinii, Marianæ, Garibaii errorem arguit Gofredo, non utique Borgia, sed Lansol patre natum fuisse Rodericum, existimantium. Consentit Escolano Petrus Mantuanus in *Animadversionibus* ad. *Hist.* Joannis Marianæ Hispane scriptis pag. 214. Fundavit filio suo ex illegitimo thoro nato Petro Ludovico Borgiæ Gandiæ urbis ducatum in Valentino regno: præfuit orbi catholico usque ad XVIII. Augusti MDIII. cujus res gestas *Pontificiæ Historiæ* suppeditant: nos hic tantum ea monumenta, quæ reliquit, doctrinæ non vulgaris dabimus. Scilicet hæc numerat Ludovicus Jacobus a S. Carolo Carmelita in *Bibliotheca Pontificia*:

Clypeum defensionis fidei S. R. E. quod excusum refert Argentorati 1497.

De Cardinalium excellentia & officio Vicecancellarii librum I. Asservabatur hic olim in bibliotheca cardinalis Sirleti.

Glossam in Regulas Cancellariæ; ad Innocentium VIII. sub nomine Roderici Portuensis episcopi.

Epistolas plures ad Franciscum cardinalem Ximenium Toletanum archiepiscopum, & ad Franciscum Philelphum, quarum quædam extant in Sirleti cardinalis bibliotheca, & in *Vita Cardinalis Ximenii* laudati: item aliæ in causa Hieronymi Savanarolæ Dominicani scriptæ cum ejusdem responsionibus MSS. extant in bibliotheca Francisci Barberini cardinalis amplissima.

Constitutiones ecclesiasticas, quæ in Bullariis, seu bullarum & brevium vulgatis collectionibus leguntur. Attamen hæ, ut aliæ aliorum Pontificum auctore Alexandro promulgatæ sunt, non auctore Alexandro formatæ.

RO-

RODERICUS CABREDO, Societatis Jesu, e Peruano tractu, in quo, & Mexicano plurimis fuit muneribus functus, scripsit:

Historiam insignis miraculi, quod Deus invocatione S. Ignatii Jesuitarum Patriarchæ Limæ patravit die VIII. Novembris anno MDCVII. in Religioso quodam ex ordine S. Dominici. Extat in annuis literis Peruanis illius anni, & seorsim Grætii typis Widmanstadii 1609. Hæc Alegambius, qui laudat quoque ejus:

Concionem in translatione ossium P. Balthasaris Alvarez habitam: quæ extat ad calcem hujus sancti viri *Vitæ* a Ludovico Pontano scriptæ.

RODERICUS DE CABRERA, scripsit:

Uso de la Ballestilla. Instrumentum nauticum est.

D. RODERICUS DE CARAVAJAL ET ROBLES, Antiquariensis, Novo in orbe occidentalis Indiæ non lævo Apolline dicata musis opera testimonium suæ in patriam observantiæ & caritatis remisit inde ad cives in eo poemate, cui titulum præfixit:

Conquista de Antequera. Limæ Indorum 1627. Philippo IV. Regi nostro nuncupato. Scripsit item:

La Batalla de Toro. Ibidem.

Panegyrico a D. Joseph Pellizer, cujus ipse meminit in *Bibliotheca* propriorum operum fol. 150.

RODERICUS DE CARAVAJAL, patriarcha Hierosolymitanus, & episcopus Fulginas in Italia (vulgo de Foliño) quem Bernardinus Carvajalis S. R. E. cardinalis, hujus ecclesiæ præsul ex fratre forsan nepotem loco suo creari episcopum anno MDXXIII. evicit.

Orationem is habuit kalendis Octobris ejusdem anni MDXXIII. *ad Sacrum Patrum Collegium de eligendo Summo Pontifice, Hadriano VI. vita defuncto*: quæ edita fuit Romæ in eodem anno. Sedisse eum usque ad annum MDXXXIX. monet Ughellius in *Italiæ Sacræ* primo volumine.

RODERICUS CARDOSO, medicus Lusitanus, scripsit:

De Sex rebus non naturalibus. Olisipone 1602. in 4.

RODERICUS CARO, Utriculensis (Utrera vocant xx. fere passuum millibus ab Hispali urbe, quod oppidum Bætim esse Strabonis contendit ille edito olim hujus argumenti libello) sacerdos Hispalensis, jurisconsultus ac doctor, pro eminentissimo D. Gaspare Borgia S. R. E. cardinali atque hujus urbis præsule judex, ut vocant, testamentorum & visitator sacræ diœcesis, vir ad studia humanitatis & antiquitates indagandas, ad bonasque omnes disciplinas fovendas veluti natus, probitate ac morum integritate singulari; scripsit vernacule:

Antiguedades y Principado de la Ilustrissima ciudad de Sevilla y Corographia de su Convento Juridico, o antigua Chancilleria. Hispali apud Andream Grande anno 1634. in folio.

Relacion de las inscripciones y antiguedad de la Villa de Utrera; cum carmine Latino in ejusdem oppidi laudem: in 4.

Santuario de Nuestra Señora de Consolacion de la villa de Utrera. Ursaone anno 1622. in 4. Latine vero:

Flavii Lucii Dextri omnimodæ Historiæ, quæ extant, fragmenta, cum Chronico M. Maximi, Helecæ & S. Braulionis, notis illustrata. Hispali apud Matthæum Clavijo anno 1627. in 4.

Ineditum remansit, in Belgiumque ad editionem remissum fuit, nescio ubi nunc gentium delitescens, aureum opus sic inscriptum:

Veterum Hispaniæ Deorum Manes sive reliquiæ: ad Adamum Centurionem Astapanum marchionem V. C.

Vidimus codicem auctoris autographum, in quo hæc vernacula ejus opera legebantur, luce quidem dignissima:

Dias Geniales o Ludicros, libro expuesto, dedicado a D. Fernando Enriquez Afan de Ribera Marques de Tarifa por Juan Caro Rector del colegio de la Sangre de Jesu Christo Nuestro Señor de la villa de Bornos y su Capellan. Propinqui forsan sui nomine usus est auctor in nuncupatione hujus libri, qui de ludis puerorum docte & acute disserit.

Tratado de los nombres y sitios de los vientos; a los Señores Christoval de Aybar Canonigo de la Colegial de S. Salvador y M. Francisco de Montoya Presbitero.

Tratado de la antiguedad del apellido Caro; a D. Fernando Caro Regidor perpetuo de Carmona.

Respuesta a D. Martin de Anaya Maldonado en su Memorial de los Santos de Sevilla.

Respuesta al Padre Martin de Roa sobre algunas cosas que escribió en el Principado de Cordoba.

Carmina item aliqua Latina (poesim etiam cum Latialis, tum vernaculæ linguæ non infeliciter coluit) præcipueque, *Cupidinem pendulum*, ad Ausonii exemplum.

RODERICUS DE CASTRO, Lusitanus, philosophiæ ac medicinæ doctor, decurso apud nos Salmanticæ harum artium stadio, in

in Germaniam, nescio qua de causa, venit, Hamburgique jam ab anno superioris sæculi sexto super nonagesimum fixo domicilio, medicinam in ea urbe fecit, nec non & libris editis illustravit. His nempe:

De Universa mulierum morborum medicina, duabus partibus, altera theorica, quæ Philosophiam, muliebrisque sexus historiam & membrorum iisdem peculiarium anatomen, altera practica, quæ morborum continet curationes. Hamburgi 1603. & 1616. & 1628. in 4. Coloniæque in folio auctius prodiit opus 1662.

De Officiis Medico-politicis, seu Medico Politico. Hamburgi 1614. in 4. in officina Frobeniana.

Tractatu brevi de Natura & causis pestis, quæ anno MDXCVI. Hamburgensem urbem afflixit. Ibidem 1597. in 4. apud Jacobum Lucium juniorem.

Eximius is *Medicus, juniorum facile princeps* audit a Zacuto Lusitano.

RODERICUS COTA, Toletanus, quem distinguendi ab alio forsan minoris ætatis gratia, *El Tio* appellare cives illius urbis consueverunt, auctor a quibusdam existimatur celeberrimi illius opusculi, seu comici ludi:

Tragicomedia de Calisto y Melibea nuncupati, aliter *La Celestina*: quæ post alias editiones, Hispalensem 1539. Salmanticensem apud heredes Joannis Juntæ 1558. Complutensem in domo Francisci de Cormellas & Francisci de Robles 1563. & 1569. prodiit Salmanticæ typis Mathiæ Gast 1570. in 12. atque iterum Compluti apud Ferdinandum Ramirez 1591. Madritique 1601. Qui enim Joanni de Mena Cordubensi sub Joanne Rege Castellæ II. poetæ hanc tribuunt, parum animadvertunt Menæ stilum, imo illius sæculi, quo Mena floruit, ab hoc poematis nostri toto cælo diversum. Alii, ut Laurentius Palmyrenus in libello *Hypotyposes Clarorum Virorum* nuncupato, bachalauro Roxas de Montalban (Ferdinandus de Roxas natus in oppido la Puebla de Montalban etiam ab aliis hujus auctor refertur) aut saltem eidem Joanni a Mena adscribere videntur. Sed scripti virtutes, ne nos rem videamur nostram exaggerate extollere, lubet verbis clarissimi eruditione viri Gasparis Barthii commendare. Vertit is, librorum Hispanorum linguæque magnus admirator, ac perpetuus amator, opusculum hoc sub nuncupatione ista Græca *Pornoboscodidascalus*, adjunxitque: *Liber plane divinus lingua Hispanica ab incerto auctore instar ludi conscriptus Cælestinæ titulo tot vitæ instruendæ sententiis, tot exemplis, figuris, monitis plenus, ut par aliquid nulla fere lingua habeat, a Gaspare Barthio inter exercitia linguæ Castellanæ, cujus fere princeps stilo & sapientia hic liber habetur, transcriptus. Accedit dissertatio ejusdem de hoc opere, & animadversionum commentariolus.* Francofurti apud Aubrios 1624. in 8. In hoc excursu sæpe in laudes operis redit, quarum aliquas damus, ne ignorent nostri quanto in pretio Hispanæ res & ingenia apud exteros habeantur. *Tot interspersæ huic brevi scripto tam ex mediis rebus petitæ, tamque capitales insunt sententiæ, ut qui vel solas has animo fixerit, & velut regulas dirigendæ (præcipue peregre vivens) vitæ edidicerit, usuque adhibuerit, non vulgarem sapientiæ opinionem apud omnes boni judicii adepturus certo videatur. Accedit quod & dicendi genus tam comptum, politum, exactum, numerosum, grave atque venerabile est in suo huic libello idiomate, ut pares per universa ejus spatia paucos inveniri consensus ipsorum Hispanorum fateatur. Taceo nunc peculiarem quemdam genium affingendis personis quibuslibet moribus, & ex his sermonibus huic scriptori datum: a quo certe longe abest quidquid Græcorum aut Latinorum monumentorum ad nos pervenit. Quod mecum sentiet qui indidem sententias primum singulas, deinde personarum mores, post scopum scriptionis, & deductionem considerabit. Et sententiarum quidem ea est comitas & eruditio, ut vulgarium hominum animos, non minus atque si ipsis solis scripta forent, mirifice penetrent, & opinione melioris doctrinæ, ipso quasi ictu percellant* &c. *Eruditorum vero vel principes penitissimæ sapientiæ & antiquitatis profundæ hic monita percipient, ut solum hoc, vel præcipuum certe egisse auctor hujus libri videatur, quo pacto in materia vulgari instrueret etiam eorum pectora, qui jam in arcem doctrinarum evasissent.* Laudat deinde Barthius eorum scriptorum propositum, qui quod didicissent, in communem utilitatem proferentes cum quadam venustate & commendabili lepore tinctis scriptis legentes alliciunt. *Et horum* (infit) *ut omni antiquitate pauci fuerunt, ita nostra memoria uno sæculo tot extitisse gloriari licet, quod ne junctis quidem ceteris omnibus, quoquo regionum aut locorum te vertes, omnibus hodiernis idiomatis linguarum hoc genus scriptorum excellere videbis. Ut tamen Hispanicæ seu Castellanæ linguæ gravitas & proprietas hodie ceteris fere amplior est, ita & in hac licet plures auctores id genus observare, qui juncta utilitati venustate fictionum in publicum prodesse connituntur; adeo quidem, ut si qua in ceteris, Gallica præcipue, delectabilia simul & utilia talia scripta prodeant, pleraque vel inventionibus Hispanorum vel illustrationibus debeantur.* Hæc & alia lectu dignissima de libro, & lingua, qua scriptus est, helluo ille librorum Barthius, judiciique sagacissimus ad invidiam fere aliarum nationum &

& ſcriptorum pronunciavit. Gallica interpretatio hujus *Comœdiæ* incerto auctore prodiit Lugduni 1529. in 8. apud Claudium Nourny & Pariſiis apud Oudin Petit 1542. in 8. Certe Jacobo Lavardin Toparcha du Pleſſis-Bourrot interprete Pariſiis edita eſt hæc ipſa Tragicomœdia Gallice converſa apud Guilielmum Caudiere 1598. in 16. Meminitque hujuſmet quaſi jam vulgaris eo tempore Antonius de Guevara Mindonienſis epiſcopus in argumento libri, *Aviſo de Privados*, inſcripti. D. Thomas Tamajus de Vargas videtur adjudicare *Cotæ* huic *las Coplas de Mingo Revulgo*, ſatyram ſcilicet refricantem ſui ſæculi mores, juxta inſcriptionem *Dialogi*, de quo ſtatim dicimus, quam Joannes Mariana Ferdinando Perez del Pulgar, qui ei notas fecit, lib. XXIII. cap. XVI. *Hiſtoriæ Hiſpanæ* adſcribit. Alii hanc Joannem Menam habuiſſe auctorem non temere ſuſpicantur.

Dialogo entre el Amor y un Cavallero viejo: quem vidimus editum Medinæcampi apud Franciſcum del Canto 1569. in 16. cum hac inſcriptione: *Dialogo* &c. *hecho por el famoſo autor Rodrigo Cota el Tio natural de Toledo, el qual compuſo la Egloga que dicen de Mingo Revulgo, y el primer auto de Celeſtina que algunos falſamente atribuyen a Juan de Mena.* Quam notam ſi admittimus, tribuamus noſtro erit opus:

Las Coplas de Mingo Revulgo.

D. RODERICUS DA CUNHA, Luſitanus, Petri regiæ Uliſiponenſis urbis archiſtrategi ex Maria Silvia filius, anno MDLXXVII. claros eidem urbi natales, primamque lucis uſuram debuit. Qui cum earum literarum, quæ viam ad majora quæque munire ſolent, ibi Conimbricæque apud Jeſuitarum ſodales factus fuiſſet compos, canones in eadem ſchola etiam ſacros didicit ad Sancti Petri collegium admiſſus. Percepto jam doctorali pileo hinc diſcedens, tuendarum religionis rerum curam ſuſcepit, octoque annis, partim deputatus, ut vocant, partim ordinarius judex, ſive inquiſitor geſſit. Sed virum ad majora & ſumma quæque natum, Portalegrenſemque epiſcopum anno MDCXV. ac poſt triennium Portuenſem renuntiatum, ſedes Bracharenſis anno MDCXXVII. ad primatialis ſuæ per Luſitaniam dignitatis faſtigium evexit. Mox Uliſiponenſis, turbato licet ordine, eumdem, uti alias ſolet, innato cunctis mortalibus patriæ amori nec minus curiæ deſiderio obſequentem, a prima Luſitanarum eccleſia in citeriorem locum, ſi ad hierarchiam reſpicimus, libentem deduxit. Quinque annis hic jam præſul, in hujus regni primo inter paucos, ſtatimque in univerſum conflatæ rebellionis tempus incidens, acerrimum ſeſe ejus fautorem uſque ad obitus diem fuit profeſſus: cetera doctus & diligens domeſticarum rerum inveſtigator. Scripſit quippe:

Super Primam Partem Decreti Gratiani Commentarium. Bracharæ 1629. in folio: cujus operis alterum volumen in ſchedis ſuis reliquit moriens, ut fama fert.

De Confeſſariis ſollicitantibus tractatum. 1611. Benaventi in Hiſpania. Cui *Additiones* fecit Seraphinus de Freitas ex ordine fratrum S. Mariæ de Mercede in academia Pinciana ſacrorum canonum profeſſor, ediditque ibi anno 1620. tertiumque locupletioribus *Additionibus* ejuſdem illuſtratum prodiit in eadem urbe Pincia 1632. in 4.

De Primatu Bracharenſis Eccleſiæ. Bracharæ 1632. Lingua vero patria dedit:

Explicaçaõ dos Jubileos: in Portuenſi urbe 1622. Madritique Caſtellane verſam; quæ & Gallicè & Latine deinde in lucem prodiit.

Catalogo e Hiſtoria dos Biſpos do Porto; duabus partibus. Ibidem 1623. apud Joannem Rodriguez.

Hiſtoria Eccleſiaſtica de Braga com as Vidas de ſeus Arcebiſpos & Varoens Santos & eminentes do Arcebiſpado. Bracharæ duabus partibus 1634. & 1635.

Hiſtoria Eccleſiaſtica Lixbonenſe, ſive *Dos Arcebiſpos de Lisboa.* Quam tamen Roderici Cunhæ non eſſe, ſed alterius, cui aliis ipſe occupatus hoc impoſuit onus, Antonius a Purificatione in *Chronico provinciæ Portugalliæ ordinis Eremitarum*, parte II. lib. V. tit. III. §. IX. affirmate ait. Laudatur quoque ejus genealogicum Luſitaniæ opus:

El Nobiliario de Portugal inſcriptum, quod in ſchedis manſit.

Obiiſſe dicitur Oliſipone IV. Januarii MDCXLIII. natus annis LXII.

F. RODERICUS DE DEO, Luſitanus, Seraphicæ reformatorum provinciæ, quam da Rabida vocant, alumnus, ſcripſit Luſitane:

Motivos ſpirituaes: *Tratado dos Paſos.* Oliſipone in 8. Auctor mihi eſt Georgius Cardoſus in Agiologio Luſitano.

RODERICUS DIAZ (vulgo RUI-DIAZ) DE ISLA, medicus Hiſpalenſis, ſcripſit:

Tratado contra las bubas, ſive Fruto de Todos Santos, o Antidoto eficaz contra el mal Frances hallado, y diſpueſto en el Hoſpital de Todos Santos de Lisboa. Ad Joannem III. Portugalliæ Regem. Hiſpali apud Dominicum Roberti in folio 1542.

RODERICUS DIAZ (vulgo RUI-DIAZ) DE QUESADA, oriundus forſan ex

ex oppido cognomine Bæticæ provinciæ, scripsit:

Kalendario de cosas acaecidas en la villa de Quesada: quo usus fuit Gundisalvus Argote de Molina inter alia manuscripta monumenta rei genealogicæ & historicæ.

F. RODERICUS DORNELLAS, Lusitanus, Carmelita circa annum MDL. scripsisse refertur:

De Vestimentis Sanctæ Mariæ Deiparæ librum I.

RODERICUS DOSMA DELGADO, Pacensis, sive Pax-Augustanus (Badajoz nunc dicimus in Beturia seu Extremadura deformato a Mauris vocabulo urbis non incelebris) natus ibi anno MDXXXIII. die XXI. Julii ex stirpe cognominis Petri alterius Dosma, qui unus ex primi Peruani regni expugnatoribus fuisse memoratur, pretiosissimosque ibi lapides Bezoaris atque eorum usum primus invenisse, ut refert Nicolaus Monardes medicus Hispalensis in quadam Epistola ad nostrum scripta. Canonicus fuit quidem ecclesiæ suæ Pacensis, ac magister theologus Salmanticæ renuntiatus, in qua schola refert se magistrum Sotum ad extremum usque vitæ docentem audivisse. Vir certe eruditissimus, linguarum Biblicarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ præter Latinam & Græcam, aliasque per Europam vulgares, quas sibi diuturna peregrinatione familiares fecerat, cognitione, humaniorumque disciplinarum, ac multo magis sacræ scientiæ studio se se adeo nostris hominibus probavit, ut & a Rege ipso Philippo II. chronographi regii titulo cohonestaretur. Hominem in paucis veneratus est Benedictus Arias Montanus operis sui princeps. Reliquit ingenii sui hæc monumenta:

Ad Sanctorum quatuor Evangeliorum cognitionem spectantia opera, in duos tomos distincta. Nempe primus continet:

Quatuor Evangeliorum recens recognitam translationem, cui e regione vetus & vulgata editio respondet: deinde *Quatuor præparatorios libros*, quorum:

Primus continet Chronographiam ab Orbe condito usque ad excidium Hierosolymorum:

Secundus Topographiam locorum ad sacras literas pertinentium post Hieronymi laborem de locis Hebraicis non inutilem, quippe locupletiorem & auctiorem, comprehendit:

Tertius de consensu & ordine Evangelistarum agit:

Quartus methodi totius rationem reddit, & varios Indices contexit. Sequuntur:

Quatuor Evangelicæ Historiæ ex quatuor evangeliis coagmentatæ libri. Secundus tomus:

Paraphrasis est *Evangelicæ Historiæ, quæ quatuor libris digesta quæcumque in sacris Evangeliis habentur, explicat.* Matriti prodierunt ex officina regia 1601. in folio.

Expositio sive paraphrasis in sacros CL. Psalmos, & in Cantica Canticorum cum annotationibus & scholiis. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1601. in 4.

De Auctoritate S. Scripturæ, ac ea introductorum libri III. Pinciæ apud Didacum Fernandez de Corduba 1594. in 4. Patriæ vero linguæ hæc sunt:

Tratado del Sacramento de la Penitencia, y calidades del Confesor y Penitente. Matriti 1601. in 4. cui Latina appensa est quæstio; *Sitne a peccatis absolvendus fidelis in mortis articulo nullum explicare valens, cum pœnitentiæ signis repertus*; atque item, *De Pontificio decreto super abortus crimine.*

Dialogos Morales. Ibidem eodem anno in 4.

Dialogos patrios de la real ciudad de Badajoz. Ibidem eodem anno in 4. hoc est, de antiquo nomine & historia hujus urbis; stilo quidem affectato & semi-latino, quo alias uti non solet. Accessit his:

Un Catalogo de los Obispos de la misma ciudad.

Item hæc alia, invisa hactenus, quorum utique spem fecerat, & ad quorum editionem impetratam habebat regiam facultatem; scilicet:

De Theologia nativa, cum consideratione entis, & qualitate propositionum.

De Communi Mathematica libri III.

De Arithmetica libri III.

De Perspectiva.

De Sphæris.

De Computo ecclesiastico.

De Ponderibus & potentiis.

De Monetis & Mensuris.

De Geometria cum parergis & Conicis.

Annotationes in Euclidem, Archimedem & alios. Et vulgaria hæc:

Varias Poesias devotas. Ampliorem horum omnium notitiam debemus schedis Alfonsi Ciaconii ad *Universalem Bibliothecam*, qui laudat:

De Notitia & Ignorantia mores spectantibus lib. I.

De Propositionum Fidei qualitate lib. I.

De Confessione libros III.

Morales Dialogos XII.

Piorum Carminum omnis generis lib. II.

De Grammatica lib. IV.

Dialecticæ Tractatum.

De Rhetorica libros II.

De Poetica lib. II.

De Entis disciplinis & quantitatis Tractatus II.

De communi Mathematica lib. III.

De Arithmetica lib. III.
De Geometria lib. VI.
Parergon Mathematicorum lib. X.
Conicorum lib. IV.
De Sphæris lib. III.
De Perspectiva lib. II.
De Musica lib. VII.
Chronologiam sive de Computo ecclesiastico lib. I.
De Ponderibus, Potentiis, & Machinis lib. III.
De Monetis & Mensuris lib. II.

Mortuus est ante annum MDCVII. quo scribens *Tudensis urbis Historiam* Prudentius de Sandoval Benedictinus fol. 153. de eo habet, quæ vulgari lingua damus: *Rodrigo Dosma Canonico de Badajoz, doctissimo en todas facultades, aunque confuso y desabrido en el ingenio, y mi amigo, a quien Dios perdone.* Jacet in Pacensi sacra æde cathedrali.

RODERICUS DE ESPINOSA, nescio quis, auctore mihi Bartholomæo Ximenez Paton in sua *Rhetorica*, scripsit quoque ipse:
Rhetoricam.

RODERICUS FERNANDEZ DE RIBERA, Hispalensis, ut credo, Hispali saltem vixit in familia N. marchionis del Algaba, cui a secretis erat. Hic nobis reliquit aliquot carminum centurias; nempe:

La Esfera Poetica, cuyos efetos son otras tantas centurias de Sonetos, y los nombres dellas: Amorosa, de Venus, dedicada a Lope de Vega Carpio: Fabulosa, de Mercurio, a D. Luis de Gongora: Varia, de Diana, a D. Francisco de Quevedo: Heroica, de Marte, a Doña Christovalina de Alarcon: Jocosa de Jupiter, a D. Juan de Arguijo: Funebre, de Saturno, a D. Juan de Vera y Zuñiga: Sacra, del Sol, a D. Francisco de Rioja. In quibus excellere videtur centuria sexta funebris vel eo nomine, quod centum epigrammata (sonetos dicimus nos) contineat, in obitum omnia Serenissimæ Reginæ Hispaniarum Margaritæ Austriacæ. Ingeniosus poeta est & excultus, sed in harmonia & structura orationis non ita felix.

RODERICUS FERNANDEZ DE SANTA-ELLA, domo ex urbe Carmona diœcesis Hispalensis, artium & theologiæ magister, Bononiensisque Hispanorum collegii sodalis, Romæ sub duobus Pontificibus Sixto IV. & Innocentio VIII. doctrinæ merito jam conspicuus, peritiaque de rebus sacris declamandi, verba e suggestu facere coram utroque meruit, cujus rei testimonio sunt *Conciones* ipsæ beneficio artis typographicæ ad posteros propagatæ. Hinc ad Bæticam suam reversus protonotarius apostolicus Hispali in metropolitana ecclesia canonicus fuit, simulque archidiaconus Reginensis, & Elisabethæ Reginæ a sacris. Quo tempore juris canonici professoribus collegium, unaque disciplinarum omnium academiam in eadem amplissima urbe extruxit: quod collegium hodieque non minus quam sacrum nuncupationis suæ, nempe *S. Mariæ a Jesu*, profanum & vulgare magis a magistro Roderico nomen obtinet; quamquam in excellentissimæ Guzmanorum familiæ, ducumque de Olivares clientelam & patronatum quadraginta fere ab hinc annis transierit. Florentissimam certe id ab eo usque ad præsens tempus Bæticæ totius juventutis scholam præstitit, ac tam ecclesiasticæ, quam sæculari reipublicæ doctissimorum undique virorum proventu mire profuit. Catholicis Regibus Ferdinando & Elisabethæ hunc fuisse a ministerio sacramenti pœnitentiæ temere magis, quam comperte referri credimus; cum præsertim anno ipso superioris sæculi quarto serenissimæ Heroinæ fatali commissum typis fuerit Odarum Roderici & aliorum systema, de quo mox dicimus, nulla istius muneris memoria insignitum: quod minime tacuissent ii, qui auctorem carminibus suis celebraverunt. Cæsaraugustanum quoque destinatum antistitem eo tempore fuisse, cum e vivis fuit sublatus, fama vulgaris est. At ab eo hæc opera extant.

Oratio habita coram Sixto IV. Pont. Max. in die Parasceves *anno MCDLXXVII. de Mysterio Crucis & Christi passione.* Incipit: *Humiliavit semetipsum* &c. quæ in Italia typis edita est.

Oratio habita in die Parasceves coram Innocentio Papa. MS. adservatur in *Bibliotheca Ambrosiana*, ut videre est in ejusdem *Catalogo.*

Vocabularium Ecclesiasticum partim Latina, partim Hispana lingua scriptum, Elisabethæ Reginæ nuncupatum. Hispali primum prodiit anno 1499. in folio, deinde 1550. in 4. Cæsaraugustæ 1549. apud Bartholomæum de Najera in 4. Toleti 1559. apud Joannem de Ayala in folio. Salmanticæ ab Eustachio Moro Cervantæo (de Cervantes vulgo, ut credimus) locupletatum & ab erroribus vindicatum 1561. in 4. Complutique tandem apud Joannem Gratianum 1572. in folio.

De Ignotis arborum atque animalium apud Indos speciebus, & de moribus Indorum. Extitit MS. in bibliotheca D. Laurentii Ramirez de Prado V. C. regii Castellæ senatoris; Antonio a Leone auctore in *Bibliothecæ* titulo XXV.

Odæ in Divæ Dei Genitricis laudes ab eo distichis, atque exposita & aperta, elegantique forma carminis redditæ; una cum epigram-

grammate laudatorio ſat bonæ notæ Joannis Tripontani, atque Antonii Carrionis aliis *Odis in Deiparam*. Hiſpali typis Jacobi Cromberger 1504. in 4.

Dialogus item contra Impugnatorem Cælibatus & caſtitatis ad Sixtum IV. Papam directus: extat MS. in Codice 3639. Vaticanæ bibliothecæ. Incipit: *Pervenit nuperrime ad manus meas, Beatiſſime Pater, ſacrilegus quidam, deteſtanduſque libellus cujuſdam Leonardi Baſianenſis, divino quodam præſagio cognomenti Lethi, quod lethum inſipientibus, apud quos ſolos aliquis eſt, minitetur atque perfundat. Quem, quoniam De Uxoribus Preſbyterorum inſcriptum ſuſpexi, ſimul & accepi per multorum manus Prælatorum volitare, & ab eis legi curioſe, impieque probari, ſtudio explorandæ novitatis illectus luſtravi unò, ut ajunt, ſpiritu totum. Et ecce invenio monſtrum quoddam ignorantiæ & levitatis & (apertiore cum ſtomacho loquar) hæreticæ impietatis plenum. Cogitavi paulisper mecum, utrum tam levi, garrulo, & impio, ſpurcoque lenoni reſpondendum eſſet, & cum piæ veritatis mucrone de pudiciſſima Eccleſia Chriſti abſcindendum* &c. Dialogus eſt inter *Libidinem*, quæ facit adverſarii partes, & *Pudicitiam*, quæ auctoris, XXV. foliis in charta pergamena conſtans, cujus nos exemplum deſumſimus ex laudato codice. Eſt item in eadem bibliotheca inter Urbinatenſes libros MSS. ipſum Leonardi Leti *De Uxoribus Preſbyterorum, quod iniqua lege vetitæ videantur*, propudioſum ſcriptum in codice 1306.

Typis quoque editum vidimus Hiſpalenſis eccleſiæ ſanctoralem quemdam librum hoc titulo: *Paſiones, quas Beatiſſimi Apoſtoli, Martyres, Virgineſque in agone ſuo paſſi ſunt, geſtaque quæ lucidiſſimi Confeſſores in vita ſua peregerunt, uti in Sacroſancta Eccleſia Hiſpalenſi per circulum anni decantantur, feliciter incipit*. Hiſpali 1503. cum hac nota ſcilicet, quæ ad noſtrum: *Viſum & approbatum a Rever. in S. Theol. Mag. Roderico de Santaella de Reyna archidiacono*. Ejuſdem manu exaratus alicubi extat:

Manual de Viſitadores: in 4. in bibliotheca ut ſuſpicor, Matritenſi marchionis del Carpio, ſiquidem in quodam librorum (hujus ut credo) catalogo laudatur. Vertit ex Italico Marci Pauli Veneti:

La Hiſtoria Oriental; ad Alphonſum Silvam Cifontanum comitem, Hiſpalenſis urbis, ut vocant, aſſiſtentem: quæ prodiit Juliobrigæ (ſi ea eſt Logroño) anno 1529. poſt primam editionem alicubi factam. Siquidem ſequela eſt hujus interpretationis alterum ejuſdem opus, nempe:

Coſmographia introductoria en el libro de Marco Paulo Veneto de las coſas maravilloſas de las partes orientales, y tratado de Marco Pogio Florentino: quod Hiſpali editum fuit typis Joannis Varela 1518. in folio. Ex Latino quoque convertit:

Los Sermones de S. Bernardo, Del modo de bien vivir en la religion Chriſtiana; quos ad ſororem ipſe ſanctus abbas dedit, at interpres abbatiſſæ & monialibus monaſterii S. Clementis Hiſpalenſis urbis nuncupavit. Salmanticæ apud Joannem Varelam 1515. in 4. Ejus quoque eſt:

Tratado de la Inmortalidad del Alma, dialogiſtice ſcriptus; ad Didacum Fernandez de Corduba Egabrenſem comitem.

Arte de bien morir. MS. penes Joannem Lucam Cortes Matriti.

Obiiſſe is dicitur anno MDIX.

RODERICUS FERNANDEZ (ſive RUY FERNANDEZ) DE VILLEGAS, ſcripſit:

Eclogam in obitu Ludovici Vives; ad D. Menciam Calabriæ & Zeneti duciſſam ſeu principiſſam: quæ olim fuit in bibliotheca Antonii Auguſtini Tarraconenſis præſulis, codice CCCLIII.

RODERICUS FERREIRA, Luſitanus, Portuenſis, *Comœdias* quaſdam compoſuit. Cardoſus.

RODERICUS DE FIGUEIREDO, Luſitanus ex oppido Coruche diœceſis Eborenſis, presbyter Societatis, apud Sinas de fidei propagatione egregie meruit uſque ad obitus diem, qui contigit ei IX. Octobris MDCXLII. Dedit is lingua Sinica:

Tomos duos variarum precum & devotionum.

Explicationem totius Fidei Chriſtianæ libris IV. præfixo nomine cujuſdam chriſtiani *Chuſoze* viri graviſſimi & ſanguinis regii.

Libros item *Ariſtotelis de Cœlo*. 1625.

RODERICUS DE FONSECA, Luſitanus, Oliſipone ortus, medicus doctor, propter eximiam doctrinæ exiſtimationem evocatus fuit honorifica conditione ad docendum hanc artem in academia Piſana ex principe ejus profeſſionis loco, quem cum diu tenuiſſet, huic renuntiavit gymnaſio, ad Patavinum, ejuſque principem quoque medicinæ cathedram invitatus. In quo & ubique non ſolum præſentibus quotidiano prælectionum labore, ſed & univerſis, poſteriſque lucubrationum doctiſſimarum editione prodeſſe voluit. Scripſit namque:

Opuſculum, quo adoleſcentes ad medicinam facile capeſſendam inſtruuntur, caſus omnium febrium methodice diſcutiuntur & curantur &c.

&c. Adduntur *Consultationes aliquot*, *&* *modus demonstratur curandi capitis vulnera sine apertione & per admirabile Aparitii oleum, secretum unicum, quo ille apud Hispaniarum Regem non modo gloriosum nomen, sed opes magnas consequutus est.* Florentiæ apud Michael-Angelum Sermartellum 1596. in 4.

De Hominis excrementis libellum. Pisis apud Joannem Baptistam Boschettum 1613. in 4.

Tractatum de Febrium acutarum & pestilentium remediis diæteticis, chirurgicis, & pharmaceuticis. Venetiis apud Joannem Guerilium 1621. in 4.

Leonardi Jacchini methodum quoque *curandarum febrium* in lucem edidit, adjungens quæ ad operis absolutionem desiderabantur. Basileæ apud Joannem Jacobum Genathium 1625. in 8.

De Calculorum remediis, qui in renibus & vesica gignuntur. Romæ apud Joannem Angelum Ruffinellum 1586. in 4. ad Sixtum V. Pont. Max.

De Tuenda valetudine, & producenda vita, librum singularem. Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellum 1602. in 4. Hunc in Italicum vertit Politianus Mancinus ex Monte-Politiano, ediditque Florentiæ 1603. in 4.

De Venenis, eorumque curatione, lib. singularem. Romæ apud Vincentium Accoltum 1587. in 4.

In Hippocratis Legem commentarium, quo perfecti Medici natura explicatur. Romæ apud Titum & Paulum de Dianis 1586. in 4.

In Hippocratis Prognostica commentaria. Patavii apud Franciscum Bolzetum 1597. in 4.

In ejusdem *Aphorismorum libros commentaria.* Florentiæ 1591. in 4. Venetiis apud Franciscum de Franciscis 1596. in 4. & apud Joannem Antonium de Franciscis 1608. 8.

Consultationes Medicas; quibus accessit:

De Consultandi ratione breve compendium & consultatio de Plica Polonica; duobus tomis. Francofurti apud Aubrios 1625. in 8. Venetiis apud Joannem Guerilium 1628. in folio duobus tomis. Item *De Morbis Virginum, qui intra clausuram curari nequeunt.*

D. RODERICUS GOMEZ SARMIENTO, quintus comes de Salinas, scriptum reliquit:

Del Socorro del Conde de Ribadeo D. Rodrigo de Villandrando al Rey D. Juan el Segundo, con todos los privilegios, cedulas, y cartas reales pertenecientes a aquella accion y con la Genealogia de la casa de Villandrando.

Testis est D. Josephus Pellizer regius historicus in Memoriali seu Informatione *De la Casa de los Sarmientos de Villamayor* fol. 31.

RODERICUS (vulgo RUI) GONZALEZ, Lusitanus, jurisconsultus, scripsit:

Privilegio das Molheres. Cardosus.

RODERICUS LAURENTIUS (seu vulgari contractione RUI-LORENZO) DE TAVORA, Lusitanus, rector, ut se vocat, perpetuus & præfectus castri S. Sebastiani de Caparica, ejusque territorii, scripsit Lusitane:

Historia dos Varoẽs ilustres do apellido Tavora continuada em os Senhores da caza e morgado de Caparica &c. Parisiis apud Sebastianum Cramoysi 1648. in folio.

D. RODERICUS DE LIMA, Lusitanus eques, cum Joannis III. Portugalliæ Regis legatus ad Abyssinorum Principem, Presbyterum Joannem vulgo ab Hispanis nostris compellatum, in iis partibus curiose omnia, quæ viderat, observasset, scripsit reversus ad nos propria lingua:

Descriptionem ejusdem regni, sive informationem ad Joannem Regem: cujus meminit Stephanus de Garibay lib. XXXIV. *Historiæ Hispanæ* cap. 1.

F. RODERICUS DE LOAISA, Granatæ nobili natus genere, Limæ autem Indorum ad ordinem Eremitarum S. Augustini admissus, Bæticæ provinciæ ad nos reversus præfecturam aliquando obtinuit. Extant ab eo:

Victorias de Christo nuestro Redemptor. Hispali apud Alphonsum Rodriguez Gamarra 1618. fol. Destinabat auctor sex Christi Domini victoriarum, quæ in utroque Testamento celebrantur, totidem tomos edere: scilicet I. *De malis Angelis*, quæ in lucem prodiit; II. *De Adamo Apostata*; III. *De perversis circa tempus diluvii mortalibus*; IIII. *De improbis Regibus, qui populum Hebræorum afflixerunt*; V. *De Lucifero redemptionis tempore*; VI. *De Christianæ Ecclesiæ persequutoribus.*

RODERICUS LOPEZ DE SEGURA, Zafrensis sacerdos, scripsit:

Libro de la Invencion liberal del juego del Axedrez. Compluti 1561. in 4. typis Andreæ de Angulo. Italice hunc vertit Joannes Dominicus Tarsia, ediditque Venetiis in officina Cornelii Arrivabene 1584. in 4.

Obiisse hunc anno 1570. aut paulo post, Alfonsus Ciaconius ait in schedis.

RODERICUS DE LORENZANA, canonicus regularis ordinis S. Jacobi, prior, ut vocant, aliquando domus Legionensis Mar-

Marco Evangeliſtæ nuncupatæ, ac viſitator alterius domus de Ucles in Caſtella nova; idemque canonicus & theſaurarius eccleſiæ Seguntinæ: in libro ejuſdem Ucleſianæ domus *Kalenda* nuncupato legitur obiiſſe x. kal. Februarii, ſcripſiſſeque:

De Irregularitate doctiſſime. Hæc liber ille. Sed & ſub eadem hominis inſcriptione alterum opus editum ſcio, nempe:

Compendio de caſos ordinarios de conciencia en las materias canonicas. Matriti apud Petrum de Madrigal 1571. in 8.

D. RODERICUS DE MEDINA ET MARCILLA, dedit a ſe verſum Hiſpane Rolandi Martini Mirtæi, ſive Martini Antonio del Rio Latinum libellum:

De los Comentarios de las alteraciones de Flandes ſucedidas deſpues de la llegada del Señor D. Juan de Auſtria haſta ſu muerte. Madriti apud Petrum de Madrigal 1601. in 4. Eidem nomini aliud opus adſcribitur:

De los Hechos del Conde de Fuentes, ſive de rebus a comite Fontano geſtis.

RODERICUS MENDEZ, ſeu vulgari contractione RUI-MENDEZ, Luſitanus, Theodoſio Brigantino duci dicatum opus edidit Luſitana ſua lingua:

Practica de Arithmetica, inſcriptum.

RODERICUS MENDEZ SILVA, Luſitanus, domo ex Celorico Beiræ provinciæ oppido, regius chronographus, genealogicæ rei, atque in univerſum hiſtoriæ curioſus & gnarus, plura ſcripſit, in dieſque ſcribit, præſertim de familiis nobilibus Hiſpanis, ab amicis rogatus. Quorum hæc pervenerunt ad notitiam noſtram:

Catalogo Real Genealogico de Eſpaña. Madriti 1639. in 8. poſteaque, ut credimus, in 4. auctior.

Aſcendencia iluſtre, glorioſos hechos y poſteridad noble de Nuño Alfonſo Alcaide de la ciudad de Toledo, Rico home de Caſtilla. Madriti apud Dominicum Garzia 1648. in 4. & 1656. in 4.

Dialogo de la Antiguedad y coſas memorables de la Villa de Madrid, y recebimiento que en ella ſe hizo a la Princeſa de Cariñan. Madriti 1637.

Poblacion general de Eſpaña; hoc eſt de urbibus, præcipuiſque omnium ejus provinciarum oppidis. Madriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1645. in folio.

Eleccion en Rey de Romanos del Rey de Bohemia Ferdinando III. con un Catalogo de los Ceſares de la Caſa de Auſtria. Ibidem 1637.

Vida de la Emperatriz Maria hija de Carlos V. Ibidem 1655. in 4.

Noticia de los Ayos y Maeſtros que haſta oy an tenido los Principes, Infantes y otras perſonas reales de Caſtilla. Ibidem 1654. in 8.

Parangon de los dos Cromueles de Ingalaterra. Madriti 1656.

Engaños y deſengaños del mundo. Ibidem 1655.

Compendio de las hazañas que obró el Capitan Alonſo de Ceſpedes, Alcides Caſtellano, ſu aſcendencia y deſcendencia en varios ramos genealogicos, que deſta caſa an ſalido. Madriti 1647.

Noticia del origen y armas de la noble familia de Bernardo de Quiros. Ibidem 1651.

Vida y hechos del Gran Condestable de Portugal D. Nuño Alvarez Pereira &c. con los arboles de deſcendencias de los Emperadores, Reyes, Principes, Potentados, Duques, Marqueſes y Condes, que del ſe derivan. Ibidem apud Joannem Sanchez 1640. in 8.

Memorial de las Caſas de Villar-Don Pardo y Cañete, ſus ſervicios, caſamientos, aſcendencia y deſcendencia. Ibidem 1646. in 4.

Arbol genealogico y blaſones de la iluſtre Caſa de Saavedra haſta D. Juan de Saavedra Alvarado Cavallero del orden de Santiago Alguacil mayor de la Inquiſicion de Sevilla &c. 1653. folio.

Clara origen y deſcendencia de la antigua Caſa de Valdes. Matriti 1650. 4.

El Gran Juſticia de Aragon. Ibidem eodem anno.

Diſcurſo genealogico de la antigua Familia de Machado. Matriti 1649. in 8.

Memorial de la Caſa de Sotomayor.

Tratado de la villa de Celorico da Beira ſu patria. Laudat Georgius Cardoſus *Agiologii Luſitani* tertio volum. die IV. Maii lit. b.

Diſcurſo de la antiguedad y preeminencias del Oficio de Gran Canciller. Matriti 1653.

Et alia forſan. Nam & laudatum video ejus opus:

De las Caſas Solariegas de Eſpaña. MS. ut ſuſpicor, ad hoc uſque tempus.

RODERICUS DE MOLINA, medicus & chirurgus Granatenſis, ad D. Enecum Lupi a Mendoza Tendillæ comitem ſcripſit:

Inſtitucion chirurgica, en que facilmente ſe hallarán todas las eſpecies de llagas, que ſon o pueden ſer hechas en la cabeza; y donde ſe veran muchas reglas y neceſarios aviſos a todos los que exercitan el arte de Chirurgia. 1557.

Idem credo cum eo eſt, qui Accitanæ urbis medicum ſe appellans prius ediderat:

Modo preſervativo y curativo de peſtilencia, y de modorra. Granatæ 1554. in 8.

F. RODERICUS MORIZ, alias de AGUN-

AGANDURU MORIZ, Auguſtinianus nudipes, ſcripſit Romam veniens:

Converſion de las Filipinas y Japon de los Auguſtinos deſcalzos; y obediencia, que en nombre de aquella Chriſtiandad dio a la Santa Sede, gobernandola Urbano VIII. Servatur MS. in bibliotheca eminentiſſimi cardinalis Franciſci Barberini.

Hiſtoria general de las Islas Filipinas y Molucas; duobus tomis. MS. teſte Antonio a Leone in *Bibliotheca Indica.*

D. RODERICUS ORDOÑEZ, citari ſolet tanquam ſcriptor cujuſdam:

Relectionis in L. Si Pater. Cod. de Inſtit. & ſubſtit. Nempe *Repetitiones Juris* Salmanticæ edidit 1588. in folio.

RODERICUS (vulgo RUY) DE PINA, Luſitanus, eques, uti ſe appellat, domeſticus Emmanuelis Portugalliæ Regis, ejuſque idem chronographus & archivii (Turris do Tombo vocant) cuſtos maximus, Romam venit cum D. Petro de Noronha Emmanuelis ejuſdem Regis archiœconomo & Vaſco Fernandez de Lucena juriſconſulto & oratore eximio, qui Regis ſui nomine obſequium novo principatui debitum Alexandro VI. P. M. conſueto more ſolenniter exhibuerunt; cui legationi a ſecretis noſter fuit, uti refert D. Rodericus da Cunha in *Hiſtoriæ Bracharenſis* II. parte cap. LXV. Huic cum eſſet ex munere impoſitum, ut Regum chronica in manus ſumeret & continuaret, quod quidem ad uſque ſuum tempus Ferdinandus Lopezius & Gomezius Joannis de Zurara egregie præſtiterunt, ſcripſit certe is, aut potius perfecit vulgari lingua:

Chronica do muy alto e poderoſo Principe o Rey D. Affonſo, deſte nome o quinto & dos Reys de Portugal o duodecimo; quod quidem nondum formis vulgatum eſt. Incipit: *O mais ſingular & mais proveitoſo conſelho* &c. Admonendi tamen ſunt ejus lectores priorem hujus *Chronici* partem Gomezii Joannis de Zurara eſſe uſque ad annum MCCCCLXXII. quo deceſſit, aut circiter; reliqua aliquot annorum, quibus exarſit cum Caſtellanis bellum, incerto aliquo eſſe auctore formata; quem tandem ſubſequutus noſter hiſtoriam abſolvit. Obſervavit id, ac notatum voluit Damianus Goeſius IV. parte *Hiſt. Emmanuelis Regis* cap. XXXVIII. quo agit de *Chronicorum Regum Portugalliæ* auctoribus. Continet hæc hiſtoria CCXIII. capita.

Chronica do muito alto & poderoſo Principe o Rey D. Joaõ o ſegundo deſte nome, & dos Reys de Portugal decimotercio. Incipit: *Eſte oficio Hiſtorial que nas letras* &c. Continet LXXV. capita. Hanc integram noſtri eſſe affirmat idem Goeſius.

Sequitur Emmanuelis, qui poſt Joannem Portugalliæ præfuit, *Chronicon*; quod quidem magna ex parte ejuſdem Pinæ manibus formatum olim fuiſſe non aliunde quam ex *Chronico* ipſo colligi commodius poteſt; ſiquidem Damiano Goeſio, cujus prodiit nomine id inſcriptum, nunquam in mentem venit, ut veſtigia ſui a priore artifice operi impreſſa per invidiam everteret. Paſſim quippe, ſcilicet prima parte cap. XII. & cap. XV. & cap. XXIII. refert ſe ad ea, quæ in *Chronico Joannis Regis* ſcripſerat. Atque idem *Goeſius* II. parte hujuſmet hiſtoriæ cap. XXXVII. non tacet Rodericum Pinam res geſtas Emmanuelis Regis ſtilo deſcripſiſſe uſque ad *Azamoræ* in Africana ora expugnationem, Joanniſque Menæſii obitum, qui anno decimoquarto ſupra ſeſquimilleſimum contigit: cui Pinæ commentario multa ſe addidiſſe, &, quæ commemorata eſſent, aptius ordinaſſe adjungit.

Sed nonne & ſuperiorum Regum *Chronica* idem Pina confecit? Rodericus da Cunha in *Bracharenſi Hiſtoria* non obſcure ait ſcripſiſſe eum Portugalliæ chronica; citantque eumdem tanquam auctorem rerum a Dionyſio Rege geſtarum hiſtoriæ, atque itidem alterius Eduardi Regis, atque antiquioris utroque Sancii, *Capelli* cognomento, Franciſcus Suarez Toſcano in *Parallelis* ſuis cap. XVI. cap. LXI. & cap. LXII. & alii. Satius tamen eſt fidem Goeſio de his præſtare, qui magna diligentia in diſtinguendis Portugallicæ hiſtoriæ auctoribus ex toto illo cap. XXXVIII. quartæ partis colligitur uſus.

RODERICUS DE LA PIÑUELA, ſcripſit:

Hiſtoria de Galicia; quæ quidem adhuc MS. circumfertur per quorumdam manus.

RODERICUS PIREZ (vulgo RUY-PIREZ) Luſitanus, Lameceniſis, circa annum MDXXXIII. compoſuit *De Antiquitatibus Lamecenſis* ſuæ *Urbis* vernaculum commentarium, D. Ferdinando Vaſconcellos Oliſiponenſi Antiſtiti dicatum, cujus meminit operis D. Rodericus da Cunha ejuſdem urbis præſul in hiſtoria *Dos Arcebisbos de Lisboa* part. I. cap. XC. fol. 246. qui quidem nunc extat penes D. Antonium Alvarez da Cunha, Roderici ex fratre, ut ſuſpicamur, nepotem.

F. RODERICUS DE PORTILLO, Franciſcanus provinciæ S. Jacobi, apud patres ſupremi fidei rerum concilii cenſor theologus, cum Minoritis præeſſet Taurenſibus, edidit:

Libro de los Tratados de Chriſto y de ſu Santi-

tiſima Madre, y de los beneficios y mercedes que goza el mundo por ſu medio. Tauri 1630. in folio.

Regium Philippi IV. concionatorem fuiſſe, atque in hoc munere exercendo inſignem ſcribit Waddingus.

D. RODERICUS DE QUESADA ET MOLINA, juris utriuſque doctor, edidit:

Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ Gregorii XV. cum Notis ſeu Indicibus brevibus. Romæ apud heredes Zannetti 1621. in 12.

RODERICUS SAENZ DE SANTAYANA ET ESPINOSA, vertit in ſermonem vernaculum:

La Esfera de Juan de Sacroboſco; & notas addidit. Pintiæ 1568. in 4. Item hujus tituli librum ſeu ſyſtema variorum operum edidit:

Arte de Rhetorica, Hiſtoria, Epiſtolas y Dialogos. Madriti 1578. in 8.

F. RODERICUS DE SANTA CRUZ, ordinis Sancti Auguſtini, in *Ariſtotelem* & *Magiſtrum Sententiarum Commentaria* ſcripſit, quæ Oliſipone aſſervantur. Hæc Valerius Andreas in *Catalogo Clarorum Hiſpaniæ Scriptorum.* Aſſervari hæc in bibliotheca Oliſiponenſi (Auguſtinianorum, ut par eſt credere) una cum Joannis a Magdalena *Lectionibus*, & Benedicti Luſitani *Tractatibus* legimus in Georgii Cardoſi ſchedis MSS. Floruiſſe eum circa annum MDXVII. cum laude jam memoratorum commentariorum obſervatum legimus ab Alfonſo Ciaconio in ſchedis ad *Bibliothecam Univerſalem*, quæ penes me ſunt.

F. RODERICUS DE SANTIAGO, Luſitanus, ordinis fratrum Minorum provinciæ Algarbii, ſcripſit, quæ adhuc lucem deſiderat:

Hiſtoria da Provincia do Algarbe da ordem de S. Franciſco da Obſervanzia; quam laudat Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* volum. II. die XV. Martii lit. h. & die XXIII. Aprilis pag. 695. & die X. Junii pag. 628. volumine III.

RODERICUS SINETUS (ait Valerius Andreas in *Catalogo Clarorum Hiſpaniæ Scriptorum*) Cordubenſis, philoſophiam Toleti profeſſus, edidit ibidem:

Dialecticam Introductionem. 1523. in 4. quam Laurentius Balbus eleganti carmine commendat, hujus auditorem fuiſſe Alexium Vanegam adjungens.

RODERICUS SOAREZ, Luſitanus, publicavit:

Conſilia duo, & de Uſu Maris, & Navibus tranſvehendis in 8. Cardoſus.

F. RODERICUS DE SOLIS, Auguſtinianus, Hiſpali ad hunc ordinem admiſſus, indeque a Thoma Villanovano jam in Sanctorum numerum relato hujus provinciæ Bæticæ viſitatore Salmanticam advectus, Cordubenſis domus, deinde & Hiſpalenſis præfecturam geſſit; poſtea & vicarium miniſtri generalis munus. Reformatorem inſuper Aragoniæ provinciæ, hoc eſt, Aragoniæ ipſius, Cataloniæ & Valentiæ regnorum, prudentiſſime exercuit, in qua uſque ad obitus diem manſit. Vulgari lingua hæc duo opera habemus viri religioſiſſimi:

Arte dado de Dios a Abraham para le ſervir perfectamente. Medinæcampi 1584. Complutique 1586. & 1594. in 4. Hanc in Italiæ ſermonem converſam a Petro de Mendoza Venetiis edidit Marcus Guariſcus 1600. in 8.

Sobre los primeros verſos del Pſalmo CII. Benedic anima mea Domino.

Obiit ante annum MDLXXXV. vir ad nobilitatem generis & doctrinæ præſtantiam, eximiæ prudentiæ ac pietatis laude celeber.

RODERICUS THOUS DE MONSALVE, Hiſpalenſis patricius, *in omni genere doctrinæ doctiſſimus*: *cujus ſcripta* (Lucius inquit Marinæus) *quæ propter eruditionem multam ſubobſcura videntur a viris indoctis, qui res altas non percipiunt, minus probantur; ſed ego non probo ſolum, ſed etiam admiror, & ſummis laudibus effero.* Hæc lib. XXV. *De Rebus Hiſpaniæ* fol. 171. in editione Complutenſi 1530.

D. RODERICUS DE VALDEPEÑAS, Cartuſianus monachus monaſterii del Paular, quod a Segovia urbe appellatur, prior ſeu præfectus erat domus Granatenſis, cum celebrem compoſuit *Gloſſam* Georgii Manriquii *Carminis*, quod de vanitate rerum humanarum in memoria nullius non eſt. Degebat in vivis, præeratque laudatæ domui recens fundatæ, anno MDXV. uti ſcribit D. Franciſcus de Pedraza in *Hiſtoriæ Granatenſis* IV. parte cap. XLI.

RODERICUS XUAREZ, Salmantinus, juris utriuſque conſultus, quamvis alicubi *De decimis* canonico argumento commentaturus, mittere ſe falcem in meſſem alienam modeſte uſurpaverit, licentiaturæ, ut vocant, laurea ornari adeo dignus, abſtinuit tamen, contentus bachalaurei honore & appellatione, malle ſe excuſans bachalaureorum eſſe nobiliſſimum, quam licentiatorum ſive doctorum infimum, ut refert ex monumentis ejus tem-

temporis Antonius Quesada *Quæstionum Juris* vigesima quarta. In Academia Pintiana industrie admodum causas, magnaque fama tuebatur, cum factus fuit ejusdem curiæ, seu cancellariæ, ut vocant, senator, suo tempore nulli secundus, & in forensibus controversiis insigni eruditione præditus, quod Didacus Covarrubias ait III. *Var.* cap. V. num. 6. similiterque ab aliis non sine egregiæ laudis honore dimissus. Nam & Remigius de Goñi *De Immunit. Ecclesiarum* fallentia XVII. num. 6. *virum doctissimum*; Menochius lib. II. *De Arbitrariis*, casu CCCIII. num. 21. *virum celeberrimum* appellant. Sed auscultemus præ aliis Gasparem de Baeza dissertissimum jurisconsultum in tract. *De Inope debitore creditori addicendo* cap. I. num. 57. *Rodericus Suarez* (ait) *qui patrum nostrorum memoria eruditi nominis auctoritate merito floruit* &c. Et mox, cum ignorationem antiquitatis posset in eo culpare, excusare satius habuit adjungens: *Sed parcendum viro multis egregiis dotibus insigni. Vixit infelici sæculo, quo bonæ literæ apud Hispanos in pretio non erant. Utinamque plures veteris inscitiæ patroni tot dotibus bonarum literarum ignorantiam pensarent, quot Rodericus pensabat. Quanta erat in eo viro non vulgaris eruditio! quanta sedulitas! quanta gravitas! quam erat appositus ad docendum! quam nihil temere definit!* Hæc ille. Vixisse eum sub Catholicis Regibus compertum est: siquidem a Ferdinando decurionatum urbis suæ Salmanticensis dono accepisse scribit *Allegatione* XII. Opera hæc reliquit, quæ uno atque eodem volumine prodierunt:

Allegationes, & *Consilia XXVIII.* Medinæcampi 1555. in folio. Matriti 1599. folio.

Repetitiones sive Lecturæ in quasdam Leges Fori legum; nempe:

Procemium in Leges Fori Hispanici.

Lectura L. I. Fori Legum Lib. I. Tit. XI. scilicet de eo, quod per contractum matrimonii filia liberatur a patria potestate.

Lectura L. II. Tit. I. Lib. III. Fori, scilicet de pœna filiæ contrahentis matrimonium sine parentis & fratrum licentia.

Lectura L. II. Tit. III. Lib. II. Fori.

Lect. Leg. IV. Tit. XII. Lib. II. sive de Juramento.

Legis II. Tit. III. Lib. III. sive de Bonis constante matrimonio quæsitis. Coloniæ seorsim 1580. in 8.

Legis I. Tit. II. Lib. III. hoc est, de Arrhis.

Legis XIII. Tit. XX. Lib. III. nimirum quod mulier non contrahat sine viri licentia.

Legis I. Tit. VI. Lib. III. De successione filiorum naturalium & spuriorum.

Legis II. Tit. VIII. Lib. III. De Cessione bonorum.

Legis VIII. Tit. VI. Lib. III. De las Herencias.

Repetitio Leg. Quoniam in prioribus Cod. de Inofficioso testamento; sive de gravamine a legitima filiorum portione tollendo; una cum Lectura Legis IX. quæ ejusdem sententiæ est, Tit. V. Lib. III. Fori. Salmanticæ 1556.

Lectura Leg. Post rem judicatam D. De Re judicata; de Jurisjurandi & confessionis viribus in judicio, una cum declaratione Legis Toletanæ Catholicorum Regum Ferdinandi & Elisabethæ huc pertinentis.

Disputatio quæstionis, utrum in bonis Majoricatus Pater habeat usumfructum.

De Captatoria voluntate.

De Fidejussore in causa criminali.

Consilia alia *decem* post auctoris obitum evulgata.

Lecturis sive *Repetitionibus* his omnibus *Additiones* fecit Didacus Valdes excusas Pintiæ 1590. Extra Hispaniam omnia hæc opera Francofurti ex officina Nicolai Bassæi anno 1594. Duacique 1614. in folio prodierunt.

F. RODERICUS DE YEPES, Hieronymianus sodalis, ab oppido hujus nominis in Carpetanorum tractu, qui eum eduxit, appellatus (alii Astigitanum credunt) edidit:

Historia de la muerte y martyrio del santo Inocente de la Guardia natural de la ciudad de Toledo. Item:

Tratado y descripcion de la Tierra Santa de Palestina, unaque:

Discurso y Tratado de la peregrinacion que Nuestro Señor Jesu Christo hizo en este mundo. Hæc tria simul edita sunt Matriti 1583. in 4. *Descriptio Terræ Sanctæ* Italice prodiit Venetiis 1591. in 12.

Historia de la gloriosa Virgen Santa Florentina. Matriti 1584. in 4. ibidemque:

La Genealogia de los Reyes de España.

Ediditque quoque simul cum Petri Martinez *In Epistolam Divi Judæ Enarratione*:

De Asserenda Theologorum omnigena ac varia eruditione brevem discursum: ex musæo Seguntino anno MDLXXXII.

Item ad Hectoris Pinti in *Ezechielem commentaria*:

De Propheticæ doctrinæ nimia obscuritate, magna necessitate, & fructu, atque horum commentariorum laudibus doctam præfationem.

RODERICUS ZAMORANO, regius Indicæ negotiationis domus, quæ Hispali est, cosmographus, a quo adjutum se in corrigendo exemplario hydrographico ibidem adservato Andreas Garzia de Cespedes affirmat in *Hydrographiæ* suæ præfatione. Vulgavit:

Chronologia y Repertorio de la razon de los Tiempos. Hispali apud Andream Pescioni 1585. in 4. & 1594. & 1621. in 4.

Cos-

Cosmographia; compendio del arte de navegar. 1586. & 1591. in 4.

Carta de marear. Hispali 1588.

Los seis libros primeros de la Geometria de Euclides traducidos en lengua Española. Hispali apud Alphonsum de Barrera anno 1576. in 4.

D. RODERICUS ZAPATA, Aragonius, in urbe Calatayud in lucem editus, almæ Cæsaraugustanæ ecclesiæ canonicus & major eleemosynarius, Philippo II. Regi a consiliis in rerum Indicarum senatu, manu exaratum reliquit librum:

De los Condes de Boloña la de Picardia; cujus meminit cum auctoris maxima laude Stephanus de Garibay in prologo *Illustrationum genealogicarum*: idemque in stirpe Hugonis Capeti pag. 157. validis testibus arguens legem Salicam atque ejus usum, *De los nuestros* (inquit) *D. Rodrigo Zapata del Consejo de Indias citado en la nomenclatura de los autores desta obra escrivió doctisimamente contra esta ley un Tratado no impreso.* Hæc ille.

Obiit in patria prima die Octobris MDXCI. uti refert idem Garibaius.

ROMANUS.

D. ROMANUS MONTERO DE ESPINOSA, Matritensis, Matthæi filius, quem magnæ celebritatis aulicum nunquam laudare desinunt qui fuerunt ei tempore æquales, eleganter carmina pangere doctus, edidit:

La Amazona del Norte Reyna de Suecia. Ruremundæ 1654. sive de laudibus Christinæ Augustæ Suecorum Reginæ fœminæ incomparabilis.

Epilogo del Viage de la Reyna Christina Alexandra de Suecia desde Brusellas a Roma. Romæ 1636. in 4. typis Cameralibus.

Siete Meditaciones sobre la Oracion del Padre nuestro, escritas por la Serafica Madre Santa Teresa de Jesus, y glosadas en verso. Romæ 1658. in 8.

Dialogos militares y politicos sobre las campañas y exercitos de Flandes. Bruxellis apud Hubertum Anton. Velpium 1654. 4. in quibus ipse plura stipendia fecerat.

ROMERUS.

F. ROMERUS DE SABRUGERA, Dominicanus (nisi nomen subticeatur, quod moris est nostræ Hispaniæ provinciis, quæ Provinciali, vulgo *Lemosina* lingua dudum utuntur) auctor inscribitur Catalanæ Bibliorum versionis, quæ servatur in bibliotheca regia Escurialensi cum hoc titulo:

Biblia en Catalan en copla, y el Psalterio traducido en Catalan, por Fr. Romero Sabrugera de la orden de Santo Domingo. Pergamena charta & non antiqua characterum forma scriptum esse librum monet *Catalogus* librorum, qui apud me est, olim consignatorum bibliothecæ custodi.

S

SALMANTICENSE COLLEGIUM

S. ELIÆ CARMELITARUM SODALIUM EXCALCEATORUM. Hujus nomine in lucem prodierunt aliquot volumina *Cursus Theologici* secundum Angelici præceptoris doctrinam, quam sacræ istius ac religiosissimæ sectæ homines magnis ubique animis tueri solent. Elaboraverant quippe ante annos aliquot sodales cœnobii Complutensis *Philosophiæ* totius periodum. Deerat *Theologiæ cursus*; quod præstitum est a Salmantinis, & emissum opus nomine totius collegii, nempe quatuor tomis:

Cursus Theologici Summam Angelici Doctoris Theologicam complectentis tomus primus comprehendens ab initio usque ad quæstiones de Trinitate. Salmanticæ apud Hyacinthum Tabernier 1631. in folio prodiit.

Ejusdem tomus II. complectens de Trinitate omnes quæstiones. Segoeiæ apud Didacum Diaz de la Carrera 1637. folio.

Ejusdem tomus III. De Angelis quæstiones continet.

Ejusdem tomus IIII. ab initio Primæ Secundæ usque ad quæstionem LXX. Lugduni apud Laurentium de Anisson 1647. in folio.

Ejusdem tomus V. a quæstione LXXI. Primæ Secundæ usque ad quæstionem LXXXIX. Lugduni ex eadem officina 1658. in folio.

Sed quia lucubrationes istæ ab Antonio de Matre Dei prodierunt, id nomen quærendum est lectori. Prodiere post hæc scripta, & primum edita tria alia volumina moralis theologiæ.

SALOMON.

SALOMON filius VIRGÆ, secta Judæus, in Hispania florebat antequam consecranei ejus Catholicorum Regum Ferdinandi atque Elisabethæ edicto solum vertere alioque commigrare jussi sunt. Medicus hic quantumvis esset professione, confecit tamen:

Historiam Judaicam res Judæorum ab eversa æde Hierosolymitana ad hæc fere tempora usque complexam: quæ inscriptio Latina est ejus interpretationis a Georgio Gentio factæ atque anno 1651. Amstelodami a Petro Niellio editæ in 4. Hebraicum libri nomen שבט יהודה *Schebet Jehuda*, quod Buxtorphius interpretatur, *tribus Judæ*, in *Bibliotheca Rabbinica*, dum de libro isto agit. Sed quare non interpretabimur *Virga Judæ*? Cum liber histori-

cus

cus *sit* (Buxtorphius idem ait) *de variis calamitatibus, martyriis, dispersionibus, accusationibus, ejectionibus Judæorum*, & שבט proprie *virgam* significet, unde metaphorice pro *Tribu* (quære hujus rei rationes apud Pagninum in *Thesauro*) virgamque indignationis & punitionis hoc vocabulo exprimat Scriptura sacra secundum ejusdem Pagnini observationem, & Joannis Drusii in *Annotatis ad librum Job* cap. XXXVII. 13. hujus libri; ubi tamen S. Hieronymus prætulit, *sive in una tribu* &c. quod alias legi potest, *sive ad virgam*, hoc est, castigationem, seu ad disciplinam, εἰς παιδείαν, quo modo interpretati sunt LXX. Seniores, Targumque convenit, *pluviam ultionis* eo loco exponens. Agit quoque hic liber (prosequitur idem Buxtorphius) *de Disputationibus aliquot in Hispania & Italia inter ipsos & Christianos habitis; item quomodo olim Princeps in Israele sit electus & inauguratus; quomodo Sanctuarium olim fuerit extructum, & quomodo Sacerdos maximus in eo sacra peregerit in die expiationum; quid actum fuerit, cum agnus paschalis offerretur, & plurima alia jucunda lectu*. Magni æstimatur ab Hebræis hæc historia, quæ quidem Hebraice cum Venetiis & Amstelodami, tum etiam Thessalonicæ atque Constantinopoli edita est. Germanicam & Lusitanam ejusdem interpretationem procuratam ab ejus sectæ hominibus fuisse auctor est Latinus interpres Georgius Gentius. Et Salomon quidem ipse pagina hujus Latinæ editionis 168. & pagina 318. diserte se profitetur hujus libri auctorem. Sed & pag. 388. refert se a ceteris Hispanis ad corrogandam stipem redimendis in urbe Malaca captivis missum. Videntur autem mihi ex margine quædam notæ seu additiones influxisse in librum ipsum a Josepho Salomonis filio scriptæ: nam pag. 400. sic legitur: *Haud alienum mihi videbatur Josepho res novissime memoria nostra Cairi in maxima Ægypti urbe & Masiæ gestas* &c. & paulo post: *Hæc non absimilis illis est fraus, quas in hoc opere venerandus meus pater Salomon filius Virgæ supra memoravit*. Fuerit hæc igitur historia ex Salomonis & Josephi ejus filii, qui exul forte cum patre in Ægyptum profugit, aut in eo regno natus fuit, lucubrationibus coagmentata; quod Gentius non animadvertit aut dissimulavit. Plane ad aliud opus suum lectorem remittit Salomon pag. 318. *Virga furoris* inscriptum. Verba ejus Latine sic sonant: *Res ut gesta est in meo opere, quod* Virga furoris *inscribitur, fusius mihi est perscripta; unde illi qui antiquitatis vestigia diligenter indagant, memoriam illius petere possunt*.

Junior, aut æqualis saltem fuit noster Isaaci Abravanielis, qui calamitatem ab Hispania exilii passus fuit, cum simul omnes a Regibus Catholicis ejecti sunt hujus sectæ mortales: si quidem pag. 319. ejus meminit, atque ejus verbis utitur in referendis ejus exilii ærumnis.

SALVATOR.

SALVATOR ARDEVINES ISLA, medicus doctor, edidit:

Fabrica universal, y composicion del Mundo mayor y menor. Matriti 1621. apud Didacum Flamenco in 4.

F. SALVATOR DE S. CYPRIANO, Dominicanus, lingua Zacapula provinciæ ejusdem nominis in Nova Hispania scripsit:

De los Idolos de la provincia. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica*.

SALVATOR GOMEZ DE SENABRIA, in Matritensi monialium Corporis Christi religiosissimo cœnobio sacris virginibus a sacris & a confessionibus minister, pro eminentissimo D. Gasparc Borgia S. R. E. cardinali ac Toletano antistite visitatoris munus Matriti exercens, quod opere exequebatur, posteros docere voluit. Scripsit enim, ediditque:

Aparato del perfecto Visitador. Matriti 1645. in 4.

SALVATOR HYACINTHUS POLO DE MEDINA, Murcianus, amœni & urbani admodum ingenii vir, tam prosa, quam versa oratione disertus. Scripsit:

Academias del Jardin. Matriti 1630.
Buen humor de las Musas.
Fabula de Apolo y Dafne.
Fabula de Pan y Syringa.
Ocios de la Soledad.
Hospital de Incurables y viage deste mundo y el otro. Oriolæ apud Joannem Vincentium Franco 1636. in 8.

Seria jam illa, & maturæ sunt ætatis:
Gobierno moral, en doce discursos. Murciæ 1657. in 8.

Spem fecerat duorum aliorum operum, nempe:
Descanso de las Veras.
Irene y Carlos: de quorum editione nihil audivimus.

SALVATOR DE LEON, Murcianus, philosophiæ jam doctor Compluti renuntiatus Societatis Jesu sacramentum dixit, composuitque:

Expositionem & illustrationem in XIII. capita prima Ecclesiastici. Antuerpiæ 1640. in fol.

F. SALVATOR DE MALLEA, Grana-

natenſis, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ad quem Romæ admiſſus, Genuæ tamen profeſſionem emiſit, ſacræ theologiæ doctor Granatenſis, Hiſpanicarum provinciarum procurator generalis, ordinis ſui chronographus, regiuſque eccleſiaſtes, edidit:

Rey pacifico, y gobierno del Principe Catolico, ſobre el Pſalmo c. *de David.* Genuæ 1646. in folio.

Viſiones de Daniel aplicadas a la Caſa de Auſtria. Granatæ apud Balthaſarem Bolivar 1658. 8.

Argumento ſobre todos los Pſalmos. Granatæ.

Origen de las Religiones desde Adan haſta nueſtros tiempos. Granatæ.

Genealogia de S. Felix de Valois. Granatæ.

Deſcripcion de las fieſtas, que ſe hizieron en Granada al nacimiento del Principe D. Felipe Proſpero. Granatæ.

Relox eſpiritual para aprovechar las doce horas del dia y doce de la noche. Granatæ.

Diſcrecion de Eſpiritus. Ibidem.

Vida monaſtica; duobus tomis. Ibidem.

Vida de los Santos fundadores S. Juan de Mata y S. Felix de Valois. Ibidem.

Vivit hoc anno MDCLXX.

SALVATOR DE MESQUITA, Luſitanus, ſcripſit Latino idiomate:

Labores...... Chriſti Salvatoris. Romæ 1665. in 4.

F. SALVATOR PONS, Barcinonenſis, ordinis Prædicatorum, ſacræ theologiæ magiſter, ſacrarum Scripturarum in hujus urbis gymnaſio primarius interpres, edidit:

Vida y martirio de Santa Madrona y de ſu translacion a Cataluña. Barcinone 1594.

Vida de S. Raymundo de Peñaforte.

Vida de S. Eulalia; ut conſtat ex Hieronymo Pujades, qui hoc opus laudat in *Cataloniæ Hiſtoria.*

Explicacion del Pſalmo L.

Agunt de eo *Hiſtoria Prædicatorum* IV. part. lib. III. cap. LV. circa annum MDCXV. Alphonſus Fernandez *De Scriptoribus Prædicatoriæ familiæ.*

SALVATOR ROMAN DE MATAMOROS, Hiſpalenſis:

Perpetuale (ut vocat) *recens Feſtorum mobilium ubi ſeptem capitibus multa peculiaria, & regulæ circa hoc concinnantur.* Hiſpanico-Italice Venetiis in 8. anno 1570. edidit.

F. SALVATOR SERRA, Catalanus, in Barcinonenſi domo ſodalis Carmelita, vertit ex Italico Gregorii Lombardelli:

La Vida de S. Franco de Sena. Barcinone apud Stephanum Liberos 1613. Item edidit:

Relacion sumaria de la Vida de la Virgen Santa Tereſa de Jeſus, ex ea, quam ſcripſit Didacus de Yepes Turiaſonenſis epiſcopus. In eadem officina 1622. in 4.

Deceſſit die XXVII. Octobris MDCXXIII.

SAMUEL.

SAMUEL USQUE, Hebræus gente, ut videtur, ſed Hiſpanus, aut proprius Luſitanus natalibus, ſcripſit Caſtellane & Luſitane:

Conſolacion a las tribulaciones de Iſrael; Ferrariæ, ut præſefert, editum opus anno a creatione Mundi 5313. in domo Aben Uſque, qui annus eſt chriſtianus MDLIII. juxta Calviſii & aliorum regulam. Huic vero, utpote ſuperſtitionis Hebraicæ penu, jure ac merito nigrum præfixit theta *Expurgatorius* noſter *Index.*

SANCIUS.

D. SANCIUS DE AHUMADA ET TAPIA, ſcripſit quoddam opus hujus tituli:

Carta Apologetica, en la qual ſe deſcubre, arguye, y refuta gran numero de falſedades indignamente ſupueſtas a los Padres Carmelitas deſcalzos, y a un Memorial, que por orden de ſu Mageſtad ſacó a luz el P. Fr. Pedro de la Madre de Dios, Difinidor general de la dicha orden por el Patronato de la glorioſa Virgen y Patriarca Santa Tereſa en Zaragoza por Antonio Torcido año de 1629. Manuſcriptum ſervabat Hiſpali D. Emmanuel Sarmiento de Mendoza vir doctus, Hiſpalenſis canonicus, in quibuſdam locis a ſe notatum in ora libri.

SANCIUS DE ALVEAR, quem centurionem fuiſſe ajunt in militia bellica, ſcripſit circa annum MDXX.

Genealogia de los Reyes de Navarra, ab Eneco Ariſta uſque ad Joannem III.

Laudat Stephanus de Garibay lib. XXI. *Compendii* ſui *Hiſtorici*, cap. I. & Joſephus Moretus Jeſuita in *Inveſtigationibus ad Navarræ regni Hiſtoriam* lib. III. cap. IX. pag. 691. Manuſcriptamque aſſervari in quibuſdam Hiſpaniæ bibliothecis annotatum legimus in ſchedis Alfonſi Ciaconii ad *Bibliothecam Univerſalem.*

SANCIUS CARRANZA DE MIRANDA, gente Navarrus, patria Mirandenſis, eccleſiæ Calagurritanæ canonicus, deinde Hiſpalenſis magiſtralis, ut in libro legimus Receptionum, ut vocant, collegii S. Ildephonſi Complutenſis, in quo ſodalis fuit anno MDXIII. admiſſus, poſtquam Pariſiis olim philoſophos ac theologos audiſſet, *multos annos* (ait Joannes Geneſius Sepulveda in *Hiſto-*

ria Collegii Bononienſis) *Artium & Theologiæ doctor eruditiſſimus, Compluti, ubi nos ei præceptori triennio philoſophantes operam dedimus, publico ſalario Dialecticam & Phyſicam doctrinam, deinde Theologiam docuit cum magna ſua gloria; acerrimus omnium, quos ego unquam viderim, diſputator, & qui in Sophiſtarum & Phyſicorum ſcholaſticis congreſſibus, quo tempore hæc ſtudia curabat, regnare dicebatur. Sed illam tantam gloriam* (ſubjungit) *audio jam ab eodem majoribus ſuis virtutibus & opinione Theologicæ ſapientiæ ſuperatam.* Romam Sancius aliquando acceſſit una cum Alvaro Carrillo Albornotio ab univerſa Hiſpaniarum eccleſia deſtinatus ad Leonem Pontificem Maximum, ut ibidem refert idem Sepulveda. Quo tempore cum Auguſtino Nipho Sueſano celebratiſſimo ſuæ ætatis philoſopho congreſſus occaſionem ſumſit ſcribendi *Antiparadoxon* quoddam, de quo mox dicimus, pro doctrina Ariſtotelis. Hic idem adverſus Eraſmum cum nonnullis aliis ſtrinxit calamum non ſine laude pro Didaco Stunica, qui iſtum de quibuſdam in rebus magni momenti ſphalmatis admonuerat, de quo ipſe Eraſmus in *Epiſtola ad Boxhenium* operibus iſtius præfixa, & operum nono volumine incluſa videri poteſt. Ab hoc viro ſcilicet hæc prodiiſſe ſcio:

De Alterationis modo & quidditate adverſus Paradoxon Auguſtini Niphi. Romæ 1514. in 4. ad D. Bernardinum Caravajalium S. R. E. cardinalem. Præfigitur huic operi epiſtola neſcio cujus Carranzæ diſcipuli, a quo Carranza noſter ipſe audit, *ingenii in inveniendo perſpicacis, in diſputando acris, in tradendo facilis, & propoſitam quæſtionem in utramque partem diſputare parati, ut erat divina memoria & Dialectico acumine præditus.*

Progymnaſmata Logicalia. Pariſiis apud Joannem Parvum 1517. in 4.

Adverſus errorem de partu Virginis, paulo ante e ſcriptis, ut credebatur, Alphonſi Toſtati exortum *libellum, quo verum Dominicæ Nativitatis locum oſtendit.*

Orationem ad Leonem X. P. M. habitam, pro univerſali Hiſpaniarum Eccleſia. Compluti apud Brocarium anno 1523. in 4.

Adverſus Eraſmum, ut ſupra vidimus.

SANCIUS, ſeu SANCTUS DE CELAYA, ſcripſit, ut legitur in *Bibliothecæ Geſnerianæ Epitome*:

Repertorio de los Tiempos. 1538. in 8.

D. SANCIUS DAVILA ET TOLEDO, domo Abulenſis, Sancii Davila filii primogeniti marchionis de Velada & Joannæ Henriquez de Toledo filius anno MDXLVI. in lucem editus, natalium ſplendori ornamentum literarum Salmanticæ in academia, cui præpoſitus quater fuit rector, adjunxit; atque eo quidem progreſſu, ut ex patriæ eccleſiæ canonico & pœnitentiario ſacerdote, ſacrorumque Bibliorum apud Salmantinos interprete, necnon Caurienſis almæ eccleſiæ decano, Murcianus antiſtes cooptatus primum, mox Giennenſis, atque inde anno MDCXV. Seguntinus, tandem ſeptennio exacto ad Placentinæ ſedis pontificium ſit translatus; poſt triennium tamen moriturus, ſcilicet anno MDCXXV. Decembris ſexta die, pietate, atque in egenos miſericordia eximius: literis ac prudentia in paucis clarus. Tereſiæ ſanctiſſimæ virgini inter Divos jam relatæ aliquando fuit a confeſſionibus: extantque inter illius epiſtolas jam nunc publici juris & uſus factas ad Sancium noſtrum una & altera, unde hujus in ætate adhuc adoleſcente virtutum profectus dignoſcere poſſis. Scripſit:

De la Veneracion que ſe debe a los Cuerpos de los Santos y a ſus reliquias, y de la ſingular, con que ſe ha de adorar el Cuerpo de Jeſu Chriſto Nueſtro Señor en el Santiſimo Sacramento; ad Philippum Regem III. quatuor libris. Matriti typis Joannis Sancii 1611. in folio.

Los Sermones que predicó en las quatro ciudades de ſu Obiſpado Jaen, Ubeda, Baeza y Anduxar en las obſequias de la Sereniſima Reyna de Eſpaña Doña Margarita de Auſtria año de MDCXI. Beatiæ 1615. in 4.

Vida de S. Vidal Arcipreſte y Martyr de Toledo; cujus corpus dono acceperat a Clemente VIII. P. M. Beatiæ 1601.

Aparicion y milagros de Nueſtra Señora de la Cabeza.

Vida de S. Aguſtin; et:

Vida de Santo Tomas: quæ duo MSS. vidit D. Thomas Tamajus.

Vertit in Hiſpanum ex Latino eleganter:

Los Suſpiros de S. Aguſtin. Matriti 1601. & 1626. in 16.

Adiri poſſunt de hujus eximii præſulis hiſtoria Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Eccleſiaſtico*, & Martinus de Ximena Jurado in *Annalibus Eccleſiæ Giennenſis.*

SANCIUS DE ELSO, Navarrus, duabus linguis ad inſtructionem civium ſuorum dedit:

Doctrina Chriſtiana y paſto eſpiritual del alma para los que tienen cargo de almas y para todos eſtados en Caſtellano y Vaſcuence. Pampilone apud Adrianum de Ambers anno 1561. in 8.

D. SANCIUS DE LONDOÑO, Sancio Sancii de Londoño Ormillæ toparcha, & Anna Martinez de Ariz parentibus natus, de quo

quo teſtimonium in fine *Abulenſis Hiſtoriæ* Ludovicus de Ariz Benedictinus ſodalis perhibuit, peditum in Belgico bello tribunus, idemque ob rei militaris peritiam ab Albano duce *magnus bellicæ diſciplinæ magiſter* dictus; ſcripſit:

Diſcurſo ſobre la forma de reducir la diſciplina militar al mejor y antiguo eſtado; ad eumdem Albanum ducem. Bruxellis 1587. & 1589. Madritique 1593. in 4.

Compendio del Arte militar, niſi idem ſit cum ſuperiore, MS. extitit in bibliotheca Olivarienſi, in 4.

In bibliotheca vero D. Joannis le Comte equitis & toparchæ de Jaudrain, Regis catholici in concilio ſtatus & ſanctiori ſecretarii Bruxellis, Antonio Sandero teſte in *Bibliotheca Belgica MS.* opus hoc, ſive aliud, extenſius habet hunc titulum in codice manu exarato: *Arte militar hecha por el valeroſo y ſabio cavallero Don Sancho de Londoño Maeſſe de Campo del Tercio de Lombardia a ruego del Iluſtriſſimo y Excelentiſſimo Señor Duque de Alba Generaliſſimo y Gobernador de los eſtados de Flandes hecho en la villa de Liera a ocho de Abril de MDLXVIII. años*: in folio. Cui ſubnectitur tractatus hoc titulo:

Commentario hecho por el Iluſtre y ſabio Cavallero D. Sancho de Londoño.

SANCIUS DE MIERES, alias SILVENTES, patria ex urbe Anduxar provinciæ Bæticæ, collegii Hiſpanorum Bononienſis ſodalis anno MDXXXIX. admiſſus, poſt advocationis munus in curia noſtra exercitum anno MDLXXIX. regiæ cancellariæ Granatenſis fiſcalis, deinde & ſenator fuit. Scripſiſſe is dicitur:

De Majoratibus neſcio quid.

Ex relatione collegii S. Clementis.

SANCIUS DE MONCADA, Toletanus, ſacerdos, ſacræ theologiæ doctor, inque hujus urbis academia Bibliorum interpres, ſcripſit:

Reſtauracion politica de Eſpaña, Primera Parte, quæ continet hos tractatus: *Riqueza firme y eſtable de Eſpaña*: *Poblacion y aumento de la Nacion Eſpañola*: *Eſpaña con moneda y plata*: *Aumento perpetuo de las rentas reales de Eſpaña*: *Mudanza de Alcavalas util al Rey y al reyno*: *Fin y extincion del ſervicio de millones util al Rey*: *Cenſura de las cauſas a que ſe carga el daño general de Eſpaña*: *Expulſion de los Gitanos*: *Nueva y importante Univerſidad en la Corte de Eſpaña.* Matriti 1619. in 4.

Vertit idem ex Latino Alexandri Patritii Armachani, ſive Cornelii Janſenii:

El Marte Frances, o De la juſticia de las armas y confederaciones del Rey de Francia. Matriti 1637. in 4.

SANCIUS DE SANDOVAL, theologus, habuit:

Orationem de Sanctiſſima Trinitate ad Sixtum V. P. M. in ſacello Vaticano XV. *kal. Junii MDCXC.* quam Romæ edidit eodem anno apud Gaſparem Ruſpam in 4. Item alteram:

Orationem de S. Joanne Evangeliſta IV. *kal. Jan. MDLXXXIV.* ad eumdem Papam. Romæ apud Joannem Martinellum an. 1590. in 4.

SANCIUS ZAPATA, ſcripſit:

Certamen Poetico en defenſa de la Puriſſima Concepcion de Nueſtra Señora. Cæſarauguſtæ anno 1619.

SEBASTIANUS.

F. SEBASTIANUS DE AVENDAÑO, Matritenſis, ex ſacro patrum Minorum provinciæ Caſtellæ ſodalitio, ſummo hujus ordinis præfecto a ſecretis fuit negotiorum ultramontanæ, uti appellant, familiæ, typiſque, dum Romæ eſſet, edidit:

Speculum ſpirituale de humanæ vitæ miſeriis, de miris mortis effectibus, & diffuſe de excellentiis Purgatorii. Apud Franciſcum Cavallum 1652. folio.

SEBASTIANUS DE ABREU, Luſitanus, domo ex oppido Crato militaris ordinis Sancti Joannis in Tranſtagana provincia, Societatis Jeſu ſacerdos, ſacræ theologiæ profeſſor primarius Eborenſis academiæ, ejuſdemque cancellarius, Romæ item aſſiſtentis munere generalis præfecti lateri adhærens, ſcripſit:

Inſtitutionem Parochi ſeu Speculum Parochorum, ad Verba Conc. Tridentini ſeſſ. XXII. *cap.* I. *de reformatione.* Eboræ typis academiæ 1665. in folio.

Vida do Veneravel Padre Joaõ Cardim. Ibidem 1661. alias 1659. 4.

Pratticas eſpirituais, quæ remanſerunt ineditæ, uti et:

Compendium operum Franciſci Suarez ex prælectionibus propriis Eborenſibus; quod remanſit in bibliotheca Jeſuitarum iſtius urbis.

SEBASTIANUS DE AGUILERA, Cæſarauguſtanus, muſicæ artis, pulſandique organa peritiſſimus, edidit:

Magnificat por todos los ocho tonos a quatro, cinco, ſeis y ocho voces. 1618. Celebratur a Lanuza in *Hiſtoria regni Aragonum* tomo II. cap. XLVII. in fine.

SE-

SEBASTIANUS DE ALVARADO ALVEAR, Burgis natus, rhetoricæ ac ceterarum liberalium disciplinarum professor, præterquam quod in Statii Papinii fragmentum *Achilleidos* commentaria se editurum jactaverat, *Epistolæ Didonis ad Æneam Ovidianæ Paraphrasim*, & ad illam *Notas* vernacule edidit amoenitatem ingenii atque eruditionem auctoris sui non obscure jactantes. Opellæ id nomen indidit:

Heroida Ovidiana; Dido a Eneas, con paraphrasis Española y morales reparos ilustrada. Burdigalæ 1628. in 4.

F. SEBASTIANUS DE ARDILLO, Cisterciensis monachus Sanctarum Crucium monasterii, multa scripsisse dicitur: attamen Chrysostomus Henriquez in *Phœnice* suo laudat tantum, sine eo quod de editione admoneat:

In Symbolum Apostolorum, librum unum.

SEBASTIANUS BARRADAS, Lusitanus, Olisiponensis, Societati Jesu quindecennis applicuit se in Conimbricensi collegio, jam a tirocinio ipso viam ingrediens innocentissimæ ac religiosissimæ vitæ; quæ ipsa progressu temporis in admirationem sui Lusitaniam integram concitavit. Ante omnia rhetoricam, ut moris est, & philosophiam, deinde sacras literas, Conimbricæque, Eboræque plausu magno interpretatus est. Præsertim vero in concionibus sacris de superiore loco habendis adeo egregiam, utilemque vir pius & eloquens operam navavit, ut vulgare esset Lusitanis hominibus vel *Apostoli*, vel etiam *Pauli*, necnon & *Prophetæ* nomine virum efficacissimum compellare. Præsto enim erat ei ad opus emendatissime ac fructuosissime faciendum germana eloquentiæ facies, status rectus, os decorum, canitieque ipsa venerabile, canora vox, ac dicendi lepos non industria quæsitus, præter earum virtutum commendationem, quæ in viris apostolicis maxime expetuntur. Scripsit:

Commentaria in Concordiam & Historiam Evangelicam; quatuor voluminibus; quorum primum Conimbricæ editum est anno 1599. reliqua deinceps sequentibus annis, ac recusa omnia sæpius, Lugduni, Moguntiæ, Coloniæ, Venetiisque.

Itinerarium filiorum Israel ex Ægypto in Terram repromissionis, libris x. Prodiit postumum Antuerpiæ 1621. Moguntiæ 1627. Coloniæ apud Hierat 1621.

Denatus est anno christiano MDCXV. ætatis vero LXXIII. cum magna sanctitatis opinione & fama.

SEBASTIANUS DE BIVANCO, Abulensis, magister artis musicæ in Salmantino gymnasio, ejusdemque ecclesiæ choragus, scripsisse ac typis mandasse plura dicitur hujus artis experimenta. Ægidius Gundisalvi Davila in *Theatro Ecclesiæ Abulensis.*

F. SEBASTIANUS BRAVO, Medinæcampi in patria sodalis prædicatorum, generalisque sui ordinis concionator, dum Caracensem (Guadalajaræ urbis intelligo) domum regeret, exemplo ejus, qui ex variis hinc inde collectis S. Augustini locis, itemque alterius, qui ex S. Gregorii Papæ (quem librum refert adservari in Pintianæ domus bibliotheca) epistolas Pauli Apostoli ingeniosissime explanare ausus est; formavit ipse:

Collectaneam auream Sacræ Scripturæ Veteris & Novi Testamenti ex diversis locis & expositionibus D. Thomæ contextam: cujus prima pars in *Genesim*, *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros* & *Deuteronomium* Compluti ex officina Joannis Gratiani prodiit 1596. in folio.

Quod opus absolutum optat scriptor *Historiæ Ordinis Prædicatorum* IV. parte lib. IV. cap. 11. Meminit auctoris Joannes Marieta & Alphonsus Fernandez, qui adjungit obiisse eum anno MDCVIII.

SEBASTIANUS CAVALLERO, edidit, ignotus alias mihi, apud Salmanticam forte recitatas:

Repetitiones tres. Matriti 1637.

SEBASTIANUS CÆSAR DE MENESES, Lusitanus, doctor canonum & sodalis in collegio S. Pauli Conimbricensis, cum in hac universitate idem jus canonicum docuisset, jamque fidei causarum in aula Olisiponensi sederet judex, edidit doctissimam:

Relectionem de Hierarchia Ecclesiastica ad Cap. Cleros, & ad Cap. Perlectis XXI. & XXV. Distinctione. Conimbricæ typis Didaci Gomez de Loureiro 1628. in folio.

Incidens is in funesta Lusitaniæ tempora muneribus aliis publicis cum laude gestis, hoc est Inquisitoris (ut vocant) *La mesa grande*, senatoris item *do Desembargo do Paço*, consiliarii status, episcopus tum Portuensis, tum Conimbricensis dum penderet jus præsentandi ad Portugalliæ ecclesias, designari promeruit. Cum fortuna is varia colluctatus est, jam in pretio & gratia dominantium, jam longe ab ea, sui tamen semper compos & sibi æqualis. Inter quæ publici juris adhuc fecit, Alexandro VII. P. M. nuncupatam:

Veritatem Harmonicam utriusque Testamenti. Romæ apud Nicolaum Angelum Tinassum 1663. in 4.

Sugillationem Ingratitudinis Alfonso Regi Portugalliæ nuncupatam typis nescio quibus (id

(id enim latet) editam in 4. ubi se appellat auctor archiepiscopum Ulisiponensem; & ante aliquot annos:

Summa Politica; cujus meminit D. Franciscus Emmanuel epist. 1. cent. IV. Ejus quoque est pro ecclesiis Portugalliæ antistite donandis ad sedem Apostolicam datus olim libellus:

Balatus ovium Lusitaniæ inscriptus, ut ex Emmanuelis Ludovici laudati proxime *Sugillationis* censorio elogio apertissime constat.

SEBASTIANUS CEVADA AVECILLA, oppidi Chiclana nominati, quod sacra jura Gades petit, ecclesiæ vicarius, scripsit:

Instruccion de Colectores y forma de hazer testamentos. Hispali apud Franciscum de Lyra 1629. in 8.

SEBASTIANUS DE CORDUBA, Ubetensis, edidit:

Boscan y Garcilaso a lo divino. Cæsaraugustæ apud Joannem Soler 1575. in 8. ad Didacum Covarrubiam Segoviens. episcopum.

SEBASTIANUS DA COSTA DE ANDRADA, Olisiponensis, ex sodali regii Conimbricensis collegii Paulo Apostolo sacri Eborensis ecclesiæ canonicus a sacris concionibus, sive, uti appellant, magistralis, scripsit:

Commentaria in Threnos & Orationem Hieremiæ Prophetæ. Lugduni 1609. in 8.

Quæstionarium variæ Theologiæ ad explicationem Bullæ Cruciatæ. Eboræ apud Emmanuelem de Lyra 1606. in 4.

D. SEBASTIANUS DE COVARRUBIAS HOROZCO, Toletanus, sive origine suo ipsius, sive patris Sebastiani de Horozco, cujus mentio a nobis postea fiet, natus ei ex Maria Valero de Covarrubias Marci filia, cujus Marci frater Alphonsus Didaci Covarrubias præsidis Castellæ senatus, & Antonii summorum virorum parens fuit: fratrem habuit germanum Joannem Agrigentinum episcopum non uno literarum monumento posteris commendatum. De quibus omnibus Covarrubiis Didaco, Antonio, Joanne ac nostro Sebastiano Blasius Lopez professor bonarum disciplinarum Salmantinus eleganter cecinit:

His non alta suos componat Roma Catones:
Toletum jactat quatuor: illa duos.

Canonicus fuit noster & scholasticus almæ ecclesiæ Conchensis, consultor judicum apostolicorum, qui religionem sartam tectam tuentur, Regique Philippo III. a sacris, Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ linguarum cognitione, ac totius historiæ veteris, bonarumque literarum dignus tot præstantissimorum virorum familia & propinquitate. Scripsit is quidem:

Emblemas morales; tribus centuriis, cum iconibus: ad D. Franciscum Sandoval Lermæ ducem. Matriti anno 1610. in 4.

Thesoro de la Lengua Castellana o Española. Ibidem apud Ludovicum Sanchez anno 1611. folio; ad Philippum Regem III. In quo magnæ molis opere trium linguarum, quas nuper memoravimus, affatim se ostendit peritum; nec tamen dissimulans sibi Arabicæ ignaro presto fuisse Didacum Urream regium hujus linguæ interpretem, Guadixiique sodalis, ut suspicor, Dominicani scripta quædam de hac ipsa lingua. Plura quidem admiscuit parerga, divagatus in amœnos eruditionis campos: quod nollem sic severe reprehensum ab eruditissimo homine Gaspare Scioppio in *Consultatione de scholarum, & studiorum ratione*. Cui libenter fatemur non alios, quam qui jam Hispanicum sermonem callent, uti posse hoc *Thesauro*, qui vere non est grammatica, sed etymologicon. Cur autem oscitantiæ & ignaviæ arguit auctorem eo quod plura omiserit, exigui vero judicii quod non pauca non omiserit, ut eruditionem inepte ostentaret? Non omnia possunt omnes. Inchoavit is, majoreque perfecit ex parte. Colophonem adjiciet alius, qui ad hoc tempus cessat deterritus forsan difficultate operis. At quæ redundant, prætermitti possunt, nec tamen defraudandus laude sua est qui in aliquo peccat. Habemus autem jam hujus *Thesauri* alteram editionem Matritensem ex officina Melchioris Sanchez anno 1674. in folio, cui addidit quædam parerga potius quam propria etymologici argumenti Benedictus Remigius Noydens, Antuerpiensis, Clericus Regularis Minor Matriti degens. Et huic editioni apte subjunctum typographus voluit Bernardi Aldereti opus *Del origen de la Lengua Castellana* vernacule dictum.

Horacio traducido en Español. MS. in 4. vidit D. Thomas Tamayo de Vargas: vidimus & nos, sed octo satyras tantum.

SEBASTIANUS COUTO, Lusitanus ex oppido Olivenza Elvensis diœcesis, Jesuitarum sacerdos, in Conimbricensi academia philosophiæ, theologiæ autem in ejusdem urbis collegio, atque in Eborensi gymnasio professor, edidit:

Logicam; quæ cum *Cursu Artium Conimbricensi* excusa circumfertur.

SEBASTIANUS FERNANDEZ DE EIZAGUIRRE seu IZAGUIRRE, Alberti Serenissimi Austriæ archiducis subcubicularius

rius (*Ayuda de camara* vulgo dicunt) vertit primus in Hispanum:

La Introduccion a la vida devota de Francisco de Sales Obispo de Ginevra. Bruxellis apud Hubertum Antonium 1618. in 8.

SEBASTIANUS FOXIUS MORZILLUS, vulgo FOX MORZILLO, Hispalensis ex Foxia Aquitaniæ gente oriundus (quod ipse *De Ratione styli* differens non dissimulat) cujus majores in Hispaniam Tarraconensem prius, in Bæticam deinde migrantes, progressu temporis Hispali sub Ferdinando Rege V. consedere. Ipse circa annum Christi vigesimum octavum supra millesimum & quingentesimum, quantum etiam ex libro illius *De Juventute* colligitur, natus brevem vitæ periodum eo lucro & profectu philosophorum, rhetorumque libris impendit, ut qui ornare hominem meritis laudibus velint, & præstantissimum & doctissimum philosophum, atque adeo elegantissimum appellent. Plane quidquid doctrinæ, judiciique prolixioris usura ætatis intento atque indefesso animo ne vix quidem conferre posset, in id totum, completo scilicet ab adolescentia ipsa virilis mentis vigore, ingenium mire felix, simulque assidua illius exercitatio & cultus omnino valuerunt. Maturatos ante diem, præsumtosque ex aliena ætate eos fructus diceres, quorum in homine immaturæ adeo morti destinato, haud futura erat diuturna perceptio. Grammaticis hic in patria bene imbutus, deinde in Belgio & Lovaniensi gymnasio clarissimos eloquentiæ professores Petrum Nanium &, qui hunc excepit, Cornelium Valerium, qui omnia scripta sua, quibus orbem disciplinarum feliciter absolvit, cum nostro maxime conferebat, necnon & in Mathematicis Gemmam Frisium magno compendio frequentavit. Vix dum natus annos undeviginti ad *Ciceronis Topica* vulgasse dicitur rudia illa quidem, sed quæ bonæ indolis argumento essent, *Commentaria*, atque item alia vigesimo quarto ætatis *in Timæum Platonis.* Carus admodum viris principibus propter singularem eruditionem vixit, quos demereri librorum suorum nuncupatione duxit officii, observantiæque. Ad ultimum evocatus a Philippo Rege in patriam, qui Caroli Principis studia moderaretur, properante fato periisse naufragio fertur maxima literarum & literatorum jactura; quibus spem non vanam clarissimorum in philosophica re quamplurium monumentorum, ætas si superesset, viri summi existimatio plane fecerat. Philosophiam præcipue Latinis literis illustrandam, quo sequeretur Marci Tullii exemplum, atque a barbarie rudiorum temporum vindicandam Foxium suscepisse indicio sunt hæc ejus opera:

De Studii Philosophici ratione, ad Franciscum fratrem, libellus, cum alibi, hoc est Antuerpiæ, tum Lugduni Batavorum una cum Petri Joannis Nunnesii *De recte conficiendo curriculo Philosophico*, 1621. 8.

De Usu & exercitatione Dialectica, liber unus. Basileæ 1556. in 8. simulque:

De Demonstratione, ejusque necessitate ac vi, liber I.

De Juventute; atque:

De Honore libelli: hi quatuor simul anno 1556. 8. Basileæ typis Joannis Oporini & Lovanii typis Colonæi 1554. in 8. Prior ille *De Juventute* versus Gallice a Francisco Barraud Turonensi Parisiis editus fuit ab Antonio Hovic 1579. in 8.

In Topica Ciceronis Paraphrasis & Scholia; ad Petrum Afan de Ribera Tarifæ marchionem. Antuerpiæ 1550. in 8.

De Naturæ Philosophia seu de Platonis & Aristotelis consensione, libri V. Lovanii 1554. in 8. Parisiis 1560. 8. & 1589. itemque Witebergæ eodem anno, Lugdunique Batavorum 1622. in 8.

Compendium Ethices Philosophiæ ex Platone, Aristotele, aliisque authoribus collectum. Basileæ 1554. in 8.

De Regno & Regis institutione lib. III. Antuerpiæ 1556. 8. ad Joannem Cerdam Medinæcoeli ducem, qui quidem una cum Scipionis Ammirati *Discursibus in Tacitum* sub incerti nomine magna editoris incuria prodierunt alicubi.

In Platonis Timæum seu de universo, Commentarius; ad D. Franciscum Bobadillam Mendozium. Basileæ apud Joannem Oporinum 1554. in folio.

In Phœdonem, sive de Animarum immortalitate. Basileæ apud Joannem Oporinum 1556. Gundisalvo Perezio Philippo Angliæ Regi a secretis dicatus.

In Ejusdem X. Libros de Republica Commentarii; ad Antonium Perrennotum Granvellanum Atrebatensem præsulem. Basileæ apud Joannem Oporinum 1556. folio.

De Imitatione, sive de informandi styli ratione libri duo. Antuerpiæ 1554. in 8.

De Historiæ Institutione Dialogus; ad Ludovicum Cerdam. Antuerpiæ, Parisiisque 1557. in 8. ac rursus Antuerpiæ 1564. Hunc librum *gravem & doctum* appellat Antonius Possevinus in *Bibliothecæ* lib. XVI. cap. V. In *Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ*, ubi de Antonio Galatheo, reperio librum hujus *De Situ elementorum* Basileæ excusum fuisse una cum Sebastiani Foxii libro ejusdem argumenti; at nihil de eo in Sebastiano Foxio: si non commentarius ille *in Timæum* designatur: quod vix

vix credo. Cogitabat noſter compendium formare geometriæ, ſive communem rationem demonſtrandi in geometria quæ non ſingularibus uniuſcujuſque propoſitionis demonſtrationibus, ſed communibus præceptis conſtaret, ut de ſe ipſe auctor eſt in libello prius laudato *De Philoſophici ſtudii ratione.* Diverſi ab his omnibus operis mentionem habet in ſchedis ſuis ad *Univerſalem Bibliothecam* Alfonſus Ciaconius; ſcilicet ita inſcripti: *Duodecim locorum communium tituli & ordines centum & quinquaginta ad ſeriem Prædicamentorum deſcripti, in quos ceu certos nidos & capſulas, quæcumque ſunt uſquam ex auctoribus colligenda, Lectores congerant ſtudioſi.* Elogiis quidem meritis doctiſſimi Europæ viri Sebaſtianum ornare ſolent. Aubertus Miræus *Philoſophum ævi ſui diſertiſſimum* vocat in *Elogiis Belgicis* Cornelium Valerium laudans; Gerardus Joannes Voſſius ſimiliter *Philoſophum præſtantiſſimum, elegantiſſimum & doctiſſimum.* Gabriel Naudæus in *Bibliographia Politica* ſic cenſet de interpretibus ſeu explanatoribus Platonis *Reipublicæ* operis, Sebaſtianum hunc *multa paucis, Pompejum vero GarIglianum pauca multis complexos eſſe.*

D. SEBASTIANUS FRANCISCUS DE MEDRANO, Matritenſis, protonotarius apoſtolicus, ſcripſit:

Caridad y miſericordia que preciſamente deben los Fieles a la neceſidad que padecen las Almas del Purgatorio. Madriti 1650.

Soliloquios del Ave Maria. Ibidem 1629. in 16.

Favores de las Muſas.

F. SEBASTIANUS DE FRIAS SALAZAR, monachus Ciſtercienſis monaſterii Vallisparadiſi, edidit:

Triumfos de la Cruz. Juliobrigæ 1597. in 4. Pintiæque 1606. in 4.

Vida de Santo Thomas Cantuarienſe: teſte Chryſoſtomo Henriquez in *Phœnice.*

F. SEBASTIANUS GARZIA, patria ex oppido Alicante Valentini regni, Auguſtinianus, Valentinæ urbis lycei profeſſor theologus, præfectuſque Aragonenſis provinciæ, linguarum præcipuas Latinam, Græcam, Hebraicam apprime calluit:

*Duaſ*que *Orationes* in publicum emiſit. De quonam argumento tacent domeſtici teſtes.

Denatus fuit Valentiæ anno MDCXXXIII.

SEBASTIANUS GOMEZ DE FIGUEREDO, Luſitanus, Salmanticæ olim profeſſor philoſophus, atque ad D. Magdalenæ ſodalis, deinde Bracharenſis S. Petri collegii rector, eccleſiæque hujus urbis metropolitanæ canonicus concionum intentus curæ, edidit:

Milicia Chriſtiana de los tres enemigos del' alma; apud Joannem Fernandez 1596. in 4.

Deinde apud Nabantinos (Tomar oppidum vocant) ordinarius, eorumque & aliorum quotquot ad ordinem & militiam Jeſu Chriſti ſpectant, prælatus & adminiſtrator, foras dedit:

Homiliarium Dominicale a Dominica prima Adventus ad Dominicam Trinitatis. Lugduni apud Horatium Cardon 1606. in 8.

Idem edidit:

In Pſalmum L. *Miſerere mei.* Salmanticæ 1589. in 8. Lugdunique apud Horatium Cardon 1601. in 8.

SEBASTIANUS GONZALEZ, Luſitanus, ex Ponte-de-Lima Interamnenſis provinciæ oppido, Societatis Jeſu ſacerdos, in Goenſi profeſſa, ut vocant, domo Luſitanæ Indiæ pluribus vixit annis, & præfectum egit. Ejus ſunt, Luſitana, ut credo:

Hiſtoria de los Varones iluſtres de todas las Ordenes de Religioſos, que por toda la India Oriental florecieron en ſantidad y letras; y en particular de los de la Compañia de Jeſus que padecieron martyrio.

De los Hechos eſclarecidos en la India Oriental de los Religioſos de la Compañia de Jeſus.

Hæc duo opera tribuit ei Alegambius; quæ unum & idem eſſe exiſtimo. Sane hujus auctoris laudari a Luſitanis video: *La Hiſtoria de las provincias de la India*, uti appellat Rodericus a Cunha in *Hiſtoriæ Bracharenſis* altera parte cap. LXXXIX. ſive *Hiſtoria da India*, uti vocat Georgius Cardoſus in *Agiologio.* Obiit Goæ anno MDCXIX. ætatis LXIII. Chronographum ſuæ religionis in India, necnon Franciſcanorum in Portugallia vocat eum idem Cardoſus in ſchedis MSS.

SEBASTIANUS GONZALEZ, edidit:

Valor, ley y peſo de las monedas antiguas de plata de Caſtilla, y arbitrio del conſumo del vellon. Madriti 1658.

D. SEBASTIANUS DE HOROZCO, Toletanus, juriſconſultus, ſcripſit:

Relacion verdadera del levantamiento de los Moriſcos en el reyno de Granada y Hiſtoria de ſu guerra.

Coſas que paſaron muerta la Reyna Catolica, y lo particular de las Comunidades.

Conſejos y Proverbios en verſo para ſus Hijos, que deſpues glosó.

Refranes vulgares gloſados.

Libro de Cuentos.

Del Numero ſeptenario.

Suma de la Coronica de Portugal desde su principio hasta el Rey D. Juan, sacada de autores Portuguesses, el primer libro de Duarte Galban, el II. de Ruy de Pina Secretario y Coronista de D. Juan el II.

Horum omnium volumen MS. vidit D. Thomas Tamajus. Pater hic fuit Sebastiani & Joannis de Horozco & Covarrubias, quorum locis suis mentio fit.

SEBASTIANUS IZQUIERDO, Alcarazensis (dioecesis Toletanæ municipium satis nobile Alcaraz est in confinio Castellæ & Bæticæ) Jesuitarum sacerdos, supremi Inquisitionis senatus patrum consultor theologus, olimque sacræ hujus scientiæ apud Complutenses domi professor, demum pro Hispaniæ provinciis in alma urbe reverendissimi præfecti generalis Joannis Pauli Olivæ a consultationibus (assistentem vocant) edidit:

Pharum Scientiarum; hoc est, *Dialecticam.* Lugduni 1659. in folio.

De Deo Uno, opus Theologicum. Romæ 1664. in folio, ad eminentissimum D. Paschalem cardinalem de Aragonia. Ejusdem operis tomum secundum iisdem typis 1670. in folio. Hispane scripsit:

Practica de exercicios espirituales. Romæ apud Varesium 1665. in 8.

Consideraciones sobre las quatro postrimerias. Iisdem typis 1672. in 12. & Italice 1673. in 12.

De los medios para conseguir la salud eterna. Iisdem typis 1674. in 12. Italice quoque eodem anno.

Obiit tandem diem suum xv. aut xvi. Februarii MDCLXXX. Romæ, uno major octogenario.

SEBASTIANUS DE MAGALHAENS, Lusitanus, Jesuita, vertit in vernaculam hujus gentis linguam patris Francisci de Rougemont Belgæ:

Historiam Tartaro-Sinicam novam complectentem aulicam, bellicamque inter Sinas disciplinam, necnon statum Religionis Christianæ ab anno MDCLX. ad MDCLXVIII. Olisipone typis Joannis a Costa 1672. in 4.

F. SEBASTIANUS MANRIQUE, ordinis S. Augustini, missionarius apostolicus tredecennio integro variis in provinciis plagæ orbis ad Orientem positæ, confecit reversus & in publicum edidit, cum Romæ degeret provinciæ suæ Lusitanæ procurator & generalis diffinitor:

Itinerario de las Misiones que hizo al Oriente con una sumaria Relacion del grande y opulento Imperio del Emperador Xa-Ziahan Corrombo Gran Mogol, y de otros Reyes infieles en cuyos reynos asisten los Religiosos de San Agustin. Romæ apud Franciscum Cavallum 1649. in 4.

SEBASTIANUS DE MATIENZO, Burgensis, Jesuita, literas egregie doctus, a quibus humani audimus, earumque inter domesticos, exterosque Jesuitarum scholas frequentantes plurium annorum doctor, edidit sub nomine Sebastiani Burgensis:

Rhetoricam.

Deinde se prodens auctorem:

Commentationes selectas, ethicas, politicas in P. Virgilii Maronis Æneidem. Lugduni apud Horatium Boissat & Georgium Romeus 1662. in 4.

SEBASTIANUS DE MESA, Matritensis, scripsit, seu in vernaculum forte ex Conestagii Italico, vertit:

Jornada del Rey D. Sebastian a Africa y union de Portugal a Castilla. Barcinone 1630.

Editioni paratum ab eo esse opus, *Virtud de las Fuentes y bondad de las aguas* inscriptum, Joannes Perez de Montalban olim retulit. Parochus fuit ad S. Justi curiæ Matritensis.

SEBASTIANUS MEY, Valentinus, Sebastiani Mey typographi forsan filius, edidit:

Fabulario de Quentos antiguos y nuevos. Valentiæ apud Philippum Mey 1613. in 8.

SEBASTIANUS MORALEZ, Funchalensis, quod Maderæ Insulæ princeps est oppidum, Funchal nuncupatum, Societatis Jesu sacerdos, robustæ virtutis vir, doctrinæque præstantis, uti ait *Bibliothecæ Societatis* auctor, Serenissimæ Mariæ Lusitanæ, quæ Alexandro Farnesio Parmæ & Placentiæ duci conjux fuit, in Italia & Belgio confessiones excepit; eidem principi fœminæ a concionibus. Post ejus mortem in patriam reversus, ac præfectus provinciæ factus, volente Philippo Rege primus Japoniæ episcopus renuntiatus fuit a Pont. Max. anno MDLXXXVII. opportune quidem, nisi per viam Mosambici Æthiopiæ Orientalis urbe magno Japoniæ dispendio extinctus fuisset. Scripsit Italice:

Vita e morte della Serenissima Maria di Portugallo Principessa di Parma e di Piacenza. Romæ 1580. in 12. Franciscus Alvaradus ejusdem Societatis Hispane, hoc est, Castellane, vertit.

D. SEBASTIANUS MUÑOZ SUAREZ, presbyter, S. Officii, uti nuncupari amat, commissarius, scripsit:

Vida del Venerable Siervo de Dios Fr. Fran-

Francisco de la Cruz, Religioso de vida activa del orden de Nuestra Señora del Carmen, el primer hijo de la Iglesia, que hizo peregrinacion a los santos lugares de Gerusalem, Roma y Sant-Iago de Galicia con cruz a cuestas. Madriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1667. 4.

D. SEBASTIANUS NICOLINI, canonicus Setabensis collegiatæ ecclesiæ in regno Valentino, scripsit:

Cabeza visible catholica, y vicaria infalible de Christo &c. o *Epitome historial eclesiastico.* Valentiæ 1659. apud Hieronymum de Villagrassa in 4.

SEBASTIANUS DE NIEVA, nescio quis, scripsit:

Historia del Santo Niño de la Guardia.

Idem, credo, cum Sebastiano de Nieva Calvo, qui poema conscripsit hujus tituli:

La Mejor Muger, Madre y Virgen, sus excelencias, vida y grandezas. Madriti 1625. in 4.

SEBASTIANUS DE NOVAES, Lusitanus, Societatis Jesu sacerdos, edidit Latinum opus elegans hujus tituli:

Lilium inter spinas, sive conceptum Dei Genitricis incontaminatum. Conimbricæ apud Didacum Gomez 1648. in 16.

SEBASTIANUS NUÑEZ, Lusitanus, medicus, scripsit nescio quid:

De Peste. Conimbricæ 1601. in 4. Cardosus.

F. SEBASTIANUS DE OLMEDO, Dominicanus provinciæ Castellæ atque Abulensis domus, floruit maxime circa annum MDLX. Joannes Marieta scribit confecisse eum breve, sed accuratissimum *Chronicon* sui ordinis ab origine ipso ad suam ætatem. Opus hoc Franciscus Augustinus de Ecclesia in *Catalogo suo Pedemontanorum in Italia Præsulum*:

Generalium Præfectorum ordinis Dominicani vitas & res gestas, nuncupat. Franciscus Peña initio *Directorii Nicolai Eimerici*, cum de vita hujus refert, *De initio & progressu ordinis Fratrum Prædicatorum* vocat. Seraphinus autem Razzi in *Historia* Italica *Virorum illustrium ordinis Prædicatorum* non ultra XXII. præfectum generalem progressum eum refert.

F. SEBASTIANUS DE LA PARRA, monachus Cisterciensis Carraceti monasterii, poesim coluit maxime, quam & multo rerum sacrarum ac philosophiæ studio excoluit. Ejus sunt:

Vita S. Theresiæ a Jesu fundatricis Discalceatorum Carmelitarum lib. 1. Salm. 1609. in 8. & 1610. in 4. Opus hoc Latinumne an vulgare sit adhuc quæro, nec domestici testes docent.

De Laudibus ejusdem *S. Virginis Hymni.* Medinæ-campi 1615.

Officium ejusdem almæ Virginis.

De Laudibus S. Ignatii Societatis Jesu fundatoris Carmina Latina & Hispana. Salmanticæ 1610.

Abbatiale ac visitatoris generalis munus apud sodales gessit.

SEBASTIANUS PEREZ, Bæticus, Montillæ diœcesis Cordubensis excellentissimorum Priegui marchionum oppido natus, toparchæ sui geminam prolem Antonium & Laurentium domi prius recta educatione ac literis instituit, exindeque studia eorum & mores in Salmantina academia est moderatus: in qua ipse Ovetensis collegii sodalibus annumerari, professorque philosophus in schola designari promeruit. At inde a Philippo Rege II. evocatus in Escurialensem domum, ut adolescentulos sæculares collegii in ea fundati doceret sacras literas, Alberti cardinalis Austriaci præceptorem non multo post gerere jussus fuit; indeque ad Uxamensem ecclesiam delectus, anno tertio & octogesimo supra sexquimillesimum eo tendit episcopus: in quo munere adhuc integrum decennium superstes pastoralibus tunc dotibus nihilo minus quam olim scholæ virtutibus, doctrinæque laude floruisse refertur. Edidit, dum Salmanticæ philosophiam doceret:

Aristotelem de Anima, Latina interpretatione, commentariis & disputationibus illustratum. Salmanticæ apud Joannem Mariam de Terranova 1564. in 4.

Deinde alia, scilicet:

De Sensibus Sacræ Scripturæ. Burgis 1587.

De Sacramentis in genere, de Baptismo, Confirmatione, Eucharistiæ Sacramento & Sacrificio, Canonis Missæ explicatione, commentaria & disputationes analyticas in Quæstiones Tertiæ Partis S. Thomæ a LX. *usque ad* LXXIII. Burgis 1588. in folio.

Vulgari autem lingua:

Doctrina Christiana y su declaracion. In Burgo, ut vocant, Uxamensi apud Didacum Fernandez 1586. in 12.

Inedita reliquit:

Super Primam secundæ S. Thomæ Commentaria.

SEBASTIANUS PEREZ, nescio quis, vertit primum in vernaculum sermonem nostræ gentis:

La Introduccion a la Vida devota de Fran-

cisco de Sales Obispo de Ginevra. Bruxellis 1618.

Sed hanc interpretationem Sebastiano Fernandez de Izaguirre supra nos adscripsimus. Videant, quibus ad manum liber erit.

SEBASTIANUS PIRES, Lusitanus, Portuensis, edidit:

Representaçaõ dos Gloriosos feitos de Joseph tirada do Sagrado Testo em verso. Conimbricæ 1557.

Adjungitur:

Egloga chiamata Sylveira che fes sendo Feitor de Faial anno 1556. Cardosus.

F. SEBASTIANUS PONS, Catalanus, ordinis S. Dominici Barcinonensis S. Onuphrii cœnobii, apud Gallos ad S. Maximini theologiæ professor, scripsisse dicitur:

Adversus Hæreses Hugonotorum & Calvinistarum libros duos; teste Alphonso Fernandez, qui vivere eum suo tempore adjungit.

F. SEBASTIANUS RIBERO, Franciscanus, apud Indos Occidentales manens edidit lingua Otomina:

Vocabulario de la lengua Otomi.

Antonius Leonius, Lucas Waddingus.

SEBASTIANUS SALELLES, gente Valentinus, patria ex Gandia oppido, Societatis Jesu sacerdos ab anno exacti sæculi nonagesimo, Melitæ atque aliis in locis theologiam docuit, qua mores instruuntur, atque humanis actionibus forma præscribitur. Scripsitque:

De Materia Tribunalium S. Inquisitionis, seu de regulis multiplicibus pro formando quovis eorum Ministro, præsertim Consultore, præmissis XIII. Prolegomenis De Origine & progressu dictorum Tribunalium; tribus voluminibus. Romæ 1651. in folio.

Fabius olim Chisius inquisitor Melitensis, Sanctissimus inde Alexander VII. P. M. notum sibi ex cohabitatione hujus insulæ, multoque magis ex communione studiorum hominem celebravit in *Musis juvenilibus*, quarum e purpura hæc sunt panno huic attexta:

..............Caros hic inter amicos
Ille meus vivit solidæ virtutis amator,
Et bonus & sancto doctissimus ore Salelles
Ordinis egregii columen memorabile Jesu;
Sæpe tibi assideat consultor providus æqui:
Excipias illum gratis amplexibus ultro,
Et fruere alloquiis. Faustam tibi gratulor istam,
Haud equidem invideo sortem. Sed, quæso, potenter
Illum adigas stimulis festinet grande volumen
Et cedro dignum venturis tradere sæclis.
Religionis opes, magni & monumenta beati
Ingenii excipient, æternum grata, nepotes,
Hæresios poterunt queis putrida membra saliri,
Interitu revocata pii medicamine patris.
Quodque diu vivens, propriis abstractus Iberis,
(Gloria sit superis) Melitensi præstitit oræ,
Pagina christicolas late diffusa per omnes
Perpetuum peragat felici sidere munus.
Auspiciis cœptum nostris in luminis auras
Perfectum producat opus, cui verba superni
Numinis arrident, mortali voce loquuti,
Vos estis sal terræ: sal hic nomine, sal re.

SEBASTIANUS DE SOTO, Matritensis medicus, scripsit:

Accuratam & brevem Summularum expositionem. Matriti 1636. apud Joannem Sanchez.

Exercitationes Medicas de curandis febrium differentiis. Matriti apud Joannem Sanchez 1638. in 8. Vernacule autem:

Discurso medico y moral de las enfermedades por que seguramente pueden las Religiosas dexar la clausura. Ibidem apud Joannem Sanchez 1639. in 8.

F. SEBASTIANUS TOSCANO, Lusitanus, Portuensis, ex ordine eremitarum S. Augustini, ad quem in Salmantinæ urbis cœnobio accessit anno superioris sæculi trigesimo tertio, ac sub inclyti sanctitate viri Thomæ Villanovani disciplina valde in sapientiæ studio profecit; in Italiam post decennium veniens, Marco Trevisano, qui totius ordinis chronographus vixerat, succenturiatus est, studiisque ad S. Joannem Carbonarium Neapoli præfectus simul datus, sacræque theologiæ magister post creatus. Seripando etiam totius ordinis generali præfecto a secretis fuisse dicitur. In patriam redux anno MDXLVII. Lusitanam provinciam bis moderatus fuit, primum ex anno MDLXXII. iterumque ante MDLXXX. concionum de rebus sacris habendarum merito spectatissimus, tum Carolo V. Cæsari dum inter Castellanos versaretur, tum reversus in patriam Joanni III. Portugalliæ Regi a sacro & evangelico hoc munere, eruditione atque eloquentia, si quis alius, ætate illa præstans; edidit:

Commentaria in Jonam Prophetam. Venetiis 1573.

Theologiam mysticam. Olisipone 1568. Deinde Venetiis 1573. ad Sebastianum Regem: cujus interpretatio Castellana lingua auctore Gundisalvo de Illescas prodiit Matriti 1573. in 8.

In Joelem etiam *commentaria* tribuunt ei Josephus Pamphilus, Possevinus & Thomas Herrera. Utilia quidem & commendanda non solum ob piam & germanam interpretatio-

tionem, ſed quod ad hæreticorum dogmata extirpanda conducant, ait Ciaconius in ſchedis.

Confeſſiones quoque *S. Auguſtini* in vernaculum vertit, quæ Antuerpiæ anno 1555. & Coloniæ prodierunt anno 1556. rogatu Dom. Eleonoræ Maſcarenhas: aliaque nondum edita.

Oliſipone denatus eſt die XIII. Junii anno MDLXXX. dum provinciæ ſuæ iterum præeſſet; cujus res geſtas in literas redegit Thomas Herrera in *Salmantinæ Auguſtinianæ domus Hiſtoriæ* cap. LIV. Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* die XIII. Junii. Eloquentiæ illius teſtimonium reliquit fide ſatis dignum Gundiſalvus Illeſcas celebris hujus ævi hiſtoricus in vita Innocentii III. cujus & aliorum de noſtro verba idem Cardoſus adducit.

D. SEBASTIANUS DE UCEDO, ex patribus in Atienza Caſtellæ oppido natis Alexandriæ apud Inſubres lucem vidit, atque in Mediolanenſi ducatu rationarii præcipui exercituum, caſtrorum, ac tormentariæ rei munus jam diu exercet, miſſus aliquando Regio nomine ad N. Brandemburgenſem marchionem S. R. I. electorem, vir politicis rebus & hiſtoricis, quæ mutuo ſeſe amplectuntur, non mediocriter exercitatus, variis lucubrationibus orbi erudito ſe totum reddidit; nempe ſcribens:

Los caracteres de las Paſiones humanas, y Arte de conocer el Hombre, ſive librum hujus argumenti ac tituli N. de la Chambre medici Galli doctiſſimi: in Hiſpanicum e Gallico verſum, tum Mediolani, tum Berlini Brandemburgenſis electoris curiæ editum.

Principe deliberante; & hunc quoque ex Italico Hiſpanicum factum opus. Oſunæ duci Mediolanenſis ducatus tunc temporis gubernatori dicatum. Mediolani.

Indice del Mundo conocido, Obra Geografica, Topografica, y Hidrografica para facilitar la inteligencia del dominio de los Reyes y Principes. Mediolani quoque publicatum anno 1672. in 4.

Tratado economico ſobre la defenſa del Eſtado de Milan, y de ſus riberas, fortificacion de ſus Plazas, ſu ſituacion, y dotacion del Exercito y guarniciones tanto para el tiempo de la Paz, como para el de la Guerra.

El Conſejo fiel para las coſas preſentes de Italia. MS.

Theatro de la Gloria conſagrado a la Excelentiſima Señora Doña Feliche de Sandoval Henriquez Duqueſa de Uceda difunta, por el Excelentiſimo Señor D. Gaſpar Tellez Giron Duque de Oſuna Governador de Milan en ſus ſolemnes Exequias celebradas en Milan. Mediolani editum.

La Politica del Tiempo. MS.

El Viage inſtructuoſo del Conde de Vindiſgrats a Paris. MS.

La Inſtruccion que formó Franciſco la Mote la Vaier para la educacion de Luis XIV. Rey de Francia.

La Virtud de los Paganos ejuſdem auctoris, utrumque opus e Gallico Hiſpanum factum. Et alia paſſim & pro incidentibus rerum momentis ab eo conſcripta, ut in ſchedis interim lateant.

SEBASTIANUS VELEZ DE GUEVARA, ſcripſit:

Romancero, primera y ſegunda y tercera Parte. 1594. in 8.

SEBASTIANUS VENTURA DE VERGARA SALCEDO, ſcripſit carmine:

Ideas de Apolo y dignas tareas del ocio corteſano. Matriti apud Andream Garzia de la Igleſia 1663. in 4.

F. SEBASTIANUS VERDEJO, Franciſcanus provinciæ Carthaginenſis, edidit:

Inſtruccion para rezar el Oficio de la Santa Cruz; ſimulque:

Lamentacion en la muerte de Fr. Nicolas Factor.

SEBASTIANUS VINCENTIUS DE VILLEGAS (Didaci, cæremoniarum in eccleſia Hiſpalenſi ut vocant magiſtri, an frater germanus?) libello diſcuſſit affirmative reſolvens:

Dubio ſobre ſi la Fieſta de la Immaculada Concepcion de Nueſtra Señora cayendo el año de MDCXIX. en la Dominica ſegunda de Adviento deba celebrarſe el miſmo dia, o tranſferirſe. Hiſpali 1619. in 4.

Vidit Petrus Alva in *Militia Conceptionis.*

SEBASTIANUS XIMENEZ, Toletanus, juriſconſultus, improbo tredecim annorum labore utiliſſimum conſcripſit juris utriuſque ſtudioſis opus hoc titulo inſigne:

Concordantiæ utriuſque Juris Civilis & canonici cum Legibus Partitarum, gloſſemmatibuſque Gregorii Lopez & plurimorum Doctorum. Toleti 1596. in folio. Quod vivus Antonio Covarrubiæ tunc temporis cancellario, & canonico Toletanæ eccleſiæ nuncupavit. At deerat conſilio auctoris quidquam, niſi antiquum jus non ſolum cum *Partitarum* legibus, ſed etiam cum novioribus Hiſpaniæ aliis pro omnimoda utriuſque juris cum Romani, tum Hiſpani notitia conferretur. Quod quidem renovata opera aggreſſus eſt, atque ad exitum perduxit, non tamen ipſe prelo mandaturus; quippe ante editionem quin-

quinquagenario major, eo jam tempore juris doctor, atque in Toletana diœcesi pro exequendis defunctorum voluntatibus judex renuntiatus ad plures abiit. Opus postumum prodiit hac inscriptione:

Concordantiarum Juris utriusque Pars secunda, in qua præter plures Leges Partitarum, quæ primæ deerant, tum omnes Leges, ut vocant, Regni, Styli, Ordinamenti & Novæ Recopilationis, una cum omnibus glossis in illas scribentium &c. continentur. Toleti anno 1619. in folio.

Parabat edere:

Privilegia quæ Archiepiscopo Toletano ut Patriarchæ competunt; cujus rei testem habeo D. Thomam Tamajum in *Elogiis Toletanorum fama doctrinæ insignium* nondum editis, & Joannem Narbonam in *Tract. de Appellat. a Vicario ad Concilium Archiepiscopi Toletani*, Parte II. fundam. I. num. 4.

SERAPHINUS.

F. SERAPHINUS DE FREITAS, Lusitanus, ex fratribus Sanctæ Mariæ de Mercede redemtionis captivorum, sacræ theologiæ magister, Pintiæ, in qua urbe se primum religioso statui mancipaverat, canonici juris cathedram, cujus eximia censebatur peritia, vespere lector diu administravit. Candidatus idem decretorum solemnis professionis apud Salmanticenses causa cecidit, duriorem hunc exitum nempe, ut ajunt, eo quod sensu aurium debiliori esset, sortitus. Eruditionem illius, nec vulgarem juris doctrinam, quæ viventem in paucis celebrem reddiderunt, commendat posteris liber:

De Justo Imperio Lusitanorum Asiatico, adversus Hugonis Grotii Batavi Mare liberum. Pintiæ apud Hieronymum Murillo 1625. in 4.

Scripsit quoque:

Additiones ad D. Roderici da Cunha Bracharensis Archiepiscopi Tractatum de Confessariis sollicitantibus. Pintiæ 1632. & antea 1620.

Scholia in Bullarium sui *ordinis*. Madriti 1636. in folio.

De Indulgentiis & Jubilæis; præsertim de Jubilæo magno. Pintiæ. Nescio an diversum ab alio isto vulgari libro, qui sequitur:

Resolucion de lo que se ha de hazer para ganar el Jubileo que el Papa Gregorio XV. concedió el año de MDCXXI. Salmanticæ eodem anno in 4.

De Valore Bullæ Cruciatæ quoad Regulares. Madriti in 8. Hic libellus displicuit valde cujusdam instituti sodalibus, qui feriri se non obscure eo animadvertentes, labefactarique inveteratas ejusdem persuasiones, coemtis ubique exemplaribus eum consumserunt.

Repetitionem in Cap. Sacris, De his quæ vi metusve causa fiunt. Pintiæ 1604. apud Ludovicum Sanchez in folio.

Locorum oppositorum Juris Canonici cum Jure civili. MS. reliquit opus, quod consignatum advocato cuidam Matritensi, ut typis traderet, nusquam comparuit.

Allegationem quamdam in jure doctissimam anni 1625. Atque item alteram pro comite de Fuentes Salmanticæ editam anno 1610. laudat Cardosus in schedis.

SIGISMUNDUS.

SIGISMUNDUS DE ESPUIOL, Catalanus, utriusque juris doctor, ex lare paterno (ut præ se fert inscriptio libri, quem statim laudamus) *d' Espuiol S. Hippolyti* Vicensis diœcesis ortus, & in Barcinonensi foro causarum patronus, edidit volumen:

Michaelis Ferrer Observantiarum sacri Regii Cataloniæ Senatus. Barcinone 1608. in folio.

Indicem singularium materiarum Doctorum Practicorum Cataloniæ, in quo latebræ, quæ in Thomæ Mieres Apparatu existebant abditæ, demonstrantur. Barcinone 1610. Hic est *Apparatus super Constitutionibus Curiarum generalium Cataloniæ*, auctore Thoma Mieres, qui prodierat olim Barcinone duobus tomis 1533.

SILVERIUS.

SILVERIUS BERNARDI, Valentinus, Morellæ diœcesis Dertusensis natus, juris doctor, fiscalisque advocatus regiæ visitationis generalis principatus Cataloniæ, edidit:

Juris Responsum super Jure Patronatus Ecclesiarum villæ Cervariæ, villarum & locorum termini ejusdem, &c. pro Philippo III. Hispaniarum Rege, uti administratore perpetuo ordinis Montesiæ. 1613. in 4.

SILVESTER.

F. SILVESTER FERNANDEZ, ordinis Mercenariorum, edidit:

Ceremonial de la Orden de la Merced. Madriti in 4.

Ceremonial Romano. Ibidem in 4.

Ceremonial para la Capilla Real. Hoc MS. in eadem regia capella asservatur.

Del Modo de dezir Misa. Prodiit quampluribus locis.

F. SILVESTER DE SAAVEDRA, Hispalensis, ordinis S. Mariæ de Mercede, adnumeratus ei in cœnobio ejusdem urbis, sacræ theologiæ magister, vir doctissimus, scripsit:

Sacram Deiparam, sive De omnipotentissima dignitate Dei Genitricis Immaculatissimæ. Lugduni apud Laurentium Anisson 1655. in folio.

Olim

Olim vero de eodem argumento vernacula lingua:

Razon del pecado original y preservacion del en la Concepcion puriſſima de Maria Nueſtra Señora. Hiſpali 1615. in 8. deductum nempe integrum opus e libris Petri de Oña Cajetani epiſcopi ejuſdem cum noſtro inſtituti.

SILVESTER VALASCO, edidit:

Libro de Fiſiognomia. Hiſpali 1517.

SIMON.

SIMON DE ARAUXO, Luſitanus, Jeſuita, ut credo, ſcripſit:

Ottavario que fes o Bisbo Valadares na Cidade do Porto pe las calamidades do Reino. Portu 1631. in 4. Cardoſus.

SIMON BARRETO DE MENESES, Luſitanus, ſcripſit:

De Familiis (Portugalliæ, ut credimus) librum, quem apud Benedictum de Sylva ejus fratrem eſſe MS. refert Felix Machado de Sylva marchio Montis belli in Memoriali ſuæ familiæ pag. 172.

SIMON CARDOSO PEREIRA, Luſitanus, auctor laudatur:

Genealogici cujuſdam *operis.*

F. SIMON DE CASTILBRANCO, eremita Auguſtinianus, edidit:

Vida de S. Juan de Sahagun: anno 1669.

F. SIMON COELHO, Luſitanus, Oliſiponenſis, Carmelita, domus urbis ſuæ alumnus, cui & præfuit, uti & provinciæ integræ anno MDLXXXIV. ſacræ theologiæ doctor Piſanus, vir multa eruditione ac pietate, eaque converſandi modeſtia & morum gravitate, ut laudaturi ſodales perfectum aliquem cœtus ſui virum, Simoni Coelho huic veluti proverbialiter comparent. Vulgavit populari idiomate:

Antiguidade da Ordem de Noſſa Senhora do Carmo. Oliſipone 1572. apud Antonium Gonzalez in 4. Quam apologiæ nomine compellare ſolent domeſtici, & cum his Georgius Cardoſus ſtatim nominandus. Diverſum ab hoc opus eſt, ut videtur:

Hiſtoria da Provincia de Portugal de Noſſa Senhora do Carmo: cujus diſerte meminit Cardoſus in *Agiologio Luſitano* XII. Maii lit. d. pag. 218. & ſequenti die lit. f. pag. 236. primum ſcilicet ex quatuor voluminibus, quibus tota hiſtoria continetur, ut hoc poſtremo loco agiologus annotat.

Da Vida activa & contemplativa, dialogiſticum librum; alioſque tractatus *de Arte gnomonica*, atque item *Annotata* plura *ex SS. Patribus*, uti refert Cardoſus ubi proxime.

Commentaria quoque ſcripſiſſe eum in *Regulam Alberti Patriarchæ* apud nonneminem legimus.

Natus anno MDXIIII. denatus fuit XIII. Maii die anni MDCVI. ætatis ſuæ XCII. religioſæ vitæ LXX.

SIMON DE CRASTO, Luſitanus poeta, neſcio quid metricum dedicavit Joanni duci..... una & *dialogum.* Conimbricæ 1550. in 8. Cardoſus.

SIMON DIAZ DE FRIAS, Segovienſis, Turris-Eccleſiæ oppidi curio, ſcripſit:

Enſeñas de la devotiſima Ermita y nuevo Santuario de la Madre de Dios de la Fuencisla, y fieſtas que en ſu translacion hizo la ciudad de Segovia. Valladoliti 1614. in 8.

Excelencias de San Frutos.

Ceſſit e vivis anno MDCXXVIII. ætatis ſuæ LXVII.

SIMON ESTACIUS DE SILVEIRA, Luſitanus, ſcripſit vernaculo idiotiſmo:

Relacion de las coſas del Marañon. 1624. in folio. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica.*

SIMON GARZIA, Oliſiponenſis, poeta comicus, laudatur a Cardoſo tanquam auctor *Comœdiarum* celeberrimus ævi ſui.

SIMON DE HERRERO, edidit:

Flor de Secretos. 1626. in 8. Barcinone.

F. SIMON DE LARA, ex ſodalibus Beatæ Mariæ de Mercede, qui captivos redimunt, ſcriptam manu reliquit:

Relacion de los Religioſos de buena vida y exemplo que han florecido en el reyno de Chile de la Orden de la Merced, y los grandes ſervicios que han hecho a las dos Mageſtades deſde el año de MDXLII. haſta el de MDCXXIV. Erat apud Alphonſum Ramon, ſive Raymundum ordinis chronographum, teſte Antonio Leonio in *Bibliotheca Indica* tit. IX.

F. SIMON DE LUCE, vulgo DA LUZ, Luſitanus, ex familia fratrum Prædicatorum, ſcripſit:

Relaçaõ dos Martyres Dominicanos nas partes da India do anno MDCXVII. ate MDCXXIV. Meminit Cardoſus in *Agiologio Luſitano* XXVII. Martii, pag. 334. tomo II. & XIX. ac XXII. Maii, pag. 326. & 354. tomo III.

SI-

SIMON MACHADO, Lusitanus, poeta magnæ inter suos celebritatis, scripsit:

Comedias ; Primeira y segunda parte do cerco de Dio ; primeira y segunda parte da Pastora Alphea. Olisipone 1631. in 4. Hunc religioso Minorum fratrum instituto in provincia Aragoniæ postea addictum fuisse docuit nos Georgius Cardosus in schedis suis MSS. quas vidimus.

SIMON DE MIRANDA, Lusitanus, Scalabi natus, in Africana Sebastiani Regis infelicissima expeditione miles, scripsisse dicitur:

De Re militari nescio quid. Cardosus.

F. SIMON DE NIVIBUS (DAS NEVES vulgo, quod est a mysterio nivium festi Deiparæ Virginis cognominari) Lusitanus, Cisterciensis monachus, edidit:

Super Cap. secundum Evangelii S. Matthæi: anno 1615.

F. SIMON NUÑEZ AB ASCENSIONE, Lusitanus, ordinis sanctissimæ Trinitatis, provinciæ tamen Bæticæ celebratur a Bernardino de Sancto Antonio sodali ejusdem ordinis in *Epitome Redemptionum*, ut auctor operis ita inscripti:

De Mystica Cruce Sodalium ordinis Sanctissimæ Trinitatis ; ad generalem ordinis præfectum Fr. Franciscum Petit : anno 1609.

SIMON DE OLIVEIRA, Lusitanus, scripsit:

Arte de Navegaçaõ, artem nauticam. Olisipone 1606. in 4. Cardosus.

SIMON DE OLIVEIRA A COSTA, Lusitanus supremi senatus supplicationis in urbe Olisiponensi Gravaminum expeditor (*Desembargador dos agravos* vulgus vocat) edidit ad filium Ludovicum:

De munere Provisoris practicum compendium. Olisipone apud Joannem a Costa 1670. 4. hoc est de munere vicarii generalis.

SIMON RAMOS, alias RODRIGUEZ RAMOS, medicus doctor Hispalensis, suæque facultatis, ut scholastico verbo loquar, decanus, excellentissimorum Medinæsidoniæ ducum salutem curabat, Ursaoneve profitebatur, cum scriberet:

Tractatum de sero lactis & phtysana. Ursaone 1623. in 4. Appendicem circa tempus exhibendi ptissanam.

Invectivam Apologeticam miscellaneam in Gasparem Calderam Medicum Carmonensem circa intelligentiam verborum Plinii ; Atque etiam est morbus aliquis per sapientiam mori.

Apologiam de Pleuritide ; quo libro (ait Zacutus Lusitanus lib. II. quæst. XXVI.) *hoc argumentum adamussim exaravit.*

Apologiam in qua disputatur utrum liceat in morbis acutis medicamento purganti, quod minorativum vocant uti &c. Hispali 1619. 4.

Apologiam Argenti vivi temperamento atque usu unctionis hydrargiri tam in universis juncturis, quam in capite. Ibidem eodem anno 1619. 4.

Mysticam Apologiam adversus Astrologos. Hispali 1610. 4.

Antipologiam adversus calumniatores doctissimi Patris Joannis Bapt. a Poza Societatis Jesu. Antiquariæ apud Emmanuel. de Paiva Botello 1630. 4. cujus cum laude meminit Andreas Pinto Ramirez *Spicilegii sacri* cap. XXII. num. 4.

F. SIMON DE SALAZAR, Dominicanus, magister, ut vocant, studentium in universitate S. Jacobi urbis Pampilonensis, edidit:

Promptuario de materias morales en principios y reglas para examen de los que en breve se desean exponer para confesar. Sextum prodiit Vallisoleti ex officina Bartholomæi de Portoles 1667. in 8. cum *Additionibus* Emmanuelis Blanco ejusdem ordinis in Pintiano cœnobio. Barcinone apud Antonium Lacavalleria 1672. in 4.

SIMON DA SILVEIRA, Lusitanus, edidit:

Elegias do Bom Ladraõ e Magdalena. Olisipone 1567. in 4. Cardosus.

Libro de Cavallerias : & alium, cum Cardoso loquimur, *ad Ariosti poetæ Itali exemplar.*

SIMON DE TOVAR, medicus doctor Hispalensis, mathematicæ disciplinæ non ignarus, dedit utriusque artis hæc in publicum monumenta:

De Compositorum Medicamentorum examine novam methodum. Antuerpiæ in officina Plantiniana 1586. in 4.

Hispalensium Pharmacopoliorum recognitionem (a se olim factam una cum Francisco Sancio de Oropesa ejusdem urbis medico, Joannis Mendozæ Orgazii comitis, Hispalensium præfecti destinatione jussuque) *ubi de ponderum ab antiquis Medicis usitatorum restitutione : item de medicamentorum expurgantium tritura, ac multiplici in ea Pharmacopolarum errore* : adjungitur tandem positus antea atque editus seorsim liber *De Compositorum examine* ; tribus libris. Hispali 1587. in 4.

Vulgaris autem linguæ liber ab eo extat nautico-astronomicus hoc titulo:

Examen y Censura del modo de averiguar las

las alturas de las tierras por la altura de la estrella del Norte tomada con la ballestilla: ad Petrum Gutierrez Flores domus Hispalensis Indicæ negotiationis præsidem. Hispali apud Rodericum de Cabrera 1595. in 4.

SIMON VARAJAON, Lusitanus, scripsit:

Manual de Oraçoes traducidas de Latim. Conimbricæ 1577. in 8. Cardosus.

SIMON DE VASCONZELOS, Lusitanus, Portuensis, Jesuitarum sodalis, Bayæ in Brasilia nomine Societati dato, mansit in ea provincia professor humaniorum artium, atque inde philosophiæ, demum theologiæ. Obiitque rector collegii de Rio Janeiro, postquam Roma procurator suæ provinciæ rediisset, anno MDCLXX. major septuagenario. Edidit Lusitane:

Vitam P. Joannis de Almeida Societ. Jesu Prov. Brasiliæ. Ulisipone apud Craesbeck 1658. folio.

Chronicon Societatis ejusdem Provinciæ. Ibidem typis Henrici a Valencia 1663. in folio.

Vitam P. Josephi Anchieta. Ibidem apud Joannem da Costa 1672. in folio.

SIMON VAZ BARBOSA, Lusitanus, Vimaranensis, artium magister, jurisque doctor Conimbricensis, atque in patrii oppidi ecclesia collegiata canonicus, Augustini Barbosæ scriptoris hac ætate celebratissimi frater germanus, quemque ille, ut ejus opera & diligentia (Barbosæ verba fere audis *De officio & potestate Episcopi* parte I. tit. III. cap. VIII. num. 4.) in suis operibus conscribendis uteretur, Romam secum duxit; ex operibus his laudati Barbosæ fratris dedit foras:

Principia & locos communes seu regulas tam decisionum, quam argumentorum utriusque Juris. Lugduni 1630. in 8. & Genuæ 1650. Madritique cum *variorum additionibus* 1649. in 4. Sed prima editio illa videtur, quæ Romæ facta est anno 1621. Idem cum isto erit per me opus sic inscriptum: *Axiomata & loca communia juris, aucta & illustrata multis superadditis locis, axiomatibus, ampliationibus, & limitationibus a Licentiato Gabriele Alvarez de Velasco, cum additionibus Licentiati Sebastiani de Brito Pereira Lusitani equitis de Avis.* Conimbricæ editum typis Thomæ a Carvalho 1651. 4. Itemque:

Tractatum de Dignitate, origine & significatis mysteriosis Ecclesiasticorum graduum, officii divini, vestium Sacerdotalium & Pontificalium, atque verborum, cæremoniarum & aliarum rerum pertinentium ad sanctissimum Missæ sacrificium. Lugduni apud Laurentium Durand 1635. in 8.

Repertorium tamdem *Juris Civilis & Canonici.* Lugduni apud Joannem Hugetan & Guilielmum Barbier 1668. folio.

F. SIMON DE VIEIRA, Lusitanus, ordinis Eremitarum, scripsit, Cardoso teste:

Tragedias de asuntos sagrados.

D. SIMON DE VILLALOBOS, Didaci frater, cujus est *Commentarius* quidam de *rebus in Belgio* suo tempore *gestis*, scriptum reliquit moriens, quem frater ederet, libellum:

Del Modo de pelear a la gineta. Pintiæ apud Andream de Merchan 1605. in 8.

D. SIMON DE VILLALOBOS ET CALATAYU, D. Didaci de Villalobos & Benavides & D. Antoniæ de Calatayu & Zanoguera, ut videtur, filius, Simonis, quem proxime laudavimus, ex eodem Didaco fratre nepos, scripsit:

Paradoxa, seu civilis Philosophiæ speculationes, quibus theorice & practice aliquas Juris communis & Regni Leges novissime interpretatur &c. Madriti 1653. in 4.

F. SIMON DE VISITATIONE, Lusitanus, eremita Augustinianus, edidit:

Commentaria in Libros Meteororum ac de Cælo. Ursellis anno 1604.

SIXTUS.

SIXTUS TAVARES, Lusitanus, Olisiponensis sub Joanne III. Portugalliæ Rege, scripsit:

Familias de Portugal, quem librum jussit Rex in Turrim do Tombo ubi archivum Regium est, immitti. Forte aliud exemplum Carmelitani Olisiponenses penes se habent. Cardosus.

STEPHANUS.

STEPHANUS, quidam Lusitanus linguarum peritus, & magister philosophus, edidisse dicitur Emmanuelis Regis tempore:

Grammaticam Artem. Cardosus. Forte hic non diversus est ab Stephano Milite, seu nobili Lusitano, cujus *Grammatica in quinque libris summa diligentia correctis per venerabilem Joannem Petrum de Bonis-hominibus de Cremona*, Olisipone edita fuit anno 1517. in folio. Cujus quidem tamquam diversi auctoris idem Cardosus recordatur.

STEPHANUS DE AGUILAR, Americanus, Guadalaxarensis, Societatis Jesu presbyter, qui Mexici obiit anno MDCLXVIII. edidit:

Sermones varios, qui ob stili gravitatem, &

& dictionis proprietatem magno in pretio habentur, ut ait Sotuellus in Bibliotheca Societatis.

Carmen Panegyricum exametrum Latinum, quo exceptus fuit Prorex marchio de Villena anno MDCXL. Et *Carmina* Hispanica complura, quæ felici pangebat vena.

D. STEPHANUS DE AGUILAR ET ZUÑIGA, Escalonensis, doctor theologus, vigesimum secundum annum agens ætatis edidit concionatorium opus ita inscriptum:

Corona de Predicadores; seu de prædicatione Sancti Stephani. Madriti apud Mariam de Quiñones 1636. in 4.

Deinde post aliquot annos:

Combates de Job con el Demonio. Madriti 1642. in 4.

Estatura y arbol con voz politica, canonica, soñada, en que veló y se desveló Nabucodonosor y reveló Daniel, ataviada de divina y humana erudicion. Ibidem apud Julianum de Paredes 1661. in folio.

Tartaros en China ex Latino Martini Martinii. Matriti 1660. 8. Item ex Nicolai Caussini ..... vernacule edidit....

STEPHANUS DE ALVITO, Lusitanus, sacerdos regularis ordinis militaris Jesu Christi, Cardoso teste, aliquid *Artis Musicæ* elucubravit.

STEPHANUS DE AVILA, fortitus ex patria cognomentum veteris Castellæ urbe nobilissima, ex quo inter Jesu sodales voluit annumerari, factus est acuminis & eruditionis dotibus in dies celebrior. Indiam præcipue Occidentalem, eo delatus Limensisque adsumtus theologiæ professor, doctrinæ, singularis industriæ atque indefessi laboris, multarumque virtutum fama complevit. Totam quidem *Summam* doctoris Angelici, cui addictissimus fuisse dicitur, commentariis lustraverat, ex quibus erat fortasse plurima editurus, si lucis ei aliquanto longior usura contigisset. Extant utique postuma cura duo hæc opera, quæ absolutiora aliis auctor reliquerat:

De Censuris Ecclesiasticis Tractatus. Lugduni apud Horatium Cardon 1608. in 4. Coloniæque apud Petrum Haning 1622.

Compendium Summæ seu Manualis Doctoris Navarri in ordinem Alphabeti redactum. Lugduni apud Cardon 1609. Parisiis apud Jacobum Quesnel 1620. in 16.

STEPHANUS DE AVILA, scripsisse dicitur Hispane:

Del Domicilio, tractatum. Madriti 1609.

F. STEPHANUS BARELLAS, Catalanus, ordinis Minorum, scripsit:

Centuria, o Historia de los Condes de Barcelona D. Bernardo Barcino y D. Zinofre su hijo. Barcinone apud Cormellas 1600. folio. Hanc pseudo-historiam scripsisse olim, ast æqualem ejus temporis, scilicet quo totam Hispaniam Mauri adepti sunt, Capdevillam quemdam, quem Rabbinum vocat ex christianis parentibus natum in oppido Duasayguas; sed oppidi de Momblanc incolam: nec admonet nos, qua ex lingua in Hispanam hoc opus converterit. Configit hanc Historiam fictionis nomine Andreas Bosch lib. II. de *Titulis honorum* Catalanice scripto cap. XII.

STEPHANUS DE CASTRO, Lusitanus, Olisiponensis, Jesuita, viginti annos natus edidit vulgari gentis idiotismo:

Modo d' aiudar a ben morrer: sive methodum juvandi moribundos. Titulus libri *Aparelho per bem morrer.* Olisipone 1621.

F. STEPHANUS A CONCEPTIONE, Excalceatus ordinis Sanctiss. Trinitatis, edidit:

In Genesim volumen unum. Patria quoque lingua:

Arte de Predicar. Ex relatione Rever. admodum P. M. Fr. Francisci de Arcos ejusdem ordinis Calceatorum.

STEPHANUS DE CORBERA, Barcinonensis civis, vir multæ eruditionis ac domesticarum rerum curiosissimus, scripsit:

Vida y hechos maravillosos de Doña Maria Cervellon llamada Maria Socós Beata profesa de Nuestra Señora de la Merced con algunas antiguedades de Cataluña. Barcinone 1629. in folio.

Cataluña ilustrada. Quod opus MS. adhuc asservatur in privatorum bibliothecis, exemplumque ejus esse apud D. Raphaelem Vilosa regium senatorem concilii Aragoniæ a non nemine audivimus. Fuit quoque apud excellentissimum ducem de Montalto S. R. E. nunc cardinalem, quod in *Historia* nobilissimæ ejus familiæ *Moncadarum regni Siciliæ* refertur. Prodiit tandem Neapoli apud Antonium Gramignanum 1578. in folio e bibliotheca ejusdem Regii senatoris, curam editionis habente F. Josepho Gomez de Porres Carmelita, qui in præfatione, sive admonitionibus ad lectorem extare quoque ait ab auctore relictum opus *De los Sucesos de Catalanes y Aragoneses en la recuperacion de Sicilia*; necnon & aliud *Annotaciones y documentos de Principes* inscriptum.

STEPHANUS DAOIZ, Navarrus, Pampi-

pilone, regni regia natus, vir nobilis & Bononienfis Hifpanorum collegii S. Clementi facri, cum fodalis, tum rector, canonicufque doctoralis patriæ cathedralis ecclefiæ, magno & utiliffimo, atque omnes quorumcumque provocaturo labore formavit:

Indicem Juris civilis tam textus, quam Gloffæ. Venetiis 1610. in folio, duobus tomis; qui una cum *Corpore Juris civilis*, Lugduni atque alibi non femel editus eft.

Indicem Juris Pontificii; duobus aliis tomis. Burdegalæ 1623. & 1624. apud Jacobum Millanfium in folio.

Deceffit e vita anno MDCXIX.

F. STEPHANUS DUARTE, Catalanus, ordinis Carmelitarum, fcripfit lingua fuæ gentis:

De antiqua & magna devotione facri ordinis Carmelitarum erga puriffimam Beatæ Mariæ Virginis Conceptionem. Barcinone 1622. Meminit Petrus de Alva in *Militia Conceptionis.*

D. STEPHANUS EMMANUEL DE VILLEGAS, Najerenfis (quod oppidum Najera eft diœcefis Calagurritanæ ducali titulo, & antiqua nobilitate inclytum) poefim coluit, veteres five Latinos five Græcos, quorum aliqua, Horatii maxime, & Anacreontis Hifpano vertit carmine, ardenter imitatus, ut erat vir eruditione varia tinctus, & ingenio ad carmen habili, erectoque. Prodierunt ab eo:

Las Eroticas, ideft, varia opera lyrica, feu amatoria. Najaræ 1617. in 4. Elaboratum ab eo:

In Virgilium Commentarium poft tot inclytos poetæ hujus illuftratores vulgaris fama eft.

STEPHANUS FAGUNDEZ, Lufitanus, Vianæ Interamnenfis provinciæ natus, Jefuitarum facerdos, Olyfipone profeffus fuit morum theologiam in Societatis collegio, ad pofterorum utilitatem, quam fuperftitum non minus cogitans, dedit in lucem:

Quæftiones de Chriftianis Officiis & cafibus confcientiæ in V. Ecclefiæ præcepta. Moguntiæ apud Hermannum Mylium 1628. in fol. poft editionem Lugdunenfem anni 1626.

Apologeticum Tractatum pro fuo ifto libro in quinque præcepta Ecclefiæ ad quæftionem de lacticiniorum, ovorumque efu tempore Quadragefimæ. Lugduni apud Jacobum Cardon 1631. in 8.

In Decem præcepta Decalogi, volumina duo. Prius eft in V. priora, pofterius in V. ultima præcepta. Lugduni 1640. in folio.

De Juftitia tom. I. Lugduni apud Aniffon & Boiffat 1640. in folio.

De Juftitia item, *& de contractibus, &* *de acquifitione & tranflatione dominii*, libros duos. In eadem officina 1641. in folio.

STEPHANUS GALLEGO, ex Rivadavia Galleciæ oppido propter vinorum copiam, nobilitatemque non parum celebri, vertit in vernaculum:

El Libro de la Imagen del mundo. Vidit MS. in 4. D. Thomas Tamajus.

STEPHANUS DE GARIBAY ET ZAMALLOA, Cantaber, Mondragonenfis, inter gentis noftræ ac rerum hiftoricos plurimi vulgo habetur. Hic enim a juventute ipfa dulcedine hujus nobiliffimi ftudii captus, neque rei difficultate deterritus, non tantum concepit votum, fed & voto fruitus eft ducendi ftilo quæcumque a principio rerum in Hifpania olim & ad noftra ufque tempora bello paceque contigerunt. Quod animi fui propofitum ut opere ipfo feliciter affequeretur, non contentus impreffa aliorum veftigia premere, qui hanc molem agitaffent, ex penetralibus ipfis publicarum tabularum, quæ vel in publicis, vel in privatis chartophilaciis cuftodiuntur, certiffimaque hiftoricæ omnis rei documenta, aliud quantumvis actum in iis videatur, continent, obfcuris quatenus induftria valuit immifit lucem, impedita plura extricavit, quæque five intacta vulgaribus aliorum commentariis oblivio interceperat, five tacta error fœdaverat, fupplevit, correxitque. Hanc enim laudem curiofæ diligentiæ Ambrofius Morales in Difcurfu *De los Privilegios*, qui præambulus eft XIII. ejus *Hiftoriæ* libro, diferte ei atque in paucis adjudicat. Igitur poft Florianum Docampum & Joannem Vafæum, quorum prior vernacule, pofterior Latine hoc argumentum, vario quantumvis exitu & progreffione, funt perfequuti, aliofque non ita celebres, aut univerfæ rei hiftoricos, magnum opus & juftæ molis, hoc tamen titulo infcriptum, publicavit:

Los quarenta Libros del Compendio Hiftorial de las Chronicas y univerfal Hiftoria de todos los reinos de Efpaña; quatuor voluminibus. Id Antuerpiæ primum prodiit ex officina Plantiniana 1571. in folio; alias, nec femel in Hifpania editum. Nos Barcinonenfi editione utimur Sebaftiani a Cormellas anni 1628.

Ex quo autem is ex Belgio ab hac hiftoriæ editione feptuagefimo fecundo fupra fefquimillefimum anno in patriam rediit, hiftoricum aliud feu potius genealogicum opus majoris adeo, ut ipfe ait, induftriæ ac molis fuit aggreffus de origine, progreffu & illuftrationibus Hifpaniæ totius dignitatum feu munerum, fexaginta non minus libris; cui

cui nimirum operi viginti quatuor annorum haud intermiſſum laborem impenderat, nil aliud toto iſto tempore quam Spartam ſuam adornans. Attamen aliquam ejus partem venire ſeorſim, nec expectato corporis reliquo, in manus hominum permiſit, quæ ſcilicet ad præcipuam ceterarum dignitatem Regiam, atque Hiſpanorum Regum uſque ad Philippum II. ejuſque utriuſque ſexus prolem tam ex Iſabella Valeſia quam ex Anna Auſtriaca ſuſceptam origines & per longiſſimam avorum Auguſtorum feriem perductam generis ſucceſſionem pertinerent. Hæc pars titulo iſto inſignis prodiit:

Iluſtraciones Genealogicas de los Catholicos Reyes de las Eſpañas y de los Chriſtianiſſimos de Francia y de los Emperadores de Conſtantinopla haſta el Rey D. Felipe II. y ſus hijos. Matriti in folio regali 1596. apud Ludovicum Sanchez.

Reliqua hujus operis latent adhuc, ſive quod reliquerit auctor nondum abſolutum invida egregiis quibuſque conſiliis morte ſublatus, ſive quod ſcrinia ſua hinc ditaverint, cauteque ſuppreſſerint ii, quorum intererat ſuſpicione potius furti quam evidentia premi. Ergo haud temere tribuemus ei, in quo maxime ſibi placebat, opus, cuique hanc inſcriptionem adaptaverat:

Del Origen y diſcurſo y iluſtraciones de las Dignidades ſeglares de Eſpaña. Cujus quidem defectum ſupplere voluit publicato ejuſdem tituli & argumenti libro Petrus Salazar de Mendoza Toletanus canonicus. Nec diverſum quid eſſe credimus commentarium *De las Caſas de Eſpaña*, quod eidem Garibaio tribuit cum non mediocri commendatione vir eruditus Chriſtophorus Moſquera de Figueroa in *Elogio Marchionis Sanctæ Crucis* Hiſpano; ſiquidem ſexaginta & ipſum conſtare libris nos monitos voluit. Editus quoque fuit liber alius:

Letreros de las Inſignias y Armas Reales de los Reies de Oviedo, Leon y Caſtilla inſcriptus, in folio.

Symbolo iſto uſus dicitur, quod cum imagine ejus inſculptum æri fuiſſe credimus: *In labore quies.*

STEPHANUS GIL BRUNIQUER, ſyndicus civitatis Barcinonenſis laudatur a domeſticis eo quod ſcripſerit:

Apologiam quandam, credo ejuſdem civitatis.

STEPHANUS GONZALEZ, ſcurra ſeu ridiculus Octavii comitis Picolominæi, dum in Belgio rei militari præeſſet, ſcripſit:

Vida y hechos de Eſtevanillo Gonzalez hombre de buen humor eſcrita por el miſmo. Bruxellis primum, ut exiſtimo, deinde Matriti in 4.

F. STEPHANUS A S. JOSEPHO, Aragonius, Gradenſis, Carmelitarum diſcalceatorum generalis præfectus octavus, dedit foras:

Carta Paſtoral a los Religioſos de la Congregacion de Eſpaña.

Inſtruccion a los Provinciales y Priores.

Ordinario, o Ceremonial de la Orden.

Deceſſit Matriti 27. Martii MDCXXXVI.

F. STEPHANUS LEITAON, Luſitanus, ordinis S. Dominici, ſcripſit pium tractatum:

De Laudibus montis Calvarii; et:

Conſiderationum librum ſuper Concordia Janſenii, ut refert Alphonſus Fernandez; quo autem ſermone non adjungit.

STEPHANUS LOPEZ DE RETA, gente, ut videtur Navarrus, dedit in lucem:

Viaje de Conſtantinopla de Augerio Gislenio Busbequio ex Latino ipſius auctoris. Pampilone apud Carolum de Labaien. Cum quo opere it ſimul:

Diſcurſo de como ſe podria formar un batallon o milicia contra el Turco.

STEPHANUS MAÑA, in gymnaſio Cæſarauguſtanæ urbis grammaticæ artis profeſſor, edidit:

Enchiridion omnium verborum. Cæſarauguſtæ 1603. in 8.

F. STEPHANUS MENDEZ, ordinis Prædicatorum provinciæ Bæticæ, ſcripſit:

Doce libros de la Dignidad de la Altiſſima Virgen Nueſtra Señora; tribus tomis in folio 1606. apud Gabrielem Graells.

STEPHANUS DE PALMA, Toletanus, ut credo, ſaltem Toleti ſodalis Jeſuitarum, cujus urbis collegium aliquando rexit, Hiſpane edidit:

Memorial de las obligaciones que tiene el hombre Chriſtiano, quando ſe halla con el mal de la muerte. Hunc librum Italice tranſtulit ediditque Franciſcus Rinaldus ejuſdem inſtituti, ſub nomine tamen Heraclii Vechi. Romæ 1632. in 24.

Hominem exuit Toleti XI. die Maii MDCXXXVI.

STEPHANUS DE PATERNINA, Lucronienſis, Societatis Jeſu, vertit in ſermonem vernaculum, non nullis tamen variatis, ex Luſitano Petri Roderici & ex Latino Sebaſtiani Beretarii ejuſdem Societatis:

La

La Vida del Padre Joseph de Anchieta Provincial del Brasil. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1618. in 8.

STEPHANUS PUJASOL, Aragonius, ex Fraga municipio, presbyter, edidit peregrina admodum inscriptione:

El Sol solo y para todos Sol de la Filosofia sagaz y anatomia de Ingenios; sive axiomata artis physiognomicæ. Barcinone anno 1637. in 4.

STEPHANUS RIBEIRO, Lusitanus, dedit foras vernacula lingua:

Chronica do Rey D. Sebastiaõ; quam laudat Georgius Cardosus in *Agiologio* ad diem XVII. Aprilis pag. 621.

STEPHANUS RODERICUS CASTRENSIS, vulgo RODRIGUEZ DE CASTRO, Lusitanus, Olisipone urbe regia ortus, medicus doctor & in Pisana academia præstantissimæ hoc sæculo famæ professor primarius, quem Zacutus, Lusitanus & ipse, ex Batavis non dubitavit *Medicinæ Phœnicem*, & *eruditissimum* appellare: eam quippe artem insigni rerum antiquarum eruditione sic exornavit, ut omnia ejus opera non minus doceant, quam jucunde animos legentium pascant. Ea sunt:

De Meteoris Microcosmi, libri v. Venetiis apud Juntas 1621. in folio: deinde purgatiores, correctiores & indice illustriores, labore & industria Valerii Nervii. Ibidem 1624. folio.

De Complexu morborum Tractatus, studio ejusdem Nervii Pisani editus Florentiæ apud Zenobium Pignorium 1624. in 8.

Asitia, Tractatus. Florentiæ apud eumdem 1630. in 8.

De Sero lactis Tractatus. Ibidem apud Sermartellium 1631. in 8. Prodierunt postea Persii Trevi (hic est Petrus Servius) ad hunc librum *Declamationes*, seu *privatæ* quædam ac *domesticæ exercitationes.* Romæ apud Franciscum Corbelletum 1634. in 8.

Quæ ex quibus opusculum; sive de mutatione aliorum morborum in alios; quem *aureum libellum* vocat Zacutus. Florentiæ apud Petrum Cecconcellium. Francofurti recusum 1667. in 12.

Commentarius in Hippocratis Coi libellum de Alimento: opus in quatuor partes divisum; quarum priores duæ hoc volumine continentur. Florentiæ apud Sermartellium 1635. in folio.

Eumenius sive de Vero amico Dialogus: ad Nicolaum Cinum canonicum Florentinum. Florentiæ 1626. in 12. typis Zenobii Pignorii.

Philomelia. Florentiæ 1628. in 8.

Postuma prodierunt cura Francisci filii, aut aliorum:

Postuma varietas. Florentiæ apud Amatorem Massam 1639. in 4. quam post obitum parentis in lucem edidisse Franciscum filium notat Joannes Antonides vander Linden *De Scriptis Medicis* referens.

Castigationes exegeticæ, quibus variorum dogmatum veritas elucidatur. Florentiæ ex eadem officina 1640. in folio.

Medicæ Consultationes. Ibidem apud eumdem 1644. in 4. Præter hæc a vander Linden annotata reperimus nos:

Exercitationes Medicas. Venetiis an. 1653. in 8. si aliæ sunt *a Consultationibus.*

Syntaxim prædictionum medicarum; cui accessit:

Triplex elucubratio, I. *De Chirurgicis administrationibus*, II. *De Potu refrigerato*, III. *De Animalibus Microcosmi*, opera Francisci auctoris filii publica facta Lugduni apud Philippum Borde & socios 1661. in 4.

Pythagoram, sive librum ita inscriptum & Lugduni editum anno 1651. in 24. Hic auctore editus nostro est, ut credimus.

Lusit quoque in juvenili ætate:

De simulato Rege Sebastiano Poematium; cui lucem typorum donavit, postquam Stephanus decessisset, idem Franciscus filius Florentiæ in officina Amatoris Massæ 1638. in 4. anno scilicet, qui proxime sequutus fuit emortualem auctoris annum; qui duobus minor octogenario desiit mortalis esse MDCXXXVII. Epistolio quodam hic exornavit vestibulum operis Jacobi Gaddii *De Scriptoribus non ecclesiasticis*, Florentiæ dato anno MDCXIII. In schedis Georgii Cardosi, qui bibliothecam Lusitanam adornabat, lego edidisse eum Florentiæ anno 1623. *Poemata varia.*

STEPHANUS RODRIGUEZ DE TOAR, Lusitanus, *Orationem in laudem S. Joannis Evangelistæ* Romæ recitasse & anno MDCX. edidisse dicitur. Cardosus.

F. STEPHANUS DE SALAZAR, Granatensis, nobili stirpe natus, in Augustiniana familia nomen Salmanticæ fuit professus cum primum per ætatem licuit, in eaque plures annos mansit: ad Indos & Novæ Hispaniæ regnum evangelii causa interim cum aliis delatus; quam strenue ac perfecte illius tractus gentibus approbare solebat, inter sodales etiam artium domi ac theologiæ professor. Inde in Hispaniam reversus, & post comitia ordinis sui Patavina, quibus interfuit, dimissa, sacræ theologiæ magister Bononiæ creatus, vitæ restrictioris desiderio exæstuans Cartusianus

nus ex eremita monachus fit septimum, octavumve ætatis annum supra trigesimum agens: quod in multis cœnobiis, atque iisdem a se gubernatis, Xerezienfi inter alia, disciplinæ severissimæ institutum adamusim servavit. Tandemque anno MDXCVI. die Januarii XXVIII. quatuor ab annis sexagenarium excedens vita functus est: vir eruditione atque ingenio & facundia præstans, linguarumque notitia bene imbutus. Cujus doctrinæ monumenta hæc extare scio:

Genealogiam Jesu Christi secundum Matthæum, cui adjiciuntur morales quædam Synopses sive contuitus in usum Concionatorum. Accedit & *Commentariolus in Cap. secundum D. Matthæi de adventu Magorum, cum considerationibus moralibus.* Lugduni anno 1584. in 8. Quod ipse auctor opus ibi prelo commisit, cum in Hispaniam a comitiis generalibus isthac rediret.

Concionem habitam ad Capitulum generale Cartusiensis ordinis, qua explicantur Religionis vota. Ibidem 1584. in 8.

Hispane vero, & stilo quidem luculento:

Veinte Discursos sobre el Credo, en declaracion de Nuestra Santa Fe Catolica y doctrina Christiana. Granatæ primum typis Hugonis de Mena 1577. in 4. Lugdunique apud Carolum Posnotum 1584. in 4. Complutique 1591. in 4. Barcinoneque eodem anno. Editio certe Lugdunensis anni 1584. adjunctum habet, ut Possevinus ait (ex Latino translatum, ut videtur):

Comentario breve de la venida de los Magos. Putabat sequi hos dialogos debere volumen aliud, forte Hispanum *De Virtutibus, præceptis, & Sacramentis*, quod editioni paratum habuisse eum testis est Alfonsus Ciaconius in schedis ad *Universalem Bibliothecam*, quas penes me habeo.

Meminit idem Ciaconius *Commentariorum* ejus *in Pentateuchum*, *Evangelia Matthæi, & Lucæ*, atque item *in Psalmos*, quæ erudita, & copiosa vocat.

Tribuunt alii eidem Stephano:

Commentaria in Pentateuchum Moysis, nempe Possevinus in *Apparatu* præter Ciaconium jam dictum:

Adversus Montanum nescio quid operis, Petrus Augustinus Morla in *Emporii Juris* præfatione.

Preparacion breve para decir Missa. MS. vidit D. Thomas Tamajus de Vargas.

F. STEPHANUS SAMPAIO, Lusitanus, Prædicatorum fratrum sodalis, edidit:

Triumphum Christianum Romanos cunctos obscurantem ex Ægidii Lusitani, Magi olim, Theurgici, & Doctoris, aliorumque Patrum ordinis Prædicatorum ex eadem Lusitania stupendis gestis conflatum. Parisiis apud Thomam Perier 1586. 8. In quo hæc continentur: *Ægidiana conversio cum descriptione Lusitaniæ, & resolutione multarum quæstionum ad Gallias spectantium & earum Apostolum dialogice conscripta & in IV. libros descripta ex scriptis Andreæ de Resende*; item: *D. Gundisalvi Lusitani Evangelistæ regionis Interamnis incognita historia, cum ejusdem Provinciæ inaudita descriptione. D. Petri Tudensis Decani Astorganæ Ecclesiæ & patroni maris Hispani gesta cum compendio Vitæ D. Fr. Laurentii & D. Pelaii Lusitanorum. Vita miranda B. Fr. Petri Eborensis Selectissimum compendium, sive stemma rerum omnium, virorum insignium ordinis Prædicatorum.*

Stemma sacrum Ordinis sui adscribit eidem Ludovicus Cacegas.

D. STEPHANUS UBANI, nescio quis, Tertulliani librum *De Pallio* nostro donavit sermone, inscribens translationi:

La Capa de Tertuliano, en Romance, con notas. Matriti 1631.

F. STEPHANUS DE VILLA, Benedictinus monachus in domo S. Joannis Burgensis urbis, pertinentique ad ipsam domum nosocomio publico, ejusdemque pharmacopolio præpositus, publicavit de plantis & medicamentis ex his confectis librum hoc titulo:

Ramillete de Plantas. Burgis 1637. in 4. itemque:

Examen de Boticarios. Ibidem 1632. in 8.

Simples incognitos en la Medicina. Ibidem 1643 in 4. apud Petrum Gomez de Valdivieso.

Libro de las Vidas de doce Principes de la Medicina y de su origen. Ibidem 1647. in 8.

STEPHANUS DE VILLALOBOS, Toletanus, scripsit, aut collegit potius:

Tesoro de Divina Poesia, primera parte recopilada de diversos autores; simulque:

Vida de la Madalena. Toleti apud Petrum Rodriguez 1587. in 8. Prodiisse hæc etiam Olisipone 1598. alicubi legimus.

T

TELLUS.

TELLUS FERNANDEZ MESSIA, Emeritensis, in Granatensi curia summæ existimationis advocatus, post plures commentatus est:

In Primas XXXVIII. Leges Tauri, prima & secunda exceptis, quas non attigit. Matriti 1595. in folio. Hanc *primam partem* com-

commentariorum in eadem indigitavit, cum cogitaret in secunda *Primogeniorum* tractatum, seu leges, quæ ad primogenia spectant: in tertia denique omnes reliquas commentariis illustratas comprehendere.

Hunc *Clari nominis, multæque lectionis atque eruditionis veterem Advocatum, profusa in egenos liberalitate inclytum* Gaspar de Baeza jurisconsultus & ipse, causarumque in eadem curia patronus celeber *De non meliorandis ratione dotis filiabus* scribens vocat. *Cujus studiis & doctissimis commentariis* (Andreas Angulo Cordubensis in *De Meliorationibus* opere inquit) *inter alia debetur, quod circa Tauri Leges posterorum ingenia acutiora reddiderit.*

TERESIA.

S. TERESIA DE JESU, virgo miræ atque illustrioris cujusdam sanctitatis æque ac cœlestis doctrinæ dotibus parentum nostrorum tempore clarissima, mystica totius sapientiæ veluti nova his diebus accensa orbi fax pia fidelium corda splendidissimo veræ claritatis jubare perfudit. Ortum est hoc benevolum Hispaniæ sidus Abulæ in partibus Castellæ veteris duodecima Martii mensis die anni decimiquinti supra sesquimillesimum. Acceptamque a parentibus Alphonso Sancio Cepeda & Beatrice Davila Ahumada civibus istius urbis nobilitatem ea, qua nunc censetur apud omnes fere orbis gentes fama egregie his, patriæque compensavit. Nam & inter sanctimoniales Incarnati Verbi Abulenses, quæ Carmelitarum sodales sunt, vigesimum ætatis annum agens admissa, inde ad revocandum hoc ævo sacri hujus instituti primarium, Eugenii IV. P. M. sanctione pro temporis necessitate mitigatum, rigorem, viriles sive Angelicos verius animos gerens prodiit, summo Deo ducente, ad opusque intimis & externis loquutionibus instigante. Morum quippe integritate mirabili eum gradum adepta est familiaris & suavissimæ cum Deo, qui præsentem ubique sistebat se virgini sponsum, consuetudinis, ut summæ atque ineffabilis clementiæ divinæ, benignitatisque erga homines indulgentissimæ clarum in paucis reliquerit ad christianorum solamen & gloriam exemplum. Porro vivam, videntemque sic beavit plenum pietate votum, ut numerosam virorum & feminarum familiam Castellæ utriusque ac Bæticæ locis dispersam, proprioque unius provincialis præfecti nutu administratam, priusquam ad superos vocaretur, intra Carmeli claustra contentam ac præceptis regulæ veteris munitam aspexerit. Quod quidem felix adeo, vereque evangelicum semen a Teresiæ obitu, ipsa tamen (ut credere æquum est) coram apud Deum favente atque favente, per Italiam, Galliamque ac utramque Germaniam viri, feminæque istius congregationis sanctissimæ magno illarum provinciarum compendio longe lateque dispersferunt. Desiit esse ipsa mortalis Albæ, quem duces inde dicti Albani locum in veteri Castella possident, IV. nonas Octobris: quæ dies in annum millessimum octogesimum secundum incidens, Gregoriana Kalendarii reformatione memoratissimum ad annos sequentes idibus ipsis fuit contributa. Septimum cum dimidio supra sexagessimum agebat annum, religiosæ vitæ septimum quoque supra quadragesimum, instauratæ religionis vicessimum. Justa fuit corporis statura, pulchraque oris specie, cui nec provectior ætas multum, uti solet, inviderat; rotunda facie ac succo plena, eaque albo ac purpureo colore locis suis commodum distincta, quam quidem fundentis ad Deum preces venustissimus quidam rubor suaviorem ac splendidiorem reddebat; nigro capillo & crispo, decora & lata fronte, nigris etiam oculis læta quadam gravitate sub crassiore supercilio micantibus; breviori naso, cujus & solidior apex aliquantulum se demiserat osculum versus, quod quidem os breve, vultusque ad amussim exactum. Tres autem circa illud nævi sinistrum faciei latus non ineleganter dispunxerant, aliud ad nasi mediam radicem, qua maxillæ committitur, aliud infra ipsum nasum, qua os protuberat, postremum vero ipsi ori subjectum. Denique sic omnibus semper gratus ac jucundus Teresiæ conspectus fuisse dicitur, ut interlucentibus quandoque, aciemque ipsam oculorum & frontem veluti imbuentibus peregrinæ cujusdam lucis radiis, amorem pariter ac venerationem sui conspicientibus ingeneraret. His omnino lineamentis viraginem inclytam Didacus Yepes Hieronymianus monachus, Turiasonensisque postea episcopus ei æqualis historiam rerum illius conscribens, quæ quidem nos in Latinum dumtaxat vertimus, depinxit. Exuviæ illius in monasterio, quod Albæ construxerat, religiosissime custodiuntur, maxime postquam ecclesiastico ritu in sanctorum numerum a Gregorio XV. P. M. anno MDCXXII. relata est. Libri ab Teresia conscripti, non minus quam virtutes, actaque mire vita, postumaque supra naturæ vires supplicibus ejus dispensata a Deo beneficia veram ipsius imaginem, sanctitatisque ad miraculum usque inclytæ germanos vultus præ se ferunt. In quibus singulari quadam sermonis castitate ac perspicuitate, inaffectataque elegantia, theologiæ illius, quam mysticam vocant, hoc est, veræ sapientiæ, arcana non nisi sanctissimis reserata totis velut laxatis carceribus foras emisit; cunctisque mor-

mortalibus patefecit. Res difficillimas, vereque sensum & ingenium etiam literis instructissimorum virorum superantes, simplex virgo & illiterata ea claritate ac dexteritate in his libris explanat, ut fateri necessarium sit, quod nec ipsa diffitetur, infusam divinitus menti doctrinam per aureum ejus calamum ad nos tanquam per traducem promanasse. Horum princeps editio est Salmanticensis anni MDLXXXVIII. apud Guilielmum Fochelium, quam vir clarissimus Ludovicus Legionensis Augustinianus promovit, examinatis prius & ad archetyporum fidem libris recognitis, sed non omnibus, qui jam ex aliis typis leguntur. Sequuta est Bruxellensis apud Rogerium Velpium anni MDCX. dein Matritensis anni MDCXXVII. aliæque. In his pulchrior Antuerpiensis anni MDCXXX. apud Moretum, etiamsi non omnino diligenter curata, eo tamen magis uberior est, quia inedita quædam hactenus fecit publici usus. Omnia sigillatim paulo prolixius, quam observatus hucusque a nobis tenor expetebat, propter eorum excellentiam, necnon amori observantiæque in sanctissimam virginem nostræ obsequentes recensebimus.

Su Vida y algunas mercedes que Dios la hizo, escrita por mandado de su Confessor. Quam ut scriberet, ipsius Salvatoris Christi voluntas, de qua ipsa in operis præfatione fidem nobis facit, sibi insinuata non prius obtinuit, quam de insinuationis illius certitudine, cum accessisset etiam confessarii jussus, edocta esset. Nec semel hanc, sed bis scripsit. Nempe ante sacram almo Josepho domum Abulæ extructam primum circa annum ejus sæculi sexagesimum secundum, cujus mense Junio imposuit ei ultimam in Toleto urbe manum: deinde, ut creditur, anno LXIII. aut sequenti, priorem scripturam in capita distinguens, atque illius, quod memoravimus, Abulensis coenobii fundationem nuperam adjiciens. Debemus sane hujus thesauri possessionem duobus religiosissimis Dominicanæ familiæ viris, qui per id tempus ministrabant ei a confessionibus, Petro Ibañez & Garsiæ a Toleto ægre ferentibus talia hæc gratiæ divinæ miracula ultra latere, aliave quam ipsius Teresiæ manu optima fide conscripta foras prodire. Formatum opus viri ipsi doctissimi, pluresque alii ex eadem familia perlegerunt; inter quos Dominicus Bañez & Ferdinandus Castellus, quibus commissum hoc munus a sacræ fidei vindicibus fuerat. Hique omnes ut sincerum, pium, utile, seu verius divinum, grandiusque ore mortali, uno veluti suffragio comprobavere. Joannesque ipse Avila dictus inter nos ab opere ipso Bæticorum Apostolus, cui ob sanctitatis egregiæ famam Teresia librum suum in examen vocandum commiserat, ea quæ nunc inter ejus extat epistolas, sincere laudavit, meritaque ac plena laude donatum auctori remisit. Secunda illa quidem autographa vitæ hujus editio in Laurentiana bibliotheca regia una cum aliis illius operibus propria manu exaratis custoditur: quæ omnia Philippi Regis II. religiosa cura hinc inde collecta volumina, in armario, quod in MSS. librorum exedra conspicitur, subtili opere confecto, eoque sera munito sunt reposita, atque adeuntibus, tanquam gaza sacra, simul cum S. Augustini *De Baptismo Parvulorum* libro, qui & autographus existimatur, alioque ex S. Joannis Chrysostomi bibliotheca a viris piis servato non sine religione monstrantur. Adjunctum fuit vitæ huic fragmentum, quod ad manus Ludovici Legionensis inter alia Teresiæ scripta pervenit, quod plura continet revelata sibi a Deo, incipitque: *Esto me dixo el Señor un dia* &c.

Camino de Perfeccion. Hujus Libri conficiendi, ac muniendæ ad perfectionem viæ auctor ei fuit, quem a sacramento poenitentiæ ministrum habebat tunc temporis, Dominicus Bañez antea memoratus, quod hactenus non posset *Vitæ* liber, qui ipse perfectionis idea & exemplar est, in publicum proficere, occultandus utique dum ipsa in vivis degeret, nec typis in aliorum utilitatem communicandus. Quare id ipsum, quod operari se in *Vitæ* libro non obscure indicaverat, monere alios, ut operarentur, præcipueque sui instituti virgines Deo sacras hoc libro oportuit. Elegit ergo explicandam orationem Dominicam eo modo, quo ipsa super eadem meditabatur. Scripsitque hoc opus in monasterio Abulensi, non diu post editam *Vitam.*

Las Fundaciones; monasteriorum scilicet opera sua erectorum historiam utilissimis ad vitam religiosam documentis opportune distinctam. Retulit in scripta primum fundationem S. Josephi coenobii ad urbem Abulam anno MDLXII. cui post undecim adjunxit annos septem aliorum feminis, duorum viris, & anno MDLXXVI. quatuor similium feminis, inde MDLXXX. totidem iisdem, omnium a se fundatorum, relationem. Hoc libro caruit Salmantina editio princeps; quo primum aucta fuit Bruxellensis anni MDCX. quam curavit Rogerius Velpius. Sed tamen hæc ad obrussam autographi, quæ in regia est bibliotheca, examinantibus Carmelitis inventa est minus habens. Prætermissum nempe fuerat integrum quoddam caput, atque alterius capitis dimidium; verbaque, imo & versus quidam, locis suis exulare deprehensa sunt. Cæsaraugustana, quæ sequuta est post aliquot annos, servavit eamdem faciem, aut in pejus degeneravit: nec Antuerpiensis illa an-

anni MDCXXX. melior eſt. Profecto id quod in *Hiſtoriam Reformatæ Carmelitarum familiæ* retulit Franciſcus a Sancta Maria, ab correctis autographi exemplis habuit.

Caſtillo interior, o las Moradas. Morem geſſit in hoc formando opere Hieronymo Gratiano magni a ſe habito inter Carmeli reformati ſodales, dum liber *Vitæ* examinandus penes violatæ religionis vindices detineretur. Toleti id cœpit Dominica ipſa Trinitatis, & poſt paucos menſes, ſcilicet feſto Andreæ Apoſtoli ejuſdem anni, Abulæ abſolvit. Abſolutum recognovit Hieronymus ipſe Gratianus una cum Didaco de Yanguas Dominicano Tereſiæ a confeſſionibus, ſolideque approbaverunt, ſeu potius tamquam doctrinam cælitus monſtratam venerati ſunt. Manſit exemplar ipſum penes Gratianum, qui nec auſus fuit aliis communicare, uſque dum *Vitæ* liber famæ ſuæ reſtitueretur. Ab cujus manu ivit in poteſtatem Didaci Ceraſii Pardi civis Hiſpalenſis inſigniſque Carmelitarum & Hieronymi ejuſdem benefactoris. Qui Didacus moriens cum reliquiſſet filiæ Catharinæ unicæ heredi, detulit hæc ipſum una cum ſe iterum in gremium religionis ad monaſterium excalceatarum Hiſpalenſium. Hic librum reperiens Catharina Mendozia duciſſa Bexarenſis, deinde ſacra Jeſu Chriſti ſponſa nobiliſſima ac lectiſſima femina adjunctis aliquot Tereſiæ *Epiſtolis* hinc inde collectis ornatum argenteis tabulis theſauro cariorem habuit.

Del Modo de viſitar los conventos de Religioſas. Adſervatur tractatus hic in Laurentiana bibliotheca XXIV. foliis ſcriptus ſine littura aliqua: quem inde tranſcriptum edi curavit Alphonſus a Jeſu Maria, cum primum reformatis Carmelitis præfuit. Matriti anno 1613. poſteaque Moretus edidit Antuerpiæ.

Relaciones que la Santa eſcrivió para unos Confeſſores ſuios: quæ dici etiam non male poterunt *Additiones ad Vitam.* Has, uti legitimum Tereſiæ ſcriptum, duo ejus rerum geſtarum Hiſtorici Franciſcus Ribera & Didacus Yepes agnoverunt.

Aviſos para ſus Monjas.

Exclamaciones, o meditaciones del Alma a ſu Dios. Collectæ ab ea dicuntur anno MDLXIX. ex iis, quæ poſt ſuſceptum Dominicum corpus meditari ei dabatur.

Conceptos del Amor de Dios ſobre algunas palabras de los Cantares de Salomon. Hunc librum flammis ab ipſa Tereſia incumbere juſſum, ut confeſſario jubenti obſequeretur, qui mali exempli rem, ut ſcilicet femina interpretem hujus ſacri libri ageret, averſatus fuerat, refert Hieronymus Gratianus, is, de quo jam loquuti ſumus, in præfatione quadam libro adjecta; ſervatamque tantummodo portionem quamdam ex principio, quam tranſcripſerat ſibi monialis quædam, cui Gratianus notas aliquas, cum editurus eſſet, adjunxit. Prodiit hoc opus cum iis notis primum Bruxellis anno 1612. dein Valentiæ apud Petrum Patricium Mey anno 1613. deinde Matriti ex officina Ludovici Sancii 1615. iterumque Valentiæ ex Michaelis Sorollæ 1623. in 8. item Italice Papiæ hoc ipſo anno 1623. ex officina Joannis Baptiſtæ Rubei, ex interpretatione Angeli Meruli, vulgo Merli, ſacræ theologiæ magiſtri ordinis Carmelitarum, domo Papienſis, Lombardiæ aliquando præfecti provincialis, Ticinenſiſque profeſſoris theologiæ primarii. Sed hæ notæ ſublatæ ſunt e poſterioribus editionibus Inquiſitorum noſtrorum providentia, ne in regulam offenderetur canonicam vulgaria hujuſmodi in ſacram Scripturam commentaria interdicentem, a qua tamen excipi meruit Tereſiæ commentarius, nec facile ullius alterius: cujus rei auctor eſt Franciſcus a Sancta Maria lib. v. *Hiſtor. Carmelit. Diſcalceatorum* capite XXXVIII. qui tamen hanc Gratiani relationem pæne improbat parum veriſimile exiſtimans cecidiſſe in mentem alicujus ex iis, qui Tereſiæ miniſtraverunt in re animæ, viris doctiſſimis ac prudentiſſimis conſilium hoc ſic præpoſterum & importunum: cum præterea ex verbis ultimis ſcripturæ hujus haud obſcurum ſit non ulterius procedere Tereſiam voluiſſe.

Unos Verſos de la Santa Madre nacidos del fuego del amor de Dios, que en ſi tenia. Antuerpiæ edidit Muretus.

Siete Meditaciones ſobre el Padre nueſtro acomodadas a los dias de la Semana. Leguntur quoque in editione Antuerpienſi, imo & in antiqua Matritenſi anni 1615. *Conceptuum ſuper Cantica.*

Las Cartas; duobus tomis. Hæ primum Cæſarauguſtæ typis editæ ſunt anno 1658. duobus tomis in 4. quibus *Notas* utiliſſimas addidit D. Joannes de Palafox & Mendoza Oxomenſis epiſcopus, ſcilicet priori volumini, alteri autem præluxit notis Petrus de Annuntiatione Carmelita; cum quibus editum fuit Bruxellis 1674. Prodierunt iterum Matriti 1663. apud Joannem de Valdes. Italice has epiſtolas vertit D. Horatius Quaranta, vir eruditus, conſultor ſacræ Congregationis Indicis, atque Romæ edidit apud Jacobum Fei 1660. in 4.

Omnia hæc ſanctæ Virginis opera, incluſis etiam *Epiſtolis*, prodierunt ultimo Antuerpiæ 1661. Cujus de rebus geſtis vitæ illius auctores conſulendi ſunt. Hiſpanos ſcilicet, qui vernacula lingua ſcripſerunt, notos habemus Franciſcum de Ribera Jeſuitam &

& Didacum de Yepes Hieronymianum episcopum Tirasonensem (quam Julius Cæsar Braccinus Italice loqui fecit atque edidit Romæ 1623. apud Andream Feum & Neapoli apud Franciscum Thomasium 1653. 4.). Italice hanc descripsit Joannes Franciscus Bordonius, qui & opera convertit in eamdem linguam. Quæ ipsa *Vita* Italica Bordonii Latina facta est ab Antonio Cerbechio eremita Augustiniano. *Compendium* item ejusdem *Vitæ* Taurini editum fuit 1612. in 8. auctore Joanne Ant. Perotto sacræ theologiæ magistro Carmelita, Taurinensi sacræ Scripturæ diu professore, cujus *De Pedemontanis Scriptoribus* commentantes Franciscus Augustinus ab Ecclesia & Andreas Rossetus meminerunt. Necnon ex schedis Alphonsi Manzanedi sacræ Rotæ auditoris *Compendium* aliud Italicum dedit Philippus Lopez advocatus Romanus, quod Venetiis editum fuit per Tramontinum 1665. in 16. Edidit quoque versibus elegantissimis *La Beata Teresa*, scilicet ejusdem res gestas, Joannes Vincentius Imperialis nobilis Genuensis, cujus operis tam Raphael Sopranus, quam Michael Justinianus abbas amicus noster in libris suis *De Liguriæ Scriptoribus* mentionem fecerunt. Latine hoc argumentum tractavit Joannes a Jesu Maria Carmelitarum reformatorum sodalis, & post eum Aubertus Miræus canonicus Antuerpiensis. Opera quoque ipsa universæ jam fere nationes Europæ vulgari uniuscujusque sermone loquentia sortitæ sunt; cum & Latina extent Mathia Martino de Vaucquier Midelburgensi interprete Antuerpiæ edita apud Joannem Kimkium 1619. posteaque Coloniæ 1626. in 4. Italica etiam, uti nuper diximus, Joannes Franciscus Bordonus dedit archiepiscopus & prolegatus Avenionensis, qui una cum *Vita* Clementi VIII. P. M. nuncupavit. Singularia autem illa *Camino de perfeccion* & *Castillo interior* dedit etiam Italice F. Cosmus Gacci canonicus S. Laurentii in Damaso Florentiæ 1605. in 4. apud Juntas. Gallica etiam nescio quis fecit, quæ Parisiis edita scimus anno 1644. in 4. *Vitam* quoque Sanctæ Virginis, quam ipsa in literas retulit, & forte alia ex ejus operibus Belgice interpretatus est Elias a Sancta Teresia cum notis in aliquot obscuriora loca. Polonice & Germanice alii verterunt.

D. TERESIA DE TOLETO, abbatissa monasterii S. Clementis Toletanæ urbis, reliquit in schedis supra sexum curiosa & industria:

Discurso de los Linages de Toledo: qui MS. in 4. extat inter libros, qui fuere olim comitis Villaumbrosani, una cum *Nobiliario*, seu libro *de Linages de Castilla* Didaci Hernandez de Mendoza.

THEODORUS.

F. THEODORUS DE QUIROS, alias DE MATRE DEI, Gallæcus, ordinis Prædicatorum, ad S. Thomæ collegium Compluti sodalis, lector inde artium theologiæque in Manilensi Philippinarum insularum, ibidemque Sanctæ Inquisitionis commissarius generalis, vir magnarum virtutum, & ecclesiastes clarus, scripsit:

Vida del Alma: sive de devotione sanctissimi rosarii. Manilæ primum, deinde bis Mexici.

THEODOSIUS.

THEODOSIUS ENZINA, scripsit:

Ortografia Castellana. Pampilone 1603. in 4.

THEUTONIUS.

F. THEUTONIUS, sive THEUTONICUS, Lusitanus, Olisiponensis, Carmelita, rei theologicæ doctrina, atque insuper metricæ artis laude, cum viveret, clarus, scripsisse fertur:

Epigrammata de laudibus ordinis Carmelitarum.

Scriptorum illustrium ejusdem ordinis lib. unum, & si quæ alia in quibus *Artem Grammaticam* laudari scio. Florebat anno MDLXXII.

THEUTONIUS BOTELHO, Lusitanus, canonicus regularis, theologus Latine, Græce atque Hebraice, ut fertur, doctus copiosum *Indicem* formavit *Historiæ Asiaticæ Joannis de Barros* magno lectorum, & curiosorum compendio, qualis est *Index Hieronymi Suritæ Annalium* a patribus Jesuitis justo volumine formatus, *Jani Gruteri Inscriptionum Index*, Scaligerianus & alii hujusmodi.

THOMAS.

F. THOMAS DE ACHORES, Dominicanorum fratrum provinciæ Castellæ sodalis, circa annum præteriti sæculi XXV. scripsit, Joanne Marieta teste:

De Recta scribendi ortographia.

THOMAS DE AGUIAR, medicus doctor Complutensis, ibique primarius professor, deinde D. Roderici Poncii a Leone ducis de Arcos a cubiculo, ut vocant, medicus, scripsit pro se adversus Ildefonsi Nuñez Hispalensis medici duas epistolas:

Apologiam pro consilio medicinali in diminuta visione ab se præscripto, & in lib. De Faucium ulceribus ab eodem edito. Marcenæ 1621. 4.

F. THOMAS ALAX, sive LAIXA, Do-

Dominicanus, Barcinone professus hoc institutum, scripsisse dicitur (uti referunt domestici testes, auctor scilicet Hispani *Chronici* quartæ partis lib. III. cap. IV.) circa annum, quo florebat, MDLXXX:

In Epistolam D. Pauli ad Hebræos.

Locos communes adversus nostri temporis Hæreticos.

Antonius Senensis, Possevinus, Fernandez, Marieta rei sunt auctores.

THOMAS ALVAREZ DE LA BARRIADA, Matritensis, qui se bachalaureum appellat, parochus in oppido Villamar de Orbigo, diœcesis Asturicensis, notariusque sancti officii Inquisitionis, scripsit:

Discursos Eclesiasticos, y Morales. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1658. in 4. Quatuor discursus continet his titulis: I. *Del Sacrificio de la Missa.* II. *Sobre las Missas de S. Gregorio.* III. *De los Agnus Dei.* IV. *Del Agua bendita.*

F. THOMAS DE ANTILLON, Aragonius Albarrazinensis, institutum eremitarum S. Augustini Salmanticæ professus, circa annum MDCXXIV. suæ Aragonensis provinciæ præfectus, concionator celebris, vertit ex Lusitano:

Los Tratados Quadragesimales de Fr. Antonio Feo Dominico. Valentiæ apud Patritium Mey 1614.

De hoc agit Thomas de Herrera in *Historia Salmant. cœnobii*, & Vincentius Blasco in *Historia Aragoniæ regni* prima parte lib. V. cap. XXIIII.

F. THOMAS DE AQUINO, Bæticus, Dominicanus cœnobii Sancti Pauli Hispalensis, dedit foras vulgari lingua:

Explicacion de la Fee. Hispali anno 1644. item Latina:

De Instructione ordinandorum: in 8. ibidem.

F. THOMAS BAFARULL, ordinis S. Dominici, sacræ theologiæ præsentatus (sic schola dicere amat) in domo sua S. Catharinæ Martyr. Barcinonensi scripsit:

Nuevas Indias del Rosario.

THOMAS BARBOSA DE CARVALHO, Lusitanus ex oppido Condeixa, scripsit:

Conversion del Pecador. Olisipone 1613. in 12.

Ramalhete de flores e rosas divinas de N. Senhora. Ibidem 1620. & alia. Cardosus.

THOMAS BARNABAS, canonicus, ut præ se fert, Antuerpiensis, si Hispanus est aut natalibus aut origine, certe scripsit Hispane:

Dialogo de la alegria del anima contra el temor de la muerte. Conchæ apud Salvatorem Vides 1612. in 8.

F. THOMAS DE BEIRA, Lusitanus, ordinis Seraphici, edidit:

Considerationes literales & morales super Hieremiam. Olisipone 1633.

Lucas Waddingus *De Scriptoribus ordinis Sancti Francisci.*

F. THOMAS BRAVO DE MENDOZA, Segoviæ natus, Cisterciensis, dum monasterio præesset Virginis Deiparæ de Sandoval nuncupato, scripsit:

Invencion felicissima de la cabeza del divino Hierotheo hallada a cinco de Abril del año de MDCXXV. en el monasterio de Nuestra Señora de Sandoval de la Orden del glorioso Padre S. Bernardo. Pintiæ 1625. in 4.

F. THOMAS DE BRITO, Lusitanus, ordinis Sancti Francisci, edidit, Luca Waddingo teste de *Scriptoribus Franciscanis*:

Postillam de communi Sanctorum. Item:

In Evangelia Quadragesimalia; quæ incipiunt: *Tempus occidendi & tempus sanandi.* De ætate, qua vixit, nihil addidit.

THOMAS (populari immutatione THOME) CANO, in Fortunatis Insulis natus, incola vero Hispalensis urbis, conscripsit:

Arte para fabricar, fortificar y aparejar naos de guerra y merchante. Hispali 1611.

D. THOMAS CARLEVAL, Beaciensis, non literas humaniores tantum curiose didicit, sed & docuit in patriæ urbis gymnasio, quo ad seriores disciplinas paratior accessit, philosophiam nempe ac theologiam, maximeque jurisprudentiam, cujus professione censeri voluit, indeque honores expectare. Igitur post causarum advocationem exercitam, inter Neapolitani supremi concilii Justitiæ senatores anno MDCXXVI. cooptatus, eleganter scripsit, docteque:

Disputationum juris variarum ad interpretationem Regiarum legum Regni Castellæ &c. tomum primum; qui est *de Judiciis*, duasque partes continet, quarum prior Neapoli ex officina Ægidii Longi 1634. posterior vero ex Francisci Hieronymi Collignii 1641. in folio prodierunt; deinde Matriti post priores editiones regiis typis anno 1656. in folio, Venetiis anno 1660. in folio, tandemque Lugduni sumtibus Laurentii de Anisson 1668. Hujus operis non ultima laus est, quam affirmanti Thomæ auctori credere debemus, omnia

nia illum teſtimonia, quibus utitur, in fontibus vidiſſe. Raram dixeris in juris practici lucubrationibus avem, nigroque cygno ſimillimam.

Naturalem Philoſophiam ſe ſcripſiſſe affirmat ipſe in præcedentis operis lib. I. tit. I. diſputatione II. quæſtione I. num. 33.

Deceſſit e vivis Neapoli XXV. Septembris anni MDCXLV.

F. THOMAS DEL CASTELLAR, Dominicanus, cœnobii Puigcerdanenſis in Cataloniæ montanis alumnus, ad Indos Novæ Hiſpaniæ profectus ſtudio incenſus eorum ſalutis, tum concionibus & exercitiis aliis apoſtolici muneris, tum ſcriptis ſuſceptum promovit opus. Edidit namque Latina lingua:

Hiſtoriam ac progreſſus Provinciæ Mexicanæ ordinis Prædicatorum: quam quidem ad manum ſibi, cum ſcriberet ejuſdem argumenti librum Hiſpanicum, fuiſſe Auguſtinus Davila teſtatus eſt.

Typis vero excuſum extat opus alterum hoc titulo notatum:

Triunfo de los Martyres de las Indias de la orden de Predicadores; circa annum MDLXXX.

Diagum in *Hiſtoria Prov. Aragon.* libro II. cap. XCIII. Fernandez, Davilam laudatum auctores habeo.

THOMAS DEL CASTILLO OCHOA ex oppido La Calahorra marchionatus del Zenete regni Granatenſis Accitanæ dioeceſis, medicus doctor Granatenſis magnæ apud cives ſuos exiſtimationis, ſcripſit:

De Venenis. Granatæ 1645. in 4.

D. THOMAS DE CASTRO, auctor laudatur cujuſdam libri ſic inſcripti:

Antidoto unico de daños publicos. Antiquariæ 1648.

Forte idem eſt, alio licet titulo inſinuatus mihi:

Remedios eſpirituales y temporales para preſervar de peſte. Ibidem eodem anno.

THOMAS DE CEBALLOS, edidit:

In Titulum. C. De Spectaculis, Repetitionem. Salmanticæ 1626. in 4.

THOMAS CERDAN DE TALLADA, Setabenſis (quod oppidum Xativa eſt in Valentino regno) genere prognatus nobili, juris doctor, cauſidicinam in regia iſtius urbe plures annos exercens, majoribus ſe ſe dignum oſtendit: quæ quidem adeptus eſt, in regium ejuſdem urbis & regni advocatum fiſcalem, exindeque in ſenatorem cooptatus. Hujus ſunt:

Viſita de Carcel y de los preſos. Valentiæ 1574. in 4. apud Petrum de Huete.

Verdadero gobierno de la Monarquia de Eſpaña tomando por ſu propio ſujeto la conſervacion de la paz. Ibidem apud viduam Petri de Huete 1581. in 8.

Veriloquium; en reglas de eſtado ſegun derecho divino, natural, canonico y civil &c. Ibidem 1604. in 4. niſi idem cum proxime antecedenti opus ſit, recoctum tamen.

In aliquot Valentiæ Foros commentaria, tribuit ei Petrus Auguſtinus Morla in *Emporii Juris* procemio.

Ejuſdem *Arborem Jurifdictionum* laudant Valentini. Meminit cum eximia laude Gaſpar Eſcolanus lib. VII. *Hiſt. Valent.* cap. III. num. 15.

F. THOMAS DE CHAVES, ordinis Prædicatorum, collegit ex ſchedis ſummi viri Franciſci Victoriæ pariter Dominicani, alumnus ipſe Stephanianæ ad Salmanticam domus:

Summam Sacramentorum Eccleſiæ; cui acceſſerunt multæ quæſtiones ex Sanctorum Conciliorum decretis. Pintiæ 1561. 8. Venetiis 1579. in 12. Antuerpiæ 1586. 1594. & 1610. in 12.

Tranſtulit hanc de Latino in vulgarem Italiæ ſermonem Franciſcus Tarviſinus, proprio nomine Turcius, Carmelita, cum alias, tum Venetiis apud Petrum Deuchinum 1575. in 4. publicatam.

Claruit circa annum MDL.

THOMAS CORREA, Luſitanus, Conimbricenſis, Panhormum prius, hinc Romam, deinde Bononiam adeptus fuit ſuæ virtutis theatrum. Inſignis enim rhetor & poeta in eloquentiæ laude unum aut alterum parem, ſuperiorem vero habuit neminem. Tempore, quo M. Antonius Muretus Romæ docebat, ipſe in eodem gymnaſio Romano, quaſi in æmulationem præſtantiſſimi illius viri, ſimile docendi munus magna cum laude exercuit: inſuperque feriatis diebus in alio fratrum Dominicanorum gymnaſio tunc recens excitato de rebus curioſiſſimis ſumma verborum ac ſententiarum elegantia & concinnitate diſſerere ſolitus fuit. Jeſuitarum ſodalitio, cui adſcriptus vixerat, olim relicto, averſum ab iis animum, qui in collegio Romano humaniora ſtudia profitebantur, viris eruditiſſimis ſemper oſtendit. Demum evocatus a Bononienſibus magno ſtipendio apud eos in celeberrimo gymnaſio humanas, uti vocant, literas docuit, ab anno 1586. ad 1595. ibidem extinctus. Reliquit hæc ſui monumenta formis edita:

In Librum de Arte Poetica Horatii explana-

na-

nationes. Venetiis apud Franciſcum de Franciſcis 1587. in 8.

De Eloquentia libros v. ad ſenatum Bononienſem ; imo ad Scipionem cardinalem Gonzagam. Bononiæ 1591. in 4.

De toto eo Poematis genere , quod Epigramma vulgo dicitur , & de iis quæ ad illud pertinent , libellum. Venetiis per Franciſcum Zilettum 1569. in 4. *De Epigrammate* ſimpliciter præfert editio Bononienſis 1590. in 4. ad eumdem cardinalem.

De Proſodia & verſus componendi ratione, libellum.

De Elegia alterum. Bononiæ 1590. in 4.

Orationem in Rom. ſapientiæ gymnaſio habitam *De Antiquitate dignitateque Poeſis & Poetarum differentia* : ad Ludovicum de S. Franciſco Minoritam , ab hoc editam in ſuo *Globo Canonum & arcanorum linguæ Sanctæ* pag. 674.

Orationes varias ; præcipue illam , quam *in funere* dixit ſummi viri *Martini ab Azpilcueta Navarri in æde Sancti Antonii Luſitanorum III. Kal. Jul. MDLXXXVI.* quam Romæ edidit Jacobus Tornerius eodem anno in 4. quamque in vulgare Italiæ idioma tranſtulit Mercurius Landrevilla : item aliam quam *ad Sixtum V.* habuit *Romæ IV. Kal. Auguſti MDLXXXV. nomine Magni Magiſtri ordinis S. Joannis , obedientiam præſtante Fr. Franciſco de Aſtorch Sacrævillæ domino & ſororis magni magiſtri filio.* Hæc ibidem eodem an. prodiit apud Valer. Paſſinum in 4.

Logicam præterea , & neſcio quas *Eloquutiones* adjungit Hieronymus Ghilinus volumine ſecundo vulgari lingua ſcripto *De gli Huomini letterati* : qui & Joannes Nicius Erythræus , hoc eſt Joannes Victorius de Roſſis, prima *Pinacothecæ* parte Corream noſtrum elogiis ſuis ornaverunt.

De Arte Rhetorica : in 8. teſte Georgio Cardoſo in ſchedis.

Obitus diem ſepulcralis docet lapis in S. Martini majoris fratrum Carmelitarum Bononienſi æde , quem Ghilinus excripſit.

D. O. M.
Thomæ Correæ Conimbricenſis
Civi Romano
Oratori ſummo , Poetæ eximio
Panhormum , Romam , Bononiam
Adprimas humaniorũ literarũ cathedras adſcito
Octavius Bandinus Bononiæ Prolegatus
Amicus & heres
Funus curavit , monumentum poſuit.
Vixit annos LVIII. menſes X.
Obiit V. Kal. Februarii MDXCV.

In bibliotheca Ambroſiana Mediolanenſi aſſervatur MS. *Cenſura* quædam Horatii Zopii *in quædam Thomæ Correæ Epigrammata*: uti legitur in hujus catalogo. Anonymi quoque *Dialogus* alicubi ſupereſt , *An recte verſus monoſyllabis verbis claudatur & quibuſnam* , adverſus Corream noſtrum ; cujus operis meminit Philippus Labbæus in *Biblioth. MSS.* pag. 68. Honorius Dominicus Caramella Siculus in *Sacra Romana Purpura & Muſæo Poetarum* hoc diſticho & elogio donatum eum voluit:

Vincere te multos opus eſſet carmine , quando
Non niſi victores carmine concelebras.

Thomas Correa multa conſcripſit epigrammata ſuper Victoria Naupactica , in qua de Turcis triumphatum eſt ſub Pio V. Pont. Max. Hæc ille.

F. THOMAS DA COSTA , ordinis Prædicatorum provinciæ Luſitaniæ , eccleſiaſtes inſignis Joan. III. Regis edidit:

De Tropis Sacræ Scripturæ.

Claruit circa annum MDL. Alph. Fernandez ex *Chronico provinciæ Luſitaniæ.*

D. THOMAS DE CUENCA , Salmanticæ ad S. Bartholomæi togatus ſodalis , ſcripſiſſe dicitur:

De Inquiſitione tractatum.

F. THOMAS DE S. CYRILLO , Luſitanus , Carmelitarum reformatorum ſodalis, diffinitor fuit totius congregationis , atque item provinciæ præfectus. Edidit:

In Cap. XV. Lucæ : quod opus in tres tomos dividere cogitabat , ſed typis commiſſit primum dumtaxat hoc titulo : *Gloria Matris Eccleſiæ*. Segoviæ 1638. in folio.

Hæc ex catalogo hujus congregationis Scriptorum , quem Romæ vidimus , cujuſque fecimus mentionem in Franciſco a S. Maria. Sed tamen hic ipſe ſub Franciſci a S. Cyrillo appellatione fuit jam laudatus. Ex his duobus nominibus utrum utri ſit præferendum a domeſticis aut ab ipſo opere quærendum eſt.

F. THOMAS DAOYZ , Dominicanus, edidit in collegio S. Thomæ Matritenſi , docens in eo theologiam:

De la diſpoſicion que ſe debe tener para el uſo y frequencia del Santiſſimo Sacramento. Matriti apud Alph. Martinum anno 1613. in 8.

F. THOMAS DE ESPINOSA DE LOS MONTEROS , abſumto forſan patriæ nomine , Franciſcanus, in Gallia opus confecit, foraſque edidit Joanne Aurato poeta magni nominis epigrammate quodam Latino ſimul edito commendatum ; nempe ex Plutarcho in compendium redacto:

Heroicos hechos y vidas de Varones iluſtres aſi

asi Griegos , como Romanos , resumidos en breve compendio. Parisiis 1576. in 4. typis Francisci de Prato.

F. THOMAS DE FARIA , Olisiponensis , e sacra Carmeli familia provinciæ Portugalliæ , quam primum ab anno MDXCVIII. indeque iterum post Ulisiponensis domus præfecturam ab anno MDCVIII. fuit moderatus, trium linguarum Hebraicæ, Græcæ, atque Latinæ in paucis peritus fuisse dicitur ; divina, humanaque literatura, subtilitate ingenii, memoriæque mirabilis laude eximius. Nempe his dotibus , & vitæ potissimum innocenter anteactæ meritis , dum Lusitanis præesset sodalibus , Targensis in Africa , ut credo , pontificatus titulum adeptus est ; clarus ad posteros Ludovici Camoesii Lusitanorum poetarum coriphæi *Lusiadum* e vernaculo in Latinum carmen interpretatione , quæ prodiit hac inscriptione:

Lusiadum libri x. Olisipone 1622. in 8. Reliquit inedita , sed facultate superiorum instructa ad publicationem:

In Libros Sententiarum , duo volumina; quæ asservari in cœnobio Ulisiponensi refert in libro suo *de Palmitibus vineæ Carmeli* , qui in bibliotheca Transpontinæ ædis Romanæ visitur manu exaratus , Augustinus Viscarrettus ejusdem ordinis Carmelitarum.

Decades item historiæ *rerum* sui *temporis*: quarum meminit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* xxxi. Martii pag. 374. & xxix. Junii lit. d. & v. Aprilis pag. 440. & alibi sæpe.

THOMAS FERNANDEZ DE MEDRANO , verus auctor est libri:

Republica mixta , inscripti , quem filius Joannes Ferdinandi a Medrano edidit , de quo sub ejus nomine loquuti sumus.

THOMAS FERRER DE ESPARZA, medicus doctor Albarracinensis , scripsit:

Tratado de la facultad medicamentosa que se halla en la agua de los baños de Teruel en el Reyno de Aragon. Cæsaraug. apud Petrum Verges 1634. in 8.

F. THOMAS FRANCES DE URRUTIGOYTI , Cæsaraugustanus , ordinis Minorum provinciæ Aragoniæ , Didaci Barbastrensis episcopi , & aliorum ecclesiastica dignitate ac literis spectatorum germanus frater, philosophiæ ac theologiæ professor , multisque domi ornatus muneribus , provinciam aliquando rexit , & ministro generali a secretis fuit , foras dedit *Quadragesimalia* duo volumina his titulis:

Contra la Peste del vicio remedio en el desengaño , sive conciones per totam quadragesimam. Cæsaraugustæ duobus tomis 1654. in 4. Item aliud ejusdem argumenti sic nuncupatum:

Muerte de Jezabel en las ferias maiores de la Quaresma. Ibidem 1658. in 4

Idea de la Prudencia , alivio de la fortuna, sentencias de Seneca ponderadas. Ibidem 1661. in 4.

Vida y muerte prodigiosa del Ven. P. Fr. Pedro Selleras. Ibidem anno 1664.

Opusculo , nueva via Crucis , camino para doce estaciones , pasos de Cristo Señor y Redemptor del Cenaculo al Tribunal , y a culto de los que anduvo la Virgen N. S. &c. Ibidem 1668. in 8.

Latine vero:

Certamen scholasticum , expositivum argumentum pro Deipara continens , quæ de instanti Conceptionis possunt controverti stylo scholastico & positiva speculatione. Lugduni apud Philippum Borde & socios 1660. in folio. Parata habet alia duo ejusdem operis volumina:

Certaminis nempe *scholastici , expositivi argumenti pro Deipara , tom. II. sex disputationes continentem de Virginis mysteriis , Nativitate , Præsentatione , Matrimonio , Annuntiatione , Parturitione & Martyrio juxta crucem* , qui tandem prodiit Barcinone 1669. in folio. Quem sequutus fuit:

Certaminis Scholastici tomus III. &c. *Virginei partus , Purificationis , actorum in Jesu juventute , martyrii juxta crucem* &c. mysteria continens. Lugduni duobus tomis in folio 1673.

Certaminis item quartus tomus *tribus disputationibus differens de Morte Virginis, de Resurrectione , & de consummata glorificatione.* Lugduni 1675. Item:

Sanctorale Apostolicum & Seraphicum. Lugduni 1664. folio apud Philippum Borde & socios.

Ejusdem *Sanctoralis altera , & posterior Pars.* Tolosæ 1680. folio.

Consultationum in re morali semicenturia gemit sub prelo Tolosano hoc anno 1680. Meditatur:

Pro divinæ voluntatis decretis & scientiæ, seu conditionatæ , seu mediæ stabilimine ; & alia Scoto-theologica.

F. THOMAS DE S. FRANCISCO, Tertii ordinis , nescio quid typis edidit Ilerdæ 1613. in 8. ut legitur in *Indice Bibliothecæ* N. Soræ Aragonensis.

THOMAS GARZIA , scripsit:

Cancionero de Nuestra Señora. Barcinone 1606. in 16.

F.

F. THOMAS GOMEZ, in oppido Coca veteris Caſtellæ ac dioeceſis Segovienſis natus, Ciſtercienſis monachus cœnobii Nucalenſis, philoſophiam theologiamque domeſticos ſeptem annis docuit, viſitatori ſeu præfecto generali a ſecretis, idemque aliquando viſitator generalis fuit anno MDCLIII. creatus, unaque concionator generalis. Variis in cœnobiis abbatem geſſit, & cum Valdignæ monaſterium Valentini regni viſitaret apoſtolica facultate inſtructus, infecta adhuc re obiit Barcinone anno MDCLXVIII. Scripſit olim:

Reformacion del Canto llano; ex ſchedis Petri de Ureña ejuſdem ordinis, ut annotavimus in iſtius elogio. Matriti anno 1649.

La Regla de S. Benito en Caſtellano con notas. 1647.

Imperfectum item relictum a Franciſco Vivario ejuſdem domus & inſtituti opus abſolvit & emiſit in publicum:

De Veteri Monachatu & regulis monaſticis; duabus partibus. Lugduni apud Philippum Borde & Laur. Arnaud 1662. in folio. Quarum prior tota Vivarii eſt, poſteriorque uſque ad §. III. cap. V. lib. IV. Reliqua uſque ad totum VI. & ultimum librum Gomezii ſunt: qui & *De Monachatu Occidentis* huic operi intacto promiſit commentationem.

F. THOMAS DE HERRERA, Didaci de Herrera & Annæ Fernandez de Azevedo filius anno decurſi ſæculi LXXXV. Medinæ campi natus, eremitarum S. Auguſtini familiæ aggregavit ſe in æde Philippo Apoſtolo ſacra Matritenſi ſæculari anno ſexcenteſimo; profecitque ſub Auguſtino Antolinez ſodali theologicas literas per id tempus Salmanticæ magna cum laude profitente. Quas ipſe docuit integris non minus XII. annis in Complutenſi collegio. Hinc Auguſtini Spinolæ S. R. E. cardinalis, cum Granatenſis, tum Compoſtellani antiſtitis, undecim aliis annis lateri adhæſit chriſtianas ejus confeſſiones excipiens, theologicorumque eidem conſiliorum auctor. Quocum in Italiam profectus Leoni Allatio *Apes Urbanas*, hoc eſt ſcriptores omnium gentium, qui Romæ ab anno MDCXXX. uſque ad totum XXXII. viſi ſunt, colligenti laudandum ſe operum cauſa editorum aut ſaltem edendorum præbuit. Suis deinde reſtitutus Salmantinam prius domum, deinde & provinciam integram adminiſtravit: vir ob eruditionem non vulgarem, illuſtrandæque rei domeſticæ impenſam quamplurium annorum induſtriam, quas dotes adornabat gravibus, vereque religioſis moribus, ingeniique modeſtia, ſuæ Auguſtini familiæ nunquam poenitendus. Scripſit Latine:

Alphabetum Auguſtinianum, in quo præclara Eremitici ordinis germina, virorumque & fœminarum domicilia recenſentur. Matriti 1644. in folio.

Bibliothecam S. Auguſtini, tribus libris Sancti Doctoris vitam, laudes & ſcripta complectentem; duobus tomis. Hanc perfectam reliquiſſe dicitur, cum diem ſuum obiit; adhuc tamen latet.

Compendium Præſulum ordinis Eremitici. Matriti 1643. in 4.

Reſponſionem pacificam ad Apologeticum (Lucæ Waddingi) *de prætenſo Auguſtiniano monachatu Divi Franciſci.* Bononiæ 1635. in folio. Deinde et:

Clypeum Reſponſionis pacificæ ad defenſionem Apologetici de prætenſo monachatu Auguſtiniano S. Franciſci. Matriti anno 1645. in 4.

Adornabat *Annales* ſui ordinis: quorum tamen compoſitioni, occupatus aliis, renuntiavit, ut ab ipſo met Matriti audivimus.

Hiſpane etiam edidit:

Hiſtoria del Convento de S. Aguſtin de Salamanca. Matriti 1652. in folio.

Doctrina Chriſtiana. Dertoſæ 1623. apud Hieronym. Ghil.

Hiſtoria del Convento de S. Aguſtin de la Ciudad de Toledo. Quam laudat D. Franciſcus de Vergara in libro *De vita D. Didaci de Anaia Maldonado & Collegii S. Bartholomæi Salmantini* cap. VII. fol. 27.

Catalogo de los Obiſpos de Tortoſa. MS. cujus fidem operis fecit Michael Joannes Vimbodinus apud Allatium, quodque ipſe promiſit edendum in *Hiſtoria Salmantinæ domus* jam laudata; ubi & in ſe recepit editurum:

Catalogos Archiepiſcoporum Hiſpalenſium, Compoſtellanorum, Granatenſium: Epiſcoporum item *Abulenſium, Calagurritanorum, Carthaginenſium, Caurienſium, Conchenſium, Giennenſium, Legionenſium, Malacitanorum, Pampilonenſium, Placentinorum, Segovienſium, Seguntinorum, Silvenſium, Tudenſium, Valladolitanorum, Zamorenſium, Palentinorum* & *Canarienſium*: quod jam ſtadium cucurrit Ægidius Gonzalez Davila. Ex quibus proculdubio eſt:

El Tratado de los Obiſpos de Avila; qui eſt apud D. Joſephum Pellizer regium Hiſtoricum, uti refert ipſe *en el Memorial de la calidad y ſervicios de D. Fernando Joſeph de los Rios* &c. fol. 13.

Publicavit viri clariſſimi Joannis Marquez libellum *De la vida del venerable Padre Fr. Alonſo de Horozco*, ex officina quadam Matritenſi anno 1648. Obiitque tandem fere ſeptuagenarius ineunte anno MDCLIV. in Matritenſi domo Philippi Apoſtoli.

THOMAS HURTADO, Toletanus, ex religioſa familia Clericorum regularium Minorum, ſacram theologiam docuit Romæ, nec-

necnon Compluti, Salmanticæque sodales. Hinc ad præposituram Hispalensis domus, post alia munera inter suos gesta, delatus, substitit in hac urbe amplissima, ubi auditus fuit magno cum plausu & fructu in quotidianis fere concertationibus ac disputationibus theologicis, nec minus ex cathedra in academia docens, postquam primariæ delatæ ei sunt professionis sacrarum literarum partes. Doctrinam Angelici præceptoris, quam Dominicani sectantur, egregie tutatus semper fuit, verbo & conscriptionibus in publicum datis. Vigebat enim ingenio & eloquentia, literisque theologicis non mediocrem conciliorum & canonum, patrum ad hæc sanctorum & amoenæ antiquitatis lectionem adjunxerat. Docendo igitur & scribendo usque ad septuagenariam pervenit ætatem, sublatus Hispali anno MDCLIX. Vivus edidit, edendave reliquit:

Præcursorem Philosophiæ asseclam Aristotelis & D. Thomæ disputantem de Anima sensitiva, de sensibus internis, eorumdem actibus, officiis & effectibus. Antuerpiæ an. 1641. in folio.

Præcursorem Theologum asseclam D. Thomæ disputantem de:

Supernaturalitate Entis.

Revivifcentia meritorum per poenitentiam.

De augmento gratiæ & charitatis per actus remissos.

De intensione supernæ Beatitudinis. Cui adhæret:

Digressio de qualitate intentionum.

Tractatus de Distinctione reali & perfectione essentiali donorum supernaturalium, tam comparatione facta inter sese, quam cum substantia, deque eorumdem causa morali.

Item Philosopho-Theologice:

De Potentiis Animæ vegetativæ status innocentiæ Christi, Virginis Mariæ & Beatorum. Antuerpiæ 1641. in folio apud Guil. Leestenium.

Tractatus varios Resolutionum moralium; duobus tomis. Lugduni apud Laurentium de Anisson 1651. folio.

Resolutionum moralium libros VI. De congrua sustentatione Ecclesiasticorum omnium, tam sæcularium, quam regularium utriusque sexus; duabus partibus. Hispali apud Joannem de Ribera 1659. in folio, deinde & Coloniæ 1661. folio.

Resolutionum moralium De Residentia sacra XII. duobus tomis. Lugduni apud Joannem Ant. Huguetam & M. Ant. Ranaud in folio 1660.

Resolutiones ortodoxo-morales, scholasticas, historicas de vero, unico & proprio martyrio fidei sanguine Sanctorum violenter effuso rubricato, adversus quorumdam καινολογίαν de proprio martyrio charitatis & misericordiæ. Quibus junguntur:

Digressiones De germana intelligentia quorumdam Canonum Illiberitani Concilii;

De variis tormentorum instrumentis & de martyrio per pestem;

De Chori ecclesiastici antiquitate, necessitate & fructibus;

De Coronis & tonsuris Gentilitatis, Synagogæ & Christianismi;

De Religione Nazaræorum;

De Restrictione mentali. Omnia hæc Coloniæ typis Cornelii ab Egmont 1655. folio; scilicet adversus Theophyli Rainaudi librum *De Martyrio per pestem*; qui punctus valide ab hoc adversario in hoc tractatu, simulque in alia resolutione morali *De communione pro mortuis*, reposuit apologiam duplicem satyrico felle mixtam (ut erat vir ille eruditissimus acri calamo) scilicet sub nomine Leodegarii Quintini Hædui. Cui ut resisteret noster Hurtadus duplici telo armato, provocatus opposuit:

Antidotum duplicem contra duplex venenum, quod ex fonte Theophylino ebibit Leodegarius Quintinus Hæduus propugnante D. Didaco Sanchez del Aquila Doct. Theologo. Hispali apud Joann. de Ribera 1657. in 8. nempe *Antidotum primam De Communione pro mortuis*, alteram *De vero Martyrio charitatis.*

Hispana lingua dedit:

Chocolate, o Tabaco si se compadecen con el aiuno. Matriti 1642. in 4. Editioni parata reliquit:

Commentaria Apologetica in Summam Cajetani, in quibus fere omnia principia moralia ex principiis D. Thomæ digesta proponuntur. Item:

Paralipomena Summæ Cajetanæ ex Summa Silvestrina decerpta, antiquorum tutata sententiis & a recentiorum oppugnationibus propugnata. Testis rei est in præfatione seu censura ad *Tractatuum variorum* priorem partem Petrus Quirosius ejusdem instituti. Assistens, ut vocant, generalis fuit sui ordinis, & sanctæ Inquisitionis supremo concilio a consultationibus theologicis: ea ingenii capacitate & alacritate, ut vel adolescens Salmanticæ, dum anno MDCXVIII. capitulum Franciscanorum generale celebraretur, ostentandæ doctrinæ causa una & eadem die universam Angelici præceptoris mane, subtilissimi autem Scoti vespere theologiam propugnaverit.

THOMAS DE ITUREN, Navarrus gente, at professione Jesuitarum sodalis, doctus vir atque pius, edidit sub nomine Thomæ Pii (ut in *Bibliotheca Societatis* lego):

Com-

Commentarios in Primam partem S. Thomæ. Matriti 1619. in folio.

Obiit in Toletana domo, quam Præpofitus adminiftrabat, ætatis annum feptuagefimum quintum agens, noftræ redemtionis MDCXXX.

F. THOMAS DE JESU, Bæticus, Beacienfis, commutata in hanc luftrica fua & familiæ appellatione Didaci five Dia Sanchez Davila, cum anno LXXXVII. fuperioris fæculi nomen Pintiæ dediffet Carmelitarum reformatorum inftituto, literis ingenium ita ornavit, ac dives reddidit, literas ita cum pietate fociavit, famularique ei adeo utiliter fecit, ut in fertiliffima virorum cum doctrina, tum vitæ ac morum integritate & fanctitate infignium familia æquales fibi pauciffimos agnofcat. Novus adhuc inter fodales, necdum votis obftrictus, confulebatur probabaturque a fenioribus, confilium proferens in domefticis rebus quibufque atque arduis. Ætatis juftæ cum effet, impofitus fuit poft alia, Caftellanæ fuæ provinciæ regimini; domofque fratribus in eremo fundavit primus, quo fecedere poffent ii, quos humanæ converfationis tædium, folitudinifque Deo intentæ amor ac defiderium cepiffet. Italiam hinc veniens Paulo V. P. M. adeo fe probavit, ut ab eo exiftimatus fit ante alios idoneus minifter deducendi in Galliam, Germaniamque Belgiumque fodalium provincias. Hujus tamen præcipuam laudem in monumentis, quæ vivus edidit, iifque æternum duraturis, libenter ponimus, quæque myfticæ totius fapientiæ ac moralis theologiæ penu dixeris locupletiffimam. In his agmen ducit:

Thefaurus fapientiæ divinæ in Gentium omnium falute procuranda, Schifmaticorum, Hæreticorum, Judæorum, Sarracenorum, cæterorumque infidelium errores demonftrans, impiiffimarum fectarum, maxime orientalium, ritus ad hiftoriæ fidem XII. libris enarrans, errores ad veritatis lucem confutans. Antuerpiæ 1613. in 4. operariis Evangelii, qui ad faciendum opus per varias orbis oras ab urbe emittuntur vere thefaurus. In hunc *Notas* quafdam ab Romano equite Petro a Valle peregrinationibus fuis & libris fat noto, expectari fecit Leo Allatius, cum *Apes Urbanas* fcribebat, quæ nondum emiffæ funt in publicum.

Stimulus Miffionum, five de propaganda a Religiofis per totum orbem Fide. Romæ anno 1610. in 8.

Methodus examinandi & difcernendi fpiritualem animæ profectum. Coloniæ apud Bernardum Gualterum 1623. in 16.

Divinæ orationis, five a Deo infufæ methodus, natura & gradus; libris IV. Antuerpiæ 1623. in 8. ex officina Plantiniana.

De Contemplatione divina. Ibidem anno 1620. 8.

Speculum Religioforum. Ibidem 1625. in folio.

Commentaria in Caput, Non dicatis XII. quæftione I. Cap. Monachi, & Cap. Cum ad monafterium, de ftatu monachorum, hoc eft, de Paupertate regulari. Cui adjungitur:

Expofitio in omnes ferme Regulas Sanctorum Bafilii, Auguftini, Benedicti, Francifci, & aliorum, præcipue in Regulam primitivam Carmelitarum. Antuerpiæ apud Gerardum Volfchatium 1617. in folio.

De Præfentia Dei, opus Thomæ noftri laudat Emmanuel Romanus in *Elucidationibus Carmelitanis.*

De Vifitatione Religioforum, an ejufdem fit, quæro. Prodiit quidem id Duaci 1634.

Necnon vulgaria hæc:

Practica de la viva Fee de que el jufto vive y fe fuftenta. Bruxellis 1617. Hanc vertit Gallice Cyprianus a Nativitate Virginis ejufdem inftituti, ediditque Parifiis 1644. Latine alius Coloniæ 1618. in 12.

Compendio de los grados de Oracion por donde fe fube a la perfecta contemplacion, facado de las obras de Santa Terefa. Romæ 1610. in 4.

Tratado breve de la Oracion mental. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1615. in 8. Valentiæ apud Michaelem Sorollam an. 1623.

De la Antiguedad y Santos de la orden de Nueftra Señora del Carmen, y de los efpeciales privilegios de fu Cofradia. Salmanticæ apud Andream Renaut 1599. in 4. Ejufdem *Notas* ad *Petri Lucii Bibliothecam Carmelitanam* noftro tribuit in *Elucidationibus* fuis fupra laudatis Emmanuel Romanus.

Deceffit Romæ anno MDCXXVII. quem viri excellentes Emmanuel Rodriguez & Francifcus Suarez *virum doctiffimum & religiofiffimum*, Petrus Waftelius tom. II. *Vindiciar. Joann. Hierofolym. longe doctiffimum & ad ardua egregium ducem*, Jacobus Salianus in *Annal. veter. teftam.* ad an. MMMCXXXIX. numero 45. *doctrina clarum & pietate egregium*, alii aliis laudibus appellant: quorum plures in unum collegit Fr. Thomas Aquinas a S. Jofepho in *Differtatione Hiftorico-theologica de Patriarchatu Eliæ* parte II. fect. IV. §. III. Post hæc autem fcripta ex Hifpania accepimus (quod & fupra dictum a nobis fuit) catalogum eorum qui in Carmelitis reformatis gloria commentandi inclaruere, in quo Thomæ huic adfcribuntur & alia præter laudata fuperius opera, quæ vel jam edita funt, vel primum edenda fuerant: quæ fcilicet cum aliis, ut ab auctore catalogi refertur, in quatuor tomos diftributa hoc ordi-

dine recudere cogitabat, scilicet:

Primo. *Stimulum Missionum. De Conversione omnium Gentium procuranda. Praxim sive exercitia vivæ Fidei.*

Secundo. *Commentaria in Regulam primitivam B. Alberti. Comm. in Cap. Non dicatis, de Voto paupertatis. De Modo Visitandi Regulares. Bibliothecam Carmelitanam. De Viris Illustribus ordinis Carmelitarum simul cum Apologia pro D. Joanne Hierosolymitano.*

Tertio tomo. *Viam brevem orationis & contemplationis. De Oratione divina sive a Deo infusa. De Contemplatione divina & supernaturali. Regulam discernendi gradus perfectionis. Instructionem spiritualem exercitiorum vitæ eremiticæ. Compendium orationis B. Teresiæ. Apologiam pro defensione doctrinæ ejusdem. De Præsentia Dei. Brevem Tractatum de Scrupulis. Rhetoricam spiritualem in concionibus habendam.*

Quarto denique. *Comment. in Divum Thomam de Raptu, extasi, & prophetia. Expositionem Lib. duodecimi S. Augustini super Genesim ad literam. De Visionibus & revelationibus. De Erroribus Mysticorum. Censuram Theologiæ Germanicæ.*

F. THOMAS (vulgo THOME) DE JESU alias DE ANDRADA, Lusitanus, nobili genere natus, nobiliorem religiosæ vitæ statum inter Augustinianos eremitas Conimbricæ amplexus: postquam novitiorum, ut vocant, domum Olisipone, atque Pennafirmæ cœnobium rexisset, necnon & provinciam integram censor lustrasset, in comitatu Sebastiani Regis pars fuit infelicissimæ illius Africanæ expeditionis, ex qua tamen opimos ipse fructus veræ felicitatis, quæ in exhibendis egeno cuique propter Deum caritatis officiis posita est, collegit. A Mauris enim captus asperrimeque tractatus, maluit tamen in captivitate remanens miseram illam servorum ecclesiam spiritualibus fovere ac sustentare remediis verborum & operum, quam Iolantæ comitissæ de Linares sorori indulgentissimæ redemtionis pretium offerenti aures præbere, ac morem gerere. Vir sane eximiæ sanctitatis nunquam oblitus fuit, despexitve (quod de Jobo ait Gregorius lib. III. Moral. cap. XVI.) *salutem aliorum, etiam si detentus ipse & oneratus malis & tribulationibus fuerit.* Imo dum in obscuro carcere aliquo tempore detineretur, lumine tantum eo adjutus, quod trasmittebant januæ rimulæ, pietatis illud plenum elucubravit opus de Christi Redemtoris vita & morte, cui vernaculum hunc titulum fecit Lusitanæ suæ, qua id scripsit, linguæ:

Trabalhos de Jesus; duobus tomis, quorum prior anno 1602. posterior autem 1609. Olisipone prodierunt. Quartam hujus operis partem imperfectam ab auctore relictam absolvisse dicitur Hieronymus Romanus ejusdem ordinis. De tertia nullus loquitur. Hoc deinde fuit opus in Castellæ proprium sermonem a Chistophoro Ferreira Sampaio versum, editumque Cæsaraugustæ apud Joann. de Lanaja 1624. in 4. & 1631. in 4. Gallice quoque & Italice legi ait Georgius Cardosus statim laudandus.

Oratorio sacro de Soliloquios de Amor divino, & varias devoções a Nossa Senhora. Matriti 1628.

Instrucção de Confessores & Penitentes; quæ valde laudatur. Hinc Ferdinandus de Camargo *Tribunal* suum *conscientiæ* deduxit.

Tratado dos mysterios principaes de nossa santa Fee: quem in Africa visum non parum attulisse opis Hebræis quibusdam Rabbinis ad renuntiandum antiquatæ suæ legi, & Christianam amplexandi, auctor est idem Cardosus.

A Vida do Ven. Padre Fr. Luis de Montoia: hanc scilicet, quam proprio nomine inscriptam Hieronymus Romanus publicavit Olisipone 1588.

Carmine valuit vernaculæ suæ linguæ. Certe enim Marochii a captivis Lusitanis bona Seriphii venia recitata fuit *de Vita Sancti Augustini* confecta ab eo *Comœdia*, quam se vidisse apud provinciæ Portugalliæ sodales, unaque *Carminum sacrorum* volumen quoddam idem Cardosus refert.

Vita & caritatis ministerio functus est XVII. die Aprilis anni MDLXXXII. qui fuit captivitatis quartus, religiosæ autem professionis trigesimus octavus, ætatis vero LIII. Vitam ejus D. Fr. Alexius de Meneses conscripsit, quæ editioni Cæsaraugustanæ *Jesu Laborum* anni 1631. præfixa fuit: elogium vero Georgius Cardosus die XVII. Aprilis, cui notam addidit luculentiorem laudatis iis, qui Thomæ nostri memoriam posteris cum insigni commendatione propagarunt, admonitisque lectoribus, ne cum Philippo Elsio in *Encomiastico Augustiniano* & Thoma de Herrera in *Alphabeto* non eidem homini *Jesu labores* & *Oratorium sacrum* tribuant.

F. THOMAS JORDAN, ordinis Minorum, in cœnobio Cæsaraugustæ urbis scriptam reliquit:

Historia de la fundacion del convento de S. Francisco de Zaragoza, donde trata de la venida de los primeros Religiosos que embió San Francisco a España. MS. vidit Didacus Murillo, ut in *Historia urbis Cæsaraugustæ* docet.

F. THOMAS DE LEMOS, Dominicanorum sodalis, sacræ theologiæ magister sapien-

pientiſſimus, quo tempore auſpiciis Clementis VIII. pro examine veritatis theologicæ de auxiliis divinæ gratiæ inter Dominicanos & Jeſuitas tam voce quam ſcriptis Romæ decertabatur, hic inter alios inſtituti hujus religioſiſſimi athletas doctrinæ columen & exiſtimationem huic loco parem adeptus vulgo ferebatur. Plura ſcripſit hujus argumenti doctiſſima, quæ multis voluminibus contenta inter MSS. Barberinæ bibliothecæ libros religioſe cuſtodiuntur. De eo Melchior Incofer Societatis Jeſu in *Conjectatione pro Epiſtola Deip. Virg. ad Meſſanenſes* hæc magnifice: *inſigne ordinis Prædicatorum lumen, quod nuper e mortalitate cœlo inſertum, ut confidimus, altius orbi cœpit irradiare* (ſignat annum MDCXXVI. & menſem Auguſtum in ora libri) *qui præcellentis ingenii famam eximio docendi uſu diu Romæ exercitatam ita pietate vitæ anteivit, ut cum doctiſſimus eſſet, non videri tamen, religioſiſſimus quoque, etſi refugeret, haud quaquam poſſet.* Hæc ille. In Codice Vaticanæ bibliothecæ MS. num. 5740. aſſervatur:

Tractatus noſtri *Qua certitudine tenendum ſit hunc vel illum electum Romanum Pontificem eſſe verum ac legitimum Pontificem Petri ſucceſſorem, & Chriſti Domini Vicarium in terris. Referuntur quæ de hac re his potiſſime temporibus ſententiæ publicatæ ſunt.* Opus viginti chartæ foliorum.

THOMAS DE LEON, Jeſuitarum ſodalis, quamvis domo Hibernus, jure quidem huic Hiſpanorum ordini inſeritur. Puer enim ductus a parente in Hiſpaniam inter nos literas didicit, ingenium excoluit, religioſæ vitæ conditionem elegit, perpetuoque manſit: vir in theologia, quæ ab ſcholis habet appellationem, quamque in collegio S. Pauli Granatenſis plures annos docuit, in ea, quæ mores informat, & quæ divinarum ſcripturarum myſteria exponit, in paucis clarus, Græcæ, Hebraicæ, Arabicæque linguarum, ſtudiorumque humanitatis, integrique artium & ſcientiarum orbis eruditione præſtans, ad ſcribendum has dotes attulit, inſignemque modeſtiam, & ſtili ornatum. Athanaſius Kircherus in *Œdipi* ſui *Ægyptiaci* ſecundo volumine claſſe XI. §. V. *linguarum orientalium & abſtruſioris doctrinæ veterum exploratorem* appellat *eximium*, occaſione datæ ad ſe ab eo epiſtolæ, qua apotelesma quoddam magicum, & alterius, qua inſcriptiones quaſdam Arabicas Thomas noſter ei communicavit, non ſine judicio ſuo hæc ſuper addito. Dedit, cum Gadibus olim humaniores literas in collegio doceret:

Leccion ſacra en la fieſta celebre que hizo el collegio de la Compañia de Jeſus de la ciudad de Cadiz en hazimiento de gracias a Dios Nueſtro Señor por el cumplimiento del primer ſiglo de ſu ſagrada Religion. Hiſpali apud Lyram 1640. in 4.

Parabat, cum Granatæ olim circa annum MDCLIII. ſimul verſaremur, plura abſtruſioris literaturæ, interque ea:

In Libros Machabæorum commentaria.

F. THOMAS DE LIMA, Bæticus, ordinis Prædicatorum illius provinciæ, edidit, quod a domeſticis accepimus:

Hiſtoria y antiguedades de Cadiz.

F. THOMAS LLAMAZARES, Pintianus, ordinis S. Franciſci ex provincia Conceptionis, theologiæ lector jubilatus, ſcripſit:

Curſum Philoſophicum, ſive Philoſophiam ſcholaſticam ad mentem Scoti, nova & congruentiori addiſcentibus methodo diſpoſitam: ad florentiſſ. & celeberrimam academiam Complutenſem. Lugd. apud Joann. Ant. Huguetan & Guilielmum Barbier 1670. in 4. Libellum quoque linguæ vulgaris:

Apothegmas en Romance: notables dichos y ſentencias de Santos Padres de la Igleſia; de Filoſofos, y otros Varones iluſtres. Lugduni ſumtibus Joan. Ant. Huguetan, & Guilielmi Barbier 1670. in 8.

THOMAS LOPEZ, Luſitanus, edidit patria lingua:

Relacion del viage que hizo a la India el año de MDII. Baptiſta Ramuſius inſeruit *Indicis* ſuis *Relationibus* Italice translatam.

THOMAS LUDOVICUS DE VICTORIA, ſi noſter eſt, edidit in re muſica:

Sacras Canciones de præcipuis anni feſtis quatuor, quinque, ſex, octo, & duodecim vocum. Francof. apud Steinium 1602.

F. THOMAS MAYOR, alias DE SPIRITU SANCTO, patria Setabitanus (Xativa eſt urbs regni Valentiæ ſatis nota) religione Dominicanus, inſignis operarius evangelicæ propagationis in oriente, ſcripſit Binondoci in Japoniæ regno, ut ſuſpicor, notis Sinicæ linguæ:

Symbolum Fidei; ſive hujus tituli librum.

De Roſario Deiparæ Virginis. De eo Fernandez in *Eccleſ. Hiſt.* lib. II. cap. XXX. & *De Scriptoribus Prædicatorum familiæ*: quod poſtremum cum ſcriberet, in vivis noſter agebat adhuc inter Japones. Epiſcopus quoque Monopolitanus in *Hiſt. ordinis Prædicat.* IV. part. circa ann. MDCXV.

F. THOMAS DE MALUENDA, Setabi

bi apud Valentinos piis atque honestis ortus parentibus anno MDLXV. postquam Latinas literas & philosophiam a Dominicano quodam sodali, linguarum autem Hebraicæ Græcæque exactissimam peritiam αὐτοδίδακτος in patria urbe didicisset, Prædicatorum fratrum instituto se apud Lombajenses, cum primum esset justæ ætatis factus, obligavit. Ibi artes, ut vocant, mox & theologiam docuit, & hanc toto decennio, studiis vere immersus, laboreque indefessus; quod robustæ cujusdam, in breviori quantumvis statura, nervosa tamen & compacta, perpetuæque valetudinis beneficio alicubi acceptum ipse refert. Quædam hoc tempore nata opuscula inter scholasticas recitationes varii argumenti hominem satis commendaverunt. Præcipueque datæ ad Cæsarem cardinalem Baronium, octo jam operis magni partibus in lucem emissis celebrem, sæculari anno litteræ de iis, quæ tam in *Annalium* libris, quam in *Martyrologii* jam pridem editi ejusdem *notis* non omnino sibi placerent, Dominicanos Romæ habitantes, atque adeo ipsum Baronium sollicitaverunt, ut ejus doctrinæ virum ex angulo isto Lombajensi ad se in lucem urbis & orbis advocarent. Romæ is positus ad Sanctæ Mariæ super Minervam, Isidoroque Aliagæ socio magistri generalis Prædicatorum ea ex tunc caritate adhærens, quæ ab hoc tempore in individuam vitæ consuetudinem ivit, ejusdem magistri generalis, qui tunc erat Hieronymus Xaverrius, præcepto auspiciisque volumen *Missale*, *Martyrologium*, *Breviarium*que horarum librum ritus Dominicani recognovit, Pontificiaque auctoritate firmata hæc omnia editioni maturavit, quæ facta est anno MDCIII. in cujus præliminari epistola Xaverrius ipse suam auctori laudem hujus laboris non invidit. Anno sequenti *De Antichristo* librum in Hispania olim elaboratum, & post alterum annum *De Paradiso* scriptum calamo currente commentarium in eadem urbe publicavit. Cujusmet anni pensum bimestre fuit *Bibliothecæ Veterum Patrum* commendata ei per Indicis (ut vocant) sacros purpuratos patres recognitio; unde qua scriptorum ea comprehensorum quisque auctoritate, aut loco censeri debeat, doctrinæque genus atque ætas, observatione Thomæ nostri in Romanum Indicem, qui Joannis Mariæ Brassichelensis S. Palatii magistri nomine prodiit anno MDCVII. conjecta sunt. Easque ipsas *Annotationes* in *Bibliothecam* a se anno MDCV. recoctam Parisiensis typographus admisit. Conscribebat hoc ipso tempore præfecti ejusdem generalis jussu *Ordinis sui Annales*: sed quos ad annum usque MCCXLVI. dumtaxat cum perduxisset, non sine gravi causa imperfectos a se relictos voluit alicubi testatum. Mansit in urbe ad annum hujus sæculi octavum; quo Isidorus Aliaga præfectus creatus Aragoniæ provinciæ vices ipsius Thomam gesturum ad nos detulit. Quo ipso Aliaga in pontificatum Albarrazinensem allecto, concessit ad Valentinos, filios inter ejus cœnobii quod in primaria urbe sodales habitant, ritu familiari cooptatus. Nec tamen licuit ei hoc in loco sibi diu vacare, quin opus haberet in curiam Regis pergere, ipsa sui fama, Bernardoque Roxio Sandovalio Toletano antistite, sacræque Romanæ ecclesiæ cardinali, summo rerum fidei apud nos arbitro eum evocante, qui una cum aliis tribus viris lectissimis *Indicem librorum prohibitorum atque expurgandorum* efformaret. Hanc utique Spartam pro virili sua egregie adornavit, CCCXXVI. libros censione lustratos in medium conferens. Quo opere absoluto atque edito rediit Valentiam; ibique commoratus est inter suos, quousque Aliaga ex Albarrazinensi, Dertusanoque episcopo, ejusdem regiæ urbis archiepiscopus renuntiatus in ædes suas eum transtulit perpetuum sibi comitem & convictorem futurum. Otio isto gnaviter usus, cum *De Antichristo* librum locupletiorem fecit, atque iterum edidit, tum breviora *Commentaria in totam Scripturam* aggressus fuit strenue & prosequutus, ab anno scilicet XXI. hujus sæculi usque ad XXVIII. qui vitæ extremus eidem fuit & climactericus. Hujus namque die VII. Maii mensis rite expiatam susceptione vivificæ hostiæ animam Deo reddidit, his subjecta *commentariis* propria manu his diebus annotatione, qua se in Ezechielis explicando capite decimo sexto allaborantem ad meliora vocatum refert. Acerrimo fuit ingenio, totiusque sacræ, ac profanæ literaturæ capaci, promto & acri judicio, memoria singulari: doctrinæque insigne meritum religionis ac pietatis cura & studio cumulavit. Operum septem volumina hoc tempore edita sunt, nempe:

De Antichristo libri XI. Romæ apud Carolum Vullietum 1604. in folio, duobus voluminibus, quod opus duodecim annorum impendio jam tunc affirmavit sibi stetisse. Sumtum tamen de novo in manus atque triplo plus minus auctum Valentiæ iterum evulgavit anno 1621. folio. Lugduni etiam prodiit sumtibus societ. bibliopolarum 1647. folio.

De Paradiso voluptatis. Romæ anno 1605. in 4. apud Ciaconum.

Commentariorum in Sacram Scripturam una cum nova de verbo ad verbum ex Hebræo translatione, variisque lectionibus volumina quinque. Lugduni apud Claudium Prost & socios anno 1650. in folio; promovente Thoma Turco generali Dominicanorum magistro, vi-

viro doctiſſimo, quæ ad hunc uſque diem Valentiæ delituerant magna ſui auctoris, magna ſtudioſorum omnium jactura. Nempe:

Primus continet Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros ac Deuteronomium.

Secundus Joſue, Judices, Ruth, Samuelis duos, Regumque duos.

Tertius Paralipomena, Hezram, Nehemiam, Tobiam, Judith, Eſther.

Quartus Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſtem, Cantica, Sapientiam, atque Eccleſiaſticum.

Quintus Iſaiam, Hieremiam, Ezequieliſque XIV. fere capita.

Præter hos etiam cura Dominici Gravinæ V. C. ejuſdem ordinis renitente auctore, prodierunt Neapoli:

Annales ordinis Prædicatorum, cœpti ab eo dimiſſique. Quod opus ipſe vivens abjudicare, nec pro ſuo uſquam agnoſci velle ſe in *Antichriſti* renovato *commentario* teſtatus eſt. Edidit tamen uti diximus Dominicus Gravina & ipſe Dominicanus fama ſcriptorum ſatis clarus, impium ſupprimendi eos obſequium jure tergiverſatus, Neapoli 1627. in folio, hoc eſt *Centuriæ primæ uſque ad annum MCCXLVI. Hiſtoriam*, apud Lazarum Scorigium.

Varia itidem opuſcula confeciſſe, quorum ei frequenter occaſio inter recitationum theologicarum quotidianos excurſus præſtabatur, fama eſt. Nempe:

De Monogamia Beatiſſimæ Annæ genitricis Dei Matris, deque Virginitate Sanctiſſimi Patriarchæ Joſeph, opuſculum (qui primus ſtudiorum ei fructus proceſſit) deperditum hodie majori ex parte. Item:

De Hebræa voce Hoſanna Diatribe.

De Sacro atque ineffabili Dei nomine quadrilitero.

In illud Geneſis XI. *verſ.* 23. *Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt.*

In illud Geneſis XIII. *verſ.* 11. *At ſi quis artifex faber de ſilva &c.*

De Aſtarte & Aſtaroth; cujus meminit in *Commentario ad Judicum libri* caput II. verſu 13.

De Boſphoro apud Abdiam verſu 20. cujus meminit in libro *De Antichriſto* repetitæ editionis capitis XXVII. initio.

De Gigantibus ſacra.

De Pygmæis apud Ezechielem cap. XXVII. 2.

In Lucæ illud cap. XXI. 38. *& omnis Populus manicabat, &c.*

Item:

Annotationes & caſtigationes locorum depravatorum, quæ exſcribentium, librariorum, vel typographorum ignorantia, incuria, inertia, oſcitantia, aut negligentia in multa Latinæ editionis vulgatæ exemplaria obrepſerunt; qui liber, ut alia, amiſſus eſt.

Epiſtola ad Andream Schotum S. I. Sacerdotem ſuper quibuſdam Scripturæ ſacræ locis conſultoria. Cujus doctiſſimi viri reſponſionem ad ſe datam ipſe Thomas *notis* quibuſdam illuſtravit.

Epiſtola ad Cæſarem Cardinalem Baronium memorata.

Commentariorum in Davidicos Pſalmos prolixiorum, in quibus vetus & vulgata editio ex fonte Hebraico aſſeritur & illuminatur (qua inſcriptione in ſchedis cujuſdam auctoris ejus manu exaratis reperta ſunt) *fragmentum*: nempe in *tres priores Pſalmos* dumtaxat. Pari commentandi ratione aggreſſus eſt *Regum* libros, paulo antequam evocaretur Matritum: quæ quidem opera in verſiculo 16. cap. V. lib. I. ceſſavit.

De Rebus geſtis Chriſti Salvatoris, opus, anno MDXCVIII. cœptum; quod magno ſeſe ſtudio moliri, ad *Antichriſtum* ſuum procemio, atque item in memoratis *literis* Baronio affirmavit: non ultra tamen Joannis ſanctificationem proſequutus eſt; at multa in eo de Evangelio & Evangeliſtis, aliiſque Verbi Dei incarnationem præcedentibus fuſe tractavit.

Ex theologicis recitationibus ſcholaſticis dumtaxat repertum eſt id quod *De Incarnatione Verbi Dei* diſcipulis ſuis dictavit: unde genius ei familiaris dignoſcitur hujuſmodi commentariorum, ab eo multum diverſus, qui fere omnes hujus temporis ſcriptorum lucubrationes afflavit. Nitore ſuo atque eleganti brevitate conſpicua ſunt, prætereaque jure ſuo veluti ſacra, quæ in enodandis Bibliorum divinorum locis frequenterque inculcandis, potius quam in Ariſtotele, aliiſque philoſophis explicandis data opera verſantur. Hæc omnia ne ignoraremus Nicolaus Figueres Valentinus ejuſdem ordinis ſodalis fecit; qui domeſtico adactus præcepto, quæ Thomæ noſtri geſta, vel ipſe viderat, vel ab aliis, maximeque ab illuſtriſſimo antiſtite cognoverat, circa annum MDCXLIV. literis mandavit; extatque hæc relatio in editione *Commentariorum ad Sacra Biblia.* Præter hæc noſtro video tribui in MS. Indice Bibliothecæ Gabrielis Soræ Aragonii opus vernaculum, ſcilicet:

Vida y Canonizacion de S. Pedro Martyr. Cæſaraug. 1613. in 8. Poſtuma prodiere poſt hæc ſcripta:

Duodecim fragmenta varia, quæ ex defuncti ſchedis excepit Nicolaus Figueres, ejuſdem, ut credimus, inſtituti ſodalis atque anno 1655. Valentiæ edidit: quæ hactenus non vidimus.

F. THOMAS A SANCTA MARIA, Dominicanus, Matritenſis, ut lego, in publi-

blicum protulit artis suæ specimen:

Arte de tañer fantasia para tecla , viguela , y todo instrumento de tres o quatro ordenes. Pintiæ apud Franciscum Fernandez 1565. in folio.

Decessit anno MDLXX. Marietam auctorem sequimur.

F. THOMAS DE MERCADO , Dominicanus ex provincia Mexicana , cœnobioque principis illius tractus urbis sacræ theologiæ magister , in scholastica , ut vocant, moralique versatissimus edidit , cum ab Indis reversus Salmanticæ moraretur:

Commentarios in Textum Petri Hispani, hoc est , Summulas. Hispali apud Ferdinandum Diaz 1571. in folio.

In Dialecticam Aristotelis cum opusculo argumentorum ; iisdem typis ac tempore in folio. Vernacula quoque lingua:

Suma de Tratos y Contratos ; sex libris; qui sunt , *De la Ley natural* ; *del trato de los mercaderes* ; *de la Prematica del trigo* ; *de Cambios* ; *de Usuras* ; *de Restitucion.* Salmanticæ 1569. deinde Hispali 1571. in 4. & 1587. in 4. Italice quoque Brixiæ apud Pet. Mariam Marchettum 1591. 8.

Obiit an. MDLXXV. in navi qua in suam provinciam Mexicanam vectabatur.

THOMAS MIERES, Gerundensis jurisconsultus , & in Decretis , ut vocant , licentiatus , reliquit post mortem suam edendum in municipale hujus suæ provinciæ jus commentarium ita inscriptum:

Apparatus super Constitutionibus Curiarum generalium Cataloniæ , duobus tomis in folio Barcinone editis impensis Sebastiani a Cormellas anno 1621.

D. THOMAS DE MONROY , nescio quis , scripsit:

Predicacion de SantIago en España. Salmanticæ 1646. in 4.

Diligencias en Roma para restituir en los Breviarios la afirmativa de la predicacion de SantIago en España. Salmanticæ eodem anno , nisi idem sit opus.

F. THOMAS DE MONZABAL , Navarrus , patria ex oppido Briñas , monachus Cisterciensis , & abbas monasterii Sanctæ Mariæ de Herrera , scripsit:

Primera Parte del Retrato del hombre feliz y de humana felicidad. Pampelone apud Carolum de Labaien 1618. in 4.

THOMAS DE MURILLO , Belalcazarensis (Belalcazar oppidum est Estremaduræ satis notum) doctor medicus , nunc sacris jam initiatus regiæ familiæ , ac domus medicus , ejusque artis professor Granatensis vespertinus , edidit:

Apologia en respuesta a D. Cristoval Mirez Caravajal Medico , que pretendia que la nieve tenia sequedad a predominio. Cordubæ apud Andream Carrillo 1650.

Resolucion Filosofica y Medica del verdadero temperamento frio y humedo de la nieve. Matriti apud Julianum de Paredes 1667.

Favores de Dios para con los hombres, ministrados por Hipocrates y Galeno. Ibidem 1670.

Tratado de varias iervas que se han hallado en la Corte de Madrid. Ibidem 1674. in 4. Necnon latino sermone:

Novissima , verifica , & particularis Hypocondriacæ melancholiæ curatio , & medela. Lugduni sumtibus Claudii Bourgeat 1672. in 16.

F. THOMAS DE NIEVA , Cisterciensis monachus monasterii urbis Toletanæ , sacræ theologiæ magister , Latine scripsit:

Rerum Hispanicarum opus : quod MS. asservari in eadem Toletana domo affirmat D. Josephus Pellizer in *Bibliothecæ* suorum librorum folio 133.

D. THOMAS DE OÑES , jurisconsultus & advocatus curiæ Matritensis , scripsisse refertur librum hujus tituli:

Fenix de los Ingenios.

THOMAS DE PAZ , canonicus Palentinus (si Valerii Andreæ fides lubrica non est *Catalogi Scriptorum Hispanorum* scriptoris) edidit:

Parasceven ad sacram Liturgiam cum gratiarum actione. Lugduni 1560. in 16.

Idem ait Verderius in *Supplemento Gesneri Bibliothecæ* & Hottingerus in *Bibliothecarii* lib. III. cap. I.

F. THOMAS DA PENHA , Lusitanus, ordinis S. Dominici , scripsisse dicitur , cum ecclesiastes esset ætate sua celeber , circa annum scilicet MDLXXX.

Super Evangelia totius anni conceptus varios.

*Officium*que *S. Thomæ Doctoris Angelici.* Alphonsus Fernandez ex *Historia provinciæ Lusitaniæ.*

F. THOMAS DE PERALTA , Cisterciensis , monachus domus S. Mariæ de Osera , scripsit:

Fundacion , antiguedad y progressos del Monasterio de Nuestra Señora de Osera del Orden del Cister. Matriti apud Melchiorem Alvarez. 1677. in 4.

THO-

THOMAS PEREZ, pharmacopola Lusiatnus, scripsisse dicitur:

De Cousas de China, simplicibus forte illarum partium. Cardosus.

THOMAS PINEDO, in Lusitaniæ ortus oppido Trancoso, at Matriti in curia nostra educatus, apud Jesuitas dedit operam literis, Franciscum Macedum Lusitanum, quem jure vocat ipse *Poetam & Oratorem Summum, Philosophumque ac Theologum eruditissimum*, præceptorem humanarum literarum adeptus. Honeste hic adolescentiam & juventutem industria sua, aut facultatibus propriis exhibuit, studio interim addictus præcipue Græcorum auctorum, & Atticæ hujus linguæ, quam apprime calluit. Nescio autem qua occasione subduxit inde se, ac in Hollandos, & Amsterodamensem urbem contulit. Fama est, Judaismo ibi nomen dedisse, atque in apostasia ista miserum hominem, bonum alias & eruditum, superiore anno MDCLXXX. diem suum obiisse. Id quod, non ut alii, palam & arroganter jactare solet, imo egregie dissimulat, Inquisitores Fidei nostros taciturnitate ac severitate Athenarum Areopagitis comparans, *exactissimum*que alibi Areopagum vocans, *si præposteram judiciorum formam* (uti ait) *ademeris*. Quibus verbis praxim potius in causis procedendi, quam judicum auctoritatem, judiciique institutum improbare videtur. Quod nos miserantes hominis olim noti, & ob literarum amorem cari factum in scriptis ejus observavimus. Conservavit utique in Hispaniam suam, & cives suos illibatam, etiam cum exul viveret, caritatem, nec alicui exterorum, aut Hollandiæ ordinibus, quod obnoxium fuit, sed Hispano viro & literatissimo D. Gaspari de Mendoza Ibañez de Segovia & Peralta marchioni de Mondexar, nuncupavit:

Stephanum de Urbibus a se latio primum donatum, *& observationibus scrutinio variarum linguarum, ac præcipue Hebraicæ, Phœniciæ, Græcæ, & Latinæ detectis illustratum.* Accesserunt *Stephani fragmentum & Jacobi Gronovii cum Codice quodam Perusino collationes.* Prodiit Amstelodami ex officina Jacobi de Longe 1678. in folio. Indicem verborum & rerum in notis memorabilium Martinus de Guichardo Germanus adjunxit. Quæ ex ejus lectione diximus, reperies, lector, in verbis *Areopagus*, & *Iberiæ*.

THOMAS PORCEL, medicus Cæsaraugustanus, edidit, uti ait Murillus in *Historia S. Imaginis Pilarensis*:

De la Peste de Zaragoza.

THOMAS DE PORTILLO, Calpetanus, sive Gibraltarensis, inque ea urbe pastor, scripsit:

Relacion de algunos de los muchos Santos, que se entiende aver padecido martyrio y assistido en la Ciudad de Gibraltar. Hispali apud Franciscum de Lyra 1634. in 4.

F. THOMAS PORTOCARRERO, Dominicanus, concionator regius, scripsit vernaculo sermone:

Declaracion del Psalmo LXX. MS. quam vidit D. Thomas Tamajus, & servatur hodie, ut credimus, in bibliotheca marchionis del Carpio Matriti.

F. THOMAS RAMON, Aragonius, Alcannizienſis, fratrum Prædicatorum sodalis, sacræ theologiæ magister, præfectus aliquando cœnobii S. Luciæ ejusdem oppidi, edidit plures formandis concionibus libros, ex quibus hi mihi noti sunt:

Vergel de plantas divinas; sive conciones de Sanctis; duobus tomis. Prior editus est Barcinone 1611. posterior vero 1612. apud Gabrielem Graells in 4.

Puntos de Escritura para las Dominicas despues de Pentecostes; duobus tomis. Ibidem 1618. in 4.

Del Santissimo Nombre de Jesus.

Devocionario del Santisimo Sacramento.

Conceptos extravagantes que se ofrecen predicar entre año. Barcinone per Gabrielem Graells 1619. in 4.

Indias nuevas de la Virgen Maria; sive de Deipara Virgine conciones 1624.

Cadena de oro para confirmar el Christiano en la Fee. Barcinone apud Graells anno 1612.

Nueva Prematica de Reformacion contra los abusos de los afeites, calzado, guedejas, guardainfantes, lenguage critico, moños, trages, y exceso en el uso del Tabaco. Cæsaraug. apud Didacum Dormer 1635. in 8.

Necnon Latine scripsit:

De Primatu Sancti Petri Apostoli & Summorum Pontificum Romanorum ejus successorum fasciculum aureum. Tolosæ anno 1617. in 4.

THOMAS REGIUS (forte REY) Valentinus, Setabensis, presbyter, sacræ theologiæ in urbe regni principe professor, scripsit:

Panegyricum de virtutibus, gaudiis & doloribus Deiparæ Virginis Mariæ. Valentiæ 1533.

De Conceptione ejusdem *Deiparæ* librum tribuit ei Morla Valentinus in præfatione *Emporii Juris.*

F. THOMAS DE RESURRECTIONE, do-

domo Valentinus Excalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis ſodalis, in Valentino cœnobio ordinarius concionator, ſcripſit:

Vida del Venerable y Apoſtolico Prelado el Iluſtriſſimo y Excelentiſſimo Señor D. Luis Creſpi de Borja, Obiſpo que fue de Origuela, y Plaſencia, y Embaxador extraordinario por el Rey D. Felipe IV. a la Santidad de Alexandro VII. para la declaracion del Culto de la Concepcion de Maria Santiſſima. Valentiæ apud Joann. Laurentium Cabrera 1676. in 4.

THOMAS ROCHA, Catalanus, qui ſe Gerunda urbe oriundum, artiumque, ac medicæ ſcientiæ doctorem, & Federici Henrici de Cabrera Caſtellæ architalaſſi ſeu proprio verbo almiranti medicum vocat, ſcripſit pro aſtrologiæ neceſſitate & uſu in medicina:

Redargutionem in Libros tres Auguſtini Niphi Sueſſani, quos ad Carolum Cæſarem ſcripſerat; & incidenter geſta militum Hiſpaniæ contra Communitatem & contra Gallos in Navarra; item miram prognoſticationem pro anno MDXXII. ſimulque:

Utilem compilationem terminorum Aſtrologiæ cum regulis Phyſico practicanti utilibus in exhibitione medicinarum & phlebotomia exequenda &c.

Epiſtolam contra Necromanticos, ubi de ortu ſcientiarum incidenter.

Epiſtolam ad Ferdinandum de Encinas Cæſaris Cancellarium ſupremum ſatua in Aſtrologiam ſcripta merito reprehendentem. Omnia hæc ſimul Burgis edita ſunt anno 1523. in fol.

THOMAS RODRIGUEZ DE VEIGA, Luſitanus, Eborenſis, eques ordinis Chriſti, medicus doctor, & inter Luſitanos, qui veluti arcem hujus ſtudii tenent, nemini poſthabendus, *Artis Hippocraticæ* (uti Zacutus ait lib. III. *De Praxi medica miranda*, obſervat. CIII.) *ſummus Antiſtes, medicinæ Phœnix, cujus rara monumenta oſtendunt raram eruditionem; in quibus vix ſcias an ſubtilitas ingenii ſermonis puritatem, an hæc rerum abſtruſarum ſcientiam antecellat*: a Joanne Rege Conimbricenſis academiæ auctore vocatus eo ad profeſſionem artis ſuæ, uſque ad emeritam ſenectutem docendo & ſcribendo in ea permanſit, editis interim doctiſſimis ingenii ſui monumentis, quibus Galenum integrum illuſtrare in animum induxerat. Foras tamen hæc emanaſſe tantum ſcio:

Commentariorum in Galenum tomum primum, in quo complexus eſt interpretationem Artis medicæ, & librorum ſex De locis affectis. Antuerpiæ apud Plantinum anno 1564. in folio.

Commentarios ſeorſim *in Libros duos Galeni De Febrium differentiis.* Conimbricæ 1577. in 4. apud Joannem Barrerium.

Commentaria in Libros Hippocratis De Victus ratione.

Prodierunt ſimul omnia hæc Lugduni apud Petrum Landry 1594. in folio, priuſque apud Joannem Lertout anno 1586. in folio. Poſtuma autem prodiit:

Practica Medica: cui acceſſit: *Tractatus De Fontanellis, & Cauteriis.* Oliſipone apud Joannem a Coſta 1668. 4. Fratrem fuiſſe Andreæ Eborenſis *Sententiarum memorabilium* auctoris Cardoſus annotat in ſchedis MSS.

THOMAS SANCHEZ, domo Cordubenſis, ne in Societatem Jeſuiticam, ut fama eſt, quamprimum admitteretur, impeditioris linguæ tarditas fecit. Quo impedimento oris & pii voti, precibus ad Divam Virginem ſæpe effuſis, annuente Deo, exolutus, ſedecim annorum adoleſcens demum promeruit eidem ſodalitio adnumerari. Hujus quidem magni viri, ſi pie in religioſa profeſſione, dum vixit, geſta laudare velis, eximiaſque virtutum dotes, quas conſtantiſſime & exquiſita quadam animi ratione tanquam diligens negotiator excoluit, plane innocentiſſimum, Deoque perfecte amicum, ſibi vero acriter inimicum, ac veræ pietatis exemplum jure dixeris: ſi doctrinam, ſolidæque ſapientiæ formam, perpetua doctiſſimi cujuſque de Thoma elogia ſunt, ut *abſolutiſſimus Theologus*, atque *utriuſque juris peritiſſimus, moralis præcipue ſcientiæ Coripheus, & ſplendidiſſimum Societatis & Hiſpaniæ lumen* appelletur. Adeo judicium hominis peracre, rerum ſubtile examen, ſingularis ad verum indagandum induſtria & ſolertia, indefeſſum ſtudium, facillimaque docendi methodus, perfectum undique & ex nulla parte ceſſantem conficiunt operis ſui principem. Ut jure quidem in diſceptationibus cauſarum inſtar ſit plurium graviſſimorum ſcriptorum ſolius Thomæ auctoritas; ac veluti ad oraculum provocantes, cum viventis olim, tum hodie jam demortui reſponſis etiam remotiſſimarum gentium mortales aſſentiantur. Reliquit ſapientiſſimus vir ſe vivo editos:

De Sacramento Matrimonii, tomos III. Genuæ 1602. Venetiis 1612. Antuerpiæ 1607. & iterum 1614. Brixiæque apud Bartholomæum Fontanum 1624. in folio. *Eſt opus hoc a pluribus* (ait *Bibliothecæ Societatis* auctor) *in compendium contractum, tum ordine alphabetico, tum ordine auctoris ſervato.* Novi aliquem ex his eſſe Joannem Andream Cadæum, cujus *Compendium* prodiit Brixiæ 1656. in 8. Item *Aphoriſmi* ex hoc opere prodierunt Audomari 1629. in 12.

Eden-

Edendos, qui scilicet a morte ipsius prodierunt:

Operis moralis in Præcepta Decalogi, volumina duo. Primum libris quatuor explicat *Principia generalia ad omnia præcepta*, & *duo prima præcepta*. Matriti 1613. in fol. Venetiis, Coloniæque sequenti anno 1614. Parisiis 1615. Lugduni per Jacob. Cardon 1623. folio. Secundum libris tribus *De Religioso statu ac professione*, *deque tribus solennibus castitatis*, *obedientiæ & paupertatis votis* accurate differit. Matriti 1613. & iisdem, quibus primum, locis, Antuerpiæque 1622. apud Martinum Nutium.

Consiliorum, *seu Opusculorum moralium* volumina duo. In primo *De Jure & Justitia commutativa*, *distributiva & judicativa atque ordine judiciario* libris tribus agitur; in secundo libris quatuor *De ultimis voluntatibus*, ubi *de Illegitimis*, *de jejunio*, & *observatione festorum*, *de judicibus*, *aliisque judicialibus*, *de ordinibus*. Lugduni apud Jacobum & Petrum Prost 1634. & 1635. folio. Quædam huic operi addita ab eo, qui edidit, Joannes Cardin. de Lugo ostendit tomo 2. *De Justitia & jure disp.* 26. *sect.* 5. *num.* 54. cui rei forte innititur subdubitatio de auctore *opusculorum* istorum apud Raynaudum in *Trinitate Patriarcharum* puncto 7. agens de *D. Brunone* §. 3 num. 16. Negat tamen Andreas Mendo in *Comment. ad Bullam Cruciatam*...... quidquam fuisse in his Consiliis additum, quantumvis plura fuisse ablata, quia minus elaborata sunt visa censoribus, a viris fide dignis se audivisse fateatur, uti ex *commentariis* Joannis Maldonati *super Evangelia*.

Abiit ad plures in urbe Granata die XIX. Maii anno salutis MDCX. ineunte vero ætatis LX. ad pompam funeris, tanquam ad communis parentis (sic enim vocabant) tum sacri ordinis, regiique senatus & urbanæ nobilitatis, tum promiscuæ plebis innumera multitudine certatim confluente. Thomæ vitam & res gestas Belgico dedisse idiomate Gerardus Zoes Jesuita, ex Hispanico scilicet nescio cujus, dicitur. Theophilus vero Raynaudus etiam sodalis magni ante paucos annos, dum viveret, in literis nominis, cum in opere suo *De Bonis & malis libris* partitione prima, erotemate VIII. num. 85. *gravissimum scriptorem & in morali Theologia ævo suo facile principem* jure nostrum compellasset, in quorumdam malignorum hominum calumnias invehitur, qui virum sanctimonia clarum, perpetuoque castitatis flore vigentem expostulare ausi sunt de spurce quibusdam & inhoneste dictis in opere *de Matrimonio*; obtendens iis Petri Blesensis abbatis verba quædam perquam apposita, & pro Sancio veluti opposita, in simili ejus opere *De Confessione Sacramentali*. Hujusmet alia elogia ediderunt Joannes Bourghesius in libro, cui titulus, *Societas Jesu Deiparæ sacra*, cap. XX. & Joannes Crombecius lib. II. *De Studio perfectionis* cap. XII. quos idem Raynaudus laudat. Celebratur (ne id taceam, quod minime vulgare est) inter alias dotes Thomæ diligentia quædam singularis in allegandis fideliter scriptoribus, quorum testimoniis utitur.

THOMAS SANCHEZ, domo ex oppido Cebolla diœcesis Toletanæ, Jesuitarum sacerdos, cum hæc scribimus, professæ domus Matritensis præpositus, unus e regiis Caroli II. concionatoribus, & nulli ceterorum secundus, nam eloquentia quadam naturali, oratoria, facie, gestuque, sonora voce, æqualique venustate, ac decore, magna item præsentia animi, ac vivacitate, ex ambone detonat, populumque docet christianum & principes quoscumque viros ea, quæ oportet agere salutis memores qui sunt æternæ. Extat hucusque ab eo libellus sex concionum sacrarum, quas in regio cœnobio virginum Matritensium Incarnati Verbi, quadragesimæ anni MDCLXXVI. quintis feriis habuit, cui titulum dedit:

Las seis Alas del Serafin. Matriti apud Antonium Franciscum de Zafra 1679. in 4.

F. THOMAS DE SIERRA, Ovetensis, ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ magister, doctus, ingeniosus, disertusque admodum verbi Dei præco, cui muneri dum Pampelone apud Navarros præesset, foras dedit:

Desengaño Christiano primera parte; *contiene Sermones de Quaresma*, *de tiempo y de Santos*; ex officina Nicolai de Assiain anno 1613. in 4. Scripsit quoque:

De las Excelencias de la orden de Predicadores; Alphonso Fernandez auctore, qui ait, quo tempore celebrabat ipse familiæ suæ scriptores, in Salmantino cœnobio Thomam agere ordinarium ecclesiasten.

F. THOMAS SILVESTER, Franciscanus, Luca Waddingo teste, scripsit:

Vitam B. Petri Nicolai Factoris.

Valentinum credimus, quod non docuit laudatus auctor.

F. THOMAS DE SOUSA, Lusitanus, nobili genere prognatus, ordinis S. Dominici, Sebastiani Regis Portugalliæ concionator eximius, scripsit docte:

Commentaria in Prophetas Oseam, & *Joel*. Claruit circa annum MDLXX. Alphonsus Fer-

Fernandez ex *Historia provinciæ Lusitaniæ*.

F. THOMAS TABLES, ordinis Prædicatorum, concionator generalis provinciæ Aragonensis, scripsit:

Devocion de la Virgen en su Rosario.

D. THOMAS TAMAJUS DE VARGAS, Matritensis, Thomæ Martinez de Tamajo Malpartidæ dioecesis Abulensis oppido nati filius ex matre Catharina de Vargas Toletana, quo ex origine Abulo-Carpetani usurpare voluit titulum: initiatus studiis fuit Pampilone, sacra ibi dum regeret Matthæus Burgensis propinquus, Seguntiam hinc translatus. Quæ deinde studia Toleti sub optimis præceptoribus, fortasseque Martino Antonio del Rio Jesuita viro clarissimo, quem noster alicubi magistrum agnoscit, ardentissime amplexus, Latinæ, Græcæque linguarum, amoeniorum artium, totiusque historiæ tam veteris, quam novæ, tam exteræ, quam nostræ doctrina, nec minus sacris literis mentem imbuit; adeo ut vicesimum tantum agens annum pro Joannis Marianæ nomine in certamen jam descendere, scriptisque editis famam provocare ausus sit. Laurea ibi doctorali accepta, cum docuisset & ipse juventutem ex cathedra, muneribusque aliis vacasset, anno hujus sæculi XXI. sequutus est regio jussu N. Toletanum Higarensem toparcham, ut ei apud Venetorum Rempublicam legato a secretis esset. Reversus Henrici Guzmani S. R. E. cardinalis Gasparis Olivarum comitis ex sorore nepotis præesse studiis, secretisque interesse jussus, paulo post in obeuntis diem suum Antonii de Herrera Castellæ archichronographi locum successit. Aliquandiu & Melgarensem comitem Joannis Castellæ architalassi filium primogenitum, annuente Philippo IV. Rege literis & moribus instituit. Fato demum concedenti Ludovico Tribaldo Toleto succenturiatus fuit in regio chronographi Indiarum munere, quæ apud nos melius stipendiata, propterea que non parum honestior scribendæ historiæ conditio est. In sacro sancti Officii, ut vocant, senatu, atque in regio militarium ordinum concilio minister fuit.

Obiit tandem secunda Septembris die MDCXLI. ætatis LIV. vir quidem ob insignem eruditionem longiore vita dignus: cujus quidem obitu immaturo factum est ut pluribus ab eo relictis utraque lingua Latina vulgarique doctissimis monumentis careamus. Certe ad id tempus nescio ubi cum blattis rixantur & vermibus, testamenti exequutorum fortasse incuria. Catalogum hic apponam, cum editorum, tum edendornm si Deus voluisset, fidem sequutus Joannis Francisci Andreæ Ustarrozii Aragoniæ chronographi in *Panegyrico sepulchrali Thomæ Tamaji* nostri, & aliorum.

Defensa de la Historia General de España del Padre Juan de Mariana. Toleti 1616. in 4. adversus Petrum Mantuanum.

Defensa de la Descension de Nuestra Señora á la Santa Iglesia de Toledo. Ibidem eodem anno: in 4.

Vida de Doña Maria de Toledo Señora de Pinto, y despues Sor Maria la Pobre fundadora y primera Abadesa de Santa Isabel de los Reyes de Toledo. Ibidem eodem anno.

Vida de Diego Garcia de Paredes y relacion breve de su tiempo. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1621. in 4.

Notas a Garcilasso de la Vega Principe de los Poetas Castellanos. Ibidem anno 1622. in 16.

Novedades antiguas, esto es defensa de la doctrina de Flavio Lucio Dextro; cui adnectitur:

Antiguedad de la Religion Christiana en el reino de Toledo para muestra de la verdad del mismo autor; simulque:

Averiguacion de algunas memorias en la Historia ecclesiastica, ilustres para España, de la doctrina cierta de Fl. L. Dextro. Matriti 1624. in 4.

Restauracion de la ciudad del Salvador Baia de todos Santos en la Provincia del Brasil por las armas de D. Felipe IV. Rey de España. Ibidem apud Petrum Tassum 1626. in 4.

Memorial a su Magestad en nombre de la Iglesia de Santiago y del Clero de las Españas por el unico Patronato del Apostol Santiago. Ibidem eodem anno: in folio.

Memorial por la perpetua lealtad de la ciudad de Toledo. 1631. in 4.

Memorial por la Casa y familia de Luna. 1630. in fol.

Memorial por la Casa y linage de Sosa. 1633. in fol. Laudat hoc opus Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XXII. Aprilis.

Memorial por la esclarecida Casa de Alagon.

Memorial por la nobilissima Casa de Moncada.

Memorial de la Casa del Marques de Aitona; si non idem opus est.

Memorial de la Casa y sucession del Conde de Castro D. Gomez de Mendoza Manrique. Latine quoque sequentia.

Pauli Diaconi Emeritensis librum De Vita & miraculis Patrum Emeritensium ad veteres Gothorum & Latinorum membranas collatum & notis illustratum; simulque:

Apospasmacion de rebus Emeritensibus, ex Hispania antiqua auctoris. Antuerpiæ apud Meursium 1638. in 4.

Luit-

Luitprandi , five Eutrandi e Subdiacono Toletano & Ticinenfi Diacono Epifcopi Cremonenfis Chronicon ad Tractemundum Illiberitanum in Hifpania Epifcopum, cum notis. Matriti 1635. in 4. apud Francifcum Martinez.

In Hifpanicum etiam e Latino convertit:

La Conftancia de Jufto Lipfio: quæ alieno nomine vulgata eft Hifpali anno 1616. in 4.

In lucem edidit , nihil de fuo adjungens:

La Hiftoria de la Ciudad de Toledo del Dotor Francifco de Pifa. Toleti 1618. in folio.

Quamplura propediem commiffurus typis erat perfecta jam & prelo matura opera; fcilicet ita infcripta:

Auli Perfii Flacci Satyrarum liber: D. Thomas Tamajus recenfuit , & commentariolum pueritiæ opus, nuper ex intervallo XIV. annorum repetitum , & otio paucorum dierum rufticano illuftratum adjecit, anno MDCXXI. in folio.

Novus Mufarum chorus , five novem illuftrium e Græcis fœminarum fragmenta denuo recenfita , verfa & notulis illuftrata: quod opus edere licuit ei facultate regia jam ab anno MDCXXI. impetrata.

In C. Plinium Secundum poftremum poft omnium curas fpicilegium ex M. SS. Toletanæ Ecclefiæ inter fe & cum exemplis vulgaribus collatis; ab anno MDCXV.

Anti-Bandellus , five pro intemerata Deiparæ Virginis Conceptione adverfus Vincentium Bandellum a Caftro-novo Yperafpiftes.

Toletum , five de rebus Toletanis Hiftoria. Hanc vidit Thomas Herrera , laudatque in *Alphabeto Auguftiniano.* Difparuit ea tamen, cum confignanda jam effet Martino Abbati de la Farina, ut edere curaret: quod refert Joannes Tamajus in *Notis ad Aulum Hallum* pag. 54. unaque:

Elogia Illuftrium in Carpentania Scriptorum; plufquam quingentorum, ut audio.

Flavii Lucii Dextri Barcinonenfis Hiftoriæ omnimodæ fragmentum denuo recenfitum, ad veterum codicum fidem caftigatum & commentario perpetuo illuftratum. Laudatur hocce opus ab Alphonfo Carranza in opufculo *De Monetis* pag. 41. Acceffere:

Notæ in M. Maximi Cefarauguftani Archiepifcopi Chronicon cum Helecæ, Braulionis, Tajonis, & Valdredi ejufdem Ecclefiæ Præfulum additionibus , ex ejufdem recenfione; et:

Animadverfiones in Juliani cognomento Petri, Toletani, dum Mauri rerum potirentur, Archipresbyteri , & Dom. Bernardi primi Toletanorum poft exactam urbe perfidiam Præfulis a fecretis & ftudiis Chronicon, & Adverfaria.

Aurelii Flavii Alvari viri illuftris Patritii Cordubenfis , S. Eulogii Archiepifcopi Toletani martyris amici & ftudiorum collegæ opera , quæ in Bibliothecis Hifpaniæ extant nunquam edita , e codice pervetufto Ecclefiæ Cordubenfis literis Gothicis exarato bona fide tranfcripta. Quorum exemplum obtulit olim auctor Francifco S. R. E. cardinali Barberino literarum vere ac literatorum Mæcenati Urbani VIII. P. M. patrui legato extraordinario ad Hifpaniarum Regem Philippum IV. in cujus ampliffima bibliotheca vidimus nos , & annuente humaniffimo & beneficentiffimo patrono tranfcribi curavimus.

Hifpana quoque lingua hæc:

Cifra , Contracifra antigua y moderna. Laudat hoc opus Thomas ipfe fub nomine Latino *Polygraphiæ & Steganographiæ antiquæ & recentioris* in *Notis ad Luitprandum* pag. 151. Edendi facultas conceffa eft ei anno MDCXII. Nunc eft apud D. Joannem Lucam Cortefium autographus ipfe liber auctoris cum approbationibus ad editionem præviis.

Notas fegundas a Garcilaffo y correccion de las primeras; quarum ipfe auctor meminit in *Collectione librorum Hifpanorum* , de qua ftatim dicimus.

Junta de libros la mayor que España ha vifto en fu lengua hafta el año de MDCXXIV. five catalogum fcriptorum Hifpanorum , qui vulgari lingua fcripferunt. Vidimus exemplum in bibliotheca Barberina.

Marco Valerio Marcial Efpañol ; fus epigrammas mas felectas reducidas a metros Caftellanos ; cum aliis juvenilis ætatis carminibus vernaculis, latinifque.

Doce Tratados varios, en que fe difputan algunas cofas fingulares de España.

I. *De la venida de Santiago a España.*

II. *Santos de España nuevamente defcubiertos.*

III. *Origen de los Titulos y otras Dignidades de España.*

IV. *Informacion por la lengua antigua de España.*

V. *Derechos que los Reyes de España tienen a fus Coronas y Señorios.*

VI. *Razon por que a la Mageftad del Rey D. Felipe IV. pertenece el titulo de Magno.*

VII. *Paralelos de algunos infignes Efpañoles con otros de los antiguos.*

VIII. *Yerros de algunos Hiftoriadores nueftros y agenos.*

IX. *Falfedad del Berofo de Juan Annio y de los demas que andan con el.*

X. *Competencia de Toledo y Burgos fobre el afiento y voz en Cortes.*

XI. *Provechos de la Hiſtoria y uſo de ella entre los Principes.*

XII. *El Coroniſta y ſu oficio, calidades y prerogativas; razon de los que ha havido en eſtos reynos.*

San Joachim abuelo del Hijo de Dios, padre de ſu ſantiſſima Madre, lo que de ſu vida, virtudes y merecimientos ſe ha hallado en los Santos Padres y auctores eccleſiaſticos.

Tratado de la Caſa de Valenzuela. 1651.

Memorial de los Henrriquez Señores de Villalva. Meminit hujus D. Joſephus Pellizer in *Memoriali de la calidad y ſervicios de D. Fernando Joſeph de los Rios.* fol.47. n.16.

Hiſtoria de la nobiliſſima caſa de los Borjas. Quam ſumma laude ornat diligentiæ atque elegantiæ Rodericus Mendez Silva in *Regio Catalogo.*

Meminit Thomas ipſe *Continuationis*, quam proſequebatur, *Hiſpanæ Hiſtoriæ* Joannis Marianæ in præfatione *Novitatum antiquarum*; necnon:

Schediaſmctum Latinorum de rebus diverſis; quod centum capitibus abſolutum opus ſeſe habere teſtatus eſt in *Defenſione Hiſtoriæ Joannis Marianæ* ab impugnationibus Mantuani, cujus hic titulus: *Razon deſta Hiſtoria, de ſu impugnacion y defenſa*, pag. 7. ſæpeque in notis *Luitprandini Chronici* ſe ad hoc opus lectoreſque ſuos remittit. Item:

Notas a todas las Hiſtorias antiguas de Eſpaña neceſſarias para ſu enmienda, defenſa y inteligencia. Laudat ipſe auctor in *Collectione librorum Hiſpanorum.*

Recordatur Tamaii noſtri cum *clariſſimi viri* elogio Joannes Bollandus die XXII. Januar. pag. 407. in magno opere de *Actis Sanctorum.*

F. THOMAS DE TORQUEMADA, Abulenſis, ordinis Prædicatorum ex Salmantina Stephani protomartyris ampliſſima domo, apoſtolicorum fidei judicum cenſor theologus apud ſupremum Matritenſem ſenatum, edidit jam longævus:

Camino de la vida eterna repartido en dos jornadas. Salmanticæ apud Didacum a Cuſſio 1650. in folio.

F. THOMAS DE LA TORRE, Dominicanus, in ſchedis reliquit, uti Antonius Leonius refert in *Bibliotheca Indica*:

Hiſtoria de Santo Domingo de la provincia de Chiapa.

F. THOMAS DE TRUXILLO, in Placentinæ diœceſis oppido quodam (Zurita vocant) in dias luminis oras natus eunuchus, cum primum ſæculo vale dixit, Divæ Mariæ de Mercede ſodalibus annumeratus plures annos eum ordinem tenuit, cœnobiumque Matritenſe recens ædificatum adminiſtravit. Interea natos ſibi domi adverſarios declinare utile ac e re ſua ducens, repudiato, cum id ſibi per ſummum eccleſiæ arbitrum liceret, priore inſtituto, in familiam ſe ſe Prædicatorum fratrum Barcinone contribuit. Quo loco munus ſacrarum concionum ad populum habendarum excellenter geſſiſſe dicitur, ſacrorum Bibliorum, quæ in ejuſdem urbis eccleſia ſolemniter interpretatus fuit pro cathedra, omniumque eccleſiæ veterum patrum lectione inſtructiſſimus. Poſteris reliquit:

Theſaurum Concionatorum; duobus tomis, *quibus continentur pro feſtis mobilibus & immobilibus per annum atque extravagantibus, aliiſque incidentibus argumentis conciones.* Barcinone 1579. in fol. Lugduni 1582. Venetiis apud heredes Melchioris Seſſæ 1583. in 4. Pariſiis 1585. in 8. Venetiiſque iterum 1592. in 8. Coloniæ item, Romæque. Harum auctoritate in hiſtorica re ſæpiſſime utitur Baronius in *Notis ad Martyrologium*, Columna in *Hydragiologia*, & plures alii.

De Ratione accurate concionandi, libros VI.

Conciones quadrageſimales quadruplices una cum Adventu, Septuageſima, Sexageſima, & Quinquageſima; duobus tomis. Barcinone 1591. in 4. deinde Venetiis per Damianum Zenarum 1592. duobus tomis in 8. Lugduni, Lutetiæque Pariſiorum.

Hiſpano etiam idiomate proficuus edidit, antequam caſtra religioſi mutaret inſtituti:

De las Miſerias del Hombre. Barcinone 1604. in 8.

Reprobacion de trages. Cæſarauguſtæ 1563. in 8. deinde Barcinone apud Sebaſtianum Cormellas cum hoc titulo: *Diſcurſo contra la deshoneſta Bellona y profanas galas que ſe uſan.*

Abuſo de juramentos.

Tratado de Limoſna. Tria hæc poſtrema edita ſimul ſunt Stellæ Navarrorum anno 1563. in 8.

Florebat circa annum MDXC. ejuſque, uti adhuc ſuperſtitis Joannes Marieta poſt quinquennium meminit.

F. THOMAS DE VALENCIA, Dominicanus, edidit:

Flores de conſolacion neceſſarias a todo Chriſtiano para paſar proſperamente las tempeſtades deſte Mundo. Hunc Italicum ex Hiſpano vidimus Venetiis publicatum anno 1562. Claruit circa annum MDLX. Conſule-ſis Antonium Senenſem & Alphonſum Fernandez.

THOMAS VALLASCO, alias VAS, Lu-

Lusitanus, Portuensis, jurisconsultus atque in curia urbis patriæ advocatus, edidit:

Allegationum super varias materias, primum tomum. Portu 1612. in folio.

Conimbricensem vocat Cardosus in schedis.

F. THOMAS VALLGORNERA, Catalanus, ordinis S. Dominici apud Barcinonenses ad S. Catharinæ martyris in eum admissus, Dertusense collegium, quod olim incoluerat studiis vacans, rector administravit, domus alias quoque rexit, & quidquid Dominicanorum est in principatu Cataloniæ vicarius generalis, sacræ theologiæ magister, dum Barcinone degeret, doctum opus & pium valde emisit in publicam lucem:

Mysticam Theologiam D. Thomæ, nuncupatum. Barcinone ex officina Antonii de Lacavalleria 1662. in folio.

F. THOMAS VAZQUEZ, scripsit:

Sumario del Cathecismo. Cæsaraugustæ 1610. in 16.

F. THOMAS DE VEIGA, Lusitanus, ex Tertio ordine S. Francisci, lector emeritus, & provinciæ suæ, ut appellant domestico verbo, pater, scripsit eleganti Lusitano stilo:

Consideraçoẽs sobre as Domingas do Spiritu Santo; duabus partibus. Olissipone 1620. in 4.

Consideraçoẽs sobre as quartas e festas feiras e as Domingas de Quadragesima. Ibidem 1618. apud Craesbek in 4.

F. THOMAS VESACH, gente Valentinus, professione vitæ religiosæ Dominicanus, scripsit proprio Valentiæ regni idiomate circa annum MD:

Vitam S. Catharinæ Senensis.

De eo agit *Historia* hujus ordinis episcopi Monopolitani; quæ tamen appellat *Thomam Vesahec*, & Franciscus Diagus in *Historia provinciæ Aragoniæ Dominicanorum*, lib. II. cap. XCVIII.

F. THOMAS VILAR, Catalanus, Ausetanus, ordinis Prædicatorum sacræ theologiæ magister, scripsit:

In Primam Partem Sancti Thomæ, duobus voluminibus. Barcinone primo apud Mathevad 1638. altero apud viduam ejusdem 1646. in 8.

THOMAS DE VILLACASTIN, Pintianus, Societatis Jesu presbyter, excitare cupiens fidelium animos ad elevandam in Deum, fructuosæ orationis tanquam alis, mentem edidit:

Enchiridion o Manual de consideraciones y exercicios espirituales para la oracion. Cæsaraugustæ anno 1613. in 12. Valentiæque 1615. in 16. apud Patricium Mey. Quod opus & Jacobus Susius Belgice & Thomas Mascambrunus ambo societatis sodales Italice converterunt. Mascambruni editio sine auctoris nomine prodiit Neapoli 1633. eum tamen esse auctorem notat Philippus Alegambe, qui & Jacobi Grassetti aliam aut eamdem quoque laudat; necnon & Gallice alius.

Manual de la vida y virtudes de la Reyna Nuestra Señora la Virgen Maria, y en lo que sus devotos y esclavos la han de imitar. Valentiæ pud Joannem Godinez 1614. in 8. Idque etiam Belgicum prodiit opera Theodori Rosmeer, Trajectensis, Jesuitæ. Gallicum item nescio cujus: in 12.

Apostolica vida, virtudes y milagros del santo Padre y maestro Francisco Xavier. Pintiæ apud Franciscum Fernandez anno 1602. in 8.

S. THOMAS DE VILLANUEVA, faustis natalibus Fuenllana oppidum, unde erat mater, agri Laminitani, atque item educatione sua Villam-novam ab Infantibus appellatam duobus a Fuenllana milliaribus distantem (nam ex ea oriundus fuerat Alphonsus Garsias pater) egregie nobilitavit. Compluti hic transacto literarum tirocinio, inter sodales allectus fuit collegii Ildephonsini ab erectore ipso Francisco Ximenio Toletano antistite nunquam satis laudato. In hac academia facto sibi inter laureatos ejus patres loco, sextum & vicesimum annum agens philosophiam docere jussus est, jam tum non literis tantum sed & morum exemplo juventuti proficuus: in quo auditorum coetu tunc temporis numerabantur (quod Alvarus Gomezius in *De Ximenii rebus gestis* annotavit) Dominicus Sotus, & Ferdinandus Enzinas, hic subtilis postea philosophus simul & theologus. Sed curæ huic jam biennio intentum alia sui justior & honestior cura inde abripuit; Salmanticæque inter Eremitas Augustini patriarchæ asseclas dicere jussit hujus regulæ sacramentum. Coepit autem, cum sese primo dare in publicum potuit, de verbo Dei pro concione verba facere ea quidem commotione Salmanticensis populi, ut tanquam ad apostolum aliquem vitæ redditum, angelumve in terris apparentem ab omni sexu & ætate concurreretur. Hujus muneris cum collegisset non minus quam in poenitentiæ sacramenti administratione fructus perquam opimos, inter

ter cæſareos Caroli eccleſiaſtas cooptatus, mirum in modum obſervari a religioſiſſimo hoc Imperatore, atque item de republica in cauſis theologicis ante alios conſuli atque probari. Caritatem ſodalium & erga eum obſervantiam commiſſa ei præmature domeſtica produnt munera. Bis Salmanticæ, & quidem duobus a profeſſione tantum annis primum, bis Burgis, atque item Pintiæ præfectum egit; quemadmodum & bis provinciæ rectorem cum Bæticæ, tum Caſtellæ. Salutatum a generali magiſtro ſui ordinis eo elogio, quod jam ponimus, hominem ſubditum, talem fuiſſe oportet, qualem fuiſſe certiſſimis documentis jam comprobatum eſt. Hieronymus Seripandus ad nos veniens vir graviſſimus adiri ſe ab eo per epiſtolam rogat, certioremque eum facit, ſe jam audiviſſe *clariſſima & una omnium voce* (verba *Epiſtolæ* audis) *divina tibi omnia munera cumulatiſſime eſſe conceſſa, ita ut idem ſis eloquentiſſimus divini verbi interpres, & vitæ & ſanctimoniæ tanta integritate, ut ſummos illos primos noſtri ordinis Patres non ſequi ſed præire videaris.* Fama eſt Granatenſi eccleſiæ deſtinatum a Cæſare antiſtitem ſubtraxiſſe ſe, ut imparem oneri. Sed Valentinam admiſit paulo poſt; nec prius tamen, quam imperio & præcepto ejus, cui non obedire religio eſſet, adigeretur. Undecim in hac ſede non amplius annos paſtorem exercuit, dignus, qui in ceterorum exemplar vitæque in terris actæ cæleſtis diutiſſime cum ægris mortalibus commoraretur. Plane ſui ſollicitum & quietis cupidum, ſuper eoque novum a Cæſare gratiuſque beneficium renuntiandæ in Pontificis manibus bona illius gratia dignitatis callide expoſcentem imago domini Jeſu cruce pendentis, domeſtici oratorii ſumma, de brevi intra paucos menſes obitu paratum & in procinctu militem ſacrum admonuiſſe dicitur. Contigit is die ipſo Nativitatis Mariæ Deiparæ an. MDLV. cum anginæ graſſantis morbo non multos dies par eſſe potuiſſet; quem quidem inter cælites ab anno MDCLVIII. præeunte Alexandro VII. P. M. ſuppliciter colimus ac veneramur. Vitam ejus ſcripſerunt Latine Nicaſius Baxius Antuerpienſis, Hiſpane vero Hieronymus Canton Valentinus, Auguſtiniani. Fruimur hodie doctrinæ illius monumentis haud magnæ molis, attamen auro contra non caris. Nempe:

Concionum, tomis duobus, quæ primum typis mandatæ ſunt Complutenſibus Ferdin. Ramirez anno 1581. in folio, Petri Uzedæ Guerreri Auguſtiniani opera Gundiſalvo Ferdinandi a Corduba Sueſſæ duci nuncupatæ; & poſt antiquiorem hanc & alias forte editiones prodierunt Coloniæ an. 1614 & 1616. in 4. Nuper Joannes Baptiſta de Pinnis Auguſtinianus in alma Romana urbe publicus Bibliorum & univerſitate ordinarius interpres novam editionem curavit, adjuncta ſancti viri vita, elogiis & indicibus verborum, ſententiarumque, Romæ apud Angelum Bernabo a Verme 1659. in folio. Sed & Coloniæ prodierunt 1661. in 4. duobus tomis. In quodam librorum catalogo, quem bibliothecæ Matritenſis excellentiſſimi marchionis del Carpio eſſe ſuſpicamur, liber *Virtutum* inſcriptus, manuque tantum exaratus, auctore Fr. Thoma a Villanova inter alios MSS. laudatur.

TIMOTHEUS.

F. TIMOTHEUS DE CIABRA ET PIMENTEL, Oliſiponenſis, Carmelita, theologiæque ſacræ magiſter, domique profeſſor, concionator ſuo tempore clarus. His nempe dotibus, quas poetices atque eloquentiæ artibus non parum exornabat, egregie floruit, varia tamen conflictatus fortuna. Scripſit, ediditque:

La Honda de David o cinco Sermones del Santiſſimo Sacramento contra los Judios; ad Franciſcum S. R. E. cardinalem Barberinum. Romæ apud Maſcardum 1631. in 4. Quod opus eodem anno ediderat Barcinone apud Stephanum Liberos in 4. abſque ulla monaſtici ſtatus, quem profitebatur, mentione.

Marcus Antonius Alegre auctor *Paradiſi Carmelitici decoris* adjungit:

Panegyrico a S. Juan Evangeliſta. Barcinone 1631. in 4.

Colegio real de Chriſto; hoc eſt, de Chriſto Salvatore & ejus Apoſtolis ſermones; quorum fides penes hunc ſit auctorem.

In ſchedis alia ſe habere retulit ipſe Marco eidem Antonio Alegre; ſcilicet:

Inſtruccion de los Novicios, lib. I.

In Epiſtolam ad Timotheum commentaria fuſiſſima cum moralitatibus.

Vitam S. Mariæ Magdalenæ; hexametris & pentametris verſibus; ad Urbanum VIII. Papam. Ex relatione autem domeſtica fidei non lubricæ habemus reliquiſſe eum Luſitanicæ linguæ opus:

Inſtrucçaõ militar, dictum, atque omnino abſolutum. Luſtraſſe eum Germaniam in comitatu D. Franciſci de Melo Hiſpaniarum legati ad congreſſum Ratisbonenſem hujus ſæculi anno XLI. ibique cuſtodiæ mancipatum fuiſſe ob ſuſpicionem, qua Eduardi Brigantini in Mediolani arce detenti fugam promoturus ferebatur, Mediolanumque & ipſum remiſſum, unde poſtea aufugit, Galeazus Gualdus *in Hiſtoria hujus temporis* tertiæ partis libro primo annotatum reliquit. In

Portugallia demum is deceffit anno MDCLI.

TIRSUS.

TIRSUS DE AVILES, fcripfiffe refertur:

Vida de Diego Melendez de Valdes llamado el Valiente; qui fub Rege Petro maxime floruit. Hunc laudat fimul cum Ludovico Alvarez Carvalho & D. Petro Marañon de Efpinofa, qui de eo argumento fcripferunt, D. Jofephus Pellizer in tractatu, *Juftificacion de la Grandeza de primera claffe del Conde de Miranda*, nuncupato §. XXII. num. 26.

TIRSUS DE MOLINA. Quære GABRIEL TELLEZ.

TORIBIUS.

TORIBIUS FERNANDEZ, auctor laudatur fabulofi, fed profaici poematis fic infcripti:

Coronica del Principe D. Belianis de Grecia. Burgis 1587. fol.

F. TORIBIUS DE MOTOLINEA, alias de BENAVENTE (oriundus quippe ab hoc oppido veteris Caftellæ) unus fuit e duodecim Francifcanis fodalibus, qui primi in feptemtrionalem Americam crucis vexillum invexerunt; ex quibus omnibus poft innumeram Indorum multitudinem ad facri fontis lavacrum exceptam, chriftianifque moribus inftitutam deceffit ultimus, jacetque ad S. Francifci in principe urbe Mexico. Scripfit, non edidit:

De Moribus Indorum, Latine. Gonzaga & Antonius Leonius. Item, fi aliud opus eft:

Relacion de las cofas, ritos, idolatrias y ceremonias de la Nueva Efpaña. M. S. tefte Antonio eodem Leone in *Bibliotheca occidentali*, tit. XVII.

Memoriales Hiftoricos. MSS. eodem Antonio Leone tefte. Hic forte liber eft, quem fic defignat Gonzaga in IV. parte loquens de provincia S. Evangelii: *De adventu XII. Patrum qui primi in eas regiones devenerunt, ac de eorum rebus geftis*; five ille, quem Aloyfius Rebolledus *de Scriptoribus Francifcanis* agens in *Hiftoria* fui ordinis, *De la guerra de los Indios de Nueva Efpaña* tractare ait. Sed Antonius Leonius utriufque horum duorum meminit variis in locis, unde apparet non idem opus fuiffe. Quare eum feorfim ponimus librum, qui fequitur:

Venida de los doce primeros PP. de San Francifco a Nueva Efpaña. MS. Vide *Bibliothecam occidentalem*, tit. XX.

Vida y muerte de los tres niños principales de la ciudad de Tlafcala llamados Chriftoval, Antonio y Juan, que murieron por la confeffion de la Fee. Hunc ex Hifpanico auctoris in Mexicanum vertit Joannes Baptifta ejufdem ordinis præfectus, five guardianus monafterii de Tlatilulco, ediditque ibidem typis Didaci Lopez Davalos anno 1601. in 8. D. Laurentius Coquus in *Appendice* M. S. *Bibliothecæ Indicæ*, quæ apud me eft, hujus libri meminit.

Camino del Efpiritu. Rebolledus laudat.

Doctrina Chriftiana, idiomate Mexicano; & alios *Tractatus efpirituales*, qui apud Indos in magno pretio habentur, uti ait Gonzaga; qui & refert fepultum fuiffe ad S. Francifci Mexicanæ urbis, ut diximus.

F. TORIBIUS DE TORRALVA, Francifcanus provinciæ Aragoniæ, fcripfit:

Practica de contemplativos y exercicios efpirituales muy fervorofos. Cæfaraug. 1660. in 8.

TORQUATUS.

F. TORQUATUS DE VARGAS, fcripfit:

La Cellanova iluftrada.

TRISTANUS.

TRISTANUS BARBOSA DE CARVALHO, Lufitanus, fcripfit forte Lufitane:

Meditacion del convertido a Dios.

Ramillete del alma y jardin del cielo.

Tratado de la creacion, redencion, muerte, &c. Olifipone apud Petrum Craesbeck 1613. in 8.

TRISTANUS GOMEZ DE CASTRO, Lufitanus ex Madera infula, fcripfit:

Cavallerias de Clarindo de Grecia, fabulofum opus. Cardofus.

TRISTANUS DE SILVA, Civitatenfis, nobiliffimæ hujus in ea urbe propaginis decor, familiæque dux, cum interfuiffet Catholicorum Regum ætate bello eorumdem aufpiciis & virtute gefto adverfus Granatæ urbis, regnique Mahumetanos Reges, fcripfit optima fide:

Hiftoria de la conquifta de Granada; quæ adhuc latet MS. Hunc ut auctorem hujus fcripti laudat inter alios, quos fequitur, Lucius Marinæus Siculus initio lib. XX. *De rebus Hifpaniæ. Meminerunt etiam* (ait ille) *belli Granatenfis protonotarius Petrus Martyr, Gonfalus de Ayora Cordubenfis regius hiftoriographus, Alphonfus Palentinus & TRISTANUS SILVIUS.* Recordatur quoque Steph. Garibay, lib. XVIII. *Compendii* fui *Hiftor.* cap. I.

V

VALENTINA.

VALENTINA PINELO, Genuensibus quidem parentibus, at Hispali, ut credo, nata, quatuor fere annorum puella cœnobium ingressa est monialium Hispalensium, in quo virgines Deo sacræ sub advocatione S. Pontificis Leandri, regulaque Augustini parentis imperatori & sponso Christo militant. Hunc in eo comitatu ordinem solemniter professa, literas Latinas (quod rarum in femina decus) didicit, sacrorumque librorum jugi lectione, ingenioque, pietateque eatenus profecit, ut etiam doctrinæ meritum & lauream adepta sit. Quo enim affectu in Divam Genitricis Dei parentem Annam ferebatur, historiam & laudes ejus, Joachimique sancti conjugis, unaque Deiparæ ipsius Virginis atque sponsi ejus conscripsit hoc titulo:

Libro de las alabanzas y excelencias de la gloriosa Santa Ana; quatuor partibus. Hispali apud Clementem Hidalgo an. 1601. in 4.

Carmina sacra non minus pangere solebat, quæ propediem edenda in præfatione memorati jam operis ipsa affirmaverat.

VALENTINUS.

VALENTINUS DE ANDOSILLA, doctor medicus, teste Joanne Antonio vander Lindem, scripsit:

De Peste Tractatum, Pampilone editum.

VALENTINUS CARVALHO, Lusitanus, Jesuita, de quo Philippus Alegambe *De Scriptoribus Societatis*, scripsit:

Supplementum Annuarum Epistolarum ex Japonia anno MDC.

Annuas litteras ex Sinis anni MDCI. Romæ apud Ludovicum Zannetum Italice anno 1603. in 8.

VALENTINUS FERNANDEZ, Lusitanus, Eleonoræ Reginæ . . . . familiaris (escudeiro vulgo) edidit:

Traduçaõ da Jornada da India de M. Paulo Veneto. Olisipone 1562.

VALENTINUS DE HERICE, Navarrus Pampilonensis, splendide natus, Societati Jesu se applicuit Salmanticæ, in qua mox & Pintiæ philosophiæ in primis, deindeque etiam theologiæ professorem laudabiliter præstitit. Tandem sex annis major quinquagenario vita functus est in Pampilonensis collegii rectura: vir eximius judicio atque doctrina, multaque, cum sacra, tum profana eruditione, quæ cuncta libris editis ostenduntur. Scilicet scripsit:

Tractatus IV. in Primam Partem S. Thomæ; distinctos quinquaginta duabus disputationibus, nempe:

De Scientia Dei.

De Voluntate Dei.

De Dei Providentia, prædestinatione & reprobatione.

De Visione Dei. Pampilone 1622. in fol. apud Carolum Labaien.

VALENTINUS DE SAA, Lusitanus, Olisiponensis, Portugalliæ regni chronographus, scripsit Lusitanice:

Regimento de nauegaçam. Olissipon. 162... in 4.

VALERIANUS.

D. VALERIANUS ALPHONSUS ORDOÑEZ DE VILLAQUIRAN, Zamorensis, Petri filius ex Brianda Pimentellia, in sacra theologia, ut appellare amant scholæ, licentiatus, ex senatore regio, ut ajunt, Pintianæ curiæ præsul Civitatensis, atque hinc Ovetensis creatus anno MDVI. in locum Garsiæ Ramirez de Villaescusa, si credimus *Memoriali* M. S. Laurentii Galindez de Caravajal *rerum a Catholicis Regibus Ferdinando & Isabella gestarum*: quamquam Lucius Marinæus Siculus jam ab anno DIIII. Ovetanum eum inscribat episcopum literis hoc anno datis, quæ libro II. *Epistolarum* ejus prostant hoc initio: *Salve, clarissime præsul,* in quibus *præclarum Hispanorum omnium Pontificum specimen, excellenti & omnium magnarum sublimiumque rerum capaci ingenio præstantem* vocat. Quocum quomodo convenire possit epitaphium, quod Garsias Ramirez prædecessor nostri Valeriani in eadem habet Ovetensi ecclesia, decessisseque eum anno MDVIII. die XXIII. Aprilis aperte admonet, plane non video. Nisi Lucii Marinæi *Epistolarum* editor Ovetano præsuli hanc inscripsit, non quia jam tunc esset, quando ei data fuit epistola, sed quia, cum hæ ederentur, in eam ecclesiam ascendisset. Scripsit:

De la Translacion del Cuerpo de S. Ilefonso y milagros sucedidos: ex quo libro laudat eum Petrus Salazar de Mendoza in *Vita S. Ildephonsi* cap. XXIII. §. I. subdubitans tamen an idem sit cum nostro antistite, cum non nisi *Valeriani de Villaquiran* nomen libro inscriptum invenisset. Sed Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Ecclesiæ Ovetensis* nullus de eo ambigit.

Denatum referunt Burgis XII. Augusti die MDXII.

MDXII. Jacetque in monafterio Barnabæ Apoftolo facro virginum Francifcanarum urbis Zamorenfis a fe conftructo, uti refert idem Davila.

F. VALERIANUS (olim DIDACUS) DE ESPINOSA, Segovienfis, facræ theologiæ magifter, Ciftercienfium monachorum fodalis in Nogalefia domo, tum aliis locis, tum Salmanticæ apud fuos theologiam docuit, cui monafterio aliquando præfuit. Sub id tempus prelo dedit:

Commentarios & explicationes ad Conftitutiones Clementis VIII. quo fermone ignotum mihi. Salmanticæ 1602. Deindeque:

Guia de Religiofos. Pintiæ 1623. in 4. apud Hieronymum Morillo. Alia quoque publicaturus erat, ut refert Chryfoftomus Henrriquez in *Phænice* fuo. Anno MDCXIII. Palentiolæ factus fuit totius congregationis Hifpanæ præfectus generalis; obiitque Matriti MDCXXXIV. feptuagenario major.

VALERIUS.

VALERIUS FRANCISCUS ROMERO, Cordubenfis, literas humaniores doctus ab Andrea Martinez, quem multum ipfe commendat, Cordubenfi præceptore, fcripfit carmine antiqui metri Caftellæ proprii:

Epicedio en la muerte del Maeftro Hernan Nuñez Comendador de la orden de Santiago primero Profeffor de Retorica y Griego en la univerfidad de Salamanca; ad rectorem hujus univerfitatis D. Petrum de Acuña directum. Imitatus eft, cum genere carminis, tum phrafi & ftilo Joannem Menam, eruditioneque ac veterum imitationibus nulli cedit. Excufum eft ad calcem Ferdinandi Nonii ejufdem *Adagiorum Hifpanæ linguæ.*

F. VALERIUS MONZON, incertum nobis ad quam religiofam familiam pertinens, dedit in publicum:

Virtudes de Ferdinando II. Emperador. Cæfarauguftæ 1640. in 8.

Idem, fi ex familia Sanctiffimæ Trinitatis eft, fcripfit:

De Annuntiatione Virginis Mariæ Tractatum. Auctorem hujus ultimi operis Cæfarauguftanum patria atque provinciæ Aragonenfis fuæ præfectum fuiffe refert Francifcus a Jefu Maria in *Catalogo Scriptorum* hujus *ordinis.*

VALERIUS ORTIZ, Aragonius, Burdigalæ tamen incola in Vafconia Gallorum, vertit in Hifpanicum ex Gallico:

Declaracion del Rey Chriftianiffimo fobre el atentado alevofo y rebelde del Duque de Maierte y Comendador de Aumala fecha en Blois en el mes de Febrero de MDLXXXIX. Burdigalæ 1589. in 4.

VALERIUS PIQUER, Aragonenfis ex oppido Villarluengo, Societatis Jefu, in qua literas humaniores quinquennio in fchola docuit, privatim fuos domefticos octennio, harum quidem eximie gnarus fcripfit latinis verfibus:

Tempe Floræ Chriftianæ quatuor libris.

De lachrymis S. Petri elegias tres.

Sanctiffimi Patris Ignatii virtutes aliquot etiam carmine.

Vertit quoque ex latino:

El Diario o Kalendario de Nueftra Señora del P. Antonio Balinghen. Cæfarauguft. apud Michaelem de Luna 1654.

Obiit hoc ipfo anno MDCLIV. Januarii die VII. auctore Nathanaele Sotuello in *Bibliotheca Societatis.*

F. VALERIUS XIMENEZ DE EMBUN, Aragonius, Alagonenfis, Carmelita, moribus integris & multa vir doctrina, provinciam fuam olim moderatus eft in comitiis Valentinis anni MDCXXXI. creatus præfectus poft plurium domorum adminiftrationem; in Sardinia & Caftella utraque, necnon in Bætica & Portugallia cenforem feu vifitatorem fodalium exercuit, remuneratus interim a noftro Rege annua ducentorum ducatorum penfione. Quo ipfo auctore & nominatore præful Alguerenfis in Sardinia cooptatus ineunte Junio menfe MDCXXXIV. paulo poft moritur, die fcilicet XVII. Septembris, ætatis fuæ LVII. in domo Cæfarauguftana. Typis quidem extare is fecit vernaculo idiomate:

Eftimulo a la devocion de la antigua Orden de Nueftra Señora del Carmen, y la Hiftoria y fuceffos defta fagrada Religion defde fu fundador el fanto Profeta Helias hafta los años de MCXCVII. con otras cofas acaecidas en eftos tiempos. Cæfarauguftæ 1604. per Angelum Tavano.

Forma de inftituir la Cofradia del Santo Efcapulario del Carmen.

Notas a la Regla dada a los Religiofos Carmelitas por el Patriarca S. Alberto; duobus libris, quorum pofterior MS. adhuc affervatur, cum prior editus fuerit Cæfarauguftæ apud Petrum Verges 1633. 8.

Tratado de la oracion del Pater nofter: quem Didacus Murillo in *Hift. Deiparæ del Pilar* & Vincentius Blafcus in *Aragonenfi* Valerio noftro adjudicant.

Item latine fcripta etiam nunc latent:

Commentaria in facras Carmelitarum Conftitutiones fub Reverendiffimo ordinis Paren-

te Gregorio Canalio libro uno comprehensa.

Perfectus Prælatus & subditus, libro uno.

De viris illustribus ordinis Carmelitarum.

VASCUS.

VASCUS ÆGIDIUS (vulgo GIL) DE APONTE, Gallæcus, D. Francisci de Andrade comitis ultimi de Andrade familiaris domesticus, scripsit:

Linages de Galicia; qui liber MS. durat in bibliothecis quibusdam, signate in Villumbrosana Matriti. Separatim vero in Olivariensi bibliotheca fuit:

La Casa de Lobera in 4. MS.

VASCUS DIAZ TANCO, alias CLAVEDAN DEL ESTANCO, Fraxinalensis (oppidi nomen est in Marianis montibus prope Lusitaniam Frexenal) post multam peregrinationem ad nos rediens versam a se & in pluribus reformatam Pauli Jovii *de Turcarum rebus Historiam* Philippo Principi nuncupavit. Hæc libri inscriptio:

Palinodia de la nefanda y fiera nacion de los Turcos, y de su engañosa arte y cruel modo de guerrear, y de los Imperios, reynos y provincias que an sujetado y poseen con inquieta ferocidad. 1547. in folio in Auriensi urbe Gallæciæ. *Palinodia* scilicet, quod ejus historiæ, quam ex Jovio & aliis prius collegisset, retractationem sive iterationem contineat.

Los Triumfos; quod opus Gothico charactere in 4. extat.

Portante de cosas nobles, en que se trata de los titulos de Dignidades temporales y mayorazgos de España calificados en linage y rentas. Librum laudat D. Josephus Pellizer regius chronographus, *en el Memorial por el Marques de Ribas.*

Jardin del Alma Christiana, donde se tratan las significaciones de la Missa y de las horas canonicas y de las nueve ordenes ecclesiasticas. Pintiæ apud Joannem de Caravajal in 4. 1552. Nuncupat autem se hic noster VASCUM DIAZ DE FREXENAL, offertque opus capitulo canonicorum & clericis Auriensis urbis; refertque in schedis MSS. habere se octo & quadraginta alia opuscula de rebus sacris, historicis & moralibus; quorum inscriptiones novitatis & ambitionis plenæ ingenium hominis haud obscure ostendunt. Nos transmittimus, contenti hoc epigrammate, quod ad nomen pertinet, adnotato, quantumvis barbaro:

Por precio justo se vende
El presente jardin nuestro
En casa del Carvajal:
El que leerlo pretende,
Ruegue a Dios por el Maestro
Vasco Diaz de Frexenal,
A quien Carlo Francipan
En pendencias con Langrave,
Llegando al puerto la nave,
Dio por nombre Clavedan
Por el papagaio y llave.

Quæ cur dicta sint scire aut nescire juxta habeo.

VASCUS FERNANDEZ FRADE, Lusitanus, scripsit patrio idiomate:

Dialogos de vida solitaria.

VASCUS FREIRE, Lusitanus (Pacensis forte) scripsit:

Antiguidades de Beja, hæc est Pax Julia veterum. Cardosus.

VASCUS LOBEIRA, Lusitanus, a Joanne II. Portugalliæ Rege armatus eques, vulgo inter cives suos existimari solet auctor celeberrimi inter fabulosa scripti *Historia de Amadis de Gaula*, quæ vere portam ejusdem generis innumeris aliis aperuit, ipsa autem omnium princeps, cujus laudes nos inter Anonymos curiose collegimus. Ostendere autem Lusitanos Amadisium hunc Lusitane loquentem, uti Castellani Castellanum ostendunt, jus & æquum esset in dubia re ne verbis tantum agerent. Inter opera metrica Antonii Ferreira Lusitani duo leguntur epigrammata (sonetos vocant) ad Vascum Lobeiram.

VASCUS MOUSINHO DE CASTELBRANCO, Lusitanus, versibus edidit:

Discurso sobre a vida e morte de S. Isabel Rainha de Portugal, poema heroicum. Adjunguntur huic:

Otras varias rimas. Olisipone 1594. in 4.

VASCUS MOUSINHO DE QUEVEDO, Lusitanus poeta, edidit:

El Triumpho del Monarcha Felipe III. en la entrada de Lisboa, en otavas. Olisipone 1619. in 4. Hic videtur auctor illius poematis, quod post Camoesii *Lusiadas* Lusitani primo constituunt loco, scilicet:

Afonso Africano, sive de Alfonsi Regis V. Africana expeditione. Olisipone 1611. editum. Hunc ex oppido Setubal fuisse monet Cardosus in schedis.

Dialogos de varia doutrina Vasco Mousinho de Quevedo tribuit idem Cardosus.

VASCUS PIREZ, Lusitanus, Elvensis, Jesuita, de quo multa postremus illustrator scriptorum hujus religiosæ familiæ, commendatur ab eo in hoc albo eo quod Lusita-

tane ſcripſerit, quæ Romæ prodiit Vareſii typis anno 1675. in 4.

Lectionem ſpiritualem de Nativitate Chriſti pro nocte natalis ejus.

VENTURA.

VENTURA CARVAHON, Luſitanus, canonicus congregationis S. Joannis Evangeliſtæ, prior monaſterii de Avellado, confecit:

Chronica da ſua Congregaçaõ, quæ ſuperioribus annis ſub prelo ſudabat.

VINCENTIUS.

VINCENTIUS, Luſitanus ex oppido Olivença, muſicus in Italia, ſcripſit *De Re Muſica.* Cardoſus.

VINCENTIUS ALVAREZ, Luſitanus, ſcripſit:

Relacion del camino del Principe D. Felipe año de MDXLVIII. deſde Eſpaña a Italia, y por Alemania a Flandes y Bruſellas donde eſtaba ſu padre. 1551. Diverſum, ſi Deo placet, opus ab ejuſdem argumenti illo, quod *Joannem Chriſtophorum Calvetum de Eſtrella* auctorem habet.

VINCENTIUS ANTONIUS IBAÑEZ DE AOIZ, in Cæſarauguſtana academia Durandum ex propria cathedra explanavit, ibique examinatorem ſynodalem egit, deinde Matriti in curia, ut credimus, ad S. Ægidii parochum. Edidit:

Medula de la Theologia moral del P. Hermano Buſſembaum de la Compañia de IHS. reducida al Eſpañol, y ſe añade un tratado de la Bula de la Santa Cruzada. Matriti apud Bernardum de Villadiego 1667. in 4.

VINCENTIUS AZNAR, ſcripſit:

De los milagros de Nueſtra Señora del Remedio. Barcinone 1626. apud Stephanum de Liberos.

F. VINCENTIUS BERNEDO, Navarrus ex oppido Puente la Reyna, Dominicanorum ordinem profeſſus in cœnobio Matris Dei Complutenſis academiæ ad Peruanos transfretavit, atque in provincia S. Joannis Baptiſtæ illius regni converſatus eſt ſanctiſſime uſque ad mortem, ſcribens quandoque latina lingua:

Sermones de Sanctis.

Sermones de Tempore; qui excuſi prodierunt in 8.

Immortali vitæ initiatus fuit in urbe Cuſco ante annos quinquaginta, poſt quos integrum adhuc ejus cadaver atque incorruptum aſſervatur. De cujus viri ſanctitate factas auctoritate ordinaria probationes congregatio ſacrorum rituum penes ſe habet.

VINCENTIUS BLASCUS DE LANUZA, Aragonius, ex oppido Sallent diœceſis Jacenſis, quod in Pyrenæis ad Gallicum limitem extructum eſt, Vincentium Blaſium, ſibi cognominem Valentinum in rhetorica arte præceptorem habuit, in ſacra ſcientia alios; ipſe ſacerdotio mactus in eadem Jacenſi eccleſia canonica theologiam docendi atque ex ambone declamandi, pœnitentibus item aures præbendi diu adminiſtravit munera. Deinde hoc ultimum, quod Cæſarauguſtana eccleſia ſeorſim confert, in literario, ſolennique agone conſequutus, illuſtrandis patriæ rebus, præſertim eccleſiaſticis, atque in commentarios referendis poſt Zuritam, Blancam & alios incubuit. Latinis etiam verſibus conſcribendis delectatus eſt. Præter ea, quæ Romana lingua editurum ſe ad *Aragonicarum rerum Hiſtorias* non ſemel dixerat, vernaculo ſermone foras dedit:

Hiſtorias Eccleſiaſticas y Seculares de Aragon: ſive magni operis *Aragonenſium* Hieronymi Zuritæ *Annalium* ſupplementum, ex quo ille defiit, uſque ad præſens tempus, ſcilicet ad annum hujus ſæculi duodeviceſimum. Cæſarauguſtæ apud Joannem de Lanaja 1622. in folio, duobus tomis.

Tribuunt ei quoque, niſi idem opus ſit cum Latino ſtatim laudando opere:

La vida del primer Inquiſidor Pedro de Arbues: necnon et:

La vida del Duque D. Alonſo de Aragon. Meminit ipſe auctor part. I. lib. V. c. XXVI. *Hiſtor. Aragonenſis.*

Latinum autem & metricum opus dedit:

Periſtephanon, ſeu de Coronis Sanctorum Aragonenſium, vita, morte, miraculis Petri Arbueſii Canonici Cæſarauguſtani & primi Inquiſitoris, libris V. Cæſarauguſt. an. 1623. in 8.

VINCENTIUS BLASIUS (vulgo BLAY) GARZIA, Valentinus rhetor, in locum Laurentii Palmyreni præceptoris ſui ad eloquentiæ tradendam artem cooptatus, ſcripſit:

Brevem Epitomen Rhetorices; itemque:

Duas orationes, alteram in Laurentii Palmyreni Rhetoris clariſſimi, alteram in Michaelis Luvielæ magni ac nobilis Theologi funere habendam. Qui Luviela tres & triginta annos divinarum literarum de ſuperiore loco in academia & in templis pro concione interpres nihil tamen evulgandum curavit, ut ait Andreas Schotus in *Vincentio Blaſio.*

In Commendationem multorum eximia spe summæ virtutis adolescentum elogia. Valentiæ apud Petrum Huete 1576. in 8.

In Ciceronis Orationem pro Marco Marcello præfationem, eloquentiæ plenam tribuit ei Petrus Augustinus Morla in præfatione *Emporii.*

Orationem Romæ habitam in funere Alexandri Parmæ Principis, & *funebres* aliquot Valentiæ edidisse dicitur: itemque:

Orationem, quam habuit Romæ apud S. Petrum ad sacrum Cardinalium collegium xv. Idus Januarii anno MDLXXXXI. De fælici Gregorii XIV. Pontificatu. Romæ editam in 4. apud Vincentium Accoltum.

F. VINCENTIUS DE LAS CASAS, Dominicanus, reliquisse dicitur MS. Anton. Leonio teste in *Bibliotheca Indica*:

Historia de Santo Domingo de la provincia de Mexico.

VINCENTIUS DA COSTA MATOS, Lusitanus, Olisiponensis, pietate in Deum & patriam, juxtaque adversus Hebraicæ impietatis asseclas, qui in Lusitaniæ regno latere solent, odio permotus, edidit sermone vernaculo suæ gentis:

Breve discurso contra a perfidia heretica do Iudaismo continuada nos presentes Apostatas de nossa santa Fee, com o que convem a expulsaõ dos delinquentes nella dos reinos de sua Maesta com suas mulheres e filhos conforme a Escritura sagrada, santos Padres, Direito civil e canonico e muitos dos Politicos. Olisipone 1622. in 4. Editus quoque liber est Castellæ sermone opera Didaci Gavilan Vela Præmonstratensis ex domo Rodericopolitana, Salmanticæ 1631. in 4.

Ejusdem argumenti liber est, quem superioris iteratæ editioni adjunxit auctor:

Honras Christiadas nas afrontas de Jesu Christo contra a perfidia heretica do Judaismo continuada nos presentes Apostatas de nossa Santa Fee. Olisipone 1623. & 1634.

VINCENTIUS DIAZ..... Lusitanus ex oppido Portimaõ, scripsit:

Geografia do Algarve. Cardosus.

F. VINCENTIUS DOMINICUS HENRICUS, Valentinus ordinis Sanctissimæ Trinitatis, concionator regius, sanctæ Inquisitionis, ut vocant, qualificator, edidit:

Sermones varios y de Nuestra Señora de los Desamparados en su Translacion, y Honras del Maestro Fr. Marco Antonio de Alos. Valentiæ apud Hieronymum de Villagrassa.

Ex relatione Rever. admodum Patris M. Fr. Francisci de Arcos ejusdem ordinis.

VINCENTIUS DE ESPINEL, Bæticus, Rondensis, cappellanus regius in nosocomio hujus urbis, duplicem artem poeticam & musicam insigniter calluit, novoque utrique addito invento decoravit. Nam & citharæ nostræ (*guitarra* nos jam corrupte dicimus, sicut & Itali *chitarra*) quintam chordam induxit; brevioribusque atque octosyllabis, Hispaniæ vere germanis ac vernaculis versibus, metricam decem versuum compositionem, unde ei *decimæ* inditum nomen, respondente ad certam legem perquam jucunde rythmo, magna cum sui nominis laude inseruit. Nam & ab auctoris appellatione recens inventum audiit *espinela*; nunc jam prævaluit alterum *decimæ* non sine illius injuria. Edidit juvenis:

Arte Poetica Española, scilicet Horatianam de Arte Poetica epistolam: itemque:

Varias Rimas. Matriti anno 1591. in 8. apud Ludovicum Sanchez.

Soluta etiam oratione jam provectus ætate lusit scribens:

Relaciones de la Vida del Escudero Marcos de Obregon. Barcinone apud Hieronymum Margarit 1618. in 4. Matriti eodem anno & 1657. 8.

De eo Lupus Felix de Vega in *Laur. Apollinis* plura lectu digna, quorum hæc clausula:

Honraste a Manzanares,
Que venera en humilde sepultura
Lo que el Tajo envidió, Tormes y Henares:
Mas tu memoria eternamente dura.
Noventa años viviste:
Nadie te dió favor: poco escribiste.
Sea la tierra leve
A quien Apolo tantas glorias debe.

Matriti obiit anno MDCXXXIV.

D. VINCENTIUS FERNANDEZ DE HEREDIA, Bilbilitanus, sive Calatajuviensis in Aragoniæ regno, theologus & jurisconsultus, edidit:

Mixtas e Jure Canonico & Theologia Disputationes in Sacramentorum materiam, tomum primum. Venetiis 1615. in folio.

F. VINCENTIUS FERRE, Valentinus ex urbe metropoli, ordinis Prædicatorum, in amplissimo S. Stephani cœnobio Salmantino ad eum admissus, sacræ theologiæ magister, postquam docuisset in Hispania, sacram Romæ nunc ad quindecim & amplius annis in collegio Deiparæ Virginis supra Minervam magna cum laude scientiam profitetur, clarus etiam scriptis lucubrationibus, ex quibus:

De Virtutibus Theologicis & vitiis his oppositis, duo volumina hactenus edidit Romæ

mæ apud Nicolaum Angelum Tinasium 1669. in folio. Deinde reversus in Hispaniam:

Theologicos Tractatus in Primam Partem D. Thomæ edidit Salmanticæ, ubi substitit anno 1676. folio.

VINCENTIUS FERRER, patria Valentinus, presbyter ac professor rhetoricæ artis in ejusdem urbis schola, edidit:

Rhetoricam. Valentiæ.

F. VINCENTIUS GOMEZ, ordinis Prædicatorum in Valentinæ urbis cœnobio, doctor theologus, primariusque apud sodales ejusdem sacræ scientiæ præceptor, sacrarum literarum, historiæque bene peritus, scripsit:

Vida del venerable Padre Fr. Domingo Anadon del orden de S. Domingo. Valentiæ anno 1604. in 8. itemque cum adjunctione certaminis cujusdam poetici (*justa poetica* nos dicimus) super venerabilis ejusdem servi Dei rebus gestis anno MDCXVI. habiti. Ibidem 1617. in 8.

Las Fiestas de la Canonizacion de S. Raimundo. Valentiæ 1602. in 8.

Sermones por la Beatificacion de S. Luis Beltran. Ibidem 1609. in 8.

De la Santidad y milagros de los Santos Ambrosio de Sena y Jacob Salomon. Valentiæ 1624. Tributam ei quoque video:

Chronologia de las Santas Religiosas: suæ fortasse Dominicanæ familiæ.

Vertit ex Latino:

Descripcion de la ciudad de Jerusalem y lugares comarcanos, como estaban en tiempo de Christo Nuestro Señor, de Christiano Adrichomio. Valentiæ 1603. & 1620. in 8. apud Patritium Mey.

Item ex Lusitano:

Defensa de las lagrimas de los justos persequidos y de las sagradas Religiones y estado ecclesiastico, del M. Fr. Pedro Calvo Predicador de su Magestad. Ibidem apud Garriz 1611. 4.

VINCENTIUS GONZALEZ ALVAREZ, Abulensis, stilo signavit popularibus suis, ut audio:

La Expulsion de los Moriscos de Avila.

F. VINCENTIUS GUILLELMUS GUAL, Valentinus, ordinis fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, edidit:

La Vida y muerte del Bendito Padre Fr. Gaspar Bono, ejusdem nempe ordinis Valentiæ apud Joannem Vincentium Francum anno 1610. in 8.

D. VINCENTIUS DE GUZMAON SOAREZ, Lusitanus, Olisiponensis, jurisconsultus, olim dum in sæculo degeret, composuit carmine:

Aclamaçaõ do Rey D. Joaõ o quarto. Olisipone 1645. in 4.

Cui cum renuntiasset, ut Augustinianorum Reformatorum sacramento sese obstringeret, obiit atque sepulturæ mandatus fuit ad conceptæ Virginis de Monte Olivete Vallis de Xobregas.

D. VINCENTIUS JOANNES DE LASTANOSA, Aragonius, patria Oscensis, toparcha de Figueruelas, vir eruditus, cujus domum curiosissima bibliotheca, pluribusque rerum antiquarum, rararumque cimeliis ornatam celebravit olim amicissimum ei caput Joannes Franciscus Andreas Ustarrozius sub *Solitarii* nomine, scripsit:

Dialogos de las Medallas desconocidas Españolas; quibuscum editi sunt, *Tres Discursos del mismo argumento del Padre Paulo Albiniano de Rajas, de D. Francisco de Urrea y del Doctor Juan Francisco Andres de Ustarroz.* Oscæ apud Joannem Nogues 1645. in 4.

Oraculo manual y Arte de prudencia. Ibidem 1647. Item:

Tratado de la Moneda Jaquesa, y de otras de oro y plata del Reyno de Aragon. Cæsaraugustæ 1681. in 4.

Cum hæc scribimus anno MDCLXXXI. agit septuagessimum quartum & ultra ætatis annum, donatis nuper diputationi regni Aragoniæ, ut in tabulario conserventur publico, aureis, argenteis, æreis plus mille & centum numismatibus, & magna librorum MSS. pretiosissimorum copia, quæ omnia magnis sumtibus & cura collegerat.

F. VINCENTIUS JUSTINIANUS ANTIST, Valentinus, ordinis Prædicatorum, Valentini cœnobii alumnus, aliquando autem Salmantino S. Sthephani, Castellæque provinciæ, quod raro fit, ob excellentiam doctrinæ adscriptus, partim Aristotelico studio atque theologico, cum esset in divinarum Scripturarum lectione versatissimus, partim eo meritus est atque obtinuit summam laudem, quod in vulgandis rebus, virisque describendis, quos priora tulerunt tempora, curiose atque intente ponitur. Ejus nempe sunt Latina:

In Universam Logicam commentaria; quæ juvenis adhuc scripsit. His accedit:

Thesaurus quæstionum his, qui aut disputaturi aut assertiones defensuri sunt necessarius. Venetiis anno 1582. in 4. apud Zilettum.

In Opuscula S. Vincentii Ferrerii annotationes.

De

De Stigmatibus S. Catharinæ Senensis tractatus: sive pro Catharinæ imaginibus disputatio. Valentiæ & Barcinone 1583. Antuerpiæque 1611. in officina Plantiniana una cum Joannis Nider *De Reformatione Religiosorum* libro, & Majoricæ 1616. 8.

Relatio de Inventione Corporis S. Angelinæ: quam apud D. Thomam Tamajum legere est in *Notis* ad *Luitprandi Chronicon*, pag. 244.

De Beato Raimundo Pennafortio in Sanctorum numerum referendo ad Commissarios Apostolicos; Morla teste in præfatione *Emporii Juris*.

Populari vero sermone hæc prostant:

Historia de la Vida y milagros de S. Vicente Ferrer; libris III. Valentiæ 1582. Quam Italice vertit Jacobus de Magdalena Dominicanus, Panhormique anno 1600. in 4. per Joannem Antonium de Francefchis, edidit. Latini scriptores rerum a Vincentio gestarum præcesserant, a quibus noster profecit, Petrus Ranzanus, & Joannes Antonius Flaminius, cujus & Vincentii & aliorum Dominicanorum vitas Leander Albertus publicavit.

Vida de S. Pedro Gonzalez Telmo de la orden de Santo Domingo. Valentiæ 1587. in 8. Hujusque *Additiones* ibidem 1593. in 8.

Relacion de la Vida y muerte del Padre Fr. Luis Beltran; libris II. Cæsaraugustæ & Valentiæ 1583. 8. Italiceque conversa Genuæ eodem anno 1583. in 8.

Vida de Fr. Luis de Granada. Valentiæ 1582. in 8.

Tratado de la Inmaculada Concepcion de Nuestra Señora. Oscæ apud Michaelem Petillas in 16. deinde Matriti 1615. in 8. & Majoricæ 1616. in 12. Item:

De S. Officii dignitate & origine opus nostri laudat Ludovicus Paramo lib. II. *De Origine S. Inquisitionis*, ineditum scilicet: quod ipsum intellexisse videtur Petrus Augustinus Morla in *Emporii* sui *Juris* præfatione, dum ait: *Prodetque breviter idem Justinianus universam omnium Fidei Censorum Historiam sex libris comprehensam*. Superstes adhuc erat anno MDXCV. quo Joannes Marieta *de Scriptoribus Dominicani* sui *ordinis* commentabatur.

VINCENTIUS MARINER, Valentinus patria, vir Græce & Latine non vulgariter doctus, thesaurarius audit ecclesiæ collegiatæ de Empudias, bibliothecæ autem regiæ Escurialensis præfectus. Si vera sunt quæ ipse de se palam efferebat, ac literis per epistolas ad diversos datis consignare solebat, plane is fuit, quem industriæ & indefessi laboris pervicacia veterum aut recentiorum, qui magis chartis impalluerunt, cuilibet absque ulla invidia æquiparare possimus. Mercurium Trismegistum, Jamblico teste, triginta sex millium quingentorum & viginti novem de Ægyptiorum sapientia librorum scriptorem opponebat ipse parum credulis earum, quas jactabat, lucubrationum a se confectarum, ex quibus vix unam aut alteram editam in lucem vidimus. Transcribemus hic ex quadam ejus *Epistola* Francisco Dazæ Lermæ duci a secretis directa (aliam ejusdem tenoris vidimus ad excellentissimum D. Ludovicum de Haro anno MDCXXXIII. datam ac typis editam) ne injurii simus viri affatim eruditi, quantumvis parum fortunati, memoriæ, interpretationum, orationum, carminum, dissertationum, ceterorumque operum catalogum, quorum publicationi, si utique fidem auctori non derogamus, ipsa eorum moles & expensarum difficultas obstitit. Hæccilla:

Juliani Cæsaris ad Regem Solem Panegyricus in Latinum conversus cum annotationibus; D. Francisco de Quevedo nuncupatus, prodiit Matriti 1625. in 8.

Theophilacti Epistolæ, e Græco in Latinum conversæ, Coloniæ prodierunt in collectionis seu *Bibliothecæ vet. PP.* volum. XV.

Panegyris ad Infantem Ferdinandum, item Matriti lucem vidit 1634. & forte alia. *Opera* certe *omnia Poetica & Oratoria ac Soteriæ pro Philippo IV.* quæ quidem edita sunt, prodierunt Genevæ 1633. in 8.

Inedita manserunt, quæ sequuntur, scilicet interpretationes:

Homeri Iliadis, *Odyssææ*, *Batrachomyomachiæ*, *Hymnorum*, totidem Latinis versibus quot Græci sunt; quam rem continere ait magnam difficultatem.

Eustathii quoque *Scholiorum* in eumdem *Homerum*.

Hesiodi operum carmine Latino, atque ejus *Scholiorum* prosa Latina.

Theocriti & ejus *Scholiastis* versu & prosa Latina.

Lycophronis atque ejus *Scholiastis*.

Appollonii Rhodii atque ejus *Scholiastis*.

Quinti Calabri Dionyssiacorum.

Nonni Panopolitæ Paraphrasis in Evangelium S. Joannis.

Scholiastis in Sophoclis Tragædias.

Scholiastis in Pindarum.

Scholiastis Euripidis.

Didymi scholiorum ad Iliada & Odysseam Homeri.

Georgii Pachymeris commentariorum in S. Dionysium.

Hippocratis libri de Prisca Medicina.

Porphyrii Quæstionum Homericarum, ac *de Antro Nympharum*.

Juliani Cæsaris libri de Regno.
Philostrati Epistolarum.
Eusebii Libri de Martyribus. Sed id potius fragmentum *Historiæ* est, quam peculiaris liber, ut alibi a nobis dicetur.
S. Petri Alexandrini de celebratione Paschatis, atque item de eodem argumento *S. Appollinarii Hieropolitani.*
Andreæ Cretensis, *S. Methodii & S. Anastasii* singularium quorundam librorum.
Pletonis de Virtutibus.
Joannis Grammatici Gazæi operum.
Centonis Homerici de Passione Christi.
Harpocrationis Glossarii.
Joannis Tzetzis commentariorum in Homeri Iliada.
Georgii Aprechti Panegyrici.
Philonis libri De Numero septenario cum prolixo commentario.
Item e vulgari lingua provinciali, quæ Valentiæ regni vernacula est, Latine reddidit:
Las obras de Ausias Marc, celebris poetæ Valentini, elegis versibus.
Historiam ad hæc *Peruani* scripsit *Imperii.* Meminit hujus in *Bibliothecæ occidentalis Indicæ* tit. VIII. in fine Antonius de Leon, his verbis: *Vincente Marinerio. Historia del Imperio Peruano, en Latin y elegante y de no pequeño volumen. La tiene en esta Corte donde por no hallar quien aliente la edicion della no la imprime.*
De rebus Hispaniæ alteram.
Præter hæc jam laudata, versibus quamplurima alia Latinis, sive sensa sua depromens, sive aliena transcribens, mira facilitate ac vix credibili copia, de quacumque re opportunum ei esset, effudit. Iterum audiamus ipsum sibi attribuentem plusquam trecentorum & octoginta millium versuum tam Græcorum quam Latinorum e penu sua depromtorum rationem a se non mendaci calculo putatam fuisse, his nempe scriptis contentorum, quæ sequuntur:
Panegyricis XIII. Latino carmine: quorum nullus mille quingentos versus non excedit.
Hymnis XXXVIII. divini argumenti omnibus, versibus hexametris; quorum brevior plusquam quingentis constat.
Epigrammatis octo plus millibus, sive Græcis sive Latinis; & innumeris aliis cujuscumque generis versibus lyricis, dicolis, tricolis, tetrastophis, sapphicis, jambicis, asclepiadæis, phaleucis, choriambicis. Item:
De Mortis cogitatione & effectu, tribus libris, carmine etiam Latino.
De Ludo Trojano, ut sic dicam, vulgo *Juego de cañas*, quo Philippus Rex IV. Caroli Walliæ Principis in Hispaniam adventum celebravit, duodecim millium versuum heroicorum opere.
Guzmaneide, sive de rebus gestis ducis de Medina Sidonia hujus Guzmaniæ familiæ principis, quinque libris.
Soteriis etiam tribus.
Genethliaco Hispaniæ Principis.
Epithalamiis quinque.
Eclogis militaribus (novo quidem invento) quindecim.
Phaetontis fabula, versibus quatermille.
Hymnis duobus de S. Isidoro ac de S. Leone Papa.
Elurotaphio, sive hujus inscriptionis Græcæ libros, quingentorum versuum.
De Furore Poetico & insano Phœbi afflatu, mille & amplius versibus.
Psycologio in frigoris laudem, mille ducentis versibus.
Paraphrasi metrica in omnia Evangelia Quadragesimæ, versibus novem millibus.
Melodimatis Latinis, quæ constant dystichis ducentis.
Triumpho ignorantiæ, versibus ter millibus.
Paraphrasi orationis Dominicæ, *& altera Salutationis Angelicæ*, sex millibus.
Epico in Reges Catholicos Poemate, & aliis.
Solutæ autem orationis hæc laudat præter historica superius memorata:
Dissertationes tredecim super variis philosophorum sententiis.
Orationes XVII.
Præfationes XI.
Declamationes LX.
Dialogos, *Epistolas*, & alia quamplura.
Grammatophengiam, sive hujus nuncupationis librum.
De Numero Quinario librum.
Hispanam quoque linguam ditavit convertens e Græco Arriani textu:
La Vida de Alexandro Magno: item:
La Logica; los Fisicos; los Meteoros; los libros de Anima y de Generacion y Corrupcion; Del Sentido y lo sensible; De la Vida y de la muerte; los libros De la Historia de los Animales; De las partes de los Animales; De la Generacion de los Animales; los tres libros de Rhetorica; la Rhetorica de Alexandro y la Arte Poetica. Omnia hæc ex Aristotelis Græcis fontibus Castellanæ linguæ communicavit; atque item e Latino:
Primera Parte del Catalogo de la gloria del mundo de Bartholome Cassaneo. Idoneis testibus acceptum id refero Vincentii nostri schedas minutissimo, eoque obscurissimo charactere scriptas nullius usus esse post ejus obitum potuisse. Adjiciam pro colophone hæc ejus verba ex jam laudata *Epistola* post memorata hæc omnia opera: *Que todo esto junto viene*

viene a ser mas de trecientas y sesenta manos de papel, con letra muy menuda y apretada, como puedo mostrarlo a todos luego. Computus hic CCCLX. scaporum chartæ papyraceæ duo millia quingenta viginti ejusdem folia conficit. Lupi Felicis a Vega encomium Marinerio dictum in *Lauru Apollinis* annectere hic lubet e fine sylvæ VII. ad Manzanarem Matriti fluvium;

Y de Vicente Mariner laurea
La sacra frente ; pues a honrar te vino
Con el verso dulcisimo Latino,
Porque inmortal en tus riberas sea:
Y provocando el Dorico Lyceo,
Las Musas Griegas le darán trofeo.
Honre la tierra estraña
A quien nunca premió su madre España.

F. VINCENTIUS DE MERLO, Dominicanus provinciæ Bæticæ, scripsisse dicitur:

Del Estado del Matrimonio y obligacion de los casados. Floruisse hunc circa annum MDLIII. in *Chronicis* hujus familiæ scribitur IV. parte lib. II. cap. III. Ab hoc diversus haud forsan est:

F. VINCENTIUS MEXIA, Bæticus, Dominicanus, Cordubæ sodalium studio præfectus, doctus percelebrisque ecclesiastes, qui dedit vernacule:

Saludable instruccion del Estado del Matrimonio y la obligacion que tienen los casados. Cordubæ 1566. in 4.

VINCENTIUS MICHAEL DE MORADELL, Catalanus, edidit eo metri genere, quod nos *Coplas castellanas* dicimus:

Historia de S. Raimundo de Peñaforte. Barcinone apud Sebastianum de Cormellas 1603. 8.

VINCENTIUS MILLIS GODINEZ, transtulit in sermonem vernaculum ex variis linguis, ex Latina quidem:

Polidoro Virgilio de los Inventores de las cosas. Medinæcampi 1599. in 4. Ex Italica autem:

Horas de recreacion recogidas por Ludovico Guicciardino. Bilbai 1589. in 8. apud Matthæum Mares. Item ex Gallico, ut existimo:

Historias Tragicas exemplares sacadas de las obras del Bardelo y ordenadas por Pedro Bovistau y Francisco Belleforest. Salmanticæ apud Petr. Lasso 1589. in 8.

D. VINCENTIUS DE MIRAVALL ET FLORCADELL, Catalanus, in Dertosa urbe natus, juris utriusque doctor, atque in Vicensi ejusdem provinciæ ecclesia major, ut vocant, archidiaconus & canonicus, dedit in publicum:

Tortosa ciudad fidelissima y exemplar : Motivos que el Rey D. Felipe IV. de Castilla y III. de Aragon a tenido para concederla estos gloriosos titulos en premio de la lealtad, que a mostrado en las alteraciones de Cataluña. Matriti 1641. in 4.

VINCENTIUS MOLES, Valentinus, vir doctrina medicæ atque aliarum artium non vulgari, Friderici frater, quem loco suo memoravimus, doctor medicus, scripsit erudite:

Pathologiam, De morbis in sacris literis. Matriti 1642. in 4. Itemque:

Philosophiam naturalem Corporis Jesu Christi. Antuerpiæ 1631. in 4.

Discursum Metheorologicum De Portentoso partu Vesuvii (vulgo Monte de Soma in Campania) ultimis diebus mensis Decembris anno Domini MDCXXXI.

F. VINCENTIUS MONTAÑES, Valentinus, ordinis Eremitarum, artium, theologiæque doctor ac professor cum Ilerdensis, tum Valentinus, Aragoniæque provinciæ præfectus, scripsit:

De Principiis prænoscendis Sacræ Theologiæ. Barcinone 1570. in 4.

Epitomen Progymnasmatum Dialecticæ. Valentiæ 1563.

In Libros Aristotelis Logicæ Commentaria elegantissime.

In Porphyrii Isagogen.

Barcinone obiit anno MDLXXIII. qua in urbe subripuit eum mors in via jam positum calamitati exilii urbis Parisiensis, quo superiores religiosi, nescio quibus causis permoti, eum destinaverant. Videsis Thomam de Herrera in *Alphabeto Augustiniano.*

D. VINCENTIUS MUT, Balearicus, vir nobilis, gentisque suæ chronographus, in Majorica insula primus aciei instructor (Sargento Mayor nos dicimus) edidit:

El Principe en la guerra y en la paz copiado de la vida del Emperador Justiniano. Matriti 1640. in 4.

Segunda Parte de la Historia del reino Balearico; ab anno 1311. quo finit Dametus, usque ad 1650. Majoricæ apud Gabriel. Guasp 1650. in fol. sive continuationem Joannis Dameti *Historiæ Balearis.* Latine autem:

De solo Alphonsino restituto, simul & de Diametris & parallaxibus luminarium, semidiametroque umbræ Terræ epistolam ad Excell. Dom. Comitem stabilem Castiliæ & Legionis. Palmæ typis Petri Guasp 1649. 4. Laudat

hunc

hunc noſtrum, uti aſtronomiæ peritiſſimum & ſyderum obſervatorem ſedulum, deque ſe benemeritum Joannes Bapt. Ricciolus in *Chronico Aſtronomorum*, *Aſtrologorum* &c. quod præmiſſit *Almageſto* ſuo *novo*.

VINCENTIUS NAVARRO, Valentinus, Societatis Jeſu, philoſophiam Valentiæ, theologiam Barcinone docuit, fidei cenſor ac theologiæ doctor; habebatque ſuperioribus annis, Philippo Alegambio auctore in libro *De Scriptoribus Societatis*:

Theologiam Marianam, ſive de laudibus Beatæ Virginis, volumen ſatis magnum editioni paratum.

F. VINCENTIUS OLLEME, Valentinus, ſodalis Carmelitarum, ſacræ theologiæ doctor, & apud ſuos olim profeſſor, ſcripſit:

Teſoros de la liberalidad de Dios derramados en el centro del Alma guiada por la luz de la Fee. Valentiæ apud Franciſcum Cipres 1666. in 8. Dum Hiſpali ad collegium S. Alberti moraretur, ſcripſit ad me habere ſe editioni promta tria *Sermonum* volumina, & aliud *In Pſalmos* affectum.

VINCENTIUS PAULUS TRISTAN, Valentinus, ſcripſit carmine:

Sumaria Relacion de la vida y muerte del Maeſtro Franciſco Geronimo Simon en octavas. Segobricæ apud Joannem Pitarche 1612. in 8.

F. VINCENTIUS PEREIRA, Luſitanus, ordinis Prædicatorum conventus Eborenſis, ſcripſit:

Vida do Arcebisbo Santo. Cardoſus.

VINCENTIUS PEREIRA SARMENTO, Luſitanus, Lacobricenſis, ſive ex oppido Lagos Algarbiorum, in India peregrinatus in commentaria retulit, quæ viderat, ſcribens:

Noticias das maiores Ilhas da India a onde andou, ſive de majoribus Indiæ Orientalis inſulis. Cardoſus.

VINCENTIUS PEREZ DE CULLA, Valentinus eques, ſcripſit:

De la Expulſion de los Moriſcos del Reino de Valencia.

VINCENTIUS ROCA, Valentinus eques, ſcripſit:

Hiſtoria, en la qual ſe trata del origen y guerra, que an tenido los Turcos haſta nueſtros tiempos. Valentiæ 1556. in folio.

VINCENTIUS RODRIGUEZ, ac DIDACUS ALPHONSUS, Luſitani naucleri, ut videtur, confecerunt ſimul:

Roteiro da India, hoc eſt, deſcriptionem hydrographicam Indicæ navigationis pro uſu nauclerorum.

F. VINCENTIUS ROQUETA, Dominicanus, in Valentinæ urbis cœnobio edidit:

Modo facil de rezar el Roſario.

F. VINCENTIUS SABORIT, gente Valentinus, ordinis Prædicatorum, ſacræ theologiæ magiſter & in domo Valentina ſtudiorum præfectus, ſcripſit:

Vida del B. Padre Fr. Luis Beltran. Valentiæ 1651. in 4.

VINCENTIUS SAURA, gente Valentinus (ſi credimus Morlæ in præfatione *Emporii Juris*) ſcripſit:

Rhetoricam; ſive de hac arte.

D. VINCENTIUS SELLAN, Cæſarauguſtanæ eccleſiæ canonicus, perpetuuſque hoſpitalis domus Deiparæ Virginis de Gratia rector, inquiſitor apoſtolicus in eadem urbe, Regique Philippo IV. a ſecretis, edidit librum ita inſcriptum:

Excelencias del Oficio divino. Cæſarauguſtæ 1603. iterumque 1637.

Hominem laudat Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius in *Defenſione patriæ S. Laurentii*, cap. V. pag. 104.

VINCENTIUS SORIANO, doctor theologus & profeſſor academiæ Valentinæ, atque in ejuſdem urbis metropolitana eccleſia præpoſitus (pavordre appellant) pie ac docte, nec minus fructuoſe, ſcripſit:

Libro de la reverencia debida al altiſſimo ſacrificio de la Miſſa. Valentiæ apud Petrum Patricium Mey 1610. 8. Qui liber poſt auctoris mortem D. Joanni de Ribera magno illi Valentino antiſtiti nuncupatus prodiit.

F. VINCENTIUS DE TORREGROSA, Valentinus, Hiſpalim venit cum conjuge, ex qua liberos procreavit. Ea autem decedente, Carmelitarum nudipedum in cœnobio loci Almodovar del Campo Tolet. dioec. vota dixit, ex quo ſodalitio ad veteris obſervantiæ familiam tranſiit, Hiſpalique diem ſuum obiit, uti ſcribit Franciſcus a S. Maria in *Hiſtoria Reformationis Carmel.* lib. VIII. cap. LVIII. Quo eodem auctore ſcripſiſſe dicitur:

De Rebus ſpiritualibus diverſa opera quatuor voluminibus. Ægidius autem Gonzalez Davila in *Theatro Hiſpalens. Eccleſiæ*, dum ſcriptores Hiſpalenſes laudat, & in his

Vincentium, tria tantum volumina agnovit.

F. VINCENTIUS DE VALVERDE, Dominicanus, primus urbis del Cusco episcopus in Peruano regno, cujus expugnationis aliqua pars fuit, scripsit, quæ inedita remansit:

Relacion de las Guerras de los Pizarros y Almagros, Antonio Leonio teste in *Bibliotheca Indica*.

VIOLANTA.

VIOLANTA (Violante nos dicimus a veteri nomine Lolanta) DO CEO, Lusitana, in Olisiponensi monasterio Dominicanorum de la Rosa nuncupato, sacra Deo virgo, poesim vernaculam cum Portugallensis suæ, tum Castellanæ linguæ ingeniose non minus quam eleganter excoluit, cujus rei monumentum ad posteritatis invidiam extat in ea carminum collectione, quam D. Vascus Ludovicus a Gama, comes de Vidigueira Portugalliæ apud Gallorum Regem legatus Rothomagi typis committi fecit cum hac epigraphe Castellana:

Rimas varias de la Madre Soror Violante del Cielo, Religiosa en el Monasterio de la Rosa de Lisboa, dedicadas al Excelentisimo Señor Conde Almirante, y por su mandado sacadas a luz. Rothomagi, uti diximus, apud Maurry 1646. in 8.

VITALIS.

F. VITALIS DE ALGECIRA, Cappuccinus, formavit:

Epilogum totius ordinis Seraphici, sive *Arborem eorum omnium qui vel martyrii corona, vel dignitatum prærogativa hunc ordinem condecorarunt*; qui typis editus fuit Antuerpiæ 1626. Romæque 1643.

Arborem aliam *Fratrum Minorum Cappuccinorum* Valentiæ editam 1652. per Joannem Philippum Jansenium.

Chronologicum item volumen, quo utriusque arboris historiam explicat, & confirmat, quod morte auctoris interveniente ineditum remansit. Cujus quidem sæpius meminit Arturus a Monasterio in *Martyrologio Franciscano*.

URBANUS.

D. URBANUS DE PERALTA, Matritensis, Ludovico de Peralta Jacobæo equite & a regii patrimonii rationibus, & Joanna Calderonia Manrrique de la Vega parentibus prognatus, eques ordinis de Alcantara, reliquisse dicitur in schedis MSS. ut erat eruditione sacra tinctus:

Scholia in Canticum Canticorum Salomonis; testimonium rei nobis perhibente D. Gaspare Ivañez de Segovia marchione Acropolitano, Urbani ex filia nepote.

Obiisse refertur quinque annis centenario major MDCLXI. Parens hic D. Alphonsi de Cardenas regii ad Britannorum Regem legati, & D. Henrici de Peralta & Cardenas archiepiscopi Burgensis.

Z

ZACUTUS.

ZACUTUS, Lusitanus (sumto fortasse nomine ab Hebraico צחות Tsacuth, quod *nitorem* seu *puritatem* significat, quomodo nuncupatum opus edidit Abrahamus Aben Ezra inter Hebræos magnæ existimationis doctor) Olisipone ortus, in eo dumtaxat a recto bene de posteris audiendi deflexit calle, quod Hebraicam cæcitatem, etiam meridie ipso Hispaniæ intemeratæ fidei natus, miserabiliter contraxit, salutique adhuc magis obfirmatum in perniciem sui ipsius animo renuntiavit; cetera Lusitaniæ non poenitendus, quippe Zacuti illius mathematici superiorum Regum, præsertimque Emmanuelis tempore clari admodum trinepos, huic luci editus anno MDLXXV. post apprehensas grammaticæ regulas, philosophos ac medicos tum Salmanticæ, tum Conimbricæ audiens sic promovit, ut necdum vicesimum attingens annum ætatis pileum doctoralem apud medicos Seguntinæ academiæ acceperit. Redux inde in patriam medicæ artis operas adeo strenue ac feliciter spatio triginta annorum indigentibus exhibuit, ut eloquentiæ simul & judicii, multiplicisque ac nusquam cessantis doctrinæ laudem indefessa studiorum contentione perceperit. Sed tandem hujus vir existimationis opus habuit, ne impietatis causam diceret, solum vertere, Amsterodamumque Hollandiæ emporium, libere professurus hebraismum, contendere. In hac urbe ad ultimum usque vitæ diem continuo mansit; quæ quidem sibi operum editorum officina, partæque ab his, convictuque ac per literas consuetudine hominum doctissimorum non mediocris famæ theatrum fuit. Post mortem ejus, quæ in annum incidit sæculi hujus quadragesimum secundum, opera omnia illius duobus tomis prodierunt simul, quorum seorsim aliqua typis antea fuerant commissa.

Prior tomus hæc continet:

De Historia principum Medicorum, libros sex; sive *Principum Medicorum Theoricam & praxim per Historias methodice concinnatam*; qui quidem libri seorsim prius editi magno legentium plausu suscepti sunt. Cujus rei testes

ſtes literas doctiſſimorum ubique medicorum ad auctorem datas typographus exhibuit operi præambulas.

Poſterior hæc:

Praxis Hiſtoriarum libros v.

Introitum ad Praxim.

Pharmacopæam.

Praxim Medicam admirandam multis obſervationibus ab auctore locupletatam, jam diu typis vulgarem. Lugduni apud Joannem Antonium Huguetam filium & Marcum Antonium Renaud 1649. folio, atque item ſumtibus Joannis Antonii Huguetam & Guil. Barbier 1667. fol. duobus ſimiliter tomis.

Ludovicus Lemoſius medicus etiam Luſitanus, ex cujus relatione his præfixa Zacuti res breviter deſcripſimus, affectas ipſum aut perfectas habuiſſe ait curioſiſſimas lucubrationes quas poſteris communicare parabat; nempe *De Chirurgorum principum Hiſtoria*: *De Regimine Principum*: *De juniorum Medicorum erroribus*: *De Medica doctrina ſelecta*: *Hippocratis & Galeni Epitomem*, & quædam alia.

Joannes Antonides vander Linden in libro ſuo *De Scriptis Medicis* præter libros iſtos *De Hiſtoria principum Medicorum* ſex, qui hac editione comprehenſi ſunt, etiam ſeptimum, octavum, nonum atque decimum laudat Amſtelodami anno 1641. & 1642. typis mandatos, nempe VII. *In quo proponitur curatio omnium morborum internorum*; VIII. *De Curatione morborum qui partes naturales & vitales infeſtant*; IX. *De Curatione muliebrium morborum*; X. *De Curatione morborum qui vaſa & corpus opprimunt.* Hi tamen iidem cum illis ſunt quos ſub titulo *Praxis Hiſtoriarum* in poſteriore volumine ediderunt Lugdunenſes. Item edita eſt cum Joannis Beverovicii libro *De Calculo*.

Epiſtola ad eumdem *Joannem Beverovicium, calculos non gigni in ſubſtantia ſed in cavitatibus renum; Fernelii hallucinatio; Difficilis calculoſorum curatio; remedia præſtantiſſima.* Lugduni Batav. apud Elzevirios 1638. in 12.

Veteris Medicinæ peritiſſimum ac tenaciſſimum vocat eum Thomas Reineſius in *epiſtola XXXIII.* ad Neſteros patrem, & filium, quæ editæ ſunt Lipſiæ anno 1670.

ZEPHERINUS.

ZEPHERINUS CLAVERO DE FALCES ET CARROZ, agens, ut vocant, fiſcalis regii Valentini dicaſterii, ſcripſit:

Hiſtoria de San Nicolas.

ANONYMORUM NOTITIA,

QUORUM NOMEN ET COGNOMEN IGNOTA SUNT, AUT SALTEM COGNOMEN NOTUM, SED NOMEN IGNOTUM, QUA DE CAUSA IN PRÆCIPUA BIBLIOTHECÆ HUJUS AULA LOCUM SORTIRI NON POTUERUNT.

ANONYMUS, Catalanus, ſcripſit:
Hiſtoria y milagros hechos a devocion de N. S. de Monſerrate. Barcinone 1605. in 8.

ANONYMUS alter, edidit:
Libro de los milagros del Santo Crucifixo que eſtá en el monaſterio de San Aguſtin de la Ciudad de Burgos. 1547. in 8.

ANONYMUS alter, qui familiarem ſe profitetur ampliſſimi hujus viri, cujus de rebus geſtis commentatus eſt, foras dedit:
Sumario de la vida del primer Arzobiſpo de Granada Don F. Hernando de Talavera. Eboræ 1557. in 8.

ANONYMUS alius, ſcripſit:
Vida del Venerable Hermano Bernardino de Obregon.

ANONYMUS, monachus Cartuſianus, verſibus antiquis Caſtellanis (*coplas de arte mayor* appellat vulgus) edidit:
Retablo de la vida de Chriſto: & ad finem uniuſcujuſque cantici, ut vocant, ſeu libri, orationem ſeu preces ad Deum, quarum I. hæc eſt:

O Buen Hijo de Dios vivo,
Jeſu Chriſto mi Señor;
Pues tu ſanta vida eſcrivo,
Hazme libre de cautivo,
Y bueno de pecador.

Et abſolviſſe id opus ſe affirmat auctor XXIV. Decembris anni MD. Editumque fuit typis Joannis de Varela Hiſpali 1530. in folio.

Idem, credo, auctor ſcripſit:
Los doce Triunfos de los doce Apoſtoles; eodem carminis genere. Initium ejus operis:
Yo canto las armas de los Paleſtinos:
Principes doce del Omnipotente.

Nuncupatum voluit auctor, qui ſe Cartuſianum inſtitutum ait profeſſum eſſe in domo Hiſpalenſi Sanctæ Mariæ de las Cuevas, D. Roderico Pontio de Leon, duci de Arcos: abſolviſſeque id notat anno MDXVIII. Certe editum fuit Hiſpali apud Joannem Varelam 1521. folio, recognitumque & approbatum a Martino Navarro canonico & Sebaſtiano Monſon portionario Hiſpalenſis eccleſiæ, artium, theologiæque doctoribus, una cum auctore ipſo ibidem annotatur.

ANONYMUS alius, cecinit:
Vida y converſion de la glorioſa Magdalena en octavas. Incipit:
Damas las que os preciais de tan hermoſas.
Edita fuit in libro inſcripto: *Theſoro de ſacra Poeſia*, quem collegit Stephanus de Villalobos, prodireque fecit Hiſpali 1604. in 8.

ANONYMUS, Franciſcanus ſodalis, ſcripſit:
Vergel de la Virginidad y Myſterios de los Angeles. Burgis 1539. in 4.

ANONYMUS, ordinis Minorum, ſcripſit:
Tratado de doctiſſimas y muy laſtimoſas contemplaciones de la Paſion del Hijo de Dios y de la compaſion de la Virgen Maria ſu Madre, por eſta razon llamado, Paſſio duorum. Compluti 1597.

ANONYMUS, ejuſdem ordinis, edidit in provincia Angelorum:
Metaphora Medicinæ; adjungitur alius hoc titulo liber:
Modus faciendi. Ad Alphonſum Manrrique præſulem eccleſiæ Hiſpalenſis, generalemque inquiſitorem, opera ſeſe uſum ait in hoc opere Nonii doctoris medici Hiſpalenſis, Rodericique Malacitani ejuſdem artis ſtudioſi. Hiſpali 1522. in folio.

ANONYMUS, Franciſcanus provinciæ Sancti Jacobi, nuncupavit Joanni Martinez Siliceo Philippi tunc Principis Caroli Imperatoris filii præceptori:
Excelencias de la Fee. Compluti apud Joannem Juntam 1537. in 4.

ANONYMUS, Luſitanus, ordinis Minorum, edidit:
Theſaurum virtutum. Medinæcampi apud Petrum de Caſtro 1543. in 4.

ANONYMUS, Franciſcanus provinciæ Sancti Jacobi, edidit:
Enchiridion, ſeu Manuale Fratrum Mino-

no-

norum regularia instituta eorumdem fratrum, necnon aliarum personarum sub Prælatorum dicti ordinis regimine militantium commodissime continens. Hispali apud Joannem Varelam 1535. in 4.

ANONYMUS, ejusdem ordinis, redegit in meliorem formam, atque edidit:
Breviarium Ordinis Conceptionis B. Virginis Mariæ. Compluti 1551.

ANONYMUS, ejusdem ordinis, scripsit:
Camino de la Perfeccion espiritual del alma. Hispali 1532.

ANONYMUS quidam, edidit soluta oratione:
La Doleria del sueño del Mundo: Comedia tratada por via de Filosofia moral dirigida a Don Juan de la Cerda Duque de Medinaceli. Parisiis 1614. in 8.

ANONYMUS, ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, dicavit Dom. Joanni de la Cerda duci de Medinaceli, ediditque in folio:
Libro de la Celestial Gerarquia, infernal laberinto, metrificado en metro Castellano en verso heroico; idem forsan cum superiore.

ANONYMUS, Hieronymianus, provincia Catalonia oriundus, scripsit aureum libellum hoc titulo:
El Deseoso; de mystica scilicet theologia; aliter *Espejo de Religiosos.* Quod opus alter ejusdem instituti monachus cœnobii Talaveræ oppidi Catharinæ martyri sacri recognovit, fereque sexta parte auctius denuo edidit Burgis apud Joannem Juntam 1548. in 4. Salmanticæ etiam edidit Alphonsus de Terranova 1580. 8. Et ante eum anno 1574. Juntæ. Editioni vero isti anni 1580. adjuncta primum fuit sexta operis pars, hactenus inedita.

Hunc libellum omnes linguæ civilioris gentes certatim adoptavere vernaculo sermone donantes. Gallice extat, *Thesaurus devotionis*, inscriptus; Italice item, Germanice, ac Belgice. Necnon Latinum prodiit conversum ab Arnoldo vander-Meer Naeldwycano, cum hoc titulo: *Desiderium de expedita ad divinum amorem via*, Lovanii 1554. in 8.

ANONYMUS quidam, medicæ artis sciens, scripsit:
Endecalogo contra Antoniana Margarita; Gometii Pereira medici doctoris: de quo vide in *Gometio Pereira.*

ANONYMUS, Minorum ordinis, & custodiæ, ut vocabant, Angelorum in cœnobio de Pietate dicti Guadalcanalensis oppidi in Marianis Bæticæ montibus, ad *D. Joannam de Cardenas* scripsit:
Espejo de la Conciencia, que trata de todos los estados, como cada uno en el suyo debe haverse para vivir con limpia y pura conciencia. Medinæcampi apud Alexium de Herrera 1552. in folio. Sed hac antiquior alia est editio Lucroniensis anni 1507. in qua præter epistolam ad D. Joannam de Cardenas extat altera ad D. Alphonsum Manrrique Pacensem episcopum.

ANONYMUS alius, dialogista, edidit:
Consuelo de la vejez; sive dialogum inter Albanum & Bricianum. Salmanticæ 1539. in 4.

ANONYMUS, Lusitanus, scripsit:
Primera Parte de las sentencias que hasta nuestros tiempos para edificacion de buenas costumbres estan por diversos autores escritas referidas en su proprio estilo y traducidas en el vulgar. Conimbricæ 1554. in 4.

ANONYMUS, qui latere voluit ob detractorum metum, ut ipse de se retulit, scripsit:
Dialogo en verso, intitulado, Centiloquio de Problemas; inter Pamphylum & Protidemum philosophos, quorum alter interrogantis, alter respondentis de philosophiæ centum quæstionibus partes gerit. Compluti 1548. in 8.

ANONYMUS alius, sic inscripsit operi:
Navas de Tolosa: la Guerra que hizo en ellas el Rey D. Alonso sacada de los originales del Papa Innocencio III. Vidit MS. in bibliotheca Olivariensi, qui catalogum ejus confecit.

ANONYMUS quidam, medicus, scripsit:
Tratado de Fiebres y otras enfermedades. MS. fuit priscis admodum caracteribus in bibliotheca Olivariensi.

ANONYMUS alius, hujus tituli opus formavit:
Porque haviendo los Evangelistas dicho tantas cosas de san Juan Bautista, dixeron tan pocas de la Virgen N. Señora. MS. fuit in folio in eadem bibliotheca Olivariensi.

ANONYMUS alius, popularibus suis communicavit ex Latino Hispanum reddens:
Trogo Pompeio, su Historia recopilada por Justino. MS. fuit in bibliotheca Olivariensi,

fi, nefcio an diverfus fit a Georgio de Buftamante, qui verfionem fuam Juftini foras dedit. Antuerpiæ 1586. in 8.

ANONYMUS alius, ex Latino fecit vulgarem:
La Hiftoria de Valerio Maximo de los dichos y hechos de los Varones antiguos Griegos y Romanos. MS. vidit antiquis characteribus in bibliotheca Olivarienfi, qui hujus dedit nobis catalogum. Plane hæc hiftoria, præterquamquod a Didaco Lopez non ita dudum converfa eft in Caftellæ fermonem, editaque anno 1647. olimque ab Hugone de Urries toparcha de Aierbe Carolo V. Cæfari a fecretis, editaque Compluti 1529. in folio, prodierat & ipfa ante aliquot annos, nefcio an ex hac Hugonis, aut alterius interpretatione, Hifpali 1514. nullo addito interpretis nomine.

ANONYMUS alius, fcripfit:
Vidas y milagros de algunos Santos. Membranaceo codice defcriptas ante multos annos adfervatas olim fuiffe in eadem bibliotheca Olivarienfi affirmat qui catalogum ejufdem formavit.

ANONYMUS alius, fcripfit:
Varones iluftres de España en letras. MS. in folio fuit in bibliotheca Olivarienfi.

ANONYMUS, Catalanus, in vulgarem fuæ provinciæ linguam convertit:
Abad Ifaac y Humberto de la Myftica Teulugia. Fuit in Olivarienfi bibliotheca MS. in folio.

ANONYMUS alius, Catalanus, fcripfit propria lingua fuæ gentis:
Flos Sanctorum; qui MS. fuit in bibliotheca Olivarienfi.

ANONYMUS, vertit in Hifpanicum:
Secretos de D. Alexo Piamontes; ex Italico. Matriti apud viduam Alphonfi Martini 1624. in 8. & alibi. Horum fecretorum auctor eft Ludovicus Guicciardinus ut apparet ex præfatione Italici operis.

ANONYMUS alius, in fermonem Hifpaniæ vulgarem tranftulit:
El Libro de Proprietatibus rerum. Cujus exemplar literis antiquis excufum adfervari in monafterio de la Mejorada nuncupato ordinis S. Hieronymi juxta Ulmetum Ambrofius Morales fcriptum reliquit in fua *Sacra expeditione* five (uti ipfe opus vocat) *El fanto viage.* Item editum opus fuiffe fcio Toleti anno 1529.

ANONYMUS alius, vertit in vulgarem linguam:
La Suma de confefion de San Antonino de Florencia llamada: Defecerunt, por empezar affi. Compluti apud Michaelem de Eguia 1526. in 4.

ANONYMUS alius, S. Bernardi librum civitate donavit Hifpana:
De los penfamientos que el hombre o la muger deben tener de fi mifmos para venir en conocimiento de Dios. MS. vidit D. Thomas Tamajus antiquis characteribus.

ANONYMUS alius, Dominicanus forte, parum fructuofo, ut judicamus, confilio vertit in vulgarem noftræ gentis linguam:
Los Articulos de la Primera Parte de S. Thomas pueftos en nueftra lengua (inquit interpres) *para conocimiento de la ciencia del Santo Dotor.* MS. vidit in 4. D. Thomas Tamajus.

ANONYMUS alius, D. Francifci Ximenii archiepifcopi Toletani juffu vertit:
Epiftolas y Oraciones de Santa Catalina de Sena, traducidas del Tofcano. Compluti apud Annam Guillen de Brocar 1512. in folio.

Meminit hujus fummi viri fuper hoc & fimilibus afceticis operibus in vulgarem vertendis curæ Alvarus Gomezius de *Rebus geftis Ximenii* lib. XI. pag. 967. *Hifpaniæ illuftratæ* volumine I.

ANONYMUS unus, five plures, communicaverunt civibus fuis ex Latino S. Bonaventuræ cardinalis:
Forma de los Novicios.
Contemplacion de la vida de Chrifto. Valentiæ 1588. in 8.
Inftruccion donde fe da inteligencia de un Alfabeto de bien vivir. Conchæ apud Cornelium Bordan in 16.
Eftimulo del Amor. Beaciæ 1551. in 4.

ANONYMUS, forfan Jefuita, publicavit:
Relacion de la entrada de algunos Padres de la Compañia de IHS. en la China. Hifpali 1605. in 8.

ANONYMUS, fcripfit, feu forfan vertit, ex *Calveti Stellæ* Latinis, & nefcio cujus alius hiftoricis monumentis:
Hiftoria de la Guerra y preffa de Africa con la deftruicion de la villa de Monafter y Isla del Gozo y perdida de Tripol de Berberia con otras cofas notables. Neapoli 1552. in fol.

ANO-

ANONYMUS, ſcripſit:
Queſtion de Amor y carcel de Amor. Antuerpiæ apud Martinum Nutium 1556. in 12. Olim Neapoli Longobardis characteribus. Hiſtoriolam continet majori ex parte veram, quæ contigit Neapoli Catholicorum Regum tempore & pugnæ Ravennatis.

ANONYMUS, Dominicanus, edidit:
Hiſtoria y milagros de N. Señora de la Peña de Francia; non ſemel tantum atque iterum, ſed & quartum typis mandatam Dominicanæ domus nomine, in qua imago hæc tota Hiſpania celeberrima colitur. Salmanticæ 1646. in 8.

ANONYMUS quidam, eruditorum explorandi judicii ergo, ſeorſim edidit, cum integrum & plenum opus meditaretur:
Synopſim, ſive Hiſpanicarum omnium Hiſtoriarum ſpeculum cum ceterarum Monarchiarum; Imperiorum, ac Regnorum, Pontificatuum, rerumque ac virorum memorabilium appendicibus, librum I. Viennæ Auſtriæ 1634. in 4.

ANONYMUS, Luſitanus, juſſu Emmanuelis Regis tranſtulit ex Caſtellæ ſermone in vernaculum patriæ:
O libro & legenda que falla de tudos os feitos e paixoes dos ſantos Martires. Oliſipone 1513. in folio.

ANONYMUS, Hieronymianus cœnobita, compoſuit:
Rethorica en lengua Caſtellana. Compluti 1541. in 4. Fertur una Joannis Petrei Toletani commendatoria epiſtola, in qua operis & ſtili proprietatem, perſpicuitatem & ornatum celebrat, & tanquam primum hujus argumenti auctorem debitis laudibus cohoneſtat. Laudat quoque D. Laurentius Ramirez de Prado in *Schediaſmate de Stud. liberalibus* fol. 54.

ANONYMUS, Valentinus, forteque Dominicanus, edidit:
Gobierno de Principes y de ſus conſejos para el bien de la Republica. Cujus poſtremam editionem vidimus a Vincentio Gomezio Dominicano Valentinæ domus procuratam Valentiæ anno 1626.

ANONYMUS quidam, Carolo V. Imperatori dicavit anno MDXXXV. genealogico-hiſtoricum opus ſic nuncupatum:
Catalogo Real, Imperial y Pontifical, en tres partes. La primera de la Genealogia y ſuceſion de los Reyes de Eſpaña: la ſegunda de los Reyes de Francia, Duques de Borgoña y Condes de Flandes: la tercera de los Emperadores y Pontifices. Añadeſe un epilogo de los Prelados, Grandes y Cavalleros de los reynos de Caſtilla y de ſus rentas. MS. vidimus penes Martinum Vazquez Siruela amicum noſtrum portionarium eccleſiæ Hiſpalenſis.

ANONYMUS alius, ſcripſit:
Tratado de Re militari, hecho a manera de Dialogo, que paſó entre los Iluſtriſſimos ſeñores Don Gonzalo Fernandez de Cordova llamado Gran Capitan y Don Pedro Manrique Duque de Naxera. Bruxellis 1590 in 4.

ANONYMUS, religioſi neſcio cujus inſtituti, edidit:
El Capuchino Eſcoces; Hiſtoria verdadera que eſcribió Juan Bautiſta Rinucini Arzobiſpo y Principe de Fermo en Italiano. Matriti 1647. in 8.

ANONYMUS alius, ſcripſit:
Summa de las Monarquias del Mundo. Valentiæ duobus voluminibus 1510. in fol.

ANONYMUS alius, Hiſpane publicavit:
La Relacion diaria del viage de Jacobo de Maire y Jacobo Cornelio Schoutem en que deſcubrieron nuevo eſtrecho a la parte auſtral del de Magallanes. Matriti 1619. in 4.

ANONYMUS, Auguſtinianus ſodalis ex Luſitania, edidit vernaculo gentis ſermone:
Breve Relaçam das Chriſtandades que os Religioſos de Noſſo Padre Santo Agoſtinho tem a ſua conta nas partes do oriente. Oliſipone 1630. in 8.

ANONYMUS alius, Luſitanus, propria lingua dedit ad Sebaſtianum Portugalliæ Regem:
Memorial das Proezas da ſegonda Tabola redonda. Conimbricæ 1567. in 4.

ANONYMUS, Dominicanus ex cœnobio Hiſpalenſi S. Pauli Apoſtoli, ſcripſit:
Margarita Confeſſorum. Hiſpali 1525. in 8.

ANONYMUS, Ciſtercienſis monachus monaſterii Populetani, vulgo de Poblet, in Catalonia, ſcripſiſſe dicitur inſignem & prolixam hiſtoriam:
De Vita & miraculis B. Petri Marginet ejuſdem monaſterii Religioſi ſanctiſſimi: quæ ibidem aſſervatur. Vide Joannem Alvarum epiſcopum Solſonenſem in libro *De origine monaſteriorum ordinis Ciſtercienſis in Corona Aragoniæ*, & alios plures apud Henriquez in *Menologio Ciſtercienſi* XXVI. Martii.

Hæc

Hæc Vifchius in *Bibliotheca Ciftercienfi.*

ANONYMUS, Ciftercienfis monafterii de la Efpina, fcripfit:

Libro de los Milagros que Dios N. Señor cada dia obra con los que vifitan la efpina fanta que alli fe guarda. Laudat hoc opus Angelus Manrrique Pacenfis epifcopus tomo fecundo *Annal. Ciftercienfium* ad annum MCXLVII. cap. XVIII. num. 8.

ANONYMUS quidam, Benedictinus, ut credo, vertit, dicavitque D. Menziæ a Mendoza marchioniffæ del Zenete:

Plutarco, Contra la codicia de las riquezas. Pintiæ typis Ferdinandi de Cordoba 1538. in 4.

ANONYMUS, Catalanus, interpretatum fe ait ex Latino in fermonem fuæ gentis:

Libro que parla de les malalties des cavals e per guarirlos de totes les malalties quels el devenen. Additque hanc notam: *E feuls Hipocras lo bon Fifich per pregaries e per manament del Rey qui era en aquella faho molt poderos. E lo primer capitol parla del quil feu trasladar de lati en Romanez D. Fadrich fil del molt poderos Don Fernando Rey de Caftella e de Leo.* MS. vidi penes D. Jofephum de Bernuy & Mendoza marifchalem de Alcala in Bætica meum ex forore amantiffima Beatrice nepotem. Vulgare eft, opus, quod commendare velis, magno aliquo nomine infcribere. Quam fabulam in hac nuncupatione actam fpero.

ANONYMUS, Dominicanus domus Salmantinæ, vertit ex Latino Humberti de Romanis:

Doctrina de Religiofos. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1548. Hanc tamen verfionem alibi adjudicamus anonymo Hieronymiano cum hoc titulo: *Enfeñamiento de Religiofos.*

ANONYMUS, ordinis Seraphici, fcripfit ad fereniffimam Catharinam Portugalliæ Reginam:

Myfterios de la devocion. Burgis apud Joannem Juntam 1537. in 4.

ANONYMUS quidam, ex fancti Audomari Artefiorum oppido ad Infantem fereniffimam Mariam Philippi III. Hifpaniarum Regis filiam, poftea Romanorum Imperatricem, fcripfit verfum a fe ex Latino:

El libro de Salviano Marfilienfe, Quis dives falvus? Como un hombre rico fe puede falvar? con advertencias al mifmo propofito facadas de los Santos Padres. 1619. in 8.

ANONYMUS, nefcio quis, interpretatus fuit vernacule:

La Hiftoria de Anaftafio Bibliotecario. Quæ interpretatio adfervabatur in bibliotheca Olivarienfi.

ANONYMUS alius, reliquit in fchedis:

La Hiftoria de Francifco Guicciardino traducida en Caftellano, con el juicio de Thomas Porcaci; tribus voluminibus in 4. quæ in bibliotheca fuit Olivarienfi. Nifi interpretatio fit quæ prodiit Beaciæ anno 1587. auctore Antonio Flores de Benavides.

ANONYMUS alius, fcripfit:

Efpejo del Alma: cujus exemplum in charta pergamena & antiquis characteribus olim fuit in bibliotheca Olivarienfi.

ANONYMUS quidam, interpretatus eft Hifpane Jacobi Philippi Bergomenfis Auguftiniani *Supplementum Chronicorum*, infcribens interpretationi:

Summario de todas las Coronicas del Mundo llamado en Latin Supplementum Chronicorum. MS. extabat antiquis characteribus in eadem bibliotheca Olivarienfi.

ANONYMUS, ordinis Prædicatorum, vertit in vulgarem Caftellæ fermonem atque edidit:

La Hiftoria Eclefiaftica de Eufebio Cefarienfe. Olifipone apud Ludovicum Rodriguez 1541. folio.

ANONYMUS, vertit ex Italico:

Mario Equicola, De la Naturaleza del Amor. Vidit MS. D. Thomas Tamajus.

ANONYMUS alius, interpretatus eft Hifpanice:

San Juan Climaco; la Efcala. Erat MS. in bibliotheca Olivarienfi. Editus prodiit formis antiquis in folio.

Obras de San Juan Climaco traducidas en caftellano por el Cardenal D. Francifco Ximenez de Cifneros. Toleti 1504. Fuit in bibliotheca comitis Villaumbrofani; quod intelligo non de interprete, fed de eo cujus aufpiciis facta interpretatio fuit. Prodiit certe ea Barcinone iterum 1598. in 8.

ANONYMUS alius, vertit ex Latino in vulgarem:

Juan Caffiano; fus Collaciones. MS. fuit in membranis in bibliotheca Olivarienfi.

ANONYMUS quidam, fcripfit:

Expoficion de la doctrina Chriftiana. Quæ MS. fuit in eadem bibliotheca.

ANO-

ANONYMUS alius, convertit ex Latina in vernaculam linguam:

Egidio Romano de Regimine Principum. Quæ interpretatio MS. fuit in bibliotheca Olivarienſi in folio.

ANONYMUS quidam, exiſtimans aureum illud opus : *De Imitatione Chriſti*, Joannis Gerſonis eſſe cancellarii Pariſienſis clariſſimi, quod potius Thomæ a Kempis partus eſt, dedit ejus operis verſionem Hiſpanam ſub hac inſcriptione:

Juan Gerſon Canciller de Paris, de la Imitacion de Chriſto. Calari in Sardinia apud Vincentium Sanberinos 1567. in 12. Hæc forte illa eſt, quam in manus ſumſit & reformavit magnus ille vir Ludovicus Granatenſis Dominicanus.

ANONYMUS quidam, convertit in Hiſpanicum Lucani Levitæ cardinalis, qui poſtea fuit Innocentius III. Papa, librum ſic inſcriptum:

Vileza de la humana condicion. MS. in folio vidit D. Thomas Tamajus de Vargas. Nomen luſtricum Innocentii Papæ III. Lotharius fuit, non Lucanus; atque hoc opus *De contemptu mundi*, ſeu *De miſeria hominis* ad Petrum cardinalem Portuenſem editum extat Venetiis 1538. in 16. Antuerpiæ, Pariſiiſque, atque alibi; ut conſtat ex *Bibliotheca Pontificia* Ludovici Jacobi a Sancto Carolo.

ANONYMUS quidam, ſcripſit:

Tablas de la Medicina Practica; quæ ſunt in bibliotheca Toletanæ eccleſiæ, pluteo ſeu *eſtante* XXXV. num. 13.

ANONYMUS quidam, edidit:

Guia, o eſtrella del cielo. MS. in bibliotheca regia Eſcurialenſi.

ANONYMUS alius, dedit hujus tituli libellum:

Los Actos y hazañas del Capitan Diego Fernandez de la Serpa. MS. in bibliotheca regia Eſcurialis.

ANONYMUS alius, ſcripſit:

Libro del Exercicio de las armas. MS. in bibliotheca regia Eſcurialenſi.

ANONYMUS alius, vertit ex Latino:

Lucio Floro Eſpañol; compendio de las catorce decadas de Tito Livio. Coloniæ Argentinæ apud Auguſtinum Friſium 1550.

ANONYMUS alius, vertit in vernaculam linguam Paridis de Puteo *De Duello* opus hac inſcriptione:

Paris de Puteo; Batalla de dos; ad Gundiſalvum Ferdinandi de Corduba Sueſſanum ducem. Hiſpali apud Dominicum de Robertis 1544. folio.

ANONYMUS, interpres, dedit Hiſpanice duas Plauti comœdias, ſcilicet:

Plauto Comico antiguo: El Milite glorioſo y los Menechmos. Antuerpiæ ex officina Martini Nutii 1555. in 16.

ANONYMUS, interpres, Hiſpanum fecit:

Appiano Alexandrino, ſus libros ſingulares. Valentiæ 1522.

ANONYMUS alius, vertit, noſtriſque hominibus communicavit Joſephi Hebræi opera, quæ hoc titulo prodierunt:

Joſefo De las Antiguedades y de ſu Vida y del Imperio de la Razon. Antuerpiæ apud Nutium 1554.

ANONYMUS alius, de popularibus ſuis benemereri cupiens dedit prelo Titi Livii opus hiſtoriarum. Scilicet hoc inſcripto titulo prodierunt:

Decadas de Tito Livio, reconocidas y añadidas de mas libros ſobre la vieja translacion dedicadas a D. Felipe Principe de Eſpaña. Coloniæ apud Arnaldum Byrkman 1553. in folio.

ANONYMUS alius, interpretatus eſt:

Los Comentarios de Ceſar. Qui quidem nullo interpretis appoſito nomine prodierunt ex officina Michaelis de Eguia Compluti 1529. in folio. Vereor ne ſit aliqua ex duabus verſionibus, quarum una Didacum Lopez de Toledo commendatarium de Caſtelnovo ordinis Alcantarenſis, altera Petrum Garſiam de Oliva præſefert auctores.

ANONYMUS quidam, Hiſpanum fecit ex Latino:

Libro del Aſno de oro de Lucio Apuleio. Matriti 1601. in 8.

ANONYMUS alius, vertit ex Latino:

La Coſmographia de Pedro Appiano. Antuerpiæ 1575.

ANONYMUS alius, Latinum librum Nicolai Secovii equitis Poloni donavit Hiſpana lingua, cui titulus:

Breve y ſumaria deſcripcion del reyno de Polonia colegida de la Polonia de Martin Cromero por Nicolò Secovio Cavallero Polaco. Matriti 1588. in 8.

ANONYMUS alius, convertit in sermonem Hispaniæ:

Juan Bocacio Florentin, De las ilustres mugeres. Hispali 1528. in folio.

ANONYMUS alius, communicavit nostræ genti:

Juan Bocacio: libro llamado Fiammetta. Hispali apud Jacobum Cromberger 1523. folio & Olisipone 1541. in 4.

ANONYMUS alius, dedit Hispanice ex Italico:

Regla de las cinco ordenes de la Arquitectura de Jacobo de Vignola. Matriti 1593.

ANONYMUS alius, dedit:

Horas del Relox del Santissimo Angel de la Guarda: ex Latino Hieremiæ Drexelii Jesuitæ. Matriti 1631. in 4.

ANONYMUS alius, vertit ex Latino:

Lo que escribió Alberto Pio Conde de Carpi contra Erasmo; ad D. Joannem Tellez Giron comitem de Ureña. Compluti 1536. in folio.

ANONYMUS, sive unus, sive plures, trium comœdiarum, quæ simul typis editæ, sunt auctores. Nempe:

Comedia Thebaida: *Comedia Hyppolita*: *Comedia Serafina.* Valentiæ apud Georgium Costilla 1521.

ANONYMUS quidam, scripsit:

Tragedia Policiana, en la qual se tratan los amores de Policiano y Filomena. Toleti 1547.

ANONYMUS, vertit in linguam vernaculam:

El Angel de la Guardia, Hieremiæ Drexelii. Matriti 1631. Quod idem opus judico cum paulo ante laudato: *Horas del relox del Santisimo Angel de la Guarda.*

ANONYMUS alius, dedit foras Hispano sermone:

La Filosofia Moral de Aristoteles, Etica, Economica y Politica. Cæsaraugustæ 1509.

ANONYMUS alius, publicavit Hispana lingua:

La Almoneda de vidas. Dialogus hic est Luciani. Matriti 1634.

ANONYMUS alius, Hispano sermone dedit ex Gallico:

Discursos militares del Duque de Roan. Antuerpiæ 1652. in 4.

ANONYMUS, aut mihi incertus, elucubravit vernacula lingua nostræ gentis:

De la Formacion del cuerpo de Christo y su Madre. Qui liber acephalus extabat in bibliotheca locupletissima D. Laurentii Ramirez de Prado senatoris regii.

ANONYMUS, composuit:

Tragicomedia de Lysandro y Roselia. Matriti 1542. Extabat in eadem bibliotheca D. Laurentii Ramirez de Prado regii senatoris viri clarissimi.

ANONYMUS, ex Joanne Jeonvillæo Regis sancti historico edidit a se interpretatam Hispane:

La Chronica del Santo Rey Luis de Francia. Toleti 1567.

ANONYMUS, scripsit sermone antiquo Catalonico:

Historia del Conde Partenoples. Tarracone 1488. 8.

ANONYMUS, qui erat in bibliotheca D. Francisci de Urrea Aragoniæ regni historici, scripsit:

De Adventu D. Jacobi in Hispaniam, & Ecclesiæ Cæsaraugust. fundatione Disputationem.

Refert Joannes Franciscus Andreas de Ustarroz in *Defensione patriæ S. Laurentii* folio 131.

ANONYMUS alius, scripsit:

Regimiento de Nobleza. Qui liber in bibliotheca regia Escurialensi asservatur, scala signata litera o, sinu, seu loculo 5. n. 12.

ANONYMUS alius, vertit ex Italico:

La Arcadia de Sanazaro. Salmant. 1578.

ANONYMUS, Franciscanus provinciæ Pietatis regni Portugalliæ, scripsit lingua hujus gentis:

Summa de Confessores. Hunc Fr. Masæum fuisse nomine Georgius Cardosus me docuit in quadam epistola Romam missa, cujus rei testimonium se publice dicturum IV. tomo *Agiologii Lusitani* ibidem promittit.

ANONYMUS, Franciscanus ejusdem provinciæ Pietatis, scripsit:

Ocupaçaon spiritual de Catolicos y explicaçaõ do Pater noster. Conimbricæ 1549.

ANONYMUS, ordinis Minorum ejusdem provinciæ Pietatis in Portugallia, transtulit in vernaculum:

Exer-

Exercicios efpirituaes de Efchio. Conimbricæ 1554.

ANONYMUS, Francifcanus provinciæ ejufdem, fcripfit hujus tituli opus:
Como S. Francifco bufcafe a Pobreza. Olifipone 1529. Caftellane editum opus juffu Jacobi ducis Aveirienfis, ut credimus.

ANONYMUS, ordinis Seraphici ejufdem provinciæ, fcripfit:
Preparaçõ pera a comunham. Conimbricæ 1545. Cardofus.

ANONYMA, tertiæ regulæ Sancti Francifci, olim dedit librum, qui a profeffione religiofa auctoris nuncupatur:
Ditos da Freira; in 24. Lufitana lingua; auctore mihi Georgio Cardofo in relatione Romam miffa.

ANONYMUS quidam, fcripfit vernacule:
Apologia por la doctrina de Fr. Hieronimo Savanarola; quæ prohibita eft in noftro *Indice librorum prohib. & expurgandorum.*

ANONYMUS alter; fcripfit atque edidit fine loco aut temporis nota:
Apologia de la Autoridad y preeminencia del Eftado eclefiaftico.
Informacion de hecho y derecho por la Imperial ciudad de Toledo; quæ prohibentur in *Indice expurgatorio* Hifpano:

ANONYMUS, Benedictinus, aut Hieronymianus, edidit:
Arte de confefar. Quam idem *Index* Hifpanus *librorum prohibitorum & expurg.* nota confixit prohibitionis.

ANONYMUS alter, vertit in Hifpanum ex Gallico:
Arreftos de Amor.

ANONYMUS alius, dedit:
Avifos a los de la Iglefia Romana fobre la Indiccion del Jubileo por la Bula del Papa Clemente VIII. apud Ricardum del Campo 1600. Prohibetur in *Indice* noftro *expurgatorio.*

ANONYMUS alius, dedit ex Italico, ut credimus:
Dialogos del Purgatorio de Bernardino Ochino; qui Lutheri fectæ adhæfit: idcircoque hoc & cetera ejus opera cujufcumque fermonis prohibentur.

ANONYMUS, Francifcanus, fcripfit:
Cruz de Chrifto. Medinæ apud Guilielmum de Millis, qui liber apud nos prohibitus eft.

ANONYMUS, latere volens fub confícto nomine Dionyfii Cafii Uticenfis publicavit lingua vernacula:
Los Difcurfos de Nicolas Machiavello: qui liber damnatus eft in omnibus indicibus prohibitorum & expurgandorum librorum.

ANONYMUS, Cartufianus, vertit in Hifpanicum ex Latino Dionyfii Cartufiani:
Los quatro Noviffimos: qui apud nos prohibitus liber eft.

ANONYMUS, convertit in vulgarem linguam:
Dialogos de Amor de Leon Hebreo, o Filografia univerfal de todo el mundo. Cæfaraugustæ 1593.

ANONYMUS alter, edidit:
Summa de la Doctrina Chriftiana. Antuerpiæ apud Joannem Lazio 1554. 8.

ANONYMUS, Francifcanus, fcripfit de Paffione Domini fic nuncupatum opus vulgaris linguæ:
Fafciculum Myrrhæ. Antuerpiæ apud Martinum Nutium 1553. in 8. una cum Alphonfi a Trafpinedo Hieronymiani ejufdem argumenti libello.

ANONYMUS quidam, tantum ne otiofus effet, ut ajebat, fcripfit:
Confuelo y oratorio efpiritual; una cum Joannis de Bonilla tractatu *De la Paz del alma.* Salmanticæ apud Petrum Laffo 1580. in 16.

ANONYMUS, nefcio an hujus an fuperioris ante initium XVI. fæculi ætatis, literis configna vit:
La Cronica de D. Alvaro de Luna, Condeftable de Caftilla y Leon, Maeftre y Adminiftrador de la Orden y Cavalleria de Santiago. Quam hiftoriam editam vidimus Mediolani 1546. in folio.

ANONYMUS, Cantaber, ut fimile vero eft, Novum Teftamentum in Cantabricam linguam tranftulit, quod vidimus ita infcriptum:
Jefus Chrift. gure Iaunaren Teftamentu berria. Editum anno 1572. fervatur in bibliotheca eminentiffimi cardinalis Francifci Barberini Romæ.

ANONYMUS, Catalanus, tranftulit Biblia in vernaculam gentis linguam, atque edi-

edidit foras, uti lego in præfatione versionis Castellanæ anonymi, quæ in Italia prodiit, de qua paulo post dicimus. Vide RAYMUNDUS SABRUGERA.

ANONYMUS, nescio quis, revera in Italia manens, quem Hispanum fuisse non temere existimo, edidit translatum in sermonem Castellæ vernaculum, sed antiquiorem & absoletum, utpote Hebraicæ linguæ proprius reddendæ accommodatiorem, Biblia omnia: cujus hæc facies in editione Amstelodamensi ex officina Ægidii Jooft an. 5390. secundum Hebræorum computandi rationem:

Biblia Española traducida palabra por palabra de la Verdad Hebraica por muy excelentes letrados, vista y examinada por el oficio de la Inquisicion; con privilegio del Illustrissimo Señor Duque de Ferrara. Auctor ait in præfatione hæc inter alia de industria sive cura sua: *Hize trasladar la Biblia en nuestro Español, pues las otras naciones no se pueden en este beneficio quejar de sus naturales. Porque Italia, Francia, Flandes, Alemania o Inglaterra no carecen della, y aun en Cataluña en nuestra España se trasladó, e imprimió en la misma lengua Catalana. Y como en todas las provincias de Europa, o las mas, la lengua Española es la mas copiosa y tenida en mayor precio, asi procuré que esta nuestra Biblia, por ser en lengua Castellana, fuese la mas llegada a la verdad Hebraica que ser pudiese (como fuente y verdadero origen de donde todos sacaron) haciendo seguir pero en todo lo posible la translacion del Pagnino y su Tesoro de la lengua santa por ser de palabra a palabra tan conforme a la letra Hebraica y tan aceta y estimada en la Curia Romana, aunque para esta no faltaron todas las versiones antiguas y modernas, y de las Hebraicas las mas antiguas, que de mano se pudieron hallar; y tambien para ello procuré siempre muy sabios y experimentados letrados en la misma lengua asi Hebraica como Latina* &c.

ANONYMUS, Lusitanus, scripsit gentis lingua vernacula:

Catalogo dos Santos & Varoẽs illustres em virtude de Portugal; quem MS. laudat non semel Georgius Cardosus die scilicet III. Junii lit. c. in fine & V. ejusdem lit. b. in fine.

ANONYMUS, comes de Eiriceira, Lusitanus, celebratur sub hac tantum appellatione, alias mihi ignotus, a Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano* die V. Junii lit. a. in fine, eo quod scripserit:

A Historia de Tanger; quæ adhuc MS. asservatur.

ANONYMUS DE ANGULO, Franciscanus, provinciæ Granatensis diffinitor, ut vocant, scripsit:

Expositionem in Regulam Minorum. Quæ MS. extat in cœnobio urbis Ubetensis in Bætica.

ANONYMUS, indigitans se *Magistrum Antolinez de Piedra-buena* facetissimum & ingeniosum libellum edidit:

Universidad de Amor, y escuelas del Interes, verdades soñadas, o sueño verdadero. Cæsaraug. 1645. in 8.

Nisi fallor, hujus auctor fuit Benedictus Ruiz Dominicanus.

ANONYMUS DEL BARCO, Seraphici ordinis regularis observantiæ provinciæ Castellæ S. theologiæ lector Complutensis, insignis ecclesiastes, scripsit:

Variarum materiarum & sermonum, duo volumina; quæ MS. adservantur in bibliotheca cœnobii S. Mariæ de la Salceda. Lucas Waddingus.

ANONYMUS DE CANALES, Benedictinus ex monasterio de Hirache, dedit versibus antiquis Castellanis eo metri genere, quod *coplas de arte mayor* illa ætas dixit:

Compendio de toda la Filosofia natural de Aristoteles. Stellæ Navarrorum apud Hadrianum de Amberes 1547. in 4.

ANONYMUS DE CARVAJAL, canonicus Placentinæ ecclesiæ, scripsit:

La Vida de D. Diego Lopez de Zuñiga Justicia mayor de Castilla (obiit hic anno MCCCCXII.) quod opus vidit MS. D. Josephus Pellizer regius chronographus, laudatque id in *Memoriali pro Domo Comitum de Miranda* fol. 10. & fol. 16. ubi ait auctoris exemplar asservari in cœnobio S. Vincentii Placentinæ urbis ordinis Prædicatorum, quoddam autem exemplum apud excellentissimos Bejarenses Dinastas.

ANONYMUS DE CERVANTES, scripsit historiam Indiarum, cujus exemplum fuit in bibliotheca Olivariensi, uti ex ejus constat catalogo, sic inscriptum, in folio:

Chronica de Cervantes de las Indias.

ANONYMUS DE COLON, Peruanus ex Mercenariorum sodalibus, edidit:

Sermones de Santos de su Orden de N. S. de la Merced. Hispali circa annum 1640.

ANO-

ANONYMUS, cognomine DURAN, scripsit:

Historia del Convento de S. Isidoro de Leon de Canonigos Reglares. Fuit MS. in bibliotheca comitis Olivarum, una cum alio libro (ejusdemne auctoris nescio) *De la vida del Traidor Judas Iscariote* in 4.

ANONYMUS DE ESCOBAR, San-Faguntinus, ordinis Minorum provinciæ Conceptionis, auctor est metrici illius systematis, quod sic inscriptum typis vulgatum fuit:

Las Preguntas del Almirante; duabus partibus. Vide sis in *D. Federicus Henriquez.*

ANONYMUS cognomento FONTANUS, forte de FUENTES, sive de LA FUENTE, edidit:

Introductiones ad Cosmographiam ex variis auctoribus. Salmanticæ apud Joannem de Canova 1557. in 8. ad D. Martinum Figueroam Burgi abbatem atque S. Jacobi archidiaconum, quem collegam appellat, seque illius canonicum datis literis ad eum Burgi anno MDLV.

ANONYMUS DE GUDIEL, in bibliotheca cœnobii Franciscanorum S. Mariæ de la Salzeda nuncupato reliquit MS. opus:

In totam Scripturam; uti lego in *Indice* typis edito ejusdem *Bibliothecæ.*

ANONYMUS, cognomento INFANTE, edidit:

Forma de libelar; hoc est Hispanam libellorum conficiendorum praxim. Hispali 1551. in folio.

ANONYMUS DE LASARTE, Franciscanus regularis observantiæ provinciæ Castellæ, disertissimus concionator, MS. reliquit in eodem cœnobio de la Salceda nuncupato:

Variarum rerum tria volumina, teste Waddingo.

ANONYMUS DE LIAÑO, Burgensis medicus, edidit:

Examen de la Composicion Theriacal de Andromacho, traducida de Griego y Latin en Castellano y comentada por el Licenciado Liaño (sic se ipse appellat) Burgis 1540. in 4.

ANONYMUS DE MOLINA, Malacitanus, pusillam nani staturam ingenii ac industriæ dotibus conspicuam reddidit. Juris enim studio & aliis bonis artibus mentem excultam habuit. Hieronymus Castillo a Bobadilla *Politicæ* auctor lib. I. cap. VIII. n. 15. admirationi magnæ fuisse refert pumilionem in Compostella urbe publico in certamine de jure disputantibus respondentem. Scripsit is prossa oratione & versibus:

Descripcion del Reyno de Galicia y de las armas y blasones de los linages de Galicia de donde proceden Casas señaladas de Castilla; cum in Mindoniensi urbe anno 1550. in 4. tum Pintiæ 1650. Huic tamen Gallæci scriptores quam minimum deferunt, fidem ejus & inscitiam accusantes, e quorum numero est Philippus la Gandara in *Nobiliario Gallæciæ* lib. I. cap. XI.

ANONYMUS DE MOLINA, diversus a superiore videtur, Bæticus licet is quoque, quem Valentiæ docuisse Gaspar Escolanus auctor est circa annum MDXVII. scripsisseque:

Collectaneos de las Piedras de España; laudat eum Escolanus lib. VII. *Hist. Valent.* cap. I. n. 4.

ANONYMUS DE NIEVA, qui se proprio scholarum titulo licentiatum appellat, edidit:

Directorium Inquisitorum; quod MS. in folio fuit in bibliotheca Olivariensi.

ANONYMUS, qui se prodiit sub nuncupatione tantum *Commendatoris de* PARADINAS, scripsit librum:

De algunos Linages de España. D. Josephus Pellizer historicus regius in Memoriali *De la Casa de los Sarmientos de Villamayor* fol. 31. librum laudat, & ex hac familia ejus auctorem ortum affirmatum sibi fuisse ait.

ANONYMUS DE PASTRANA, centurionem sibi inscripsit in hujus tituli opere:

Relacion de todos los que han pasado por el estrecho de Magallanes. MS. erat in bibliotheca D. Ferdinandi Alvia de Castro Alcantarensis equitis Olisipone, dum jure ibi regnaretur, de quo in proprio ejus nomine egimus.

ANONYMUS PONCE DE LEON, nescio quid

Super Symbolum, elucubravit; quod asservatur in bibliotheca cœnobii S. Mariæ de la Salceda Franciscanorum, uti refertur in ejus *Indice* typis edito in folio.

ANONYMUS DE POZA, Franciscanus regularis observantiæ provinciæ Castellæ,

læ, doctus concionator, scripsit, Luca Waddingo teste:

Summorum virorum vitas, uno volumine, quod MS. est in eadem bibliotheca.

ANONYMUS cognominatus ROMAN, qui *Commendatoris* appellatione dignosci voluit, auctor est cujusdam operis, quod præsefert hunc titulum:

Observaciones del fallecimiento del Principe, in fol. Vidit MS. D. Thomas Tamajo de Vargas, qui nihil ultra addit in *Collectione librorum Hispanorum*.

ANONYMUS DE RUEDA, scripsit:

Super Epistolam ad Hebræos; quod opus MS. extare in eadem bibliotheca cœnobii B. Mariæ de la Salceda ordinis S. Francisci legitur in ejus *Catalogo*.

ANONYMUS DE SALINAS, qui se licenciatum, ut scholæ amant dicere, appellat, elucubravit:

Sumario de la memorable batalla de Clavijo, y origen del Señorio del Solar y divisa de Val de Osera. Prodiit in lucem cura D. I. F. de Medrano & Sandoval. Matriti apud Petrum de Madrigal 1601. in 4.

ANONYMUS cognomento SILVA DE CHAVES, licentiatum qui se vocat & advocatum, hujus argumenti & tituli librum reliquit:

Primera junta de la sangre Imperial de Roma y algunos sucessos de ella. Vidit MS. in 4. D. Thomas Tamajus.

ANONYMUS DE SOLIS, ordinis Mercenariorum, scripsit Salmanticæ, ubi erat professor Hebraicæ linguæ:

Artem Linguæ sanctæ. Parisiis, characteribus Gothicis, quam se vidisse apud N. Corream Græcæ linguæ præceptorem Salmantinum retulit nobis D. Fr. Gabriel Adarzo & Santander Hydruntinus antistes.

ANONYMUS, magister VALLES, Aragonius, aut certo incola ejus regni, publicavit:

Historia del Marques de Pescara y de otros siete Capitanes de su tiempo; ex Paulo Jovio præcipue atque aliis. Antuerpiæ 1570.

Adicion a la Historia de los Reyes Catolicos de Pulgar, que escrivió en Latin Antonio de Lebrixa. Sic lego in catalogo librorum D. Laurentii Ramirez de Prado regii senatoris.

ANONYMUS, cum titulo tantum magistri VARGAS, laudatur a D. Josepho Pellizerio historico regio ex opere Philippi Principis jussu facto, eidemque nuncupato: *Del Viage que hizo el Principe D. Felipe a casarse con la Infanta Doña Maria de Portugal*. Meminit hujus libri in tractatu *De la Justificacion por la Grandeza y cobertura de primera classe del Conde de Miranda* folio 78.

ANONYMUS forte de VARGAS, ut postea dicetur, educatus in domo Alphonsi Aragoniæ ducis primi de Villahermosa, Joannis Aragoniæ Regis filii nothi, Ferdinandi Catholici fratris, sub eodem scripsit:

De los Linages de España: quem codicem MS. vidimus Romæ ex libraria suppellectile Alexandri VII. P. M. ejusdem jussu nobis communicatum. Hujus, quas possumus, hic notas dabimus. Opus nuncupat D. Ludovico Portocarrero Palmæ comiti. Ubi de familia de los Vargas agit, calamum temperare se ab ulteriore tractatione ait, *porque no parezca* (verba ejus sunt) *que quiero hacer gran plato a los deste linage y por la parte que me cabe de ello*. Antiquis rebus fabulosa multa miscet, *Leomartem* quemdam, nusquam alibi lectum, testem adducens cum Britti *Laimundo*, Docampi *Juliano*, Hauberti Hispalensis *Yamone*, & *Mellone* fortasse contribuendum. Refert se idem ad alia quædam a se scripta opera, scilicet:

Libro de la Poblacion de España.

Tratado del Amor: in familia *de los Girones*.

De la Excelencia de las Mugeres: in familia *De los de Bazan*.

ANONYMUS DE VILLALON, qui se scholæ verbo licentiatum vocat, edidit:

Grammatica Castellana. Antuerpiæ apud Guillielmum Simonem 1558. in 8.

ANONYMUS doctor DE VILLASANDINO, celebratur cum *Egregii* titulo ex tractatu *de Primogenitura*, a Ludovico Mexia in *Tract. ad Pragmaticam taxæ panis* fol. 116.

AP-

APPENDICES AD BIBLIOTHECAM SCRIPTORUM HISPANIÆ.

GYNÆCEUM HISPANÆ MINERVÆ

SIVE

DE GENTIS NOSTRÆ FEMINIS DOCTRINA CLARIS AD BIBLIOTHECAM SCRIPTORUM

MANTISSA.

Queritur non obscure nec infrequenter alter sexus, & accusare solet naturæ non tam constitutionem & primigeniam æquitatem, quam usum eo jam ab initio rerum vergentem, ut cum imperio decus etiam & possessio scientiarum penes viros sit. Recordantur quippe se legisse in hominis natalibus potiorem suam quam virorum conditionem non difficulter apparere: masculæ carnis humum, femineæ vero carnem viri esse originem; priorem illam, posteriorem hanc natam; atque eum prorsus initio fuisse rerum creatarum ordinem, ut quo fuerat quæque res perfectior, eo serius e naturæ sinu illo, qui universi semina omnia continebat, eruperit; solem e luce factum, & post eam; fructus ab adultis jam arboribus germinare; animam rationis compotem post genitum corpus esse incipere. Unde ergo sibi contigisse iniquiorem hanc imperitiæ sortem, & sequestratæ ab iis omnis disciplinæ, nisi ab usurpatione virorum, qui, ne minus imperent, ab instrumentis imperandi feminas numquam non arcuere? Haud sibi quidem tam male esse, sicubi numen ipsum absque intermedio homine rebus humanis præest; aut impedimenta sexui ex more illata superavit perfregitque vindicata in libertatem natura. Nec imperium feminarum Deo improbatum; nec in perpetuis belli & pacis tempore laudabiliter gestorum fastis muliebris virtutis masculam ex æquo provocantis exempla, eaque frequentissima, unquam desiderata fuisse. Porro in numerato habent causæ hujus patronæ sacrarum literarum & historicorum omnium monumentorum documenta, unde sibi eam adjudicari omnino debere non temere jactitant, quin ad Orationem Hortensiæ Q. Hortensii Oratoris filiæ, aut ad nostri temporis Lucretiæ Marinellæ Nobilitatis & excellentiæ feminarum *opus confirmandæ rei tam omnibus notæ interim recurrere opus habeant. Neque nesciunt disputatum non heri & nudiustertius fuisse a clarissima Anna Maria Schurmam Ultrajecti superioribus annis manente, atque hujus sæculi miraculo futura, nisi præstantissimas dotes hæretici cæli contracta infectione dehonestaret, problema illud practicum, num feminæ christianæ literarum studium conveniat. Vereque ut Agathon apud Athenæum, quæ ob inertiam mulier est segni corpore, animi habet intus non segnem intelligentiam. At nec audebimus nos Hispani, quibus Salliis non esse contigit, aut causam suam perorantibus feminis intercedere, aut sceptrum, artes, doctrinam invidere. Nusquam enim gentium fortasse aut virilis animi heroinis, aut sapientiæ atque eloquentiæ sacerdotibus alter hic sexus magis floruit. Imo secundabimus, & quod nostri est instituti, colligemus hic illius temporis, quod* Bibliothecæ *hoc opere comprehendimus, quasdam doctrinæ laude illustres feminas; nec unam aut alteram veteris ævi Corinnis, Aspasiis, Saphonibus etnicis, Fabiolis, Marcellis, Eustochiis Christianis comparandam. Ne vel in*

hac

hac parte deficiamus nobis decora ista nostræ gentis hac pompa circumducentibus, famæque templo, cui sacra suo jure sunt, lætanter inferentibus. At quia locum Bibliotheca *penes se omnibus his dedit, quæ libris editis claruerunt, gynæceum hoc eas tantum data opera repræsentabit, quarum doctrinam & artium quarumcumque præstantiam, non ullum opus ab ipsis elucubratum, posteritas celebrat; ceteris dumtaxat cursim intentoque ad loca earum digito laudatis. Item & inhibemus calamum ab earum mentione, quæ nullis a sæculo literis, sed eruditione tantum cælesti atque Sanctorum scientia imbutæ, cujus ordinis nonnullas merita est natio nostra his duobus sæculis, in hunc album eruditione præstantium feminarum excipi dedignantur. Earum tamen aliquibus testimonium doctrinæ hujus non studiis quæsitæ locis suis reddidimus.*

ANGELAM, Barcinonensem quamdam Joannes Petri a Moia in *Historia illustrium fœminarum*, Græcæ atque Latinæ eruditionis ergo, inter claras Hispaniæ nostræ literis feminas admisit.

D. ANGELA MERCADER ZAPATA, nupta Valentiæ Hieronymo Escriva de Romani, magistro hujus urbis, ut vocant, rationali non Latinas tantum literas, sed & philosophiam atque theologiam eximie docta, cum professoribus academiæ frequenter domi suæ disputabat, & a quæstionibus quibuscumque ingeniosissime se expediebat. Bibliothecam omnis librorum generis sibi curiose instruxerat; nec minus integris moribus, quam elegantia doctrinæ, dum viveret, laudabatur. Joannes quidem Ludovicus Vives clarissimus ejusdem urbis civis lib. I. *De Officio fœminæ Christianæ* amplum & magnificum ei testimonium de ingenio pariter & doctrina præstitit. Recordatur etiam Angelæ Laurentius Palmirenus, *Epistolæque* ad eum a Joanne Andrea Straneo viro eruditissimo datæ in *Aphtonii* sui e Græco versi nuncupatione, quem Hieronymæ Ribot domini de la Alcudia uxori cujus mox meminimus, dedicavit. Filium fortem ex forti creatum habuit Franciscum de Escriva Jesuitam variorum operum scriptorem. Angelæ mentionem faciunt Matamorus *De Academiis & doctis viris Hispaniæ*, Andreas Scotus in *Bibliotheca*, Gaspar Escolanus lib. V. *Histor. Valentinæ* cap. ultimo, & lib. VIII. cap. VI.

D. ANGELA SIGÆA, Toletana, Didaci filia, Luisiæ Sigææ quam non perfunctorie, ubi opus fuit, laudavimus, germana soror, Joannis Vasæi verbis cap. IX. ad *Hispaniæ Chronicon* præfationis, *Græce, Latineque pro ætate & sexu non mediocriter erudita, tam exacta fuit cognitione Musicæ artis, ut cum præstantissimis hujus artis professoribus contenderet.*

D. ANNA CARO, Hispalensis, tempore nostro poesim coluit, & nonnullas *Comœdias* in publicum proponi permisit, quæ non sine plausu recitatæ sunt.

D. ANNA DE CASTRO EGAS, quæ hujus chori est, celebraturque a Lupo Vega in *Lauro Apollinis* sylva I. jam in *Bibliotheca* nomen suum edidit.

D. ANNA CERVATON, Ferdinandi Catholici tempore aulæ regiæ eximium decus fuit, ex nobilibus puellis una, quæ Germanæ Foxiæ Reginæ ejusdem Ferdinandi conjugi ad latus adhærebant & in gynæceo ministrabant. Incertum quænam præcelleret in hac virgine, corporis, animive pulchritudo; quas, nisi honestas commendasset, neutiquam ei solidæ laudis præconium fama adulari nescia, judicium utique sequuta illius ætatis hominum, detulisset. Federicus eam Toletanus Albæ dux, nec parum belli aut pacis artibus clarus, adamavit, seu verius honestissimis, qui aulæ mos est, ignibus & omnis generis officiis excoluit; imo ne doctissimam expers ipse doctrinæ minus sibi propitiam aut faventem experiretur, literarum amorem literatæ virginis amore conjunxit. Non utique sunt in omnium manibus Lucii Marinæi Siculi *Epistolæ*, qui vir eo, de quo loquimur, tempore in gratia omnium principum Hispaniæ virorum florens peregrinus & advena plusquam civibus multis res nostras illustravit. Quare non mihi tempero quin ejus epistolæ cujusdam ad Annam hanc Cervatoniam datæ, hujusque ad Siculum directæ responsionis tenorem his chartis inferam. Pro testimonio hæc erunt eximiæ ejus virginis eruditionis, modestissimæque urbanitatis, quæ jure sibi corda omnium obsequio devinxerat. E libro XVI. eas transcriptas damus.

L. MARINÆUS SICULUS ANNÆ CERVATONIÆ VIRGINI PULCHERRIMÆ SAL. PLUR. D.

Miraberis fortasse, puella clarissima, & certe miraberis, si longa Siculus jam ætate con-

confectus, &, ut arbitror, tibi prorfus ignotus ad te fcribam. Sed mirari quidem ftatim defines, fi virtutem tuam fingularem, fi mirabilem venuftatem, fi maxima tua merita refpexeris, quæ me quidem, vel decrepitum, Chriftoque militantem, ut uni tibi ferviam, coegerunt. Quis enim fuos labores & obfequium, quis perpetuam obfervantiam, quis bona fua omnia, quis denique feipfum Annæ Cervatoniæ virgini pulcherrimæ modeftiffimæque non offerat? Cujus corporis dotes, animique virtutes admirantur omnes & maximis laudibus ad cælum ferunt. Sola fiquidem Anna es in ore omnium nobilium virorum. Te unam ex omnibus, quæ Germanam Reginam comitantur, pulchris & generofis puellis omnes fufpiciunt & venerantur. Enim vero tibi regia domus, quam fplendore tuæ pulchritudinis, quafi radio folis illuftras, plurimum debet. Tu vero, fpeciofiffima virgo, multum certe naturæ, multum ftellifero cælo, multum & præclaris tuis, qui te talem genuere, parentibus debes. Quos ego cum fuis meritis, tum vero te filia tanto feliciores exiftimo, quam magnum Jovem & quam Junonem; quanto tu vel corporis vel ingenii dotibus Palladem atque Heben, necnon reliquas omnes Nimphas, quas excellentiffimi vates olim maximis laudibus extulerunt, antecedis. Quarum quidem tempore fi tu nata fuiffes, nec amaviffet Helenam Paris, nec aureum pomum Veneri dandum cenfuiffet. Quin etiam fi te quatuor excellentiffimi vates cognoviffent, non Corinna quidem, non Lesbia, non Cinthia, non Delia carminibus eorum celebratæ fuiffent; unam te maximum Nimpharum decus excoluiffent; Annæ celeberrimum nomen omnes magnis voluminibus ceciniffent; te cunctis virginibus præferentes omni laude digniffimam judicaffent. Sed te Deus optimus maximus ad ætatem noftram refervavit, ut fpecie tua & pulchritudine tua Germanæ Reginæ profpera domus maxime lætaretur; utque noftrum quam feliciffime fæculum gauderet; ac te non nifi Federicus a Toleto dux Albanus maximus & excellentiffimus Princeps fapienter amaret & diligenter excoleret. Hic eft enim tua venuftate digniffimus. Hic fatis idoneus, qui tuo nomini faveat. Quem ego propterea virum felicem & magni judicii nuper exiftimavi, quod te & non aliam fibi perpetuo colendam elegit. Qui modo, quod te fcire arbitror, ad literarum & fapientiæ ftudia fefe contulit, ut felix tuum nomen & præclaram tuæ pulchritudinis famam chartis celebrare perpetuis poffit, & a mortalitatis injuria vendicare. Vale. Ex Burgis pridie idus Octobris anno MDXII.

ANNA CERVATONIA PALATINA VIRGO ELOQUENTISSIMO VIRO L. MARINÆO SICULO FELICITATEM.

Non poffum non vehementer admirari, eloquentiffime Sicule, cum ipfe, qui aureo ante hac eloquentiæ fonte præclariffima fortiffimorum Principum facinora æternitati mandare confuevifti, nunc illas dicendi vires, fplendorem illum admirabilem ac prope divinum in immeritas puellarum laudes atque indigna præconia converteris. Verum nihil, quod admirari liceat, fupereft, pofteaquam humanitatem, benignitatem, facilitatem tuam animo revolvo. Vir enim ad cunctorum gloriam atque immortalitatem natus te continere nequaquam potes, quin perpetuis literarum monumentis unumquemque, vel indignum, fempiternæ memoriæ commendes. Ego quidem (quia mecum tibi in præfentiarum res eft) nunquam mihi virtutum quidpiam, quoad vixi, neque formæ effe exiftimavi; fed epiftola tua nitoris atque humanitatis plena tot meritis, tantoque inter legendum decore afficere conata eft, ut neque mortalibus neque divis, fi nos illa comprehendiffent, cedendum amplius videretur. Quamobrem animus meus non parum voluptatis accepit, quod ipfa, quæ profundis obfita tenebris numquam, ut opinor, ad pofteritatis memoriam perveniffem, tuis elegantiffimis fcriptis decus adepta fum nominis fempiterni. Verumenimvero folitam in te defiderare modeftiam non omifi, quum largis effufum habenis, quod celeberrima vetuftas vix admirabili forma ac virtutibus quondam meruit, id te mihi totum tribuiffe cognovi. Nos enim Palladi, Hebe, Veneri, atque Helenæ, quas divinis honoribus ipfa donavit antiquitas, longe cedimus. Nymphas etiam, clarafque prifci temporis puellas minime æquamus. Sereniffimæ vero Germanæ Reginæ domum tantum abeft ut illuftrare poffim, ut facilius intelligam obfcurum fydus, fole pulcherrime radiante, diei addere poffe fplendorem. Ipfa namque admirabili venuftate, divinoque decore, uti candidiffimus Apollo lucentia fydera, quod ei famulamur, exornat. Ipfa quidquid famæ, quidquid virtutis atque excellentiæ longævus orbis vidit, habuitque unquam, regali totum pulcherrimoque finu, maximo fic largiente Deo, fola fufcepit. Teftis Hifpania tota, quæ illam veluti coelefte numen adorat. Teftis & ipfe orbis terrarum, qui hoc munere quidquam majus fe aliquando accepturum jam defperavit. Reliquæ etiam Palatinæ virgines tanta forma ac nitore præftant, ut inter eas ego, qualis nunc inter fplendentes forores

Electra calligat. Cum quibus (me modo inter se nomen habere non dedignentur) si quid mihi formæ existit, speciosissimæ totum id clarissimæque Reginæ semper referendum ingenue confitebor. Unum mihi, non inficior, benignissima sydera dedere, ut illustrissimi ac præstantissimi Federici Albani ducis munere per ora omnium celebris volitarem. Tantus Princeps nostro igne dum caste pudiceque succenditur, non parum nobis nominis ac decoris adjungitur. Quippe vir bello paceque clarissimus altissimum genus a Constantinopolitanis Imperatoribus accepit; & solus inter Hispanos Principes, ut nobilissimum decet sapientiæ studia, quæ semper ab incunabulis veneratus est, acri cura multisque laboribus sectatur. Accedit alterum huic meæ gloriæ munus non hoc quidem inferius, quod te pulcherrimus amor commovit, ut me singulari laudum cumulo decorares, efficeresque, ut cunctas omnium sæculorum puellas antecelluisse minores crederent. Nam tanti te sapientissimi Hispaniæ Reges semper fecere, quanti Græciam Herodotum & Homerum, Italiam Livium & Virgilium fecisse perlegimus. Itaque quod me ab interitu servaveris, donoque immortalitatis affeceris, tantum tibi debere sentio, quod si pro hoc divino munere vitæ jacturam rependerem, satisfecisse nequaquam putarem. Quare si referre gratiam non valemus, tibi quas possumus gratias habemus, pollicemurque Annæ virginis animum tuis castissimis optatis in perpetuum debiturum. Vale.

D. ANNA OSORIO, Burgensis, & majorum imaginibus nobilis, & divinæ theologiæ studio fuit celebris, attestante Matamoro in *Apologetica narratione De Academiis & doctis viris Hispaniæ.*

ANNA VASIA (credo vulgare cognomentum VAEZ esse) in aula Mariæ Infantis Portugalliæ una cum Luisia Sigæa literis & eloquentia Latina floruit. Andreas Resendius utriusque meminit ad prædictam Infantem scribens, his versibus:

Porro autem comitum, quæ jam maturior ævi
Carminibus tibi nota tuis est VASIA, cujus
Ut sileam mores, inculpateque juventam
Hactenus exactam, laus est ea magna, quod aulæ
Dux bona virginibus Latias præluxit ad artes.

Inter *Epigrammata* Ariæ Barbosæ poetæ & philologi Lusitani ingentis famæ quoddam legere est Annæ nostræ nuncupatum.

D. ANNA DE VILLEGAS, Medinæ-campi nata, non solum vulgares linguas Gallicam, Italicam, Lusitanam, sed & Latinam docta, laudari peculiariter meruit a Joanne Costa Aragoniæ regni chronographo in libro suo *Del Gobierno del Ciudadano* in fine dialogi secundi, & Joanne Petri a Moya in opere suo *De illustribus fœminis* lib. III. cap. XLVIII.

D. BEATRIX GALINDO, Salmantina, virgo prius aulica Elisabethæ Reginæ Ferdinandi Catholici uxoris, conjugio deinde Francisco Ramirez Matritensi ejus oppidi decurioni ac Regi a secretis copulata, ob Latinæ linguæ peritiam *La Latina* vulgo audiebat; cujus vel nunc cognomen retinet valetudinarium Matriti ab ea extructum *El Hospital de la Latina* nulli non appellatum. Hujus ipsius linguæ præceptis adeo Reginam imbuit clarissimam, ut non solum oratores intelligere, sed & libros interpretari facile posset; quod *De rebus Hispaniæ* Lucius ait Marinæus Siculus. Ex quo maritum extulit usque ad obitus diem totos XXXVI. annos caste vixit literarum & liberorum educationis curæ addicta; quos divitiis affluentes reliquit, etiam si, quasi liberis orba esset, in construendis præter nosocomium jam dictum duobus in eodem oppido Matritensi virginum Deo sub Hieronymi & Francisci regulis sacrarum cœnobiis, Malacæque alio Redemtorum Sanctissimæ Trinitatis ingentem pecuniæ vim erogasset. Decessisse hanc e vivis XXIII. die Novembris anno MDXXXV. ex titulo sepulcri notum est ad Conceptionis Deiparæ, quam Hieronymianam vocant, sacram ædem, in quo una cum conjuge resurrectionem expectat. Agunt de ea Scotus, Joannes Perez de Moya in libro *De illustribus Hispaniæ mulieribus* lib. III. cap. XLVIII. Ægidius Gonzalez Davila in *Historia Salmantinæ urbis* lib. III. cap. XXII. Petrus Paulus de Ribera in libro *Le glorie immortali delle Donne Illustri* nuncupato lib. XIII. art. 370. Et Lupi de Vega huc pertinent hæc carmina e poemate illo, cui *Gerusalem conquistada* inscripsit, ubi laudato ejus viro, quem tamen non Franciscum, sed Joannem eumque non secretorum regiorum participem, sed summum belli ducem in bello Granatensi appellat partim ipse Lupus, partim is qui notas affixit margini, adjungit:

Su querida Beatriz, su prenda amada
Por segunda Nicostrata tenida
Celebre vivira de gente en gente
Con nombre de LATINA eternamente.

Aliaque in *Lauru Apollinis.*

D. BERNARDA FERREIRA DE LA CERDA, Portus urbis in Lusitania civis clara admodum ob data in lucem poetica vir-

tu-

tutis plusquam muliebris opera, meritis nunc laudibus cumularetur, nisi loco suo, quas a nobis potuit, consequuta esset. Quo virtutis amantes pro majori hujus lectissimæ feminæ notitia remitti non utique dedignabuntur.

D. CÆCILIA DE ARELLANO, Francisci Romeu Cæsaraugustanæ urbis civis uxor, laudante Joanne Costa historico Aragoniæ regni in libro suo *Del Govierno del Ciudadano*, dialogi secundi fine vulgaribus linguis Gallica, Italica, Lusitana, necnon & Latina disertissime loquebatur.

CÆCILIA DE MORILLAS, alias HENRIQUEZ, Henrici viri nobilis, qui Salmanticæ degebat, filia, Antonii Sobrini Lusitani domo Brigantini probitate eximia juvenis conjux, inclyta propriis virtutibus, nec minus inclyta fecundissima omnium virtutum prole, qua multiplici & æque sancta, velut Symphorosa altera, aut Machabæorum mater, filiorum ipsa decem pietate insignium omnium genitrix & magistra, æque ac vitæ innocentia & præstantissimæ atque multiplicis eruditionis merito æternum laudabitur. Quibus ea nota fuit, vix verbis assequi se posse credunt naturalium & supernaturalium dotum, quibus ditata erat, numerum & præstantiam, miræque ejus ingenii ad quæque addiscenda veluti facti perspicaciæ & capacitatis excellentiam. Formabat literas non unius generis perfectissime, & ad typorum usque invidiam, auroque & coloribus variegabat. Pictoriæ artis ea peritia censebatur, ut vultus humanos etiam absentium ex ideæ penu fidelissime repræsentaret. Linguis Latina & Græca, vulgaribusque Italica & Gallica promte utebatur. Grammaticam, Philosophiam, atque etiam Theologiam, non solum scholasticam sed & expositivam, uti vocant, & mysticam, apprime noverat; quarum præcepta filios docuisse domi raro ad omnem posteritatem exemplo ac felicissimo, ut mox dicam, successu testimonio æqualium refertur. Sacros utriusque instrumenti libros frequenti lectione familiares sibi adeo fecerat, ut memoria talium fidelissima pene retinere omnes vulgo crederetur. Nullius artis aut disciplinæ non penetravit adyta. Quare literis quique aut pietate spectati eam frequentabant, & ad instar oraculi venerabantur. Pictoribus, aurificibus, sculptoribus, cosmographis, geometris, astrologis, & architectis, de eorum uniuscujusque artibus quidquid quæstionis esset, mira exponebat celeritate & perspicuitate. Quare nil prius Pintiam accedentibus, deque ejus urbis rebus, quæ notatu visuque digniora essent, quærentibus Cæcilia nostra commendari mos vulgaris fuit. Musicæ artis non tantum regulas ac theoriam mente comprehenderat, sed & ad consonantiam instrumenti, quod clavicordium nos dicimus, quodque illa docta pulsabat manu, suaviter admodum sacra carmina modulabatur. Qua arte filios omnes imbuit, quorum unus Philippo II. Regi ob ejus præstantiam fuit gratissimus. Acu veluti penicillo utebatur; globumque inter hujusmodi alia (sic vocant) terrestre, orbis terrarum scilicet manuariam imaginem, sic dimensionibus perfectum, sparsisque opportune coloribus variegatum Phrygia arte depinxit, quæ non minus imperitorum oculos venustatis lenocinio, quam doctorum mentes absolutione totius operis alliceret ac detineret. Flores itidem arte imitati ejus apud nos inventum plane sunt; quibus impressa veri effigie perspicaciores illudebantur. Ad hæc pectus virili fortitudine armaverat, animum vero, quod supra omnes alias ingenii atque industriæ dotes gloriosum est, iis virtutibus & sanctitate vitæ, ut Philippo Regi nulla magis idonea visa alia sit, quam Elisabethæ Mariæque Austriacis filiabus suis morum magistram daret, nisi excusasset ea conjugalem statum, debitaque illa, non solum viro quotidiani convictus, sed & propriis filiis accuratæ educationis obsequia.

Decessit Pintiæ tandem hæc, ævi sui decus, heroina ultima die Oct. an. MDLXXXI. ætatis suæ XLII. sepulcroque honorificentissimo conditum ejus cadaver sub hac modestissima inscriptione ibidem jacet.

CÆCILIA MORILLAS NATIONE
HISPANA GENERE NOBILIS
CONJUGE FELIX FILIISQUE CLARA
LITERARUM ARTIUMQUE
VARIETATE DOCTA
OBIIT ANNO REPARATÆ SALUTIS
MDLXXXI OCTOB. DIE XXXI.
INGENTI DESIDERIO SUI RELICTO.

Novem ea filios ex Antonio Sobrino, conjuge, hoc est, non magis familiæ, quam christianæ perfectionis totidem decora suscepit. Hi sunt Franciscus Sobrinus Pintianus episcopus; Josephus, Regi a sacris, Albertoque Austriæ archiduci, dum inter nos versaretur, a studiis, palatinæque familiæ parochus, Cæciliæ parentis doctrinæ omnis industriæque simillimus; Joannes, theologus, medicusque Roderici a Castro Hispalensis præsulis, musicus ac mirus artifex minutissima quæque ligno sculpendi, Græceque sic doctus, ut omnes Hippocratis libros curiosissime triginta fere annorum labore recogno-

verit, atque notatis locis, quid minus recte interpretibus excidisset Latinis, observaverit; quod opus luce dignissimum nescio ubi adhuc latet; Antonius, qui ex officiali a secretis regiorum ex ordine conciliorum Italiæ & Status, fratrum Excalceatorum S. Francisci aggregatus ordini singularem sanctitatis opinionem, in provincia maxime S. Joannis Baptistæ Valentiæ regni & Bæticæ, miraculis pluribus confirmatam, quam vivus fuit adeptus, immortalis jam & beatus ubique sustinet; Thomas & ipse Franciscanus ex nudipedum reformatione: Didacus de S. Josepho, Maria de S. Alberto, Cæcilia a Nativitate, ultimusque Sebastianus de S. Cyrillo Carmelitæ omnes reformati. Quibus & fortunatissimæ sanctorum tot virorum & feminarum religiosissimorum parenti accinere lubet, antequam ab eorum discedamus mentione, proverbiorum verba illa: *O quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius; quoniam & apud Deum nota est & apud homines.* Desumsimus quidem nos hæc omnia ex Antonii Panesii *provinciæ S. Joannis Bapt. Franciscanorum reformatorum historiæ* lib. IV. cap. VII. & pluribus sequentibus, qui Antonii Sobrini jam laudati res literis traditurus universam hanc sanctarum animarum familiam eleganti stilo descripsit.

D. CATHARINA, Ferdinandi & Elisabethæ Catholicorum Regum filia, Henrici VIII. Angliæ Regis uxor, eruditione non minus quam infortuniis clara sui temporis Princeps, in *Bibliotheca*, uti sacrorum operum artifex, repræsentatur.

D. CATHARINA, Eduardi Portugalliæ Infantis filia, Joannis Brigantini ducis conjux, quæ cum Philippo Rege Hispaniarum II. de Portugalliæ regni successione litem gessit: si credimus Christophoro da Costa in tractatu suo *De Laudibus fœminarum* vernaculo, perfecte fuit in Græcis & Latinis literis docta, astrologiæ insuper & mathematicarum aliarum artium perita: quas artes docuisse filios Theodosium ducem, Eduardum, Alexandrum, Philippum, filias itidem Mariam & Seraphinam dicitur. Sororem quoque Catharinæ germanam Mariam Parmæ ducem easdem calluisse disciplinas vulgaris fama est. Petrus Paulus Ribera Valentinus meminit in opere suo antea memorato *Delle glorie immortali de' trionfi & heroiche imprese de Donne illustri*, lib. XIII. art. 375.

D. CATHARINA DE LA ESTRELLA, Joannis Christophori Calvete de Estrella regii historici ac viri eximii ex aliquo latere nepos fuisse refertur, natuque Salmantina; quantumvis Joannes Christophorus aut Barcinone, aut in aliqua regni Aragoniæ urbe, ut loco suo diximus, procreatus sit. Latine scivit non vulgariter, Galliceque & Italice ætate sua decus habita muliebris sexus ob eruditionis, maxime historicæ, præstantiam; cujus rei auctores sunt Joannes Perezius de Moya lib. III. *De fœminarum laudibus* cap. XLVIII. Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Salmantinæ Ecclesiæ*, Petrus Paulus Ribera operis jam laudati art. 374.

CATHARINA PACENSIS, adolescens miræ in pangendo carmine Latino virtutis, id ab Alphonso Garsia Matamoro elogium meruit, ut cum ea inique agamus, si non istius verbis laudemus. *E quarum specioso* (ait in *Apologetico* suo toties producto) *conspicuoque grege unius mulieris Latini versus sacris sæpe & publicis certaminibus primam Hispali & Compluti lauream Judicum sententia meruerunt. Quam velim significare nemo non Complutensis intelligit. Nam hæc fuit illa Catharina Pacensis, quæ non expleto ætatis anno vigesimo septimo in ipso vitæ flore Carracæ, quæ nunc Guadalajara, acerba & immatura morte proxima æstate erepta insanabilem attulit Musis dolorem. Heu! quæ ingenii vena illo die ad summam gloriam eloquentiæ florescens exaruit? quos poesis fontes subito fortuna prostravit? quæ non literæ politiores cum illa mortuæ & sepultæ fuerunt? Verum profecto illud est, quod a Fabio Quintiliano dicitur, celerius occidere festinatam maturitatem, & esse nescio quam, quæ spes tantas decerpat, invidiam; ne videlicet ultra quam homini datum est, nostra provehantur. Laudet Cicero, quantum velit, Corneliam matrem Grachorum, miretur attonitus Lælias, Mutias & Licinias; proferat Lucanus suam Polam Argentariam. Nunquam tibi, Catharina Pacensis, tam erit Complutum ingrata, ut non cum illis te comparare audeat.* Hæc Matamorus pulchre & magnifice, qui opus hoc suum absolvens anno MDLIII. ut ex nuncupatione ostenditur, æstivis mensibus superioris anni sublatam hominibus vatem hanc clarissimam fuisse significat. At ejus cognomen an a pace veniat, vulgarisque sit DE LA PAZ formatio, an a patria Pace Augusta, hoc est, Badajoz (Pax enim alia, Beja hodie Portugalliæ urbs est) Catharinæ inditum sit, doceri ab aliis cupimus.

D. CATHARINA DE RIBERA, ex illustri ducalique hac familia, penes quam ducatus de Alcala & aliæ honoris & imperii

rii nuncupationes emicant, ſic in linguis Latina Græcaque profecit, ut iis non minus quam vernacula ſua Hiſpana eleganter prompteque loqueretur, teſte eodem Joanne Perez de Moya in *De Fœminarum laudibus* opere.

D. CATHARINA TRILLO, Antiquariæ nata, Petro Gundiſalvi de Ocon equeſtris ordinis viro nupta, eruditionem linguarum Latinæ Græcæque non modo ipſa excoluit, ſed & orbata viro, dum annum ageret ætatis vigeſimum, Joannem Oconem filium ſibi ex aliis unicum relictum, qui & Bartholomæanus ſodalis aliquando, & canonici juris profeſſor fuit Salmanticæ, literis ipſa imbuit & ſtudio juris idoneum ab ſchola propriæ domus dimiſit. Vide ſis Scotum in *Bibliotheca* & Petrum Paulum a Ribera lib. XIII. art. 479.

D. CHRISTOPHORA (vulgari formatione CHRISTOVALINA) DE ALARCON, Antiquarienſis, ingenii feliciſſimi hoc ſæculo femina, Latinas literas a Joanne Aquilario Rutenſi grammatico eruditiſſimo didicit; ea autem facultate pangendi carminis prædita fuit, ut in certaminibus poeticis non ſemel ei victoriæ palmam etiam a viris hujus artis peritia claris, veluti olim Teiæ a Pindaro, æqui æſtimatores adjudicaverint. Exemplo rem confirmant ejus cives ad invidiam aliarum omnium. Propoſitus fuerat ei verſus endecaſyllabus pro coronide ejus compoſitionis, quam a ſono ſive conſonantia *Soneto* appellant vulgares Europæ linguæ, iſque difficillimus adaptari aliis, atque eo loco; adeo concludebat abrupte ac ſine idoneo ſenſu. Attamen illa ſex & perfectiſſimos intra breve tempus *ſonetos* fecit, quin junctura appareret, minuſve apte conjungeretur ceteris ultimus: quorum tres integros, dum a domo ſua in familiaris ſibi feminæ domum iret, compoſuiſſe ajebat ipſa. Difficultatem rei exaggerare haud opus eſt iis, qui in re poetica non hoſpites ſunt. Comœdias etiam plures, aliaque confecit carmina. Joannis Aquilarii elogium ei factum alicubi eſt; & Lupus de Vega in *Lauro Apollinis* ſic de illa cecinit:

Y ſe opone con Lyrica Poeſia
Doña Chriſtovalina tan ſegura,
Como de ſu hermoſura,
De ſu pluma famoſa;
Sibylla de Antequera;
Que quien la eſcucha ſabia y mira hermoſa,
Alli pienſa que fue de amor la esfera.

D. ELEONORA DE MENESES, Ferdinandi Villæ-regalis in Luſitania marchionis filia, jam ob Latinarum literarum cognitionem, & converſam in ſermonem Portugalliæ vernaculum Sabellici *Hiſtoriam* in *Bibliotheca* fuit laudata.

D. ELISABETHA CUELLO, Saguntina in Valentiæ regno, vultus humani ſimilitudines ſic perfecte ducebat coloribus, ut germanam inde colligeres prolem Alphonſi Sancii Cuello ſummi artis pictoriæ magiſtri, præcipueque ejus partis, quæ faciei ex vivo exempla depingit, cujuſque veluti heredem reliquiſſe filiam videtur. Eadem muſices admodum fuit perita, variaque inſtrumenta pulſabat; quas dotes probitas & honeſtas, virtuteſque aliæ multum commendabant. Laudatur a Vincentio Spinello in *Variis* ſuis *poeticis* & a Ribera lib. ultimo art. 489. Qui hac ipſa depingendi vivos præſentium vultus excelluiſſe arte Mariam a Jeſu Toletanam Joannis de Torres bibliopolæ filiam art. 488. refert.

ELISABETHA JOENSIS, *nobilis fœmina Barcinonenſis* (ait Matamorus in toties adducto *Apologetico*) *cum Diotima Platonica optimarum literarum ſtudio & vigilantis ingenii fertilitate, tum vita & moribus Paulæ Romanæ perſimilis.* Diotimam quidem magiſtram appellare non erubuit Socrates, referente Platone; e Sancti vero Hieronymi ſcriptis notior eſt Paulæ ſanctitas, quam ut mentione habeat noſtra opus.

D. ELISABETHA DE ROSALES, Romæ in ipſo bonarum omnium artium emporio Joannis Scoti doctoris cognomento Subtilis doctrinam publice profitebatur, ac de arduis quibuſque & obſcuris quæſtionibus ſubtiliſſime diſputabat, invitatis ad ejus auditorium ipſa rei novitate, ingeniumque profeſſoris admirantibus Romanæ urbis purpuratis quandoque patribus, frequenter autem literatorum quorumcumque hominum flore; cujus rei teſtimonium præbet Chriſtophorus da Coſta in tract. *De fœminarum laudibus.*

D. FRANCISCA DE GUZMAN, inter doctas ſui temporis feminas a Vincentio Spinelio poeta celebratur.

FRANCISCA DE LEBRIXA, magni illius Antonii Nebriſſenſis filia, rhetoricæ artis præcepta in Complutenſi academia vice parentis magno omnium ordinum plauſu tradidiſſe fertur. Ribera libro ultimo art. 433.

D. HELENA DE SILVA, Ciſtercienſis

sis ordinis in Lusitania, sacri carminis perita in paucis artifex, jam a nobis alio loco debitam reportavit laudem.

D. HIERONYMA RIBOT ET RIBELLAS, D. Acacii de Ribellas domini de la Alcudia in Valentino regno conjux, Græce & Latine a Laurentio Palmyreno haud mediocriter docta, meritos laudis honores ab eodem reportavit Palmyreno in dedicatione *Aphtonii Progymnasmatum* e Græco in Latinam linguam conversorum, quæ ei anno MDLIII. nuncupavit, discipulam illam diserte appellans, & in utraque lingua exercitatissimam referens. Meminit ejus, epistolamque Palmyreni e Latino translatam exhibet in *Historiæ* suæ *Valentinæ* lib. VIII. cap. XXIX. Gaspar Escolanus.

HYPPOLITA DE JESU, olim ELISABETHA DE ROCABERTI & SOLIER, ordinis Sancti Dominici monialis in cœnobio Angelorum Barcinonensi, integris XXIV. voluminibus, quæ adhuc manu exarata custodiuntur, scripsit de rebus spiritualibus doctissime, nesciens ipsa Latine, a Deo tantum docta; de qua jam egimus in *Bibliotheca.*

JOANNA BAPTISTA, Pintiana, ob spirituale duplex a se conscriptum opus inter scriptores sortita locum fuit.

D. JOANNA DE CONTRERAS, nobilis puella, Catholicorum Regum tempore cum Lucio Marinæo Siculo sat claro inter nos grammatico, & historico Latinas commutavit epistolas. Certe unam & alteram a se ad eam directas comprehendit ille *Epistolarum* suarum decimoquinto libro: ubi Lupi de Vaena, virginis avunculi præstantis, musici atque sibi amicissimi mentionem facit. Segoviensem natu eam fuisse docet Ægidius Gonzalez Davila in *Teatro* hujus urbis *Ecclesiæ.*

JULIANA MORELL (verbis utor Andreæ Scoti in *Bibliotheca Hispana*) *Barcinonensis virgo duodecimo ætatis anno, Christi vero nati sexcentesimo sexto supra millesimum (rem prodigii similem narro) Lugduni Gallorum Latine jam, Græce & Hebraice utcumque perita, theses, cum Logicas, tum morales Latine a se tuendas in ædibus paternis proposuit, dum parens Lugduni negotiatur; quas lectas vidimus Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ inscriptas.* Hæc Scotus. Adjiciam Lupi Felicis de Vega e *Lauru Apollinis* fragmentum de Juliana.

O Juliana Morella, o gran Constancia,
Con quien fuera plebeya la arrogancia!
Oi de Argentaria Pola,
Aunque fue, como tu, docta Española:
Porque mejor por ti, que as hecho quatro
Las Gracias, y las Musas diez, pudiera,
Que por Safo Antipatro,
Decir aquella hyperbole, que fuera
Mas ajustada a un angel, pues lo a sido
La que todas las ciencias a leido
Publicamente en catedras y escuelas;
Con que ya las Casandras y Marcelas
Pierden la fama, y a tu frente hermosa
Rinden en paz la rama victoriosa;
Que en tus sienes heroicas y divinas
Las del laurel son hojas Sybilinas,
Haciendoles en toda competencia
Ventaja tus virtudes y tu ciencia.

Degebat adhuc in vivis ea in Gallia circa annum MDCXLIII. virgo Deo sacra inter moniales ordinis S. Dominici, ut a fide dignis audivimus.

D. LAURENTIA DE ZURITA, Thomæ Gratiani uxor, (quem Thomam Didaci Gratiani viri celeberrimi filium a secretis etiam ut parentem Philippus . . . . Rex habuit), floruisse tot artibus, ac ea eloquentia Latinæ linguæ dicitur, ut sæculi sui phoenix audiat. Literas manu imprimebat chartis, quæ excusis prelo minime cederent. Arithmeticam egregie notam habebat: musicæ artis doctrina & usu pollebat in paucis. Latine tam soluta oratione quam versa eleganter scribebat, rhetorum præceptis non vulgariter instructa. Quæ autem cum doctis docte, inter feminas nil extra captum earum loquebatur, prudentiæ, modestiæ, & honestatis commendata apud æquales titulis. Joannes Petri a Moya multus est in eximia ista femina cum laude ad posteros propaganda; quo Andreas del Marmol usus fuit in *Fr. Hieronymi Gratiani* Thomæ fratris *Vita.* Sed injurius ne sim inclytæ ejus memoriæ, subjiciam hæc e *Lauru Apollinis* Lupi a Vega:

Pero permita, pues se precia tanto
De galan de las Musas,
Que se celebre aquel heroico espanto
De nuestro patrio Ibero,
Pythagorico espiritu de Homero;
Pues todas nueve infusas
Pusieron en sus labios
La dulce eloquucion, que a tantos sabios
Tuvo suspenso el grave entendimiento:
Aquel dulce portento,
Doña Laurencia de Zurita, ilustre
Admiracion del mundo,
Que la fama la suya para lustre
De si misma la pide.
Escribió sacros hymnos
En versos tan divinos,
Que con el mismo sol dimetros mide;

Que

Que no era ya Plautina
La lengua facundissima Latina,
Laurencia se llamava;
Con tanta erudicion la profesava,
Añadiendo a su ingenio la hermosura
De la virtud, que eternamente dura.

D. LUCIA DE MEDRANO, quam Salmantinam patria credidit Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Salmanticensis Ecclesiæ* pag. 216. historicum suæ virtutis habuit æqualem ejus, quo vixit, temporis Lucium Marinæum Siculum in literis ad eam datis, quarum hic tenor est.

LUCIUS MARINÆUS SICULUS LUCIÆ METRANÆ. S.

Clara & illustris eruditionis & eloquentiæ tuæ fama, magnum studiorum tuorum nomen, priusquam te vidissem, ad me pervenerat, puella doctissima: postquam vero te coram cernere & ornatissime loquentem audire mihi contigit, multo quidem doctior multoque pulchrior visa es, quam animo ante meo concipi potuisses. Admiratus equidem sum vehementer non solum doctrinam & eloquentiam tuam, sed etiam venustatem, formam, sexum & ætatem. Proptereaque una virguncula facie spectabilis viros omnes Hispanos eloquentia linguæ Romanæ longe præstas. O felices parentes, qui te talem filiam genuere! Debes tu quidem, clarissima puella, multum Deo optimo maximo, qui tibi magnum dedit ingenium; debes præterea plurimum parentibus, qui te non feminarum communibus officiis, non corporis ingratis laboribus, citoque perituris destinavere, sed liberalibus studiis, præclaris artibus & æternæ memoriæ consecrarunt. Debent & illi tibi non parum; quia eorum spem & opinionem tua virtute singulari magnoque studio superasti. Debet etiam Hispania tota, quam gloria tui nominis & eruditionis præstantia magnis laudibus illustras. Ego vero, puella dignissima, tantum tibi certe debeo, quantum solvendo non sum. Per te siquidem non Musas, non Sybillas sæculis prioribus invideo; non Pythias vates, non apud Pythagoreos feminas philosophantes. Nunc itaque, quod hactenus dubitabam, facile credo, Romæ Lellii & Hortensii & in Sicilia Stesichori filias & alias feminas eloquentissimas fuisse. Nunc demum cognosco mulieribus a natura non fuisse denegatum ingenium; quod ætate nostra per te maxime comprobatur, quæ supra viros in literis & eloquentia caput extulisti, quæ una in Hispania puella teneraque virgo non lanam, sed librum, non fusum, sed calamum, non acum, sed stilum diligenter & studiose tractas. Vale, &, si qua res est, in qua mea opera uti voles, scito me tibi nusquam defuturum. Iterum vale, & me per literas de tua valetudine & totius vitæ instituto rogo certiorem facias.

Quem Marinæum & alibi fuisse de eadem femina loquutum oportet, si vera sunt, quæ Ægidius supra memoratus Davila ejus testimonio affirmat, visam nempe a se publice Latina lingua in schola Salmantina docere ac declamare. Quæ quidem apud Marinæum non reperi.

D. LUISIA DE PADILLA, Atandæ comitissa, merito hic cohonestaretur elogio, nisi loco suo ejus laudibus testimonium a nobis datum fuisset.

LUISIA SIGÆA, Toletana, jam in *Bibliothecæ* loculos admissa fuit, cumque operum, quæ scripsit, justa commendatione dimissa.

D. MAGDALENA DE BOBADILLA, quam Petrus Paulus de Ribera comitissam de Medellin, nescio an recte, appellat, cum in genealogica hujus familiæ relatione nusquam appareat, doctissima fuisse dicitur Latina lingua, qua æque prompte atque vernacula utebatur.

D. MARGARITA DE NORONHA, Lusitana, comitis de Linhares filia clarissima stirpe nata, sed intuitu religiosæ vitæ majori adhuc claritate conspicua, cui merito (virgo enim Deo sacra fuit in Annunciatæ Deiparæ Olisiponensi monasterio) excellentem doctrinæ præstantis cultum adjunxit, non solum Latinis literis admodum docta, sed & plurium spiritualium lucubrationum auctor eloquentiæ non vulgaris, ut Lusitani deprædicant, & inter alios Antonius de Souza Macedo in *Hispaniæ Floribus*.

D. MARIA ANNA DE CARVAJAL
D. MARIA MAGDALENA, MARIA MESQUITA DE PIMENTEL, elogia sua in *Bibliotheca* sortitæ sunt.

D. MARIA DE PORTUGALLIA, Emmanueli Regi ex Eleonora conjuge nata, sub Luisiæ Sigææ Toletanæ disciplina mirum non est si eximiam quamdam exculti bonis quibuscumque artibus ingenii laudem sit consequuta. Hieronymus Osorius *de rebus Emmanuelis* parentis referens lib. XII. *Hoc anno Leonora Regina* (ait) *Olisipone mense Junio peperit filiam, cui fuit Mariæ nomen impositum, quæ postea ingenio & animi magni-*

nitudine & opibus summis excelluit, quamvis variis casibus innupta in hunc usque diem permanserit. Andreæ item Resendii legitur inter alia metrica ad *eruditissimam* hanc, ut appellat vir minime adulator, sed gravis, sibique semper constans, *principem* data epistola: unde hæc sunt carmina:

Quantula namque
Vis animi nostri est, ut suffectura sit amplum
Ire per Oceanum laudum, Regina tuarum?
Quæ, quotquot famam ingenii meruere, puellas
Aut superas, aut, si dicendum pressius, æquas.
Scilicet adsurgit priscos mirata vetustas
Zenobiæ, & quantos celebris matrona meretur
Palmyra dat titulos grata pietate superbos.
Scilicet Eudociam memori sacravimus ævo;
Quæ licet insignes & regno & laude ferantur,
Non tamen exiguam partem sibi vendicat ætas
Illa prior, mirum quum non erat esse disertas;
Cornifici cum docta soror, quum Hortensia vultu
Intrepido horrendum adspiceret dictura Senatum;
At modo, quum nondum Rhodopen Hæmumque nivalem
Barbaries omnis repetit, licet imperet illi
Optimus exilium frater tuus, undique lectis
Qui lolium infælix satagant melioribus herbis
Extirpare satis, ne Lusitana juventus
Jam posthac peregre veteres suspiret Athenas;
Et quamquam hæc ita sint, quum vix tamen unus & alter
Cernitur eloquio sexum decorare virilem,
Femina cum corvo contingit rarius albo
Artibus ingenuis pollens, linguæque nitore.
Te tua nobilitat virtus, animosa virago.
Quod doctrinarum raperis dulcedine mira
Atque animi dotes opibus, sceptrisque priores
Judicio ducis, rectoque examine libræ;
Denique posthabito formæ excellentis honore
Deside mollitia ac penitus languore sepulto
Excolis ingenium studiis operata Minervæ.
Nec tibi tam regni spes adblanditur habendi
Quam trahit attonitam facundia docta Platonis,
Quam cumulare juvat libros. Tibi pulchra supellex
Hæc placet; hæc animum curis oblectat omissis,
Quæ stimulare solent, mentesque agitare pusillas.

Luisiæ Sigææ magistræ una ex epistolis jam ad Eusebium quemdam Conimbricæ degentem data principem suam *totius humanitatis & eruditionis necnon virtutum antistitem* vocat: plenaque sunt omnia Portugalliæ regni monumenta historica hujus heroinæ laudibus ac virtutum commendatione.

D. MARIA DE SABIOTE MALDONADO, Ubetensis in Bætica urbis civis, non tantum Latinæ Græcæque linguarum eruditione & perfecto usu, sed & multis aliis animi dotibus suo tempore censebatur: cujus meminit Ribera laudatus Joannem Perezium Moyam, qui ad manum non est, ut credimus, excribens.

MARIÆ TELLEZ in *Bibliotheca* jam meminimus.

D. MARIA DE URREA, D. N. de Urrea comitis de Aranda filia, D. Didaci Henriquez de Guzman comitis quinti de Alvadeliste conjux, Græce & Latine admodum docta audit a Petro Paulo de Ribera lib. ultimo. art. 486.

D. MARIA DE ZAYAS, laudata jam a nobis in *Bibliotheca*, sic Lupo Felici a Vega placuit, ut encomium hoc ab eo in *Lauru Apollinis* octava sylva reportaverit:

Texed ricas guirnaldas y trofeos
A la inmortal Doña Maria de Zayas,
Que sin pasar a Lesbos ni a las playas
Del vasto mar Egeo,
Que hoy llora el negro velo de Teseo,
A Safo gozará Mytilinea
Quien ver milagros de muger desea:
Porque su ingenio vivamente claro
Es tan unico y raro,
Que ella sola pudiera
No solo pretender la verde rama,
Pero sola ser sol de tu ribera,
Y tu por ella conseguir mas fama
Que Napoles por Claudia, por Cornelia
La sacra Roma, y Thebas por Targelia.

D. MENCIA DE MENDOZA, Roderici a Mendoza marchionis del Zenete filia & heres, quam ex Maria de Fonseca Alphonsi toparchæ de Coca & Alaexos nata suscepit, Petri Gundisalvi a Mendoza S. R. E. cardinalis & archiepiscopi Toletani viri amplissimi nepos, duobus etiam clarissimis matrimoniis procurata sobole infortunium orbitatis non effugit. Henrici enim Nassovii, quem Carolus Cæsar cubiculariorum habuit principem, conjux fuit primum: deinde Ferdinando Aragonio Calabriæ duci Federici Regis Neapolitani filio nupsit. Eam fuisse literis ornatissimam æqualibus ejus, qui monumenta sui posteris reliquerunt, credere est æquum. Matamori verba audis: *An non ergo jure opponam excellentem Calabriæ ducem, Zenetti Marchionam, Aspasiæ Xenophontis, quæ quondam in conventu eruditorum ausa fuit cum Socrate inductionibus disputare? Cujus obsecro, Principis viraginis ingenium uberius cultum Græca & Latina eru-*

eruditione fuit? Cujus animus in ſtudiis magis æſtuavit? Quis tam occultos eruditionis theſauros ex Belgis unquam in Hiſpaniam deportavit, quam cum hæc defuncto priore viro Naſao ad ſuos revertit? Hujus & encomiaſtem agit Joannes Geneſius a Sepulveda in literis ad eam datis, quæ tertio libro hujus *Epiſtolarum* legi poſſunt, *excellentes* ejus *virtutes*, *egregiam doctrinam* & *ſingularem humanitatem* laudans; non autem Paulus Manutius, uti Andreas Scotus exiſtimavit in *Bibliotheca*. Notavimus enim in Didaci Hurtadi a Mendoza V. C. facta jam ubi oportuit, mentione, celebratam a Manutio heroinam in præfatione ad *Ciceronis Philoſophiam*, cum ad hunc Mendozium ſcriberet, ſororem illius, non autem Menciam noſtram eſſe.

PAULA VINCENTII, Luſitana, Ægidii Vincentii Portugalliæ Plauti filia, cujus comœdias Luſitani admodum celebrant, & ipſa in partem paternæ gloriæ admiſſa ſcripſit inter alias *O Cerco de Dio* inſcriptam, quam cives ejus in paucis laudant comœdiam.

PUBLIA HORTENSIA A CASTRO, Luſitana puella, in Andreæ Reſendii monumentis æternum vivet. Cujus epiſtola ad Bartholomæum Frias Albornotium data, non ſolum inter opera ejus, ſed inter *Hiſpaniæ Illuſtratæ* auctores vulgata fuit. Eboræ urbis aditum Bartholomæo propter ſuſpicionem peſtis negatum fuiſſe dolet, adjungens. *Nam ſi nihil aliud eſſet tibi quod ſpectare conlibuiſſet, cum tamen ſint nonnulla, certe ſexto a receſſu tuo die puella ſeptendecim annorum Publia Hortenſia a Caſtro ſtudiis Ariſtotelicis non vulgariter inſtructa publice diſputans, multis doctis viris, quæ propoſuerat, convellentibus, cum ſumma dexteritate nec minori lepore argumentorum cavillationes eluderet, tanta animum tuum perfudiſſet jucunditate, ut ſpectaculum pulchrius tute non vidiſſe, ſi adfuiſſes, utique fatereris, & urbem quæ eam habet puellam (omitto formam intra modum venuſtam) dignam non negaſſes, ad quam ſola ea gratia devenires.* Hæc Reſendius. Vidimus etiam Georgii Cardoſi Schedas pro *Bibliotheca Luſitana*, quam adornabat, ubi ait ſcripſiſſe Hortenſiam novem pſalmos ad imitationem, ſive normam Davidicorum ex ipſis Davidicis decerptos, ad Deum pro ſoſpitate et reditu D. Eduardi, qui ad expeditionem ſeſe accingebat Africanam. Quos in fine vulgari Luſitana interpretatione donavit in gratiam puellarum palatinarum, quæ Latine neſciebant. Hæc Cardoſus.

OLIVA SABUCO DE NANTES, Alcarazienſis, propter philoſophiæ doctrinam lucubrationibus ſuis in publicum datis impreſſam, cum opportunus ei contigit locus, meritis laudibus non fuit fraudata.

VALENTINA PINELO, doctrinæ atque eruditæ pietatis laudem ob laudatam deſcriptamque Annam Deiparæ matrem ſanctiſſimam jam reportavit. Plures aliæ non contemnendæ famæ appellantur a poetis noſtris & in album feminarum doctarum, & ingenio pluſquam muliebri vigentium admittuntur, ſcilicet a Lupo de Vega in *Lauru Apollinis* præter memoratas jam quaſdam Clara de Barrionuevo, Eliſabetha de Ribadeneira, Anna de Zuazo; a Vincentio Eſpinel Franciſca de Guzman, atque eadem Anna Zuazo: a Bartholomæo Leonardo de Argenſola Catharina de Solis.

BIBLIOTHECA EXTERO-HISPANA

TRIBUS PARTIBUS CONSTANS.

PRIMAM

COMPONUNT EXTERI HOMINES, QUI HISPANA LINGUA, SIVE ALIQUA EX HIS, QUÆ IN HISPANIA AUT IN INDIA HISPANORUM VULGARES SUNT, QUIDQUAM SCRIPSERUNT.

SECUNDAM

EXTERI ALII HOMINES, QUI IN HISPANIA DIU COMMORATI AUT VITA FUNCTI SCRIPTIS NON VULGARIS NOSTRÆ LINGUÆ CLARUERUNT.

TERTIAM

DENIQUE ALII, QUI RES HISPANAS COMMENTARIIS SUIS ATTIGERUNT AUT ILLUSTRARUNT, QUORUM ALIQUOT OBVIOS DAMUS.

LECTORI.

Bibliothecæ ſcriptorum Hiſpanorum *jure nos quaſi epimetron appendere illorum album, qui quantumvis alienigenæ, ſermone tamen noſtræ gentis vernaculo ſunt commentati, nullum te inficias iturum ſperamus. Vere enim quaſi in adoptionem ſe illius dat, civitateque donari videtur Hiſpana quiſquis linguæ ejus ſive ſtudio ſive etiam longo incolatu particeps factus, cogitationes ſuas literis noſtris conſignare, propriis interim inſuper habitis, non dedignatur; profecto dignus, qui nec in ditione noſtra, nec itidem in* Bibliotheca *hac* Hiſpaniæ Scriptorum *peregrinari videatur. His autem ſuccedere eos rationi conſentaneum eſſe non negabis, imo conſiſtere in loco ſuo admittes, qui apud nos, quantumvis alibi gentium nati, literis, famaque literarum inclaruere, diemve ſuum obiere. Cum præſertim de Hiſpania noſtra, quæ altera veluti patria iis fuit, plures iſtorum ſint, ob illuſtratas ejus res aut homines, optime meriti. Quare & ſubjungimus in fine illius etiam generis & propoſiti quoſdam in via obvios, non quidem diligenter quæſitos collectoſve Scriptores, qui ex alieno ſolo Hiſpanicarum rerum curioſi lucubrationibus ſuis lucem rebus noſtris aliquam accenderunt. Supplementum igitur hoc triplex ne deeſſet operi, cura & amor tui ac patriæ, lector, a me impetrarunt, prætermiſſum quidem aliis Bibliothecarum inſtructoribus, niſi quod Jacobus Varæus Hibernus, quem nunc nobis memoria ſuppetit:* De Scriptoribus ejus gentis *referens priore librorum hujus operis, quod Dublini anno MDXXXIX. typis ſubjecit, Scriptores in Hibernia natos, poſteriore alios, qui in eo regno aliqua munera obierunt, comprehendere curavit.*

PARS

PARS PRIMA.

EXTERI HOMINES QUI HISPANICA LINGUA SIVE ALIQUA EX HIS QUÆ IN HISPANIA SUNT AUT IN INDIA HISPANORUM VULGARES, SCRIPSERE.

ABRAHAMUS ORTELIUS, Antuerpienfis, magnus ille geographicæ rei vindex: *Theatrum* fuum *Orbis terrarum* Hifpana lingua, quemadmodum & Latina & Gallica, & forte aliis, ex Plantiniana officina, Philippo Regi III. nuncupatum, anno 1602. emifit.

D. ACHILLES NEAPOLITANUS, presbyter, Matriti ad S. Georgium Hibernorum aliquandiu præfectus, dedit foras vulgari lingua:

Año Santo, Meditaciones diarias fobre los Myfterios de la Vida de Chrifto. Matriti 1658. in 4.

ALBERTUS STRUZIUS, Sereniffimi Alberti Auftriæ Archiducis, ac Belgii principis domefticus, una & JOANNES VANDER ELST ediderunt Hifpane:

Imagen de la milicia y de un exercito firme con el favor del Marques Efpinola. Bruxellis apud Rogerium Velpium 1614. fol.

ALEXANDER ANDREAS, Neapolitanus, Italice primum, dein ex interpretatione Hifpanum extare fecit librum:

De la Guerra de Campaña de Roma y del reyno de Napoles en el Pontificado de Paulo IIII. año de MDLVI y MDLVII. Matriti 1589. in 4.

ALEXANDER QUINTILIUS, Italus, circa annum fæcularem MDC. noftro fcripfit fermone:

De la Quinta efencia del oro: quam auri, ut credi volebat, extractionem ad curandas plurium infirmitates non parvo ære vendere folebat: fed non effe ex vero auro confectam obfervavit Zacutus Lufitanus lib. 1. *de Veterum Medicorum Hiftoria* obferv. 33. fed ftybium exacte &, uti decet, præparatum. At quomodocumque effet, inventum laudat hominis in chimica re doctiffimi, tam purgandis corporibus fuave & accommodum. Forte idem liber eft qui fic infcriptus prodiit: *Memorial de los efectos maravillofos de los polvos blancos.* Matriti 1616. in 4.

ALEXANDER SILVANUS, Gallus, edidit:

Quarenta Enigmas en lengua Efpañola y Francefa. Parifiis apud Ægidium Beis 1582. in 8.

ALPHONSUS SCAVINUS, Neapolitanus ut fufpicor, Clericus regularis, convertit in idioma Hifpanicum ex Italico F. Lelii Brancacho:

Los Cargos y preceptos militares para falir con brevedad perfecto foldado. Barcinone 1639. in 4.

F. AMBROSIUS GANDAVENSIS, five DE GANTE, Flander natu, Ciftercienfis tamen ordinis inftitutum apud nos in Spinæ monafterio profeffus, mathematicus in primis clarus & excellens, fcripfit Hifpane:

Repertorio de los tiempos. Burgis in 8. Item Pintiæ atque Compluti.

De las Influencias varias de los Aftros. Compluti & Pintiæ MSS. Alia in bibliothecis latere referunt, qui hominem laudant, earumque valde Cæfari Carolo atque Philippo filio Regibus noftris fuiffe annotant Chrifoftomus Henriquez in *Phœnice*, Carolus Vifchius in *Bibliotheca Ciftercienfi* & Valerius Andreas in *Belgica.*

ANELLUS OLIVA, Neapolitanus, Jefuita, in India occidentali, quo transfretavit nondum facerdos, collegia quædam rexit, demortuufque Limæ fuit ferme feptuagenarius anno MDCXLII. fcriptis Hifpanice:

Catalogo de algunos Varones iluftres en fantidad de la Provincia del Peru de la Compañia de IHS. Hifpali edito apud Francifcum de Lyra 1632.

Item:

Vidas de los Varones iluftres de la Compañia de IHS. de la Provincia del Piru: quæ etfi afportatæ funt in Hifpaniam, typis tamen nondum excufæ funt, ait nuperus auctor *Bibliothecæ Societatis*, opera duo hæc diferte diftinguens.

Hiftoria del Reyno del Peru y de las Fundaciones que a hecho en él la Compañia de IHS. Hæc quoque inedita.

F. ANTONIUS BRONDUS, Sardus, Calaritanus, ordinis S. Mariæ de Mercede, fcripfit:

Hiſtoria y milagros de N. Señora de Buenaire en la ciudad de Caller del reyno de Sardeña. Calari 1595. in 8.

F. ANTONIUS CASTEL, Gallus, Benedictinus monachus in celebratiſſima domo Montiſ-ſerrati, in eademque pharmacopola, edidit:

Theorica y Practica de Boticarios.

ANTONIUS COLLURAFI, dedit noſtrate lingua, anagrammatico forſan uſus nomine:

El Ojo ſobre el cetro; de la prudencia real. Matriti 1643.

Deſengaños politicos a las armas del Rey Chriſtianiſſimo. Panhormi 1641.

ANTONIUS LIPERI, Sardus, Saceritanus, Clericus regularis, in lucem emiſit:

Lecciones ſacras predicadas en la ciudad de Zaragoza ſobre aquellas palabras que la Igleſia uſa en el ofertorio de la Miſſa de Difuntos, Domine Jeſu Chriſte Rex gloriæ libera animas omnium fidelium &c. Cæſarauguſtæ 1642. in 4.

ANTONIUS LOFRASSO, Sardus, Alguerienſis, poeta infimi ſubſellii, edidit:

Diez libros de la fortuna de Amor; honeſtos y apacibles amores del Paſtor Frexano y de la hermoſa Paſtora Fortuna. Barcinone 1573. 8. Quod opus riſu excipit D. Thomas Tamajus in *Collectione librorum Hiſpanorum*: atque item auctorem inter eos, qui nullo ſubnixi Apolline, ac Muſarum ingratiis operam verſibus dedere, velut aliorum coriphæum nominat, naſoque ſuſpendit Michael de Cervantes Saavedra in metrico ſuo opere *Viage del Parnaſo* nuncupato.

ANTONIUS DE NOR, neſcio qua gente oriundus, ſcripſit:

La mejor Lis de Francia S. Luis, in 8. typis antiquis.

ARNALDUS BIRKMAN, typographus Antuerpienſis, reliquit ab heredibus edendam verſionem Leonardi Fuchſii hiſtoriæ:

De Yerbas y plantas con los nombres Griegos, Latinos y Eſpañoles, traducida nuevamente en Eſpañol con ſus virtudes y propiedades, juntamente con las figuras al natural. Antuerpiæ 1557. in 8.

BARTHOLOMÆUS GRAUCUS, Lovanienſis typographus, edidit:

Breve inſtruccion para aprender los principios de la lengua Eſpañola 1555. 8.

BARTHOLOMÆUS SCARION, Ticinenſis, edidit:

Doctrina militar. Oliſipone apud Petrum Craesbeeck 1598. in 4.

BENEDICTUS REMIGIUS NOIDENS, Antuerpienſis, Clericus regularis Minor, vulgavit:

Alivio de las Almas, y remedio contra eſcrupulos.

Practica de Exorciſtas y Miniſtros de la Igleſia.

Eſpiritual colyrio y viſita de los Judios.

Queſtiones practicas y morales para los Confeſſores y Capellanes de las Armadas. Y aviſos ſingulares y Ideas de grandes Soldados.

Promptuario moral de caſos repentinos para examen de Curas y Confeſſores.

Hazecito de Mirra y Soliloquios del Alma con el Redentor del mundo en ſu paſion.

Oratorio ſacro para todo genero de eſtados y perſonas, eſpejo de Martha y Maria.

Defenſa hiſtorial de la Igleſia y medula de la Theologia dogmatica contra los Hereges de nueſtros tiempos.

Relox eſpiritual del Ave Maria.

Platicas eſpirituales para lugares cortos.

Queſtiones practicas y morales del eſtado de la Religion, votos monaſticos y privilegios de los Regulares.

Adiciones al Teſoro de la Lengua Caſtellana, quæ jam prodierunt in nova hujus theſauri Matritenſi editione 1674. apud Melchiorem Sanchez in folio.

Breve methodo para alcanzar la perfeccion de las tres vias del alma purgativa, iluminativa y unitiva.

Matriti omnia hæc prodiere. Neſcio an & aliud:

La Hiſtoria moral del Dios Momo nuncupatum: præter Latina:

Manuale Confeſſariorum & Parochorum: atque item:

Faſciculum Sententiarum quæ paſſim in colloquiis urbane necnon in literarum palæſtris utiliter accommodantur.

CÆSAR CLEMENS, ex Gallico vertit:

Hiſtoria de los milagros que en Nueſtra Señora de Montagudo cerca de Sichem en el Ducado de Brabante Nueſtro Señor a ſido ſervido de obrar. Bruxellis apud Rogerium Velpium 1616. in 8.

CÆSAR OUDIN, Gallus, ut exiſtimo, ſcripſit:

Gramatica y obſervaciones de la lengua Eſpañola en Frances: Dialogos en ambas lenguas. Pariſiis apud Najum Orry 1597. in 8.

Idem-

Idemne opus eſt : *Grammatica Hiſpanica*, Coloniæ edita 1607. in 8?

Refranes Eſpañoles traducidos en Frances. Bruxellis 1608. in 16.

Dialogos apacibles. Ibidem 1611. 8.

D. CAROLUS DE BONIERES, Atrebatenſis, baro de Auchi, S. C. Majeſtatis Philipi IV. ad Sigiſmundum & Uladislaum Poloniæ Reges ter legatus, eidemque a conſiliis bellicis, dum Matriti ſenectam ageret, militia & publicis aliis muneribus olim exercitatus, ſemperque probatus, modeſtia, prudentia, benignitate & urbanitate vir eximius, pietateque atque in Regem ſuum fidelitate venerabilis, cujus amiciſſimi capitis memoria in magno pretio mihi erit ſemper, edidit:

Arte militar deducida de ſus principios. Cæſarauguſtæ 1644. in 4.

Epitome floreado de los Commentarios de C. Julio Ceſar: quod excudit opus Varſoviæ in Polonia apud Bet. Elert. 1647. in 4.

B. Franciſco de Sales Del Amor de Dios, ex interpretatione ejus ex Gallico Matriti prodiit, aſſumto *Bibliothecæ* hujus auctore in aliquam operæ iſtius partem, quamquam Caroli nomen interpretis nuſquam appareat.

Obiit Matriti XXIV. Maii MDCLXVIII. ætatis ſuæ LXXXVIII.

CAROLUS MONTESA, Romanus, at Cæſarauguſtæ urbis incola, imperfectum a parente opus relictum ipſe nova opera exemplo inductus domeſtico abſolvit, Leonis nempe Hebræi *Dialogos de amore* famigeratiſſimos ex Italica in Hiſpanam linguam convertens hoc titulo:

Filografia univerſal de todo el mundo. Cæſarauguſtæ 1584. in 4.

CLAUDIUS CLEMENS, Burgundus Ornacenſis, presbiter Societatis Jeſu, profeſſor eloquentiæ in Matritenſi collegio inter alia Latina hæc noſtræ linguæ dedit opera:

El Machiavelìſmo degollado por la Chriſtiana Sabiduria de Eſpaña y Auſtria, ex Latino ſuo ipſius archetypo convertens. Compluti 1637. in 4.

Tabla chronologica primera de las coſas politicas mas iluſtres de Eſpaña. Matriti 1645. in 8. In opere ſuo ſic inſcripto: *Muſæi, ſive Bibliothecæ tam privatæ, quam publicæ Extructio, inſtructio, cura, uſus*. Lugduni apud Jacob. Proſt anno 1635. in 4. edito. Acceſſit:

Accurata deſcriptio Regiæ Bibliothecæ S. Laurentii Scurialis: quæ legitur pag. 515.

Libro de Armeria. Qui ſervatur autographus Matriti in Collegio Imperiali Jeſuitarum. Cujus rei teſtis eſt D. Joſephus Pellizerius in *Bibliotheca ſuorum operum* fol. 18. ſive Latinum opus hoc titulo: *De ordinariis generalibus Scutorum gentilitiorum ſymbolis*: quo idem appellat Pellizerius fol. 62.

Addidit nonnihil etiam *Tabulis Chronologicis* Theophili Rainaudi.

D. DESIDERIUS DEL FINAL, neſcio quis, ſcripſit Hiſpane:

Viage de Madrid a Roma. Matriti 1644. 4.

DIDACUS BESON, Gallus, in mathematicis doctor, ſcripſiſſe atque edidiſſe dicitur Hiſpana etiam lingua Lugduni apud Cardon:

Teatro de los Inſtrumentos y figuras mathematicas y mechanicas: anno 1602.

In quo vereor ne error ſit, & interpretationem Hiſpanus aliquis confecerit.

F. DIMAS SERPI, Sardus, ordinis Minorum, Sardiniæ ſuæ provinciæ præfectus, ſcripſit:

Chronica de los Santos de Sardeña. Barcin. apud Sebaſtianum de Cormellas 1600. in 4.

Tratado del Purgatorio contra Luthero y otros Hereges. Barcin. apud Jaimium Cendrat 1604. atque iterum 1609. in 8.

F. DIONYSIUS BONAQUA, Raguſinus, ordinis Minorum, libellum edidit hujus tituli:

Oficios diverſos y devotos para que los fieles catolicos ſe exerciten en la devocion del Santiſſimo Sacramento, de la Inmaculada Concepcion de N. Señora, y de San Antonio de Padua. Matriti 1657. in 16. & 1658.

DIONYSIUS BONFANT, Sardus, Calaritanus, juris ac theologiæ doctor, ſcripſit:

Triunfo de los Santos del reyno de Sardeña. Calari 1635. in folio.

Breve Tratado del Primado de Cerdeña y Corcega. Calari in fol. 1637.

EMMANUEL CALASIBETA, Clericus Regularis Theatinus, Siculus, edidit:

Exhortacion devota a la Comunion quotidiana. Matriti 1671. 4.

Vida de San Cayetano Tiene. Matriti 1671. 4.

Enſeñanzas eſpirituales para el mayor provecho del Alma. 1662. 8.

FRANCISCA DE PASSIER, Galla, ut credimus, laudatur inter nos eo quod in Ca-

Caſtellanam e Gallica tranſtulit lingua:

Las Cartas morales y conſolatorias del Señor de Narveza : quæ editæ ſunt Hiſpane Pariſiis 1610. 8.

FRANCISCUS BALVI DE CORREGIO , ſcripſit:

Relacion de lo ſucedido en la Isla de Malta año de MDLXV. Compluti 1567. in 4. Eadem eſt:

Hiſtoria del aſedio de Malta. Barcinone recocta 1568. in 4.

Vida de Octavio Gonzaga Capitan general de la Cavalleria ligera de Milan, en octavas. Barcinone apud Aubertum Gotard. 1581. in 4.

F. FRANCISCUS DE BOIL, Sardus, Mercenariorum fratrum ſodalis, Philippo IV. Regi a concionibus , & in opere iſto inter paucos eximius, lingua ſcripſit noſtræ gentis:

Vida de San Pedro Nolaſco.

Sacra Decima y Primicia Evangelica de Sermones. Matriti 1645. in 4.

Camara Angelica de N. Señora del Puch de Valencia. Cæſarauguſtæ 1631. in 4. Forte non diverſum eſt opus : *Antiguedad y memorias del Real convento del Puch en el Reyno de Valencia.*

Promptuario chronologico.

D. FRANCISCUS FABRO BREMUNDAN, Burgundus, Beſontinus domo , puer olim in domo D. Didaci de Saavedra educatus, deinde ſub marchione de Carazena, comite de Fuen-Saldaña , marchione de la Fuente , ſummis dignitate & honoribus, bello, paceque geſtis viris meruit a ſecretis & interpretatione multarum linguarum. Callet enim præter Gallicam, patriam, Latinam, Hiſpanam optime atque Italicam, Germanicamque, politica quoque literatura, & antiquitatis amore non leviter tinctus. Demum in ſecretario ſereniſſimi Principis Joannis Auſtriaci officialis, uti appellant, major ſeu primus a linguarum exterarum interpretatione, atque item Regi a ſecretis, dedit foras:

Hiſtoria de los Hechos del Sereniſſimo Señor D. Juan de Auſtria en el Principado de Cataluña. Cæſarauguſtæ apud Didacum Dormer 1673. in folio. Paratam habet alteram ejuſdem operis partem. Necnon edidit:

Varias Epiſtolas Latinas, Eſpañolas, Italianas: quas vidimus penes D. Alphonſum Siliceum virum eruditum , & divitis bibliothecæ poſſeſſorem Madriti.

Viage del Rey D. Carlos II. al Reyno de Aragon el año de 1677. Matriti apud Bernardum de Villadiego 1680. 4. Scriptam habet aliquando edendam:

Hiſtoria de las revoluciones de Navarra.

D. FRANCISCUS LANARIUS DE ARAGON , eques militiæ Calatravenſis, Carpiniani dux, Joannis Antonii Lanarii concilii Sanctæ Claræ urbis Neapolitanæ præſidis creati filius, idemque ſereniſſimo Alberto Belgii Principi Auſtriaco a conſiliis belli , poſtquam Italis ſuis Italicum dedit, Hiſpanis communicavit opus hiſtoricum:

De las Guerras de Flandes deſde el año de MDLIV. haſta el de MDCIX. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1623 in 4. Item ſcripſit:

Tratado del Principe y de la Guerra. Panhormi 1624. in 4.

Diſcurſo de que los Reyes an de tener Privado. Ibidem 1624.

Exemplar de la conſtante paciencia Chriſtiana y politica. Matriti 1628.

FRANCISCUS LOUBAISIN DE LA MARCA , Gallus, Vaſco, ſcripſit:

Engaños deſte ſiglo y Hiſtoria ſucedida en nueſtros tiempos. Pariſiis apud Joannem Orry 1615. in 12. Item:

Hiſtoria Tragicomica de D. Henrrique de Caſtro , en cuyos eſtraños ſuceſos ſe ven los varios y prodigioſos efectos del amor y de la guerra. Ibidem 1621. in 8.

FRANCISCUS MARQUESTALD, Gallus , Jeſuita , ſequutus in Hiſpaniam ſereniſſimam Iſabellam Borboniam (Annam minus recte dixit *Bibliothecæ Societatis* ſcriptor , unde ex appendice hæc ſunt) Reginam Philippi IV. uxorem, cui erat a confeſſionibus , ſcripſit lingua gentis noſtræ:

Exercicios eſpirituales ſobre diez puntos principales de la vida Chriſtiana. Oliſipone apud Petrum Craesbeeck 1619. in 8.

D. FRANCISCUS DE TAPIA ET LEIVA, Neapolitanus eques, Caroli de Tapia marchionis Bellimontani filius , comes & ipſe del Baſto , vertit in Hiſpanicum ex Italico parentis jam laudati ſermone libellum:

Eſpejo de murmuradores , inſcriptum, qui editus fuit Matriti 1623. in 8.

D. FRANCISCUS VICO, Sardus, ſenator regius in concilio Matritenſi rerum Aragonicarum, ſcripſit:

Hiſtoria de la Isla y Reyno de Sardeña. Barcinone 1639. fol.

Apologia honorifica a las objecciones que hace a ſu Hiſtoria general del Reyno de Sar-

de-

deña al Padre Salvador Vidal en su libro intitulado Clypeus aureus excellentiæ Calaritanæ edito MDCXLI. Matriti 1643. in fol.

De las Leyes y Pragmaticas Reales del Reyno de Sardeña, compuestas, glossadas y comentadas. Neapoli 1640. folio.

D. GABINUS MANCA, Sardus, archiepiscopus Turritanus, scripsit:

Relacion de la invencion de los Cuerpos de los SS. MM. Gabino, Proto y Januario Patrones de la Iglesia Turritana de Sacer en Sardeña, y de otros que se hallaron en el año de MDCXIV. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1615. 4.

GABRIEL MAURIER, Gallus, ut videtur, scripsit:

Coloquios familiares en Frances y Español, Artes y reglas para los que quisieren saber la lengua Española y Franceja. Antuerpiæ apud Joannem de Vaesberg 1568. in 8.

GALDERICUS GALLI, nescio unde homo, Mediolanensis forsan, convertit in linguam nostram:

Las Reglas militares de Ludovico Melzi. Mediolani 1609. in folio.

GEORGIUS COCI, Germanus, laudatur alicubi ut auctor operis Hispani, hoc est Aristotelicorum librorum *De Politica y Economica*: de quo valde dubito, cum hic potius typographus fuerit.

JACOBUS CANSINUS, Africanus, Oranensis, gente Hebræus, regius in ea urbe, quam in ora Africi maris Hispano tenetur milite, ut vocant, interpres, edidit a se versum opus Rabbi Moysi Almosnini Hebræi:

De los estremos y grandezas de Costantinopla. Matriti 1638. in 4.

JACOBUS SEDEL, Gallus forsan, dedit Hispanicæ linguæ ex Gallica transferens:

La Coronica y Vida de S. Luis Rey de Francia. Toleti 1567. fol.

F. JOANNES ANTONIUS DE RIVAROLA, Ligur ex oppido Chiavari, sed apud nos Eremitarum institutum professus sacræ theologiæ magister nuncupatum Jo. Baptistæ cardinali Pallotæ dedit Commentarium hujus tituli:

La Perfeta muger B. Rita de Cassia de la Orden de S. Agustin: discursos morales sobre su vida y milagros en todos los estados que tuvo. Primera parte de los dos primeros estados de doncella y casada. Neapoli apud Franciscum Savio 1646. in 4.

D. JOANNES BALTHASAR, Abissinus ex regno & urbe Fatigar nuncupatis, eques monasticus Antonianus, edidit:

La Fundacion, Vida y Regla de la Orden militar y monastica de los Cavalleros y Monges de San Anton en la Etiopia. Valentiæ 1609. in 4.

D. JOANNES BAPTISTA BURANA, Sardus, Alguerienfis, jurisconsultus, variis togæ honoribus in Neapolitano regno laudabiliter functus, varia scripsit sermone Hispano, scilicet:

Batalla prodigiosa entre amor y fidelidad, sive de tumultibus Neapolitani regni anni MDCXLVIII. Matriti 1651. in 4.

Los Obsequios de la Augustissima casa a los Sumos Pontifices, con la relacion de la Cavalcata que se hizo en Roma en tiempo de la embaxada del Conde de Oñate. Romæ.

Espejo de una buena vida para sacar una feliz muerte. Neapoli.

Espejo de Gobernadores del reino de Napoles. Ibidem.

El Ministro acrisolado. Ibidem.

Ramillete espiritual de las mayores excelencias del Santissimo Sacramento de la Eucaristia. Ibidem.

Inedita etiam habebat ante paucos annos:

Las razones de excluir la embaxada de Portugal en tiempo del Pontifice Inocencio.

Practica del reino de Sardeña.

Ramillete espiritual de la pureza de la Virgen inmaculada.

JOANNES BAPTISTA D' ESTE, natione Hebræus, ad ecclesiæ rectam fidem conversus in Lusitania substitit exhibitus a duce Brigantino, apud quem pie scripsit:

Consolaçam Christaã e luz pera o povo Hebreo sobre os Psalmos do Real Profeta David declarados no sentido literal. Olisipone apud Pet. Craesbeeck 1616.

Dialogo entre Discipulo e Mestre catechizante traducido muy fielmente da Escritura e Rabinos. Ibidem apud Gerardum da Vinha 1621. 4.

JOANNES BAPTISTA MORELLI, sive Lusitanorum partes sequutus aliquis sub hoc nomine, scripsit:

Reduccion de Portugal a la Casa de Braganza. Taurini 1648. At hoc scriptum esse Fr. Joannis Francisci Rivaroli Lusitani ex ordine S. Augustini, excussumque fuisse Roncilioni prope Romam, non Taurini ut sonat, Andreas Rosettus refert in *Sylla-*

labo Scriptorum Pedemontii in *Joanne Baptiſta Morelli.*

JOANNES BAPTISTA VICECOMES, vulgo VISCONTI,

Contra los errores del Cardenal Baronio en el tomo XI. *de ſu Hiſtoria Ecleſiaſtica deſde el numero* 18. *haſta el numero* 144. *dedicado a D. Juan Fernandez de Velaſco Condeſtable de Caſtilla*, librum ſcripſit, qui extat MS. in folio inter libros, qui comitis de Villaumbroſa olim fuere, & apud excellentiſſimam ejus viduam remanſerunt.

JOANNES BLAEU, typographus famigeratiſſimus urbis Amſtelodamenſis, theatrum ſuum geographicum cum deſcriptionibus Hiſpanicis edidit, cui titulus:

Nuevo Atlas, o Teatro del Mundo en que ſe proponen los Mapas, y deſcripciones de todo el univerſo, quinque voluminibus. Amſtelodami 1658. in folio regali.

JOANNES BROCAR, typographus, aut Germanus natu, aut potius ex Germanis ortus, qui ad nos primi ad exercendam hujus artis induſtriam venerunt, edidit:

Rhetorica en Romance. Medinæcampi 1641. in 4.

D. JOANNES CARNICER, Sardus, Calaritanus, ſcripſit:

Diſcurſo del Primado de Sardeña y Corcega en favor del Arzobiſpo de Caller. Matriti apud Alphonſ. Martin. 1616. in 4.

JOANNES DEL CASTILLO (ſic ſe appellat Gallus homo, Burdegalenſis, qui de CHATEAU forte audiebat) in urbe Gadibus pharmacopola, edidit:

Pharmacopea univerſal. Gadibus apud Joannem de Burg. 1624. in 4. Vidit D. Thomas Tamajus.

JOANNES EVERARDUS NIDHARDUS, Germanus, Auſtriacus, Societatis Jeſu ſacerdos; Mariæ Annæ Auſtriacæ Catholicæ Hiſpaniarum Reginæ a confeſſionibus; inquiſitor aliquando generalis regnorum Hiſpaniæ, a conſiliis ſtatus, vir probitate morum, integritate & doctrina his muneribus par, adverſis ſuis clarus, a ſereniſſima Regina deſtinatus hodie, ſi Societatis inſtitutum non repugnet, Agrigentinus in Sicilia epiſcopus, edidit, dum Matriti degeret rebus ſuis florentibus:

Examen Theologico de quatro propoſiciones ſobre el culto, fieſta, objeto y ſentencia pia de la Immaculada Concepcion de N. Señora y del Breve de Alexandro VII. Item; *Reſpueſta al Memorial dado al Rey D. Felipe IV. por el Provincial de Caſtilla del orden de Santo Domingo*, &c. Exaltatus inde non ex Agrigentinis epiſcopalibus, ſed ex titularibus Edeſæ archiepiſcopalibus infulis ad collegium ſacrorum Eccleſ. Rom. cardinalium vixit Romæ omnibus carus uſque ad diem primam Februarii S. Ignatio Martyri ſacram anni hujus ſæculi LXXXI. domo profeſſa Societatis Romanæ herede relicta.

JOANNES DE GUEVARA, Neapolitanus, ex familia Hiſpana, marchionis de Arpaia germanus frater, Clericus regularis minor, ordinis ſui præfectus, atque epiſcopus tandem Theanenſis in regno Neapolitano, præter alia, quæ Latine doctiſſima ſcripſit, Italice edidit, atque tranſcripſit inde in Hiſpanicum:

Relox eſpiritual de Principes. Barcinone apud Laurentium Deu 1633. in 4.

JOANNES JANSONIUS, Amſtelodamenſis, typographus magnæ famæ, theatrum ſuum geographicum adjunctis Hiſpana lingua conceptis deſcriptionibus in publicum emiſſit, Joanni Blaeuo ut paria faceret. Titulus editionis:

Nuevo Atlas, o Teatro del Mundo, quatuor tomis. Amſtelodami 1653. in fol. regali.

JOANNES JUSTINIANUS, Italus, qui ſe domeſticum Ferdinandi Calabriæ ducis appellat, in vulgarem Hiſpaniæ linguam convertit:

La Inſtruccion de la Muger Chriſtiana de Juan Luis Vives, Germanæ Reginæ nuncupatam. Valentiæ apud Georgium Caſtilla 1528. in folio.

JOANNES DE LANAIE, Gallus, convertit ex patrio ſermone gentis ſuæ in Hiſpanum:

El Heraclito Chriſtiano. Pariſiis 1614. in 16.

JOANNES LESLEUS, Scotus, Roſenſis epiſcopus, pro ſereniſſima Scotorum Regina Maria in curia Britanniæ legatus, quod olim ſermone Anglico ediderat opus, idem poſtea Latio communicavit, Hiſpanumque etiam fecit, cum hoc titulo:

Declaracion del Titulo y derecho que la Sereniſſima Princeſa Doña Maria Reyna de Eſcocia tiene a la ſuceſion de Ingalaterra.

JOANNES LAURENTIUS OTOVANTI, Florentinus, vertit Hiſpanice:

La Circe de Juan Baptiſta Gelli Florenti-

tino; ediditque Medinæcampi 1559. in 8. Item:

El Triunfo de la Cruz de Chriſto de Fr. Geronimo Savanarola. Pintiæ apud Franciſcum Fernandez de Cordova 1548. 4.

D. JOANNES A SANCTA MARIA, gente Turca, & poſt abjuratum Mahometiſmum ſacramento Philippi Regis IV. apud Belgas in Gandenſis urbis caſtello adactus miles, publicavit:

Teſoros de coſas rariſſimas hiſtoricas ſacras y profanas. Bruxellis 1622. 4.

JOANNES MARIA FREYLIN, Pedemontanus, Jeſuita, ſcripſit Hiſpanice ſuppreſſo tamen ſuo nomine:

Elogios de los claros varones de la Compañia de IHS. de la Provincia del Piru. Locum annumve editionis non dicit Philippus Alegambe in *Bibliotheca Societatis.*

JOANNES PALLET, Gallus homo, Joannis cujuſdam Herreræ opera uſus confecit:

Diccionario de las lenguas Eſpañola y Franceſa. Bruxellis 1606. in 8.

Medicus fuit Henrici Borbonii principis Condæi.

JOANNES PAULUS MOCANTE, ſcripſit:

Relacion de la entrada en Ferrara de la Reyna Doña Margarita de Auſtria. Romæ 1598. 4.

JOANNES PAULUS RICCIUS, Ligur, in Hiſpania commoratus ſcripſit opus politicum:

Norte de Principes nuncupatum; quod a Joanne Maria Tagliapietra in linguam Italicam converſum prodiit Venetiis 1636. in 12. Raphael Soprani qui hominem laudat in *Bibliotheca Ligurum ſcriptorum*, ejuſdem ſe vidiſſe ait eruditam lucubrationem hujus tituli:

Conſolatoria al Señor Juan Maria Cavana en la muerte de ſu Padre.

D. JOANNES DE PERSIA, inde, ut credimus, oriundus, chriſtianus factus, inter nos vixit, ſcripſitque:

Relaciones de D. Juan de Perſia, editas Pintiæ 1604. in 4.

F. JOANNES A S. PETRO, Corſus, Calvenſis, ordinis Minorum, in America degens, ſcripſit librum mole parvum, ſed virtute magnum:

De la Contricion (ait Waddingus) proinde ſæpe excuſum apud Indos & Hiſpanos.

JOANNES DE QUESNE, vertiſſe dicitur in vernaculam linguam:

Los Salmos de David.

D. JOANNES DE SANTANS, Burgundus, ex comitatu, ut credimus, ſcripſit:

Tratado de la Fortificacion militar deſtos tiempos. Bruxellis 1644. in 4.

JOANNES THOMAS PORCEL, Sardus, edidit:

Informacion y curacion de la peſte. Cæſaraug. 1565. 4.

JOANNES VINCENTIUS ESCALLON, Neapolitanus eques, ſcripſit:

Origen y deſcendencia de los Reyes Benimarines Señores de Africa. Neapoli 1606. in 4.

JOANNES VOWERIUS, Belga, ut exiſtimo, ſcripſit:

El Deſcubrimiento del Puerto de Mardique, in folio. Excuſum erat in bibliotheca Olivarienſi.

JOSEPHUS CAMERINUS, Italus, Fanenſis, dedit foras Hiſpane:

Diſcurſo politico ſobre eſtas palabras: A fee de hombre de bien. Matriti 1631. in 8. & alias.

JOSEPHUS CRESWELLUS, Anglus, Londinenſis, Societatis Jeſu, Hiſpane dedit:

Hiſtoria de la Vida y martyrio del Padre Henrrique Valpolo con el martyrio de otros quatro Sacerdotes. Matriti apud Pet. de Madrigal 1596. 8. ſuppreſſo tamen ſuo nomine.

Preparacion para recibir dignamente los Sacramentos de la Penitencia y de la Euchariſtia. Mediolani 1604. in 4.

El libro de Salviano: Quis dives ſalvus? Audomari 1618. Hæc Alegambius.

D. JOSEPHUS DE LITALA ET CASTELVI, Sardus, noſtra lingua verſus panxiſſe dicitur, & eorum volumen edidiſſe cum hac inſcriptione:

Cima del Parnaſo Eſpañol.

D. JOSEPHUS MICHELI MARQUEZ, Siculus, varia dedit foras noſtratis linguæ monumenta, quorum hæc nota habemus:

Teſoro militar de Caballeria; ſive de originibus militarium ordinum. Matriti 1642. in fol.

El Chriſtal mas puro repreſentando ima-

genes de divina y humana politica, labrado de las acciones heroicas de Doña Isabel de Borbon Reina de España. Cæsaraug. 1644.

Corte confusa y agonizante restaurada por Judith Hebrea. Matriti 1646. in 4.

Imperio de Satan abatido por la triunfante riqueza. Matriti 1646.

El Cortesano penitente. Ibidem 1653.

Soliloquios Sacramentales en las quarenta horas. Ibidem.

El Fenix Catolico D. Pelaio el Restaurador. Ibidem 1648. in 4.

JULIUS ANTONIUS BRANCALASSUS, Tursi oppido Lucaniæ provinciæ oriundus presbyter, præter *Philosophiam regiam* Latine editam, scripsit nostris hominibus:

Laberinto de Corte con los diez predicamentos de Cortesanos. Neapoli 1609. in 4.

LAURENTIUS BENEDICTUS, presbyter Flander, scripsit:

Historia de los milagros de N. Señora de Lachen junto a Bruselas. Bruxellis 1635. in 8.

LAURENTIUS CHIFLETIUS, Jesuita, Bisuntinus, ex docta ista Burgundionum familia quamplura inter ascetica scripta sive Latina, sive Gallica, de quibus auctores *Bibliothecæ Jesuiticæ*, videtur & Hispane elucubrasse:

Tres exercicios espirituales; quæ Antuerpiæ prodiisse dicuntur 1653. in 8. nisi alius egerit ejus interpretem.

LAURENTIUS FRANCIOSINI, Florentinus, Italicæ & Hispanæ linguarum Pisis professor, dedit utili opera:

Vocabulario Español y Italiano, primera y segunda parte; duobus tomis Romæ apud Paulum Profilium 1620. in 8. deinde & apud Petrum Marcellum 1637. in 8.

Grammatica Spagnuola & Italiana. Adjunguntur: *Otto Dialoghi Castigliani & Toscani con mille detti politici & morali.* Romæ Cameræ Apostol. typis 1638. in 4. & aliis in locis.

Del Ingegnuoso Cittadino D. Chisciote della Mancia: de qua hujus libri translatione egimus in Michaele de Cervantes libri auctore.

LAZARUS DE ISLA, Genuensis, scripsit:

Breve Tratado de la Artilleria y fabrica de ella, y instrumentos de fuego. Pintiæ apud Ludovicum Sanchez 1603. in 8.

LUDOVICUS CUSANUS, Mediolanensis, marchio Pontanus, regii apud Philippum IV. Italicarum rerum concilii senator, scripsit:

Respuesta al Cap. VII. *del Lib.* I. *de la Pesquisa de Jacomo Casano, que funda las pretensiones de la Corona de Francia al Ducado de Milan.* Matriti 1644. in 4. Quam deinde in Italicum vertit Ludovicus Cadamustus.

Obiit Mediolani VII. die Oct. MDCLIX.

MARCI ANTONII NATAE, laudatur Hispanus liber:

De la Dotrina de los Principes, Francofurti editus anno 1603.

MARCUS AUREL, Germanus, edidit:

De Arithmetica practica librum. Valentiæ 1552. in 4.

MARCUS OBELIO, ex orientali plaga ad nos veniens restitit in Hispania usque ad obitus diem. Hujus MS. servabatur in bibliotheca Olivariensi:

Theriaca y antidoto general para todo genero de personas; ex Arabico, ut credimus, ad nostrum sermonem conversum opus.

D. MARIUS CALASIBETA, Siculus, Hispane dedit:

La Rosa de Palermo Santa Rosalia. Matriti 1668. 4.

F. MARTINUS GILBERTI, Gallus, Aquitanus, ordinis Minorum, ad Indos occidentales tunc primum subjugatos delatus, linguæque usum adeptus in Mechoacanensi provincia (ait Franciscus Gonzaga in *De origine* sui *Ordinis Minorum*) aliquot libros tum Indis, tum quoque Hispanis summe necessarios edidit.

D. MATTHÆUS RENZI, auctor inscribitur operis *Compendio de la Filosofia moral* inscripti, quod in schedis inter libros esse excellentissimi marchionis del Carpio Matriti pene credo, cum catalogum viderim bibliothecæ cujusdam quam pro Carpiana habeo.

MAXIMILIANUS CALVI, Mediolanensis forsan, cum Mediolani rem gereret publicam judex magistratus, ut ipse inquit, scripsit ad Annam Austriacam Hispaniarum Reginam Philippi II. conjugem:

De la Hermosura y del Amor. Mediolani 1576. in fol. apud Paulum Gotardum Pontium.

D. MICHAEL PEREZ DE XEA, Sardus,

dus, Calaritanus, eques ordinis de Montesa, qui & centurio & legionis instructor & tormentariæ rei subpræfectus, Philippo IV. a belli consiliis cum esset, in propugnatione ultima Fonterrabiæ oppidi curæ suæ commissi ac per idem tempus obsidionis fato functus est. Ediderat vivus:

Preceptos militares, orden y formacion de Esquadrones. Matriti 1632. in 4.

NICOLAUS RICERUS, Genuensis, scripsit:

Capitan Esclavo; Relacion de su suceso. Cæsaraug. 1590.

D. OCTAVIUS SAPIENTIA, Siculus, Cataniensis sacerdos, Turcicam duodecim annorum peregrinationem, quorum quinque in captivitate vixit, utilem sibi atque aliis reddidit scribens:

De Turquia, con una descripcion del sitio y Ciudad de Constantinopla, costumbres del Gran Turco &c. Matriti 1622. in 4.

F. PACIFICUS DE PARIS, Gallus, ut videtur natione, Capuccinus, formavit Hispane, nisi ex Gallico translatio sit:

Relacion verdadera del Padre Fr. Pacifico de Paris Capuchino Predicador a los Reynos de Oriente. Granatæ apud Bartholomæum ...... 1629. in folio.

PATRITIUS CAXESI, Florentinus, regius pictor, Matriti vertit ex Italico:

La Regla de las cinco ordenes de Architectura de Jacome de Viñola. Matriti 1593. in 4.

D. PAULUS ANTONIUS DE TARSIA, Cupersanensis (Conversano in Neapolitano regno, & Barensi provincia) doctor theologus, & abbas S. Antonii ejusdem urbis, diu manens inter Hispanos in regia curia eruditionis suæ specimina doctis omnibus probata edidit. Nam præter historiam Latine loquentem *De Rebus Cupersanensibus* vulgari nostro sermone publicavit:

Historia de N. Señora de la Isla. Anno 1648. ad D. Balthasarem Moscosum cardin. Toletanum.

La Ara parental en epitafios y emblemas en las exequias del Marques del Carpio D. Diego Lopez de Haro y Sotomayor.

De Prudencia sacra y politica ex operibus Joannis Eusebii Nierembergii.

Vida de D. Francisco de Quevedo y Villegas. Matriti apud Paulum de Val 1663. 8.

Memorial Politico Historico. Meminit hujus auctor in laudata nuper *Quevedi Vita.*

Animadversiones ferales; nescio an Hispanice, an Latine, quarum ipse meminit in eadem *Vita.*

Tumultos de la Ciudad y Reyno de Napoles en el año de MDCXLVII. Lugduni 1670. sumtibus Claudii Burgea.

Latine quoque:

Nuptialem currum Elogiis ac Symbolis apparatum ad Hymenæos Philippi IV. & Mariæ Annæ Hispaniarum Reginæ. Cæsaraug. 1649. 4.

F. PETRUS DE GANTE, Belga, Franciscanus, scripsit:

Doctrina para los Indios; quæ edita fuit Antonio Leonio teste in *Bibliotheca Indica.* Hic ille est, ut videtur, quem laudat Antonius de Herrera *Historiæ* suæ *Indiarum* decade III. lib. II. cap. IX. & Franciscus Gonzaga parte IV. operis sui *De origine* &c.

PETRUS DE LA PORTA, Antuerpiensis, Jesuita, vertit e Latino in Hispanum:

El Tratado para hacer buena eleccion de estado, del Padre Leonardo Lesio. Pampelone 1624. in 8.

D. PLACIDUS MIRTO FRANGIPANE, Neapolitanus, Clericus regularis Theatinus, concionator celebris Philippi IV. Regis nostri, edidit in lucem:

Blasones de la Virgen repartidos en sermones. Cæsaraugustæ 1625. in 4.

Vida de S. Andres de Avellino. Ibidem 1625. 4.

ROBERTUS quidam, coquus forte, Hispane edidit librum hujus inscriptionis:

Libro de la Cocina, en el qual esta el Regimiento de las casas de los Reyes, y grandes Señores. Gothico charactere in 4. Erat in bibliotheca Raphaelis Tricheti du Fresne Galli, ut constat ex ejus catalogo typis edito 1662. in 4.

ROBERTUS PERSONIUS, Anglus, Somersetensis, Jesuitarum sodalis, magnique animi operarius, Matriti carus admodum Philippo II. Regi, aliisque in locis Hispaniæ vixit, Hispalense atque Pintianum extrui seminarium genti suæ curavit, eo dignior summis honoribus, quod cardinalitio ei per Regem a Clemente VIII. P. M. jam expetendo gravissima oratione multisque lachrymis apud eumdem Pontificem intercesserit. Plura hic variis locis opera scripsit, ediditque, sed Hispane hoc tantum ex Anglico versum:

Relacion de algunos Martyres de Ingala-

laterra. Matriti apud Petrum Madrigal 1590. in 8.

SERAPHINUS ESQUIRRO, Sardus, ſcripſit:
Sanctuario de Caller, y verdadera hiſtoria de la Invencion de los Cuerpos Santos hallados en la dicha Ciudad, y ſu Arzobiſpado. Calari 1624. 4.

TEMATUS ODERICUS, nobilis Genuenſis diu in Hiſpania moratus, noſtræ linguæ fuit eam cognitionem adeptus, ut verſibus Hiſpanis tanquam vernaculis luderet. Manuſcriptum reliquit:
Cancionero de Sonetos y Madrigales: de quo certior factus sum ab reverendo & valde caro mihi patre Angelico Aproſio Vintimilienſi literis ad me datis.

THOMAS BARBARA, eques Melitenſis, in ſchedis reliquit:
Tratado de toda la Artilleria; cum iconibus ſeu formis machinarum omnium. MS. in folio vidit D. Thomas Tamajus. Sed forte is eſt Valentinus, aut Catalanus.

THOMAS PORCOL, Sardus, medicus doctor, ſcripſit:
Informacion y curacion de la peſte de Zaragoza, y preſervacion contra peſte general. Cæſarauguſtæ apud Bartholomæum de Naxera 1561. in 4.

THOMAS VEDEL, Belga, ut ſuſpicor, communicavit nobis librum Anonymi cujuſdam Capuccini ſic nuncupatum Hiſpane:
Ocupacion continua con que la alma ſe une con Dios &c. Cameraci 1621.

VALENTINUS FERNANDEZ, Germanus, familiaris Eleonoræ Portugalliæ Reginæ, vertit in Luſitanæ gentis linguam Marci Pauli Veneti *Hiſtoriam Orientalem*, atque item Nicolai Comitis *Relationem de ſuo Indiarum itinere anno MCCCCXVIII.* Latine ſcriptam a Poggio Florentino; quam interpretationem Valentinus nuncupavit Emmanueli Portugalliæ Regi; Antonio Leone teſte in *Bibliotheca Orientali Indica*, tit. 1.

VINCENTIUS BRATTUTI, Raguſæus, interpretem regium orientalium linguarum in curia noſtra diu egit, cui muneri reſponſurus Turcica quædam noſtris hominibus communicavit, ſcribens:
Eſpejo politico y moral traducido de lengua Turca en Caſtellano, duobus tomis Matriti 1654. 4. Sepoſuit ille tertium volumen hujus ſpeculi alio tempore vertendum.
Annales de Egypto compueſto por Salih Gelil Hiſtoriador Turco ex eadem lingua. Matriti apud Melchiorem Alvarez 1678. 4.
Necnon Italico ſermone ſcripſit:
Chronicon Ottomanum.
Obiit circa an. MDCLXXIX. Matriti.

VINCENTIUS SQUARZAFIGO, Genuenſis, vertit in ſermonem noſtrum ex Gallico Petri Matthæi:
La Vida de Elio Seiano. Barcinone 1620. in 8.

VINCENTIUS TURTURETUS, Siculus, Panhormitanus, Philippo IV. Regi a ſacris, vir non vulgaris eruditionis, præter Latina alia ſcripſit lingua Hiſpana:
Capilla Real, con obſervaciones proprias del Rey Catolico D. Felipe IV. Matriti 1630. 4. quo eodem anno editus fuit liber Latine ibidem. Laudatur auctor a D. Laurentio Ramirez de Prado in *Schediaſmate de ſtudiis liberalibus* fol. 44.

VIRGILIUS MALVEZZI, Bononienſis patricius & ſenator, Regi Catholico Philippo IV. a conſiliis bellicis, auctor eſt libri:
La Libra inſcripti, pro D. Gaſpare de Guzman comite duce de Olivares. Matriti in 4.
Scripſit & Italice quidquam ad nos pertinens, de quo in tertia parte agimus.

ANONYMUS, marchio de Barbacon, Belga, edidit Hiſpane:
El Amigo verdadero y leal. Matriti 1671. 4.

PARS SECUNDA.

EXTERI HOMINES ALII SCRIPTORUM FAMA NOBILES, QUI IN HISPANIA DIU COMMORATI SUNT AUT DIEM SUUM OBIERUNT.

ADRIANUS VI. P. M. olim ADRIANUS FLORENTIUS, Batavus, Ultrajectenſis, cum Caroli Cæſaris & Hiſpaniarum Regis præceptor fuiſſet, Dertuſanuſque in Ca-

Catalonia esset episcopus, absente Carolo, postquam Ferdinandus Rex Catholicus fato fuit functus, una cum Francisco cardinali Ximenio Toletano antistite rempublicam curavit, atque a nobis ad Romanam sedem translatus est. Theologica ejus opera nota omnibus sunt, & res in pontificatu per non longum tempus gestæ.

ALEXANDER GERALDINUS, Italus ex Ameria Umbriæ urbe, una cum ANTONIO fratre Catholicis Regibus Ferdinando & Elisabethæ navavit liberales in Hispania & obsequio plenas literarum & officiorum operas. ANTONIUS quidem major natu, protonotarius fuit apostolicus & poeta sic evasit clarus, ut & lauream solemni ritu illorum temporum accepisse dicatur; siquidem ab hoc honore indigitari solet. In Hispaniæ curia modestia ejus & gravitas cunctis admirationi erat, dum instituere ipse mores & studia serenissimæ Infantis Elisabethæ Regum primogenitæ, quod munus eo honore gestum consignant ei epistolæ duæ Petri Martyris XXXVII. & XXXVIII. lib. I. altera ipsi Antonio, altera ejus fratri Alexandro anno MCCCCLXXXVIII. inscriptæ. Sed brevi eum mors abripuit: nam idem Martyr epist. LXXVI. anno sequenti X. kal. Septembris ad eumdem Alexandrum data, consolatur eum christiano & prudenti consilio de fratris obitu. Verba ejus apponam, quæ laudem non mediocrem defuncti continent. *Creaverat Deus heroicam illam animam, illam doctrina multiplici refertissimam, harmonia cœlesti, poetica, oratoriaque rite cultam, ut iri eam perditum pateretur? Qualis erat lyricis? quantus pede libero insurgebat? Quis præterea divini cultus illo curiosior? Quis sui creatoris amantior?* Extat ab eo *carmen bucolicum*, sive *eglogæ XII. de Mysteriis vitæ Jesu Christi*: quod opus hortante Alphonso Cæsaraugustano antistite Ferdinandi Regis filio, quem in primam eglogam sub Mopsi appellatione venire fecit, a se formatum, ad Alphonsum Fonsecam archiepiscopum Toletanum misisse dicitur. Arius Barbosa Lusitanus poeta & ipse sui ævi clarus repertum carmen apud laudatum Fonsecam, ejus impensis in lucem protulit Salmanticæ anno scilicet 1505. aut circiter in 4. cum elogio *elegantis & sapientis eruditi hominis culto carmine scripti carminis*. Scripsit etiam *Orationem*, quæ edita fuit Romæ, *habitam in urbe anno MCCCCLXXXVI. in obsequio canonice exhibito per illustrem comitem Tendillæ & protonotarium Metimnensem & ipsum Geraldinum nomine Ferdinandi Regis & Elisabethæ Reginæ Hispaniarum Innocentio VIII. P. M.*

In bibliotheca Coloniana Hispalensis ecclesiæ inter miscellanea opera diversorum extant:

Carmen Bucolicum Sacrum tomo 98. plutei 132. Item liber Carminum ad inclytam Joannam Aragoniam Regis Hispaniarum filiam & ad alios, tomo 98. ibidem.

Alexander vero noster militiæ prius cum addixisset animum (martia quippe natura eum fuisse constat ex laudata prius Petri Martyris epist. XXXVII.) & in castris adversum Alphonsum Lusitaniæ Regem pro Ferdinando stetisset, vocatus postea ad aulam tum Reginæ a poculis (si vera sunt, quæ Onuphrius Geraldinus, qui se abnepotem illius vocat, cum ejus avus Alexandrum habuerit patruum, in editione *Itinerarii*, cujus postea meminimus, de eo refert) & regiarum filiarum præceptor, attestante id etiam eodem Martyre laudata epist. LXXVII. tum protonotarius etiam apostolicus sacrisque initiatus archicappellanus regius fuit. Uulturariensem & Montis Corvini episcopum creavisse eum Alexander VI. dicitur circa annum MCCCCXCVI. quod quidem dimisit munus anno MDXV. aut circiter, ut ad episcopalem insulæ S. Dominici Americæ nuper inventæ cathedram sibi a Rege destinatam transferri posset. Quo & post peragratam totam fere Europam publicis tam Pontificum Maximorum quam Regum suorum legationibus, venire rem gesturus cum infulis geri sibi jussam, non dubitavit, & in sede sua & munere anno MDXXV. septuagenarius obiit, vir suo tempore inter paucos clarus & fructuosus, disertus orator ac poeta. Consule sis elogium Alexandri ab Onuphrio Geraldino curiose formatum, cujus jam facta est mentio, & si liber ad manum non est, Ferdinandum Ughellum in *Italia* sua *sacra & Episcopis Uulturariensibus* volumine frugi operis VIII. ubi & ipsum reperies elogium. Plura scripsit tam versa quam soluta oratione, quorum catalogum ibidem reperies. Quod ad nos attinet:

Itinerarium est *ad regiones sub æquinoctiali plaga constitutas*, mirabilia quidem & ignota fere continens, quibus (ut nonnemo ait) hodierni mortales non integram adhuc fidem exhibere solent; quod Romæ dictus Onuphrius publicavit primus anno scilicet 1631. Franciscoque cardinali Barberino, literatorum Mecœnati, quo etiam num superstite fruitur, jactatque merito sese Romana curia & sacrum collegium ordinis hujus ornamento maximo dedicavit.

Vita quoque *Catharinæ Angliæ Reginæ Henrrici VIII. conjugis*, heroico carmine; quam apud eumdem Onuphrium se legisse Ughellus ait.

Ægi-

Ægidius Gundifalvi Davila in *Theatro Indico-ecclefiaftico* inter S. Dominici, feu Hifpaniolæ infulæ archiepifcopos de Alexandri Geraldini rebus agit. Gefnerus Alexandri non meminit, & ejus res cum Antonii rebus confundit.

ALOISIUS LIPOMANUS, Beronenfis epifcopus, deindeque Bergomenfis, poft Methonenfem, Venetiis natus, clariffimufque operis *De Vitis Sanctorum*, *Catenæque in Genefim & Exodum* artifex, in Lufitania apud Joannem Regem III. nuntium apoftolicum exercuit: id quod aliunde, tum ex dedicatis eidem a Gafpare Barreiro *Cenfionibus* fuis Lufitanis *in Berofum*, & alios hujus commatis auctores conftat.

F. AMBROSIUS MACHIN, Sardus, Alguerienfis, ex ordine Redemtorum Deiparæ Virginis de Mercede, quem & magifter provincialis rexit, Philippo Regi IV. a facris cum effet concionibus, prius Alguerienfis, dein Calaritanus antiftes, hoc eft, Sardiniæ primas, renuntiatus, cum *in S. Thomam*, feu I. ejus partem volumina duo, atque alterum *De Divinis auxilis* fcripfit, tum *Defenfionem fanctitatis B. Luciferi Calaritani Epifcopi* non difputatione tantum, fed & fcripto opere fufcepit, quod Calari editum fuit anno 1639. in folio.

ANDREAS SCHOTUS, Antuerpienfis, Societatis Jefu eximium decus, lucubrationum fuarum fama nemini non magno in pretio habitus, in Hifpaniam veniens Matriti atque Compluti nondum religioni traditus, deinde Toleti, atque Salmanticæ ftudio literarum, maxime Græcarum, claruit; a qua urbe Toletum rurfus evocatus locum Alvari Gometii docendi eafdem Græcas literas, Antonio Covarrubia viro clariffimo fautore, fufcepit. Gafparis Quirogæ Toletani archipræfulis toto triennio familiaris fuit, atque in Græcis præceptor. Cæfarauguftam deinde translatus, in ea fchola Græcam eruditionem, & rhetoricam docuit; quo loco cum Antonio Auguftino Tarraconenfi archiepifcopo amicitiam vere eruditam contraxit; ex cujus tandem ædibus in Societatis Jefu religiofa caftra, ut voto fe exolveret pro falute patriæ Antuerpienfis olim concepto anno MDLXXXVI. in eadem urbe Cæfarauguftana fefe tranftulit. Reliqua vitæ ejus ex Valerio Andrea & Francifco Swertio petenda. Quod ad nos pertinet ex ejus lucubrationibus *Funebris laudatio* eft *Antonii Auguftini*; *Vita Jacobi Lainii præfecti Jefuitarum generalis*; *Vita B. Francifci Borgiæ* pariter *præfecti generalis*; *Vita & fcripta Alphonfi Salmeronis*; *Bibliotheca Hifpanica*, fub nomine A. Peregrini; *Hifpaniæ illuftratæ* fyftema tribus tomis ab eo primum comprehenfum, quibus adjunctus fuit quartus. *Dialogorum De Nummis veterum*, *Antonii Auguftini* ex Hifpano in Latinum, quemadmodum & *Gafparis Barrerii Cenfuræ Annianorum Scriptorum* ex Lufitano translatio.

ANGELUS CANINIUS, non Anglerienfis (oppidum Mediolanenfis ducatus Anghiera eft ad oram lacus Verbani five majoris) uti per errorem a multis creditur, fed Anglarenfis, Ethrufcus (Anghiari oppidum dicitur) unde & fuit Hieronymus Magius, qui in præfatione libelli fui *De Equuleo* civem & affinem fuum vocat, de qua Magii patria videndum eft Raphaelis Tricheti du Frefne elogium Magii quod editum eft in laudato *De Equuleo* libello editionis Amftelodamenfis, varia literarum omnium eruditione, præcipueque linguarum orientalium cognitione præftans, *qui natus ad eas docendas effe videbatur*, uti de eo, quem præceptorem fuum vocat, Francifcus Forerius Dominicanus in præfatione ad *Commentarios* fuos *in Ifaiam Prophetam* loquitur; Hifpali mortuus eft, eodem Forerio ibidem tefte, five in Arvernis Galliarum dum Guilielmi Pratenfis Claromontani epifcopi familiaris effet, ut fcribit Thuanus lib. XIII. *Hiftoriarum fui temporis*. Auctor eft *Difquifitionum in locos aliquot Novi Teftamenti obfcuriores ex Hebraicæ & Æthiopicæ linguarum originibus*; quæ cum *Quinquagena Antonii Nebriffenfis* Antuerpiæ prodierunt; *Grammaticæ Syriacæ*, *Alphabeti Hellenifmi & aliorum.*

ANTONIUS (alias LUCIUS afcititio juxta ævi morem prænomine) FLAMINIUS, Siculus, nullo non fingularis laudis a Lucio Marinæo ejus cive donatur honore in *Epiftolarum* libris. Plane is Panhormi, Neapolique, atque in Gades in Hifpaniam veniens Hifpali, ac tandem, quod fciamus, Salmanticæ commoratus fuit. Hifpali quidem bonarum artium profeffor *fingulis diebus* (ut verbis Lucii Marinæi utar) *denas diverforum operum lectiones interpretari folebat.* Salmanticæ autem magnæ concioni Plinium aliquando interpretatus eft. Generalem ordinis Prædicatorum magiftrum Salmanticam accedentem folemni oratione in gymnafii aula fufcepit, partes hujus muneris quafdam gerente etiam Ario Barbofa Lufitano viro clariffimo. Hunc *omnium*, *qui* tunc effent, *longe doctiffimum*, *ac fapientiffimum* judicabat, & *inter veterum* reponebat *præftantiffimos* Marinæus ad Alphonfum Securitanum fcribens VI. libro *Epiftolarum*, *in*

quo

quo (subjungit) *vis humanæ naturæ quantum in omni genere virtutum posset experiri voluit.* Edidit quidem is, ut ex ejusdem alia ad Flaminium data in eodem libro epistola notum habemus:

In Plinii proœmium naturalis Historiæ commentariolum, & *Orationes quas habuit, & quædam carmina.* Leguntur & plures ejus ad Marinæum *Literæ* in eodem sexto *Epistolarum* istius libro. In contubernio vixit Salmanticæ D. Francisci a Bobadilla, quod in quadam earum epistola refertur, ejusdem, ut credimus, cum summo illo dignitate ac literis viro, qui Burgensis præsul & S. R. E. cardinalis hos sacros ordines egregie nobilitavit.

BALTHASAR, comes CASTILLIONÆUS, Italus . . . . . qui celeberrimi operis Italici *Il Corteggiano* nuncupati auctor fuit, apud nos Toleti obiit Clementis Papæ VII. ad Carolum Cæsarem legatus: quod Marinæus refert lib. XXV. *Rerum Hisp. memorabilium.*

BERENGARIUS FERNANDEZ, Gallus, Tolosanus, jurisconsultus, cujus in jure *Lucubrationum* libri V. editi sunt Lugduni anno 1601. in folio, professor fuit quadriennio integro in academia Oscensi Aragoniæ regni, ut constat ex nuncupatoria epistola *Commentariorum in L. Pacta conventa D. De contrah. emptione.*

BERNARDUS, Gallus a B. Geraldo episcopo Bracharensi ejusdem nationis ductus in Hispaniam, & ab eo in archidiaconum ejusdem ecclesiæ promotus, scripsit:

Vitam laudati *Præsulis Bracharensis B. Geraldi*: quam ex veteri codice ecclesiæ Cenomanensis in Gallia non dudum publicavit lib. III. *Miscellaneorum* vir clarissimus Stephanus Baluzius.

BONAVENTURA WULCANIUS, Flander, Brugensis, Græca eruditione & professione Leidensi triginta duorum annorum quam pluribusque in lucem editis & illustratis Græcis & Latinis monumentis orbi literario bene notus, totis undecim annis Francisco a Mendoza & Bobadilla S. R. E. cardinali, Burgensi archiepiscopo, viro doctrina omnigena clarissimo ab studiis, ab epistolis, a cura bibliothecæ fuit. Tributam ei vidimus:

Grammaticam Hispanicam.

CAROLUS MALAPERTIUS, Montanus, ex Hannonia provincia, Jesuitarum sodalis, poeta & mathematicus non mediocris famæ, dum vocatus ad professionem hujus doctrinæ in collegio Imperiali Matritensi, Victoriam urbem Alabæ provinciæ appulisset, morbo ibi extinctus est nonis Novembris anni MDCXXX.

D. CAROLUS DE NEAPOLI, Siculus, Josephi regii pro Siciliæ regno senatoris in concilio Italicarum rerum filius, Philipo IV. a cortina, *Commentariorum in Ovidii Fastorum libros* auctor in eadem curia immaturo fato fuit præreptus.

CATALDUS AQUILA, alias PARISIUS, Siculus, in Portugallia vixit, Joanni II. Regi ac filio ejus notho Georgio Aveirensium ducum progenitori non mediocriter carus; ad quem Georgium Hermicus Cajadus poeta Lusitano-Latinus scribens eglogam suarum tertiam, in nuncupatione illius, *Siculo tuo* (ait) *nempe uteris semper & ubique familiariter, ut Socrate Alcibiades, ut Seneca Nero; nec injuria; quandoquidem vir est haud quaquam indoctus aut imperitus.* Huic inscripsit idem Cajadus epigramma illud, in quo *Cataldus Parisius Siculus* audit, Cajadique ipsius præceptor. Quomodo eum quoque Lucius Marinæus compellat civis quadam epistola lib. V. *Epistolarum* familiarium cum inscriptione *Jurisconsulti & Poetæ clarissimi*, ubi ejus consilium laudat apud Joannem Regem permanendi, lectu quidem admodum digna. Scripsit *ad Emmanuelem Regem libros IV.* scilicet de rebus gestis Joannis Regis ultimo vitæ suæ tempore atque Emmanuelis inauguratione: *Arcitingem*, sive de gestis Alphonsi V. adversus Mauros, ad Joannem Regem: *De Perfecto homine*, ad eumdem. *Epithalamium* ad Alvarum (Brigantinum, Ferdinandi ducis fratrem germanum, ut existimo) Hispaniæ, hoc est, Castellæ præsidem: *Consolationem ad Marchionem Ferdinandum Menesium*; *Elegiarum* duos libros, atque *Epigrammatum* totidem. Hæc omnia metrice simul edita sunt. Seorsim quoque *Visionum* libros V. *Verum Salomonem* sive *Martinum*, ad comitem Alcoutinium, & alia Olisipone anno 1509. in folio.

CELSUS HUGO DISSUTUS (qui vulgo corrupte audit HUGO DE CELSO) Burgundus, Cavilonensis (Chalons hodierna urbs est) juris utriusque doctor annis XXII. natus in Italia creatus, Patavii, ut existimo, ubi Jasonem Mainum in eo gymnasio professorem, quem domini sui appellatione vocat semper, docentem audivit: hinc, inquam, ad nos veniens reliquum vitæ spatium Hispanæ mancipavit habitationi, impen-

pensfeque data opera legum noftrarum ftudio, conficiendo fe accinxit utiliffimo operi, qui legum omnium municipalium ante Recopilationis ultimæ promulgationem vigentium elenchus eft, five alphabetarius Index. Quem auctor ipfe Joanni Taveræ cardinali ac Toletano antiftiti, necnon Inquifitori generali dedicavit, primo editum Compluti a Joanne Brocar 1540. cum auctor Toleti moraretur eo tempore, quo facultatem Joannæ Reginæ ad fubiiciendum prelo impetravit opus. At inde a fe recognitum Ferdinandus Didaci regius advocatus fifcalis una cum Aguilera doctore, & Salmantino juris profeffore, necnon & Victoria quodam doctore Pintiani S. Crucis collegii fodali Pintiæ fecundo publicavere Joanne Villaquiran typographo anno 1547. in folio. Tertiam editionem cum additionibus Andreæ Martini de Burgos Afturicenfis, officina Medinenfis Joannis Maria de Terranova anno 1553. in lucem protulit. Idem Celfus Barcinone in Catalonia fubfiftens adornavit de rebus præfertim hujus provinciæ ab anno ejufdem fæculi XXIV. ad XXIX. præftita *Confilia CXXIV.* admodum docta, quæ Lugduni edita per Sib. a Porta anno 1586. in folio vidimus. Hinc autem Toletum fe contulit auctor anno prædicto MDXXIX. ut ex conf. CXVIII. liquet.

COLLEGIUM SALMANTICENSE Hibernorum Societatis Jefu publicavit utili invento: *Januam linguarum, five modum maxime accommodatum, quo patefit aditus ad omnes linguas intelligendas, cum translatione Hifpanica.* Salmant. 1611. in 4.

Fr. DIDACUS ARTURUS, Hibernus, Dominicanorum fodalis, facræ theologiæ magifter doctiffimus, Stephanianæ Salmanticenfis domus alumnus, primarius ejufdem doctrinæ profeffor Conimbricenfis, qui in *Primam partem Sancti Thomæ* volumina duo perfecta reliquit, quorum prius anno 1665. in publicum fuit emiffum, parabatque decem alia in totam *Summam Theologicam*, cum mortem in eadem fchola magno fui defiderio relicto non dudum obiit.

F. DOMINICUS LINCE, Hibernus, Galvienfis, ordinis Prædicatorum, facræ theologiæ magifter Hifpali provinciæ Bæticæ ad eum admiffus, in eadem urbe ad S. Pauli cœnobium nobiliffimum, cui quidem natales debet religiofi ftatus, præeft nunc ftudiis, & archiepifcopatus Hifpalenfis judex fynodalis eft, cum olim profeffus fuerit magno cum fructu plaufuque theologiæ doctrinam, edideritque: *Summam Philofophiæ fpeculativæ juxta mentem D. Thomæ*: tribus tomis, primo *Dialecticam*, Parifiis apud Antonium Bertier 1666. in 4. Secundo *Logicam*, 1667. Tertio denique *Prædicabilia*, *Prædicamenta*, & *Pofteriora* 1670. in 4.

F. FORTUNATUS SCHACUS, Italus, Fanenfis, eremita Auguftinianus, cujus eft *Sacrorum Eleochrifmatum Myrothecia*, in academia Complutenfi facris literis operam dedit, Thoma de Herrera auctore in *Alphabeto Auguftiniano.*

F. FRANCISCUS GONZAGA, familiæ fratrum Minorum generalis aliquando minifter, qui *De Ordinis* ejufdem *origine & progreffu* Latinum commentarium edidit, epifcopufque tandem Mantuanus cum infigni laude fanctitatis ad fuperos abiit, facrum inftitutum apud nos Compluti in S. Mariæ de Jefu monafterio profeffus eft anno Dominicæ nativitatis MDLXII. ibidemque facras literas a Didaco de Zuñiga fodali viro doctiffimo didicit, quod ipfe de fe reliquit, dum in Caftellanæ provinciæ cœnobiique hujus Complutenfis rebus verfatur, fcriptum; pariter atque in mentione domus S. Juliani de la Cabrera grammaticis in eo fe rudimentis excultum tradidit.

GERARDUS MONTANUS, Flander, Menenius, Societatis Jefu, eloquentiam Matriti docuit plures annos in Societatis collegio, variofque edidit tractatus, de quibus *Bibliotheca Belgica & Societatis* agunt.

Obiitque Villæ-garziæ anno MDCXXXII. ætatis fuæ XLIV.

HUGO HELTILIUS, Groningenfis, Frifius, Græce & Latine peritiffimus, Salmanticæ confenuit atque vita functus eft. Ibidem edidit *Gregorii Niffeni Homiliam in Chrifti natalem*, & alteram *in B. Stephanum*, anno 1553. in 8. item *Planifpherium*, Hifpane in 4. Fertur præterea vertiffe *Catenam Græcorum PP. in Efaiam Prophetam* e MS. codice collegii majoris Sancti Bartholomæi ejufdem univerfitatis. Floruit fub Philippo Rege II. Confule fis Valerium Andream in *Bibliotheca Belgica.*

HUGO SEMPILIUS, Scotus, patria Craigbaifæus, fodalis Jefuitarum, Matriti diu in collegio Imperiali mathematicarum artium vixit profeffor, cujus eft *de Mathematicis difciplinis* opus XII. libris contentum atque anno 1635. Antuerpiæ editum.

JOACHIMUS OPPERUS, Frifius, Dale-

lemii toparcha, rerum ſtatus Germaniæ inferioris apud Philippum Regem II. conſiliarius, qui *De Juris arte & ſcientia, veraque ac ſolida Juriſprudentia* docte & utiliter ſcripſit, diem ſuum obiit Matriti anno MDLXXIII. ætatis ſuæ LIII.

JOANNES CAROLUS DE LA FAILLE, Antuerpienſis, Societatis Jeſu, primus in academia Societatis Matritenſi profeſſionem matheſeos fuit auſpicatus, qui *Theſes mechanicas*, ac *De centro gravitatis partium circuli & ellipſis* edidit.

F. JOANNES FUCHER, Aquitanus, doctor juris cæſarei, & in canonico egregie verſatus, frater deinde Franciſcanus vixit egregia cum literarum exiſtimatione Mexici Novæ Hiſpaniæ, quo cum aliis familiæ ſuæ ſodalibus conceſſerat. Permulta & docta ſcripſiſſe ibi dicitur opera apud Franciſcum Gonzagam in libro *De Origine & progreſſu Franciſcanæ religionis*, ſcilicet *De Judice Eccleſiaſtico*: *De juſta delinquentium punitione*: *Manuale Prælatorum*: *De Fratre ab ordine rejecto matrimonium contrahere volente*, & alia quæ apud Gonzagam quarta operis parte videre poteris.

JOANNES VASÆUS, Brugenſis, Flander, poſtquam Ferdinandi Columbi Chriſtophori magni novi orbis inventoris filii auſpiciis e Belgio & Lovanio Hiſpalim conceſſiſſet, inque ejus domo & bibliotheca inſtructiſſima aliquot annis commoratus eſſet, factus fuit rhetoricæ artis profeſſor Salmantinus. Hinc Bracharæ, deindeque Eboræ juventutem Luſitanam erudiit. Poſtremo Salmanticam revocatus in hac ſchola & profeſſione diem extremum incurrit circa annum MDLXII. relinquens filium Auguſtinum, cujus meminit in prologo editionis ſecundi libri *Epiſtolarum Nicolai Clenardi* Carolus Cluſius; non autem, ut ſcribit Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Salm. Eccleſiæ* pag. 341. anno MDL. Sepulturamque accepit in collegio Veræcrucis ſodalium B. Mariæ de Mercede, ſub hoc ſepulcrali carmine:

Conditur hoc tumulo Flandra de gente Vaſæus
Salmanticenſis gloria gymnaſiii.
Ergo jacent Muſæ, ingenium, facundia linguæ,
Et cum ſincera religione fides.

Ejus eſt *Chronicon Hiſpaniæ* Latinum Coloniæ primum publicatum anno 1567. in 8. deindeque in collectione *Hiſpaniæ Scriptorum* Schoti volum. I.

Catalogum Rerum Portugalliæ, ineditum ut credimus, quem tamen laudat Stephanus Garibaius lib. XXXIV. *Compendii Hiſtor.* cap. I. Simonis Pelegronii Guilielmitæ Monachi ſynonymorum ſilvam in uſum ſcribendarum epiſtolarum compoſitam apud Germanos, ut credo, a Joanne Schoeffero 1548. & 1555. in 8. publicatam Joannes Junta Florentinus typographus additis ſcilicet interpretationibus ſynonymorum ſermone Hiſpanico cum *præceptionibus aliquot* exercendæ linguæ Latinæ, atque etiam de *Orthographia* Joannis Vaſæi Salmanticæ edidit anno 1551. in 8. Quod in ſchedis Alfonſi Ciaconis legimus.

LUCIUS MARINÆUS, (proprio nomine LUCAS, quod, juxta ſæculi morem Romanis pluſquam Chriſtianis nominibus gaudentis, in *Lucii* transformavit) SICULUS appellatus a patrio regno, Bizinum oppidum, cujus ipſe meminit Antonio Flaminio ſcribens *Epiſtolarum* libro XII. patriam ſortitus, Panhormi (quod eodem loco ait) literarum Græcarum Jacobum Mirabellum, Latinarum vero tam ibi quam Cataniæ Petrum Angueſam & Joannem Naſonem, cui ſucceſſit in Panhormitana profeſſione, magiſtros habuit. Romam hinc delatus, ſub Pomponio Læto & Sulpitio magna eruditionis parta ſibi laude, Panhormum iterum evocatur ad profitendi munus ſub non inhoneſta conditione; uſquedum a Federico Hiſpaniæ archithalaſſo, qui Annam de Cabrera Modicæ comitiſſam ex eo regno conjugem duxerat, ſollicitatus Hiſpaniam Siciliæ ſuæ prætulit, quaſi præſagus loci apud nos exiſtimationis, qui eum peregrinantem propitior quam domi, juxta oraculum falli neſcium, ut comprobavit res, manebat. Eo circa annum MCCCCLXXXIV. (ut ex libri IV. epiſt. I. colligimus) deveniens nihil prius faciendum ſibi eſſe prudenter vidit, quam ut Salmanticæ Antonio Nebriſſenſi, qui ex Italia nuper Latinas literas revocaverat, operam ſuam ad extirpandam inde barbariem ſtrenue commodaret. Ibi, *ut Civitatis viris præſtantibus* (ait ipſe *De rebus Hiſpaniæ* & hac ſchola dum commentatur) *tum equitibus, tum cæteris omnibus ſatisfaceret, & obſequium præſtando gratificaretur, lectiones duas diebus ſingulis, alteram Poeticam & Oratoriam alteram interpretatus fuit.* Quod quidem munus per duodecim & amplius annos magna induſtria obiit, conſcripta cum *breviore Grammatica*, tum *in laudem Hiſpaniæ carmine*, quod poſtea in proſaicam atque eam luculentiorem *Deſcriptionem* fuit transformatum. Accerſitus vero hinc ad aulam Regum Catholicorum, viri fama in dies creſcente, ut non ſolum aulicos adoleſcentes Latinas doceret literas, ſed & palatii ſacerdotes his plenius inſtrueret, mirum quam co-

comitate, modestia, innocentia morum, facilitate ac ceteris dotibus, quæ virum non superbe doctum ornare debent, aulæ integræ ac viris quibusque principibus placere & in pretio esse cœperit. Ferdinandum Regem ab hinc sequi eum oportuit, qui a sacris quoque illi erat. Neapolim etiam usque cum eo venit, unde anno MDVII. nonnullas ab eo datas literas hodie legimus. Tantum abfuit, ut sepositam ab omni circuitione, addictamque omnino studiis vitæ conditionem Principum suorum ista indulgentia sit consequutus. Id tamen, quod potuit, lucubrationibus dedit semper ejus, quod suppetebat, temporis; unde hæc scripta habemus, quæ variis in locis variaque forma lucem viderunt. Præcipuum est:

De Laudibus Hispaniæ libris VII. ad Rodericum Pimentellium Benaventi comitem, quod opus edidisse eum viva adhuc Elisabetha Regina, hoc est, ante annum MDIV. ex quarto libro, ubi de ea & Ferdinando conjuge tractat, clarissime apparet. Id de rebus naturalibus, de geographia Hispaniæ, Hispanorum moribus & illustribus belli ac pacis artibus aut doctrina viris breviter agit. Succedere huic fecit Siculus:

De Aragoniæ Regibus libros V. Cæsaraugustæ editos apud Georgium Coci 1509. in folio. Id chronicon Hispane convertit bachalaurus Joannes de Molina, Valentiæque publicavit apud Joannem Iofre 1524. in folio. Cujus versionis portio illa quæ ad Catholicos Reges spectat, Madriti lucem vidit anno 1587. in 8. cum hoc titulo: *Sumario de la Vida de los Reyes Catolicos D. Fernando y D. Isabel, De Marineo.* Italicum quoque dedit Federicus Rocca, & publicavit Messanæ apud Faustum Bufalinum in 4. Diversum autem toto cœlo est ab isto *De Laudibus Hispaniæ* opere, quamquam in pluribus conveniat, id quod post multum temporis ad Carolum Imperatorem direxit, postquam quinquaginta jam annos in Hispania commoratus fuisset:

De Rebus Hispaniæ memorabilibus, libris XXV. Siquidem in horum secundo libro de Salmantina urbe & academia strictim agens, quam in *De Laudibus Hispaniæ* latius cum professorum omnium sui temporis mentione descripserat, prætermittere se annotavit de rebus hujus civitatis multa, quoniam a se essent in alio opere memorata; æque ut ad Benaventanum comitem in hoc eodem priore commentario præfatus satis innuit plenius opus non multo post a se edendum expectare comitem debere. Nihilominus continet opus hoc postremo ab auctore formatum utrumque illud superius *De Laudibus Hispaniæ* ac *De Aragoniæ Regibus*; prodiitque in lucem primum Compluti, ut credimus, apud Michaelem de Eguia 1530. folio, deinde Francofurti 1579. tandemque inter *Hispaniæ illustratæ* auctores tomo I. ibidem 1603. Utriusque tamen operis sua quædam laus est & fructus, pluraque ad invicem alter commentarius, quæ in altero subducta sunt, continet. Præcipue quidquid de viris illustribus fere sui temporis noster integris libris quinto, sexto & ultimo prioris operis, annotaverat, id totum ad evitandam invidiam eorum, qui elogium aut ipsi aut eorum majores non meruissent, non sine regia auctoritate posteriori detractum fuit. Quo quidem septem integris libris a XII. usque ad XVIII. comprehendit historiam Regis Joannis, Ferdinandi Catholici parentis; cujus quidem is *memoriam* (ait Alphonsus Segura in *Epistola*, cujus postea meminimus) *distractam & quasi temporum culpa pene dissitam non sine maxima difficultate pereleganter Latine conscriptam felicissime restituit.* Editam hanc partem fuisse absque corpore integro affirmare non ausim; ex *epistola* tamen *ad Petrum Martyrem* directa constat eum ex præcepto Regis Ferdinandi se contulisse in Placentiam urbem ad Rodericum Alvarez de Medellin domesticum & a secretis Gomezio Toletano ejus urbis præsuli, deprecaturus ipsum, ut quidquid a se Latine de rebus Joannis Regis fuerat elucubratum, in vernaculam is linguam converteret; quod confecturum eum, & quidem eleganter, utpote Hispane disertissimum, se sperare ad Martyrem scribit. Editio quoque Complutensis anni 1530. quatuor ultimis libris XXII. XXIII. XXIV. & XXV. de viris illustribus agit latius multo & copiosius quam in opere alio *de Laudibus Hispaniæ*, cujus operis editionem quemadmodum & Complutensem de qua loquimur, minime sequutus fuit Scotus in *Hispaniæ illustratæ* systemate. Quod autem in rebus Hispaniæ antiquioribus non semel hallucinatus auctor sit, non unquam evertet apud probos rei judices laudem, quam ex recte dictis & industria hic posita primus e Latinis scriptoribus, qui post devictam barbariem Romano sermone Hispaniam & Reges ejus descripsit, reportare meretur.

Epistolarum familiarium libri XVII. ad Alphonsum Aragonium Ferdinandi Regis filium Cæsaraugustanum Valentinumque archiepiscopum, Aragoniæque regni præfectum directi sunt; quibus quidem epistolis debemus avorum nostrorum, clarissimorumque illius ætatis hominum, ac singularium rerum notitiam: adeo ut instar thesauri una cum *Petri Martyris Epistolis* esse nobis debeant. Hæ vel a Marinæo, vel ad Marinæum da-

datæ ſunt, Pintiæque lucem viderunt in officina Arnaldi Gulielmi Brocar anno 1514. in folio cum ſequentibus libellis adjunctis:

Oratione ſcilicet *ad Reges Catholicos habita de rebus Siculis*, circa annum, ut conjicimus, MD. cum *Reſponſione* Iſabellæ Reginæ.

Oratione ad Ferdinandum Regem De laudibus Hiſtoriæ, ſcilicet præfatione ſeu nuncupatione ad *Hiſtoriam de Joannis Patris rebus* jam laudatam.

Oratione laudatoria *ad Joannem Gothmanum Methymnæ Sinodiæ Ducem*:

Oratione ad Rodericum Pimentellum Benaventi Comitem, ea ſcilicet, qua dicavit ei *De laudibus Hiſpaniæ* libros.

Libro de Parcis; ad Petrum Aquilarium Pliecenſem marchionem.

Defenſione apud Judices pro Antonio Porta diſcipulo, & de Verbo, Fero, *& ejus compoſitis perutili repetitione*, necnon et:

Carminum libris duobus. Hæc omnia ſimul prodierunt Pintiæ, ut diximus.

Præter hæc quæ edita ſunt, confeciſſe eum ſcimus:

Grammaticæ compendium, ex epiſtola quadam ad Iſabellam Reginam lib. I. *Epiſtolarum*. Idem.

Breves quaſdam *Illuſtrium Romanorum epiſtolas* ſe collegiſſe ex veteribus libris refert Joanni Sereniſſimo Principi, ad quem directa eſt *epiſtola* alia ſuperiorem pone ſequens.

Hiſpaniæ deſcriptionem & laudes carmine etiam ab eo compoſita Alphonſi Securæ præfationis ad ejus *De laudibus Hiſpaniæ* hiſtoricum opus fide affirmamus; cujus admodum cari diſcipuli verbis in eadem præfatione noſter fuit *ſimilior aureo ſæculo virtutibus animi quam huic noſtro fallaci*; doctiſſimus ſimul & modeſtiſſimus, ab omnibus magni habitus, idemque honorum ac divitiarum deſpicientia inſignis. Lectu quidem digniſſima eſt Securæ hæc laudatio, quam liber VI. *Epiſtolarum* repræſentat. Cujus quidem Securæ & aliorum inter eas epiſtolæ multæ ſunt in Marinæo laudando & ſingularibus encomiis efferendo.

Superſtitem adhuc fuiſſe Marinæum paulo ante annum MDXXXIII. quo editam primum diximus poſteriorem ejus fuiſſe Hiſtoriam typis Complutenſibus, inde colligimus quod cum ſe in Hiſpaniam anno 1484. primum veniſſe libri quarti prima *epiſtola* non obſcure ſignificaverit, idem in dirigenda ad Carolum Cæſarem hac *Hiſtoria* quinquaginta prope annos in Hiſpania ſe commoratum fuiſſe, non ante annum ejus ſæculi trigeſimum ſecundum aut tertium affirmare potuit. Deficiunt tamen ejus *epiſtolæ*, neſcio qua de cauſa, multis quidem ante hoc tempus annis. D. Vincentius Turturetus legi dignus de noſtro eſt in fine *Sacelli* ſui *regii*.

LUDOVICUS VOWERIUS, Joannis filius, qui *Polymathiam* ſcripſit aliaque erudite, Antuerpienſis, in flore adoleſcentiæ, ſedecim nempe annos natus, Madriti obiit anno MDCXXIV. conſcripto prius ad Erycium Puteanum *Apobaterio, ſive itineris ſui in Hiſpaniam narratione*.

NICOLAUS BIESIUS, Gandenſis, medicus, qui *De Univerſitate* cum proſa, tum carmine libros II. *De Natura* lib. V. *De Republica* IV. *In Galeni Artem commentarios* aliaque medica & varia ſcripſit, Valentiæ diu hæſit ducibus Calabriæ carus, ibique uſus fuit familiaritate Joannis Baptiſtæ Agneſii theologi ac poetæ, quocum mutuis ſæpe verſibus luſit.

NICOLAUS BOONARTIUS, Bruxellenſis, Societatis Jeſu presbyter, qui monumenta aliqua in lucem edidit, ineditaque reliquit petenda ab auctoribus *Bibliothecarum Belgicæ* & *Societatis Jeſu*, Pintiæ diem ſuum obiit anno MDCX.

NICOLAUS CLENARDUS, vulgo CLEYNARTS, Brabantus, Dieſtemius, linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ & Arabicæ peritiſſimus, cum poſt Lovanienſem & Pariſienſem profeſſionem addiſcendæ linguæ Arabicæ gratia in Hiſpaniam una cum Joanne Vaſæo ſe contuliſſet, indeque non vulgari hujus ſermonis cognitione contentus majoris & perfectioris notitiæ ſtudio in Africam trajeciſſet, laudabili admodum deſiderio æſtuans ſcribendi adverſus Alcorani errores Arabica, hoc eſt, patria Maurorum lingua, tandem ex Hiſpania, quo jam redierat, in Belgium ſuum cogitans, Granatæ moritur anno MDXLII. ætatis ſuæ XLVI. *Epiſtolis* quibuſdam relictis, unde hæc de peregrinatione ac propoſito ejus novimus, atque item *Grammaticis*, *Hebræa*, *Græca*, *Arabica*.

F. NICOLAUS RICARDI, Genuenſis, Dominicanus, qui magiſter ſacri apoſtolici palatii fuit, ſcripſitque *Commentarios in Litanias*, quædamque *Pro defenſione Concilii Tridentini*, ab ineunte ætate in Hiſpania educatus fuit ac liberalibus diſciplinis inſtitutus, atque ita Hiſpane loquebatur, ut pro Hiſpano haberi poſſet. Monſtrum quod eum Philippus III. Rex, cum ejus concioni cuidam interfuiſſet, aliquando appellaverit: hoc ei inditum vulgo deinde fuit cognomentum.

Venit in Italiam, Hiſpania pulſus, ut ajunt, quod conſtantem apud omnes gentes ac præſertim apud ejus nationis homines de innoxio Deiparæ Virginis conceptu ſententiam nimis acriter, vehementerque oppugnaſſet, ait Joannes Nicius Erithræus in *Pinacotheca.*

PAULUS SHERLOGUS, Hibernus, Waterfordienſis, cum in Hiſpaniam veniſſet anno MDCXII. literis jam amœnioribus probe excultus, Salmanticæ in Hibernorum collegio ſacris vacavit, Societatis deinde ſodalem profeſſus tam Compoſtellæ quam ibidem Salmanticæ Hibernis ſuis præfuit, theologiam ſcholaſticam & ſacras literas docuit, magnique apud omnes ob eruditionis excellentiam habebatur eo tempore cum nobis in eadem ſchola verſari contigit, in qua & mortuum fuiſſe eum credimus. Scripſit *In Cantica* duobus voluminibus, *De Hebræorum Republica*, & *Scientiæ mediæ Vindicias*, ſub alieno tamen nomine.

PETRUS MARTYR ANGLARIENSIS, ab *Anghiera* oppido mutuatus hanc appellationem, quod Latinis Angleria, circa annum MCCCCLIX. natus Aronæ (oppidum id eſt Mediolanenſis ducatus in ora Verbani lacus mille paſſibus ab Angleria diſtans) quam ſibi patriam ipſe arrogat in *epiſtola* CXLII. ad Petrum Faxardum; annum ætatis agens XXVIII. cum Romæ eximia floreret Aſcanii Sforziæ vicecomitis cardinalis vicecancellarii, Aſcaniique alterius vicecomitis, & Joannis Arcimboldi Mediolanenſis archiepiſcopi S. R. E. cardinalium, ſuorumque provincialium gratia, viriſque doctiſſimis in urbe tum commorantibus Pomponio Læto, Petro Marſo & aliis jam diu in pretio eſſet eruditionis & eloquentiæ nomine Hiſpaniam cogitavit, unaque cum Eneco Lupi a Mendoza Tendiliæ comite extraordinario Catholicorum Regum ad Innocentium VIII. Pontificem legato in patriam redeunte anno MCCCCLXXXVIII. iter arripuit. Quæſitus autem de cauſa, cum necdum Roma diſceſſiſſet, Italiam in diverſa diſcerptam cauſatus eſt, Hiſpaniam vero in unum redactam; Italiæ Principes diſcordes, Hiſpanos unanimes; quare præferre ſe ajebat Italiæ turbato ſtatui Hiſpaniæ regnum, in quo dominarentur juſtiſſimi Reges nihil aliud cogitantes quam de redigendo in eccleſiæ ditionem Hiſpaniæ reliquum, quod a Mauris poſſidebatur. Idem poſt non multos dies Hiſpanæ habitationis ad Alphonſum Carriglium Pampilonenſium antiſtitem ſcribens, nonam ſcilicet libri primi epiſtolam, *Nollem* (ait) *alicubi terrarum vivere, ſi extra Hiſpaniam vivendum. Placent majorem in modum tui Reges, placet Hiſpana nobilitas, de populo nil mihi curæ. Video in præſentiarum ab his tuis Rege & Regina virtutum omnium ingentes ſuaveſque ſuccos emanare quotidie, ſuavioreſque & ampliores ac ſummis Regibus dignos me in dies viſurum expecto.* Vix curiam Catholicorum Regum attigit, cum in familiam regiam receptus quotidie magis gratus eſſe iis, curiam, imo caſtra ſequi, cum in illud tempus incidiſſet, quo Granatenſi profligando bello Reges fortiſſimi ſerio incumbebant; nec minus literis operam dare, Hiſpanæque nobilitatis plures (maximarum heredes familiarum diſcipulos ipſe paſſim appellat) poſtquam Minervæ artibus locum ceſſit bellicus furor, docere Latinam linguam & antiquitatis omnem eruditionem; quo ſic honeſto officii genere præſtantiſſimos ſibi fautores comparavit. Anno MDI. deſtinatus ab iiſdem Regibus, cum ad Venetorum rempublicam, tum inde ad Babylonis Ægyptiæ Sultanum extra ordinem ivit legatus: cujus muneris, reique in eo bene geſtæ in *epiſtola* ad eumdem Faxardum CCXXI. & aliquot ſequentibus meminit. In reditu Granatenſis eccleſiæ prior, ut vocant, factus Joannam Reginam Caroli V. Imperatoris matrem, cui a ſacris erat, in ea memorabili peregrinatione ſequutus eſt, qua circumvecto per Caſtellæ omnem angulum Philippi Regis conjugis immature defuncti cadavere, emotæ ac male ſanæ mentis veluti pompam non minus quam prærepti conjugis funus attonita ſuique impotens duxit. Quem feralem circuitum per plures Martyr ipſe deſcribit epiſtolas. Ferdinando autem Rege e vivis ſublato, non multum abfuit quin a regni gubernatoribus, nepote adhuc Carolo in Belgio hærente, ad Selimum Turcarum imperatorem reipublicæ cauſa deſtinaretur, niſi excuſaſſet is majorem ſexagenaria ætatem. Incidens quoque paulo poſt in populares Caſtellæ propter Belgarum aulicorum avaritiam tumultuantis motus ſic ſe geſſit, ut ad Mercurium Gattinaram Caroli cancellarium epiſtolam DCXXXV. ſcribens intellecturum eumdem ait ex literis gubernatorum neminem unquam ſub clericali habitu Principi cuique fuiſſe magis quam ſe utilem in illa ferocientis plebis inſania, quam pauci homines ambitione ducti excitaverant. Venientem autem ad nos Regem æque propitium ſibi ac benevolum ſenſit, cujus & a conſiliis fuit Indicarum rerum, primuſque Jamaicæ novi illius orbis inſulæ renuntiatus abbas. Profecto amavit Martyrem peregrinum hominem ac decoravit Hiſpania; nec minus de Hiſpania bene is mereri unquam deſtitit. *Caſtella me* (inquit ille in *epiſt.* DCXXX.

ad

ad eumdem Gattinaram cancellarium & Ludovicum Marlianum Tudensem episcopum) *honoribus affecit & summo honore prosequitur ; suxerunt literalia mea ubera Castellæ Principes fere omnes. Debeo igitur immensum Castellæ.* Atqui obnoxiam ipse sibi, haud ob hoc tantum doctrinæ officium civibus præcipuis exhibitum, Hispaniam reddidit, sed adhuc magis propter compactam de ejus temporis rebus epistolarem sive diariam historiam, cui qui derogaverit fidem a præsenti ac rerum, quas refert, plerumque parte elucubrata, humanitatem omnem prius exuere illum oportet. In testimonium hujus rei dabimus viri gravissimi Joannis Vergaræ, nec minus docti judicium de his in quadam ad Florianum Docampum epistola. *Sepa Vm.* (ait) *que de todas las cosas de aquellos tiempos de casi el Imperio de los Reyes Catolicos, y despues hasta pasadas las Comunidades, yo no pienso que puede haber mas ciertos y claros memoriales que son las Epistolas de Pedro Martyr ; y porque demas de lo que por ellas qualquiera podra ver, yo soy testigo de vista de la diligencia que este hombre ponia en escribir luego a la hora todo lo que pasaba. Y como no gastaba mucho tiempo en pulir ni limar el estilo, sino que mientras le ponian la mesa, como yo lo vi, le acontecia escribir un par de cartas, dellas no recebia trabajo, ni pesadumbre, y assi no cessaba en el oficio, ni tenia otro cuidado.* Fragmentum hoc epistolæ produxit auctor *Archivii*, uti vocat, *Complutensis* ad calcem *Vitæ D. Francisci Ximenii Cardinalis*, pag. 4. Editi nempe circumferuntur ejus:

Epistolarum ad diversos libri XXXVIII. qui non minus DCCLXXIIII. epistolas continent, Compluti semel editi apud Michaelem de Eguia 1530. in folio. Cujus voluminis exemplum manu exaratum, multaque scutorum summa coemptum ob raritatem exemplarium editorum ab eminentissimo cardinali Francisco Barberino, dum legatione Urbani Papæ VIII. patrui apud nos fungeretur, servat Romæ ditissima ejus omnis generis librorum bibliotheca. Sed jam Hollandi utilitatem hujus considerantes recoxerunt nobis editionem Amstelodamensem Elzevirianam hoc anno 1670. in folio.

Scripsit etiam:

Decades, quas appellavit *Oceanas* ; quarum aliquam partem direxit olim Leoni X. Papæ. Nam in epist. DXXI. libri XXVIII. ad marchionem Mondexaris data, *per Licentiatum illum meum* (inquit) *ad Pontificem direxi de Orbe novo pauca. Habebit aliquando plura. De particularibus hisce inventis libellos cudo. Prodibunt, si vixerimus.* Ita ajebat is anno DXV. Prodierunt quidem tres *Decades* tantum, cum alias, tum anno 1574. in 8. quas notas dumtaxat habuit Joannes Trithemius. Eædem cum reliquis usque ad octo lucem viderunt, uti credimus, primum anno 1530. rursumque 1587. in 8. cum notis & illustrationibus Richardi Hocluiti. De editione autem ab Antonio Leonis laudata in sua *Bibliotheca Indica Occident.* tit. secundo, nempe an. 1511. totus hæreo. Præstat enim superioribus auctoris verbis post quatuor annos affectum non perfectum, nedum editum, opus laudantis, fidem habere. Harum *Decadum* epitomen Italice dedit Joannes Baptista Rhamusius volum. III. suarum *Navigationum*. Quarum & interpretationem Hispanam superioribus annis absolutam habebat Joannes Paulus Martyr Rizo e nostri Martyris genere, ut ait idem Leonius *Historiam Novi Orbis*. Basileæ 1533. & 1583. a *Decadibus* diversam haud existimet lector.

De Insulis nuper inventis & incolarum moribus, tractatum editum, ut audio, cum *Decadibus* anno 1587. quem una cum Ferdinandi Cortesii epistolis Petrus Savorgnanus inter opera sua Latina edidit anno 1532. in folio, atque item Joannes de Parvo in suo *Novo Orbe*. Ex his quidem Indicis lucubrationibus derivasse videtur Italicum opus *Historia dell' Indie occidentali cavata dalli scritti di Pietro Martire*, quæ prodiit, eodem Leonio rei auctore, anno 1534. in 4.

De Legatione Babilonica libellum quoque ad Leonem X. una cum epistola quæ inter alias legitur, anno 1515. transmisit, ut in eadem epistola legere est.

Præter hæc ad *Plinii* omnes libros *Synopsin* Latinam versibus edidit, cum facultate poetica ævo suo in paucis floreret ; quorum aliquos epistolis intexuit. Jacet in urbe Granata sub hoc titulo : *Rerum ætate nostra gestarum & Novi Orbis ignoti hactenus illustratori Petro Martyri Mediolanensi, Cæsareo Senatori, qui patria relicta bello Granatensi miles interfuit, mox urbe capta primum Canonico, deinde Priori hujus Ecclesiæ. Decanus & Capitulum carissimo collegæ posuere sepulcrum anno MDXXVI.* Quo anno diem suum obiisse videtur.

PETRUS PANTINUS, Flander, Tiletanus, Græce & Latine non perfunctorie doctus, una cum Andrea Scoto in Hispaniam delatus ei successor datus aliquando in professione Græcarum literarum in schola fuit Toletanæ urbis. Unde ad Belgium remeavit una cum serenissimo Alberto Austriaco, decanatu S. Gudulæ Bruxellensis cohonestatus, eidem Principi a sacris mi-

minister. Opera ejus auctores *Bibliothecæ Belgicæ* Swertius & Valerius Andreas recensent.

F. PHILIPPUS DE BARBERIIS, Siculus Siracusanus, ordinis Prædicatorum, artium ac theologiæ, uti se vocat, interpres, cum in domo esset apud nos Joannis Alfonsi de Logroño baccalaurei, ejusdemque Hispalensis canonici, confecit eidem nuncupatam eam, quam *Chronicam* vocat, virorum scilicet ab initio mundi usque ad sua tempora illustrium absolutam a se anno Domini MCCCCLXXX. aut postea, numeralis enim nota ulterius detrita est in editione, quam vidimus, nil adito de loco, temporeve ut solet, apud excellentissimum marchionem Mondexarensem. Cujus quidem chronici memoriam si apud Dominicanos in tot bibliothecis quæras, frustra eris.

RICHARDUS HALLER, Germanus, Societatis Jesu, ad nos venit lateri adhærens Margaritæ Austriacæ Reginæ serenissimæ Philippi Regis III. uxoris, cui erat a confessionibus, nec esse, dum viveret, desiit. Ab eo auctore est commentatiuncula *De contritionis actibus crebro eliciendis*, omnibus propemodum linguis Europæ fere toti atque Americæ communicata.

RICHARDUS LYNCE, Hibernus, Galbiensis Jesuita, in collegio sodalium Salmantino vespere professor, edidit:

Artium ut vocant *Cursum*, tribus voluminibus. Lugduni apud Philippum Borde 1654. fol.

De Deo ultimo fine, tomis duobus. Salmanticæ typis Ant. a Cossio 1671.

Conciones varias, Hispanice, iisdem typis 1670.

RICHARDUS WALPOLUS, Anglus, Norfolicensis, Jesuita, Hispali apud nos & Pintiæ Anglorum collegiis præfuit, eruditionisque famam reportavit *Responsione ad provocationem Sallisi Calviniani Ministri* scripta; atque in eadem Pintia urbe anno MDCVII. ætatis agens XLII. vivis ablatus fuit.

ROBERTUS PERSONIUS, de quo egimus prima parte hujus *Bibliothecæ Extero-Hispanæ*.

F. SEBASTIANUS SORTAL, Hibernus, Cisterciensi habitu in Nucalensi monasterio indutus varia scripsit venæ elegantis carmina, quæ MSS. adhuc asservari Chrysostomus Henriquez in *Phœnice* ait *Cisterciensi*.

THEODORUS PULMANNUS, Cranemburgius e Clivensi in Belgio ditione, qui Virgilium, Horatium, Lucanum, Claudianum, Juvenalem, Persium, Ausonium, Paulinum, Prudentium, Terentium poetas, Suetoniumque ac Boetium ad veteres codices correxit, & notulis quibusdam nitidiores apud Plantinum edidit, Salmanticæ diem vitæ extremum vidit, Valerio Andrea teste in *Belgica Bibliotheca*.

VINCENTIUS CARDUCCI, Florentinus, pictoriæ artis peritissimus, in Hispania apud Philippum Regem IV. plures annos exercendo illam inclaruit: qui cum esset a puero ad nos translatus perfecteque sermone Hispano loqueretur, *Picturæ dignitatem & naturam* octo *dialogis* vernacule confectis eleganter exposuit, libro inscribens: *Dialogos de la Pintura, su defensa, origen, esencia, difinicion, modos y diferencias*. Matriti 1633. in 4. Appendicis loco edita simul sunt opuscula ejusdem argumenti, sive de ingenuitate istius artis apologetica Lupi Felicis de Vega poetarum coriphæi, Antonii Leonis, Josephi Valdiviesi, Laurentii Vanderhamen, Joannis de Jauregui, & Joannis Butroni, cujus ultimi editus fuerat jam seorsim liber.

ANONYMUS, descripsit:

Legationem Joannis Ferdinandi de Velasco ad Jacobum Regem Angliæ. Mediolani 1606. 4.

ANONYMUS, edidit:

Speculum Boni Principis, sive vitam Alphonsi Regis Aragoniæ. Amstelodami 1646. in 12.

PARS TERTIA.

ALII QUIDAM EX PLURIBUS EXTERI QUI DE REBUS HISPANIS SIVE LATINA SIVE ALIIS EUROPÆ PRÆTER HISPANAM VULGARIBUS LINGUIS SCRIPSERUNT.

ACHILLINUS COPPINUS, qui artis oratoriæ regium se vocat interpretem: *Orationem de Hispanicæ Monarchiæ amplitudine* habuit coram Mediolanensi ducatu.

tu. Mediolani apud Malateſtas 1612. in 4.

ADAMUS SCHIRMBECK, Germanus, Pfaffenhovenſis, Jeſuita, ſcripſit Latine:
Meſſem Paraquarienſſem, ſive Annales Paraquariæ (del Paraguay Indicæ provinciæ noſtræ) ab anno MDCXXXVIII. uſque ad MDCXLIII. Monachii 1649. in 12.

ÆNEAS PICCOLOMINI, edidit:
Orationem in funere D. Mariæ Mendoziæ uxoris D. Eneci Mendozii pro Philippo Hiſpan. Rege apud Remp. Venetam legati. Venetiis 1597. in 4.

AGATIUS DE SUMMA, Leone Allatio teſte in *Apibus Urbanis* pag. 1. ſcripſit:
Canti quinque dell' America. Romæ apud Bartholomæum Zanneti 1623. in 12.

ALARDUS LEROY, Belga, Inſulenſis, Societatis Jeſu, edidit:
Compendium vitæ B. Franciſci Borgiæ. Inſulis 1624. 8.

ALEXANDER BARVOETIUS, Jeſuita, comes peregrinationis Hiſpanienſis Rev. P. Balthaſaris Corderii ejuſdem Societatis confecit:
Catalogum præcipuorum auctorum ineditorum Græce MSS. qui in Bibliotheca Scorialenſi aſſervantur. Hic prodiit una cum S. Cyrilli archiep. Alexandrini homiliis XIX. in Jeremiam prophetam ex ejuſdem bibliothecæ codice MS. deſcriptis a laudato P. Corderio, Antuerpiæque editis anno 1648. in officina Plantiniana Balthaſaris Moreti in 8. Iterumque in *Bibliotheca nova MSS. librorum* Philippi Labbæi anno 1653. demumque in Theophyli Spizelii *Sacris Bibliothecarum illuſtrium arcanis detectis* pag. 120. Meminitque etiam Labbæus primo volumine pag. 245. *Diſſertationum Hiſtoricarum de Eccleſiaſticis Scriptoribus.* Operæ pretium eſt Barvoetium de hoc opere quædam nos monentem audire. Poſt titulum catalogi, *Prior* (ait) *numerus pluteum ſignificat, ſecundus loculamentum, tertius codicem: non omnibus autem ſui appoſiti ſunt numeri, quod Catalogum meum una cum notis meis ac obſervationibus, cum abirem, non reſtituerit is, cui conceſſeram, qui ſatis accuratum omnium Græcorum MSS. inibi deliteſcentium habet indicem a Davide Colvillo Scoto confectum, quem propediem una cum notis meis ac animadverſionibus ad auctores ineditos edere cogitat in lucem ſi e re ſua nanciſci potuerit Typographum.* Et in fine catalogi. *Atque hic brevis eſt ſyllabus auctorum inibi repertorum, quem & pleniorem & accuratiorem dediſſem ni labores meos ibi detinuiſſet is, cui amice conceſſeram.* Balthaſar quoque ipſe Corderius in præfatione ad lectorem homiliarum, *Animus etiam fuerat* (inquit) *catalogum MSS. omnium ἀνεκδότων inibi latentium ſimul excudere, in quo concinnando diligentem operam poſuerat meus itineris ac laborum in hoc ſtudio ſocius Alex. Barvoetius collatis ad id per menſes aliquot Poſſevini Apparatu ac Geſneri bibliotheca, aliiſque pluribus MSS. Scorialenſium, examinatiſque ad ipſos codices catalogis; verum jam abſolutum homo quiſpiam ſub diſceſſum noſtrum ſublatum, nunquam reſtituit. Subdo igitur præcipuos tantummodo auctores prout e memoriæ penu dictus ſocius meus utcumque potuit reſarcire*, &c. Ante Barvoetii operam laudatur & ſimilis alia, non tamen ſic accurata Guilielmi Lindani, cujus eſt catalogus Scoriaci in Hiſpania bibliothecæ codicum Græcorum MSS. quorum indices Philippo II. Rege annuente dictus Lindanus ſcripſit anno MDLXXIX. die XVI. Septemb. qua inſcriptione notatus prodiit ad calcem poſterioris tomi *Apparatus ſacri* Ant. Poſſevini pag. 97. cui adjungitur *Index alter copioſior Arabicorum librorum, qui ibidem aſſervantur CCLXI.* Catalogum alium a licentiato Caſtillo anno MDLXXXIII. ut legitur, confectum Joannes Henricus Hottingerus *Bibliothecæ* ſuæ *Orientali*, veluti appendicem attexuit. Quæ omnia occaſione habendi gratias Alexandro Barvoetio hujuſmodi commemoratione dicta ſunt. Nec diſſimulabo Gerardo Joanni Voſſio, a neſcio quo olim impoſitum fuiſſe indicem quemdam ejuſdem bibliothecæ editum extare a Martino abbate de la Farina Philippo Hiſpaniarum Regi a ſacris, Siculo, quod apud eumdem legitur in opere *De Hiſtoricis Græcis*; ſeu in ejus *Additionibus* pag. 548. dum de Jamblichi *Babilonica Hiſtoria* agit. Cui credens Labbæus in *Nova* ſua *Bibliotheca MSS. librorum* neſcire ſe ait, quo loco editus *Index* iſte ſiet. Nuſquam certe, cum non ullum confecerit Martinus la Farina, ipſeque hoc Voſſii teſtimonium de ſe falſo enuntiatum, cum occaſio ferret, amicis ſuis ridens indicare ſoleret.

ALEXANDER PATRITIUS ARMACHA, ſive ſub hoc nomine Cornelius Janſenius Iprenſis epiſcopus publicavit:
Martem Gallicum, ſeu de Juſtitia Armorum & fœderum Regis Galliæ anno 1639.

AMANDUS GILSELIUS, Belga, Condruſius, eccleſiæ collegiatæ S. Crucis apud Leodienſes ſacerdos, grammaticus excellens, inter alia dedit:

Ono-

Onomatopæniam pro S. Ignatio Societatis Jesu fundatore. Leodii 1622. in 4.

ANNIBAL ADAMI, Italus, Firmanus Jesuitarum sodalis, edidit Italice:

Panegyricum de S. Francisco Borgia virtutes varias quatuor Franciscorum in se uno complectente. Romæ 1672. in fol.

ANNIBAL MOLES, Neapolitanus, ut existimo, publici juris fecit:

Responsa de legitima successione in Portugalliæ regno pro Rege Castellæ Philippo II. & de Ducatu Britanniæ pro serenissima Infante Isabella. Neapoli 1608. in 4. Erat in bibliotheca Olivariensi.

ANTONIUS DES BARRES, scripsit Latine:

De Immortalitate Caroli V. Cæsaris. Italice vertit Ludovicus Dulcis, Venetiisque edidit 1567.

ANTONIUS BENDINELLUS, Lucensis:

Orationem habuit in funere Caroli V. Imperatoris Lucæ, quam ibi edidit Vincentius Dultrachus 1559. in 4.

ANTONIUS CARACCIOLUS, ordinis Clericorum Regularium, Gaspari cardinali Borgiæ nuncupavit:

Bigam illustrium controversiarum, ex quibus una est:

De S. Jacobi Apostoli accessu ad Hispaniam. Neapoli 1618.

ANTONIUS GARNIER, Vesontinus, Carolo Imperatori a secretis, scripsisse dicitur:

Res a Carolo eodem *gestas*, teste Ferreolo Locrio. Vide Valerium Andream in *Bibliotheca Belgica.*

ANTONIUS GERARDUS, Romanus, scripsit:

Compendio della vita, opere sante e miraculi del B. Gio. di Dio. Romæ 1631. in 8.

ANTONIUS GUIDUS, jurisconsultus, habuit olim ad Pium V. Papam:

Pro Rege Philippo II. Hispaniarum orationem, quam vidimus in codice Vaticano MS. 5313. cum aliis.

ANTONIUS PANORMITA, Siculus, Joviani Pontani, Raphaelis Volaterrani, Pauli Jovii, Bartholomæi Facii, atque Æneæ ipsius Silvii summi deinde Pontificis Pii II. commendatione atque adhuc magis scriptis suis clarissimus, edidit celebres illos libros:

De Dictis & factis memorabilibus Alphonsi Regis Aragoniæ & Neapolis, quos laudatus nuper Æneas Silvius non dedignatus fuit commentariis suis illustrare.

ANTONIUS PIGAPHETA, Vincentinus, eques Hierosolymitanus, Italice scripsit historiam, quam Gallice translatam vidimus hoc titulo insignem:

Le Voyage & navigacion faicte par les Spagnols es Isles Moluques, des Roys d' icelles &c. Parisiis apud Simon. de Colinez.

ANTONIUS SANDERUS, Antuerpiensis, vir inter Belgas clarissimus, de quo scriptorum ejus gentis *Bibliothecæ* pro dignitate referunt, confecit inter alia:

Panegyricum in laudem B. Thomæ Villanovani Ordinis Eremitarum Archiepiscopi Valentini. Gandavi apud Gualt. Manilium 1623. in 4. *quem cum in Hispaniam* (ait Valerius Andreas in *Bibliotheca* sua *Belgica*) *ad Archiepiscopum & Canonicos Valentinos auctor destinasset, illi in eximiæ gratitudinis argumentum misere eidem non exiguam partem e femore ejusdem Divi excissam, legitimisque testimoniis roboratam. Quæ deinde dono auctoris per manus amplissimi viri Joannis Jacobi Chifletii Archiatri regii & Serenissimæ Principis Isabellæ, sacris ejusdem lypsanothecis addita fuit.* Hæc ille.

Encomium item *S. Isidori Matritensis Agricolæ.* Antuerpiæ apud Guil. Tongris 1623. in 8.

ARTALIS BRASCAGLIA, auctor est libri:

Impresse e versi in lode del Duca d' Osuna. Neapoli per Josephum Cachi 1584. 4.

ASCANIUS, S. R. E. cardinalis . . . . .

Orationem funebrem dixisse fertur *in obitu Philippi Regis II.* quæ Matriti edita fuit 1599. in 4.

BALDUINUS DE GLEN, Atrebas, Henniacensis apud Artesios monasterii antistes, scripsit:

Monarchiam & seriem Regum Hispaniæ. Valer. Andreas.

BAPTISTA CANTALICIUS, Aprutinus ex Cantalice oppido sub Catholicis Regibus, & Alexandri VI. pontificatu literarum Latinarum inter restauratores scripsit Latine præclaro poemate:

De Bis recepta Parthenope, Gonsalviam libris quatuor. Neapoli 1506. & 1607. in 4.

4. Confentiæ 1599. quod Sertorius Quatromanus Italice reddidit & excuffit Neapoli 1607. in 4. Toppius in *Bibliotheca Neapolitana.*

BARTHOLOMÆUS DE ROGATIS, Jefuita, ut credimus, nuncupavit Joanni Francifco Loredano fcriptori hujus temporis admodum claro, Italica fua lingua:

L' Hiftoria della perdita e riaquifto della Spagna occupata da Mori: quinque partibus, quarum primæ omnem paginam *Hiftoria Abulcazini*, quæ verfa eft a Michaele de Luna & apocrypha exiftimatur, implet; ceteræ ufque ad obitum Ferdinandi Regis III. Sancti cognomento pertingunt. Venetiis apud Gueriglium 1660. in 12.

BENEDICTUS VIRGILIUS, Aprutinus arator ejufdem provinciæ, poeta natus, fcripfit:

L' Ignatio Loiola ad Alexandrum VII. P. M. Romæ 1660. in 4. Toppius in *Bibliotheca Neapolitana.*

BERNARDINUS GINNARUS, Neapolitanus, Societatis Jefu, fcripfit Italice:

Il Saverio Orientale tom. 1. Neapoli 1641. in 4. Toppius in *Bibliotheca Neapolitana.*

BERNARDUS JUSTINIANUS, Venetus, fcripfit vernacula Italiæ lingua:

Hiftoria generale della Monarchia Spagnuola antica e moderna. Venetiis apud Combe & Lanou 1674. in 4.

Promittitque:

Hiftoria Topographica de tutti i Regni di Spagna.

BERNARDUS PANDOLFUS, Neapolitanus ex ordine Hofpitalariorum S. Joannis de Deo vertit in Italicum ex Hifpano Fr. Ant. de Govea Cyrens. titularis epifcopi:

La Vita del B. Gio di Dio. Neapoli. 1631.

BLASIUS CUSANUS, Neapolitani regni, & in urbe principe juris profeffor, fcripfit:

I Dolori confolati della Sirena per la morte di Filippo IV. e la confolatione per l' incoronatione di Carolo II. in Napoli. Ibidem 1665. in 8. *Bibliothecæ Neapolit.* auctor.

BOETIUS EPO, Frifius, Duacenfis profeffor canonici juris clariffimus, ac lucubrationibus fuis pofteris commendatus, fcripfit:

Orationem funebrem piiffimi Philippi II. Regis manibus Univerfitatis Duacenæ nomine. Duaci 1599.

CÆSAR CAMPANA, Aguilanus ex Aprutina provincia eques, tribus voluminibus edidit Italica lingua:

Vita del Catholico & Invittiffimo Re D. Filippo Secondo d' Auftria Re delle Spagne &c. *con le guerre de fuoi tempi.* Vincentiæ 1605. Supplementum huic addidit Auguftinus Campana, uti præfert Hiftoriæ editio facta Vincentiæ & Venetiis 1609. tribus voluminibus in 4.

CAMILLUS BORRELLUS, Neapolitanus, doctor juris, fcripfit inter alia:

De Præftantia Regis Catholici, ejus Regalibus, Juribus, & Prærogativis commentarios. Mediolani apud Hieron. Bordonum 1611. in folio.

In Arbores Genealogiæ Auftriacæ & Gotorum ac Lufitaniæ Regum commentarios. Neapoli 1609. 4.

De Hifpanica Catholici Regis ad Summum Pontificem legatione commentarium. Neapoli 1637. fol.

CAROLUS WEREPÆUS, Belga, Societatis Jefu, fcripfit:

Epicum Poema de exceffu Manrefa S. Patris Ignatii. Coloniæ 1640.

CATARINA DE S. FRANCISCO, abbatiffa ordinis Minorum monafterii S. Elifabethæ Bruxellenfis fororum Anglarum Tertii ordinis S. Francifci, ex Teutonico tranftulit in Anglicanam linguam:

Vitam S. Elifabethæ Reginæ Portugalliæ. Bruxellis 1628.

DIONYSIUS HARDUINUS, Gandavenfis, jurifconfultus, antiquitatum curiofiffimus, præfertim Belgicarum, inter alia, quæ inedita reliquit moriens anno MDC.

De Nobilitate Hifpanica opus fuit, Valerio Andrea tefte.

DOMINICUS BOUHOURS, Gallus, Jefuita, edidit Gallice:

Narrationem eorum, quæ contigerunt in difceffu Rever. P. Everardi Nidhardi ex Hifpania. Parifiis 1669. in 8.

F. ELIAS A S. TERESIA, olim JOANNES BAPT. WILS, Antuerpienfis, Carmelitarum excalceatorum fodalis, Belgice reddidit:

Vitam S. Terefiæ, cum notis. Antuerpiæ 1632. in 8.

Vitam Ven. Matris Annæ a S. Bartholomæo individuæ comitis S. Terefiæ. Ibidem.

EMMANUEL JACOMELLUS, Pinaro-

rolensis, ordinis Minorum, scripsit:
Compendium Vitæ B. Pasqualis Bailon. Salviliani 1622. auctore mihi Andrea Rosotti in *Syllabo script. Pedemontanorum* &c.

ERYCIUS PUTEANUS, Gelder, Venlonianus, regius chronographus, professor prius eloquentiæ in Mediolanensi urbe, unde uxorem duxit, successor deinde Justi Lipsii viri incomparabilis in eadem eloquentiæ apud Lovanienses professione, vir stilo, eruditione, moribus non parum nobilis, operibusque in publicum datis, ex quibus sunt:
Idea Virtutis Principis unius omnium optimæ Isabellæ Claræ Eugeniæ vita & morte in exemplum delineata. Lovanii 1634.
Purpura Austriaca Hiero-basilica Sereniss. Principis Ferdinandi Hispaniarum Infantis S. R. E. Cardinalis effigiem colore panegyrico repræsentans. Antuerpiæ 1635. in 4.
Theatrum Heroicum Imperatorum Austriacorum, Ducum Burgundiæ & Regum Hispaniæ. Bruxellæ 1642. in folio. Necnon et:
Hispaniæ Vindiciæ tutelares, venisse in Hispaniam S. Jacobum Apostolum. Lovanii 1608. in 8. hoc est interpretationem ejus operis, quod pro adventu D. Jacobi in Hispaniam scripsit Joannes Ferdinandi a Velasco magnus Castellæ comestabilis, qui Erycium valde carum habuit, dum Mediolano præesset.

FELIX BENEDICTUS, vulgo BENEDETTI, scripsit Italice:
Imprese di Filippo II. Re di Spagna. Aquilæ apud Lepidum Facii 1599. in 4.

F. FRANCISCUS BELL, Franciscanus, provinciæ Angliæ diffinitor, martyrii palma coronatus Londini anno MDCXLIII. in linguam suam transtulit ex Hispanica:
La Vida de la Venerable hermana Soror Juana de la Cruz. Audomari 1625.

FRANCISCUS BOCHIUS, scripsit inter alia de rebus Florentinis:
Orationem de laudibus Philippi II. Florentiæ 1599. in 4. in bibliotheca Barberina.

FRANCISCUS BRACCIOLINUS, Pistoriensis, poeta hoc sæculo admodum celebratus, scripsit Italice soluta oratione:
Vita di S. Diego d' Alcala. Mediolani.

FRANCISCUS CRASSI, jurisconsultus senator, & provinciæ Mediolanensis vectigalium, quæsturarumque præses, habuit Mediolani:
Orationem in funere Caroli V. Imperatoris Mediolani excusam per Franciscum Moschenium 1559. in 4.

FRANCISCUS RICCIUS, scripsit:
Descrittione della vita e morte e pompa funerale di Carolo V. Bononiæ apud Faustum Bonardum 1589. in 8.

FRANCISCUS RINALDUS, Italus, Matelicanus, Societatis Jesu, inter alia, scripsit:
Vitam P. Jacobi Lainez Præpositi generalis II. Societatis Jesu; quam, cum Philippus Alegambe scriptores ejusdem laudabat, prelo nondum commiserat.

FULGENTIUS BALDANI, Ligur, ord. Eremitarum, edidit:
Vita del Ven. P. Fr. Diego Ortiz Agostiniano el quale nel 1568. *nel Peru sparse il sangue per la Fede di Christo.* Genuæ apud Pavonum 16 . . . in 4. ut legimus in *Bibliotheca Ligurica* Raphaelis Soprani.

GABRIEL BEMMELIUS, Bruxellensis, scripsit:
Triumphos SS. Ignatii & Francisci Xaverii in Divos relatorum. Bruxel. 1622. in 8.

GASPAR SCIOPPIUS, Francus, ex heterodoxo catholicus factus, cujus plura eruditis, plura catholicis proficua doctrinæ singularis monumenta in manibus omnium sunt, *Scaligeri Hypobolimæi*, *doctrinæ Stoicæ*, atque aliorum operum auctor cæsareæ majestati atque Hispaniarum Regi a consiliis, civis Romanus, inter alia edidit:
Stemma Augustæ Domus Austriacæ. Papiæ in 4.
De Aragoniæ Regum origine & posteritate. Mediolani apud Joannem Baptistam Bidellium 1628. in 8.
Panegyricus pro Nuptiis Regis Catholici & Archiducis Alberti Clementi VIII. Pont. dictus. Ferrariæ 1598. in 4.
Narratio Historica de iisdem Regis Catholici Nuptiis. Ingolstadii 1598. in 4.
De Scioppio legi dignus est Julius Cæsar Capacius *Elogiorum* lib. II.

GREGORIUS FERUS, natione Bohemus, Jesuitarum sodalis, edidit lingua patria:
S. Isidori Agricolæ vitam.

F. GREGORIUS MAIGRETIUS, Buillonæus ditionis Leodiensis, ordinis Eremitarum S. Augustini, doctor theologus, scripsit Gallico idiomate:
Vitam B. Joannis Sahaguntini, ejusdem or-

ordinis. Tornaci 1610. Quam Latine reddidit Nicaſius Baxius ejuſdem familiæ, Antuerpianus, ediditque Antuerpiæ 1625. in 8.

HENRICUS DOERGANC, ſive DORFGANCK, Germanus, ut credo, edidit:

Inſtitutiones linguæ Hiſpanicæ. Coloniæ 1614. Quas Gaſpar Scioppius laudat in *Conſultatione de ſtudiorum ratione.*

HENRICUS FARNESIUS, edidit:

Anacephalæoſim inclytæ familiæ Fernandæ Velaſchiæ ex priſcis Annalibus petitam, in qua ſtrenuiſſimi quique heroes ſtirpis ejus ſeptingentis jam ante annis ad hæc noſtra uſque tempora ſuis clarent encomiis. Ticini 1611. 4. Itemque:

Statuta Socratica inclyti Principis Joannis Fernandez de Velaſco. Ticini 1610. 4. Erant inter libros Raphaelis Tricheti du Freſne, Galli, ut legitur in eorum catalogo Pariſiis 1662. edito.

HENRICUS HORNKENS, e territorio Silvæducenſi in Brabantia, Philippo II. ac III. Regibus, dein Alberto Belgarum Principi a ſacris oratorii, edidit:

Dictionarium Gallico-Hiſpanico-Latinum. Bruxellis 1599. in 4.

F. HENRICUS HYVAEUS, Belga, inſulenſis, ordinis S. Auguſtini, ſcripſit Gallice:

Vitam S. Thomæ a Villanova. Bruxellis 1621. in 8.

HENRICUS KIFELIUS, Antuerpianus, Romæ profeſſor eloquentiæ, quantumvis ex infirmitate tandem oculorum orbitate mulctatus, ſcripſit verſibus:

Lacippiados, ſeu de bello Granatenſi per Ferdinandum Catholicum geſto, libros duos; quod opus poſtea libris IV. auxit. Valer. Andreas auctor rei eſt.

F. HENRICUS PALUDANUS, Leodienſis, Minorita provinciæ Germaniæ inferioris miniſter, Belgice foras edidit:

Vitam S. Eliſabethæ Portugalliæ Reginæ: Item Gallice:

Relationem de Converſione Novi Mexici, ad Regem Hiſpaniarum directam.

Valerius Andreas & Lucas Waddingus.

HIEREMIAS GUNDLACH, Germanus, ut credimus, ſcripſit:

Novam Hiſpaniæ regionum Deſcriptionem Latinam. Quæ in bibliotheca cæſarea Viennenſi extat adhuc manu ipſius auctoris conſcripta, & delineata, anno, quem chronice includit hoc ſymbolum MUSICA GRATA DEO, in quibus literis M. D. C. V. I. chronicæ ſunt, & ſuum deſignat quæque numerum, junctæque annum MDCVI. Hoc opus *tam propter non vulgarem eruditionem quam incredibilem chorographicarum & topographicarum tabularum elegantiam, digniſſimum eſſe, ut aliquando in lucem prodeat,* Petrus ait Lambecius vir eruditiſſimus lib. primo *Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea* §. 79. pag. 95.

HIERONYMUS BARTOLINI, alias SMEDUCCI, Italus, vernacula ſua edidit:

L' America Poema heroico. Romæ apud Ludov. Grignani 1650. fol.

HIERONYMUS BENZONI, edidit:

L' Hiſtoria del Mondo Nuovo, la qual tratta del Iſole e mari nuovamente ritrovati, e delle nuove Citta da lui proprio vedute per aqua e per terra in quatuordeci anni, riſtampata con l' aggiunta del' Iſole di Canaria. Venet. 1572. 8.

HIERONYMUS FAVELLA, Neapolitanus, ſcripſit:

La Philippica, nella quale ſi diſcorre della gran religione, bonta, amicitia e potere delli ſereniſſimi Re di Spagna e delle heroiche attioni de' Spagnoli. Neapoli 1626. in 4.

HIERONYMUS GRATIANI, ſcripſit:

La Conquiſta di Granada con gli argomenti di Flaminio Calvi. Mutinæ 1650. 4.

F. HIERONYMUS SERIPANDUS, ordinis Eremitarum, S. R. E. cardinalis, vir doctrina clariſſimus, archiepiſcopus cum eſſet Salernitanus:

Orationem habuit Neapoli VI. Kal. Martii MDLIX. in funere Caroli V. Imperatoris. Ibidem in 4.

HIERONYMUS VICTOR, Italus, Bononienſis, edidit:

Theſaurum Hiſpanicæ & Italicæ linguarum. Genuæ 1609. in 4. Quem ante alia hujus argumenti ſcripta Gaſpar Scioppius in *De ſtudiorum ratione* commendat.

HILARIUS MAZZOLLAR, in catalogo librorum Raphaelis Trichetti du Freſne, Galli, qui editus eſt Pariſiis anno 1662. inſcribitur operi hujus tituli:

Le Reali Grandezze del' Eſcuriale di Spagna. Bononiæ 1648. 4.

D. HORATIUS QUARANTA, Salernitanus, vir nobilis, Matriti per decennium Nea-

Neapolitani regni procuravit negotia, atque item Vladislai Poloniæ Regis legato in eadem curia a consultationibus fuit. Publicis deinde aliis per Italiam rebus postquam vacasset, pedem Romæ tandem fixit eminentissimisque S. R. E. cardinalibus Sachetto, Farnesio, ac denique Nerlio domi officium exhibuit. Philosophus, theologus, jurisconsultus est atque omnis humanioris literaturæ & prudentiæ rerum affatim gnarus, poetici animi plenus, si quando datur hic divertendi occasio. Scripsit olim:

Elogia duo Latina in morte sereniss. Reginæ Hispaniarum Elisabethæ Borboniæ, & in funere sereniss. Hispan. Principis Balthasaris Caroli. Ex Hispanico vertit in Italicum:

Le Lettere di S. Teresa. Romæ apud Jacobum Fei 1660. in 4.

Hispane etiam:

Compendio de la vida y muerte del Marques de Torrecusa.

El Privado privado; sive de discessu a curia comitis ducis Olivarum, quod opus adhuc supprimit, uti & *Asueri curiam* Italice. Consultor est S. Congreg. Indicis.

HORATIUS DE LA TORRE, Genuensis, Raphaelis filius, edidit:

Il Mondo agonizante per la morte di Filipo IV. Re delle Spagne, Oratione ne Funerali di sua Maesta. Genuæ apud Calenzanum 1666. in folio.

HORATIUS TURSELLINUS, Romanus, Societatis Jesu, fama vir notissimus:

De Vita S. Francisci Xaverii sex libros edidit; quibus accesserunt *Epistolarum* ejusdem Xaverii libri alii quatuor. Romæ 1596. & alibi.

HORTENSIUS PALLAVICINUS, edidit:

Austriacos Cæsares Mariæ Annæ Austriacæ potentissimæ Hispaniarum Reginæ in dotale auspicium exhibitos ab Hortensio Pallavicino, cum figuris. Mediolani 1649. in 4.

HUGO FAVOLIUS, Zelandus, Middelburgensis:

De Classica ad Naupactum contra Turcas victoria per Joannem Austriacum carmen edidit Antuerp. apud Plantinum 1572.

HUGO GROTIUS, magnus ille literarum omnium promus condus, qui tandem catholicus in Galliis obiisse dicitur, inter alia multa eruditissima scripta, elucubravit:

De origine Gentium Americanarum dissertationes unam & alteram, quarum posterior respondet Joannis de Laet notis ad priorem dissertationem. Edita autem hæc altera Parisiis fuit 1643. in 8.

HYACINTUS PAGLIARA DE CAMPI, cecinit octoadis (octava rima vulgo):

La Vita e martirio de' Santi fanciulli Giusto & Pastore fratelli Martiri. Romæ apud Ludovicum Grignani 1639. 8.

JACOBUS BOURGOING, scripsit:

De origine, usu, & ratione vulgarium vocum Linguæ Italicæ & Hispanicæ. Paris. 1583. 4.

JACOBUS BRACELLAS ET JOANNES JOVINIANUS, Germani, scripserunt vernacula gentis lingua:

Chronicon regni Hispaniarum Regis Ferdinandi, uti lego in *Catalogo librorum Raphaelis Trichetti du Fresne.* Ferdinandi V. Catholici forsan.

JACOBUS BRACELIUS, Genuensis, scripsit Nicolai V. Papæ tempore:

De Bello Hispaniensi quod cum Alphonso Neapolitano gestum est. Romæ apud heredes Antonii Bladii 1573. in 4. prius Hagenoæ apud Joann. Secerium 1530. cum Joviani Pontani *De bello Neapolitano.*

JACOBUS FULIGATUS, Romanus, Societatis Jesu, scripsit Latine:

Vitam S. Elisabethæ Reginæ Portugalliæ. Romæ 1625. in 8. Italice item:

Compendium Vitæ S. Francisci Xaverii. Ibidem 1637. in 4.

JACOBUS MAINOLDUS GALERATI, Cremonensis, jurisconsultus, edidit:

De Titulis Philippi Austrii Regis Catholici librum, atque in ipsas titulorum successiones tabulas. Bononiæ apud Peregrinum Bonaudium 1573. in 4.

JACOBUS A MIGRODE, Alostanus, Flander:

Historiam rerum ab Hispanis in Occidentali India gestarum ex Hispanico vertit in Galliarum sermonem ac Parisiis edidit anno 1582. auctore Antonio Sandero in *Scriptoribus Flandriæ.*

JACOBUS TIPOTIUS, Brabantus, I.C. scripsit:

Gamelion Philippi III. Hispaniarum Regis & Margaritæ Austriacæ. Francof. 1600. in 4.

JANUARIUS CARACCIOLUS, auctor præscribitur cuidam libro, olim extanti Oliva-

varienfi in bibliotheca, fic infcripto:
Res geftæ Comitis Ducis Olivarienfis. MS. in 4.

IGNATIUS BONPLANUS, Ancone ortus, Societatis Jefu facerdos, in collegio Romano humaniorum olim difciplinarum rhetoricæque, nunc Hebraicæ linguæ profeffor:
Orationem habuit in *laudem Philippi IV. Regis noftri* parentalem in bafilica S. Mariæ majoris Romæ, quam edidit.
Orationem item aliam *in laudem Annæ Auftriacæ Galliarum Reginæ*, dum ejus exequiæ celebrarentur in bafilica Lateranenfi.
Confectas habet eleganti & nervofa brevitate:
Vitas Regum Hifpaniarum a principio ufque ad præfentia tempora, præter alia quæ ad nos non pertinent.

JOANNES ALBINUS, Lucanus, fcripfit:
De Geftis Regum Neapolitanorum ab Aragonia; ediditque Neapoli 1579. in 4.

JOANNES ANTONIUS VIPERANUS, fcripfit:
De obtenta Portugallia a Rege Catholico Philippo II. Hiftoriam. Neapoli 1588. in 4. dein in fyftemate *Hifpaniæ illuftratæ.*

JOANNES BAPTISTA BIRAGO, fcripfit, partes Lufitani Brigantini ducis agens in eo regno commoratus, ut credimus:
Hiftoria del Regno di Portogallo, &c. 1645. in 4.

JOANNES BAPTISTA LAMBERTINUS, Antuerpienfis, fcripfit:
Theatrum regium, five Tabulas Regum Hifpaniæ, Lufitaniæ &c. Bruxellis 1620. in fol.

JOANNES BAPTISTA PARISIENSIS, edidit:
De Origine, ufu & ratione vulgarium vocum linguæ Gallicæ, Italicæ & Hifpanicæ. Parifiis apud Steph. Prevofton. 1583. in 4.

F. JOANNES BAPTISTA SPADIUS, Placentinus, ordinis Sancti Dominici, edidit:
Vitam S. Raimundi a Pennaforte. Papiæ 1606. in folio, iterumque auctiorem cum *Precatione ad S. Raimundum pro Philippo III. Hifpaniarum Rege.*

JOANNES BELLERUS, Belga, ut credimus, Jefuita, ex Gallico Nicolai Caufini tranftulit in Hifpanum:
El Dia Chriftiano. Poft alias editiones Bruxellis prodiit ex officina Francifci Foppens 1682. in 12.

JOANNES BOTERUS, Benenfis, abbas S. Michaelis de Clufio, præter id quod in *Relationibus* Italice editis de Hifpania atque ejus Regibus & eorum dominio fcribit, feorfim publicavit Latina lingua:
Commentarium in quo comparat potentiam Catholici Hifpaniarum Regis Philippi cum Turcarum Imperatore. Coloniæ editum 1597. Item Italice:
Vitas Trium Hifpaniæ Regum Pelagii, Ferdinandi Magni, & Ferdinandi Sancti inter alias Principum Chriftianorum in eo libro quod *Le Vite de Principi Chriftiani* infcripfit.
Vide de eo Andream Roffotum in *Syllabo fcriptor. Pedemont.*

JOANNES CAMILLUS SACAGNIUS, fcripfit:
De Laudibus B. Thomæ a Villanova orationem. Romæ 1622. in 4.

JOANNES CAROLUS PICA, protonotarius apoftolicus, edi fecit a fe olim dictas Aquilæ:
Due Orationi nella feliciffima coronatione di Filippo IV. & nella morte della Regina Margarita d' Auftria fua madre. Romæ typis cameræ 1625. in 4.

JOANNES ETROBIUS, edidit:
Diarium expugnationis Tunetanæ. Antuerpiæ apud Joannem Bellerum 1558. in 8.

JOANNES FRANCISCUS FOSSATI, fcripfit:
Difcorfo nella morte della fignora D. Francefca di Cordova Moglie del Duca di Feria Gubernatore di Milano. Mediol. 1623. in 4.

JOANNES GEORGIUS DA IESI, ab ea forfitan urbe, quæ in Marcha Anconitana eft, oriundus compofuit carmine octoadumque lege:
Il Mondo nuovo, ad Sereniffimum Hifpaniæ Principem (Philippum III. intellige) & Sereniffimam ejus fororem. Æfii 1596. in 4.

JOANNES HIERONYMUS DE SOPRANIS, Genuenfis, Jefuitarum fodalis, edidit Italice, fuppreffo tamen fuo nomine:
Compendio della Vita di S. Francefco Saverio. Romæ 1622. in 8.

JOANNES JACOBUS D' ISCHIA, Italice dedit:
La Storia del Duca d' Olivares D. Gafpa-

paro de Guzman. Utini 1653. in 12.

JOANNES DE LAET, Antuerpienfis, edidit:

Novum Orbem feu Defcriptionem Indiæ Occidentalis libris XVIII. novis tabulis geographicis & variis animantium, plantarum, fructuumque iconibus illuftratam. Lugdun. Batavorum 1633. folio.

Hifpaniam, five de Regibus Hifpaniæ, regnis & opibus commentarium. Lugduni Batav. 1629. in 24.

Notas ad Differtationem Hugonis Grotii De Origine gentium Americanarum, & obfervationes aliquot ad meliorem indaginem difficillimæ illius Quæftionis. Amftelodami apud Ludov. Elzevirium 1643. in 8. atque item poftea:

Refponfionem ad Differtationem fecundam Hugonis Grotii De Origine gentium Americanarum. Amftelodami 1644. De qua re & agunt Georgius Hornius, aliique.

JOANNES A LAPIDE, canonicus Norbertinus ecclefiæ Grimbergenfis, facræ theologiæ profeffor Lovanienfis, publicavit:

Orationem encomiaftiam in laudem S. Terefiæ de Jefu. Lovanii in 4.

JOANNES LENCAEUS, theologus Lovanienfis:

Confutationem fcripfit libelli cujufdam contra Joannem Auftriacum Caroli V. filium editi, atque Romæ typis Antonii Bladi 1578. in 4. edidit.

JOANNES MARIA VANTI, Bononienfis, civis Venetus, non unius parochiæ ditionis urbis Tarviginæ rector, atque abbatis de Næruela vicarius generalis, poft converfam in fermonem vernaculum Lucani Pharfaliam aggreffus fuit:

Il Mondo nuovo, poema, cujus feptem octove libros fe vidiffe perfectos retulit ad me reverendus pater Angelicus Aprofius, Auguftinianus Vintimelienfis.

JOANNES PALLET, Gallus, fcripfit:

Dictionaire tres ample de la Langue Françoife & Spagnole. Parifiis 1604. 8.

JOANNES PETRUS CRESCENTIUS, ex familia hac Crefcentiorum Romana Plafentiæ natus, vir in hiftoria verfatiffimus, auctorque operis genealogici *Della Nobilta d' Italia*, fcripfit, ad nos pertinens:

La Monarchia di Spagna o vero dell' unione delle Corone e Regni dell' Auguftiffima Cafa d' Auftria.

JOANNES PETRUS MAFFEIUS, Bergomas, Jefuitarum fodalis, hiftoricus eloquentiffimus, res noftras ornare volens fcripfit eleganter admodum:

Hiftoriarum Indicarum libros XVI. fæpius typis commiffos.

Selectarum item *ex India Epiftolarum* libros IV.

De Vita S. Ignatii Lojolæ libros III. & alia Italice ex Hifpano fermone converfa.

JOANNES SCHEPPERUS, Gandavenfis, poeta, fcripfit:

Panegyricum Joanni Ferdinando a Velafco Caftellæ & Legionis Comeftabili, in quo rerum ab eo geftarum compendium. Mediolani 1612. in 4.

JOANNES STALDUS, dedit:

Narrationes Americæ provinciæ. Francof. 1591. in folio.

JOANNES TH. LAMBERTINUS, fcripfit:

Theatrum Regium, five Regum Hifpaniæ feriem, & compendiofam narrationem, varias illius regni hiftorias complectentem. Bruxellæ 1628. fol.

JOANNES VACHTENDONCK, Mechlinienfis, nobilis vir, jurifconfultus, fcripfit:

Orationem funebrem Ifabellæ Claræ Eugeniæ Hifpaniarum Infantis. Bruxellis 1634.

JOANNES VILLIFRANCHI, Volaterranus, compofuit verfibus Italiæ vernaculis:

Il Colombo: cujus operis primum tantum & fecundum canticum five librum foras prodiit Florentiæ apud Sermartellum 1602. 4. Joannes Bapt. Marinus in laudem ejufdem quodam lufit epigrammate, feu vulgari appellatione *Soneto*, cujus initium eft:

Sciolfe il Colombo de l' audace ingegno. Galeria pag. 239.

JODOCUS ANDRIES, Cortracenfis, Societatis Jefu, edidit:

Lachrymas in obitum Sereniff. Hifpaniarum Reginæ Margaritæ Auftriacæ, cum oratione funebri. 1611.

JODOCUS BACHERUS, Belga Bruxellenfis, canonicus Duacenfis, hujus operis auctori domefticus, vir elegantis ingenii, facilifque ad latinum pangendum carmen; præter minutiora alia pro Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, aliifque Principibus edita poemata anagrammataque dedit foras:

Phœbi Nuntium de natalibus Sereniff. Prin-

Principis Hispaniarum Philippi Prosperi in 4.

Panegyrim pro Illust. & Reverend. Dom. D. Francisco Antonio de Cabrera Archidiacono & Canonico Compostellano Regi Catholico in suprema Inquisitione a consiliis. in 4. Romæ 1657. typis Ignatii de Lazaris.

Obiit anno 1661. aut sequenti. Cabrera hic Salmantinus jam episcopus, vir sive mores, sive doctrinam spectes, cum lectissimis comparandus.

JODOCUS DAMHOUDERIUS, Brugensis Flander, vir nobilis, & jurisconsultus magni nominis, inter alia edidit:

Orationem panegyricam in laudem Hispanorum Negotiatorum. Lovanii 1558.

F. JODOCUS DE RICH, ex America & ejus provincia Quito appellata, quo primus omnium anno MDXXXIV. ad cœnobium Franciscanorum fuerat missus, scripsit anno MDLVI. insignem:

Epistolam de Moribus Incolarum illius tractus. Vide Henricum Sedulium in *Comment. ad cap. III. Vitæ S. Francisci.*

JOSEPHUS GELDOLPHUS A RIKEL, Brabantus, scripsit:

Historiam Speluncæ B. Mariæ de Covadonga in Asturicis Hispaniarum montibus publica religione olim a Pelagio Cantabro cultæ. Bruxellis anno 1525.

Valerius Andreas hujus non meminit.

JULIANUS GRANDAMICUS, Sanctodomarius, scripsit:

Orationem in obitum Fr. Alphonsi a Contreras Ordinis Prædicatorum Albano Duci a confessionibus, habitam Lovanii MDLXIX. die XXIII. Decembris. Antuerpiæ apud Plantinum 1570. in 8.

Carmen in obitum Gabrielis Manrrique Hispani ad Groningam interfecti.

JULIUS CÆSAR IMBRIANUS, dixit:

Funebrem orationem in obitu Philippi II. Hispaniarum Regis.

JULIUS CÆSAR STELLA, Romanus, poeta, etiamnum in adoléscentia, elegantissimus, ante vigesimum ætatis annum:

Columbeidos priores libros duos scripserat, scilicet de Christophori Columbi expeditione nautica, quos cum elogio Francisci Bencii Societatis Jesu presbyteri summi in hac eadem arte viri ad Garsiam Loaisam Philippi III. adhuc Principis institutorem, veluti excepturus doctissimi cujusque de consilio operis & facultate artificis sententiam judiciumque Romæ edidit anno 1604. Apud Clementem VIII. & alios Pontifices intimi cubicularii locum tenuit: de quo videndus Janus Nicius Erithræus in *Pinacotheca.*

JULIUS CERRIUS. Hujus nomine inscriptus legitur liber ita nuncupatus:

Risposta per la verita, di Giulio Cerrio al Trattato delle usurpationi di Re di Spagna sopra la Corona di Francia doppo il regno di Carolo VIII. &c. di Christoforo Baltasardi stampato a Parigi per Claudio Morelli l' anno MDCXXV. Edita fuit hæc responsio Mirandolæ 1626. in 4.

JUSTUS RYCHIUS, Gandavensis, Flander, aliis notus scriptis, edidit:

Pietatem in funere Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, apud Plantinum in 4.

LAMBERTUS THOMAS SCHENCHELIUS, Silvæducensis, Brabantus, scripsit:

Gratulationem adventus Joannis Austriaci ad urbem Mechliniensem. Lovanii 1577. Item:

Apologiam antitheticam pro Rege Catholico. 1589.

LAURENTIUS GAMBARA, Brixianus, scripsit versibus heroicis latinis:

De Navigatione Christophori Columbi libris IV. Romæ apud Titum & Paulum de Dianis 1586. 12.

LEVINUS APPOLLONIUS, aut alius sub hoc nomine, scripsit:

De Peruviæ regionis inventione & rebus gestis. Antuerpiæ apud Joannem Belerum 1567. in 8.

F. LUCAS WADDINGUS, Hibernus, Franciscanorum celebratissimus historicus vir multis nominibus venerabilis memoriæ, ante alia scripsit:

Legationem Philippi III. & IV. Hispaniarum Regum ad Paulum V. & Gregorium XV. Papas de diffinienda controversia immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ per Illustrissimum & Reverendissimum Antonium de Trejo Episcopum Carthaginensem. Antuerpiæ 1624. Coloniæque.

LUDOVICUS DULCIS, vulgo DOLCE, bene aliis suis scriptis notus, scripsit Italice:

Vita di Carolo V. Venetiis 1567. 4.

LUDOVICUS MAIERNE TURQUET, Gallus, Gallice scripsit:

Historiam generalem Hispaniæ.

MAR-

MARCELLINUS VERARDUS, Caroli nepos, Cæsenas, tragicomœdiam dedit Romæ hoc titulo insignem:

Ferdinandus servatus; hoc est, de vulnere Ferdinando Regi Catholico Barcinone inflicto & sanitate feliciter recuperata; quam Carolus Verardus ad Petrum Gundisalvi a Mendoza Toletanum præsulem remisit.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS, inter plura alia, scripsit:

Orationem de Vita Trajani. Argentinæ 1635. 4.

MARTINUS CHEMNITIUS, Brunsuicensis, carmine scripsit:

Lusitanorum navigationem in Indiam orientalem. Lipsiæ 1580. in 4.

MICHAEL BAUDIER, Gallus, scripsit e Latino forsan Alvari Gomezii:

Histoire du Cardinal Ximenez. 1635. 4.

NICASIUS BAXIUS. Vide supra GEORGIUS MAIGRETIUS.

F. NICOLAUS A JESU MARIA, Genuensis, ex clara Centurionum familia spreto sæculo, ac non parum divite patrimonio, Carmelitarum nudipedum amplexus fuit institutum in Pintiana urbe, in Salmantino collegio theologum præceptorem exercuit, generalis diffinitoris, imo & præfecti provincialis gessit munera. Pia is & utilia opera edidit:

Phrasium mysticæ Theologiæ venerabilis P. Fr. Joannis de Cruce Carmelitarum excalceatorum Parentis primi elucidationem. Compluti apud Joannem de Orduña 1631. in 4. Quam & in editionem operum ejusdem venerab. viri Joannis a Cruce Latinam Andreas a Jesu Polonus hujusmet instituti a se procuratam conjecit, Coloniæ 1639. in 4.

Denatus est Madriti anno MDCLX.

NICOLAUS SPINULA, Patricius Genuensis dixit, ac postea edidit:

Orationem de laudibus Principatus Cataloniæ & Barchinonensium habitam a se in aula magna Universitatis anno MDXCVI. Barcinone eodem anno in 8.

Consulesis *Bibliothecam Ligurum scriptorum* Soprani.

NICOLAUS DEL TECHO, ex Gallico DU TOIT, Belga insulensis, Jesuitarum sodalis in Paraquaria provincia, dedit:

Historiam Latinam Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesu, quæ ad nos missa, Leodiumque transmissa isthic prodiit anno 1579. in folio ex Matthiæ Novii officina.

NICOLAUS VERNULAEUS, Luxemburgensis, cæsareus regiusque historiographus, Lovaniensis eloquentiæ professor in locum Erycii Puteani vocatus, edidit de nostris rebus:

Laudationem funebrem Sereniss. Hispaniarum Infantis Ferdinandi Austriaci S. R. E. Cardinalis Belgarum Gubernatoris 1641.

Certamen Oratorium inter Oratorem Francum & Hispanum, utri de Ecclesia Romana melius meriti sint Franciæ an Hispaniæ Reges. Lovanii 1633.

Annum Austriacum. Ibidem 1628.

Apologiam pro Augustissima gente Austriaca. Ibidem 1635. in 4.

NICOLAUS VILLAGNONUS, scripsit:

Expeditionem Caroli V. in Africam ad Algieram. Antuerpiæ apud Joannem Bellerum 1555. 8.

OTHO VAENIUS, Batavus, Leydensis, pictor, *cultissimæ mentis & manus adolescens* Justi Lipsii elogio, scripsit & insculpsit:

Historiam septem Infantium Laræ cum iconibus.

PAULUS BOMBINUS, Calaber, Cosentinus, prius Jesuitarum sodalis, deinde congregationis Somaschæ sacerdos, cujus meminit in *Pinacotheca* Janus Nicius Erytrhæus & in *Apibus Urbanis* Leo Allatius, Latine dedit foras:

Breviarii rerum Hispanicarum ab Hispania reviviscente Enneadem primam. Venetiis 1634. in 4. cujus operis secundam *Enneadem* habebat perfectam Leone ipso Allatio teste.

Hispaniam Austriacam, libris XVII. paratam editioni eum habuisse idem Allatius refert.

Orationem in funere Philippi III. Hispaniarum Regis. Mantuæ apud Franciscum Osannam in 4.

Orationem in funere Margaritæ Austriæ uxoris Philippi III. Hispaniarum Regis. Romæ apud Zannetum 1611. in 4. Italice etiam:

La Vita di S. Ignatio Loiola. Neapoli apud Lazarum Scoriggium anno 1615. in 8.

PAULUS MORIGIA, Mediolanensis, ordinis Jesuatorum S. Hieronymi, inter vulgaris linguæ Italicæ multa opera, quorum ipse

ipſe meminit lib. III. *Nobilitatis Mediolanenſis urbis* cap. XXXII. ſcripſit:

Hiſtoria breve de la Auguſtiſſima Caſa de Auſtria, l' origine e l' antichita con la vita di tutti gli huomini e donne di detta caſa con la deſcrittione del Eſcuriale di Spagna, e l' oratione funebre in lode d' Jſabella d' Auſtria Regina di Francia. Bergomi 1593. in 4. per Comin. Venturam.

PAULUS POMPILIUS, ſæculi decimiquinti Romana in urbe literatus & philologus homo, qui ex Academia Literatorum S. Victoris in Quirinali ſcribere ſe ait, varia elucubravit a nobis viſa in Vaticano codice MS. 2222. in quo eſt liber *De Senecæ vita* ad Joannem Lopim Valentinum Decanum, atque item teſtimonium vitæ Calixti III. Pont. Max. pie & integerrime actæ quocumque ſuæ ætatis gradu verſibus factum. Incipit:

Cui nunc Heroum meditaris carmine Clio, &c. Hoc ſaltem typis excuſum Romæ ab Euchario Sylber, alias Franck anno 1490. Sequitur etiam typis edita ejuſdem Panegyris de Triumpho Granatenſi ad optimos Hiſpaniarum Principes Ferdinandum & Eliſabetham, quæ incipit:

Nunc age, Muſa, tubam majoris ſuſcipe cantus. Cum præfatione ad D. Bernardinum Caravajalem S. R. E. cardin. eorumque oratorem Pacenſem tunc epiſcopum, in eadem officina eodem anno librum hunc Romæ prodiiſſe in 4. anno 1495. teſtis mihi eſt Alfonſus Ciaconius in ſchedis ad bibliothecam univerſalem, qui & laudat ejuſdem Pompilii:

Epodon ad Eliſabetham Hiſpaniarum Reginam.

PAULUS SAOLI, Genuenſis, edidit:

Oratione nelli honori funerali della Catholica Maeſta di Filipo III. Re delle Spagne, celebrati dalla Sereniſſ. Republica de Genova al coſpetto de Sereniſſimi Coleggi & univerſal concorſo nella Metropolitana. Genuæ apud Pavonum 1621. in 4.

PETRUS GALESINUS, Italus, protonotarius apoſtolicus, vir admodum doctus & quamplurium operum artifex, inter alia nuncupavit Philippo II. Regi Catholico:

Deſcriptionem Canonizationis S. Didaci Complutenſis a Sixto V. Papa celebratæ Nonis Julii anno MDLXXXVIII. Romæ eodem anno editam.

PETRUS GRAVINA, Siculus Panhormitanus, poeta inſignis a Sanazario & Jovio impenſe laudatus, ſcripſit nobile in primis *Poema*, quo *Magni Gonſalvi Victorias* heroico carmine Latino decantavit: cujus fragmenta tantum extant, reliquis Gallorum tumultu direptis.

Deceſſit Conchæ Campaniæ oppidi quatuor ſupra ſeptuaginta annos ætatis numerans.

PETRUS SANTERANUS, Siculus, Meſſanenſis:

De Granatenſi bello a Regibus Catholicis geſto, magnum volumen confecit facundo & eleganti ſtilo, quod ſibi monſtratum fuiſſe ab auctore ſcribit Lucius Marinæus Siculus initio lib. XX. *De Rebus Hiſpaniæ*. Laudat quoque auctorem Stephanus Garibai lib. XVIII. cap. I. & Alfonſus Ciaconus in ſchedis ad bibliothecam univerſalem.

PHILIPPUS PHILANTIUS, neſcio quis, edidit Neapoli anno 1611.

De Geſtis memorabilibus Regum Hiſpaniæ in 8.

REGINALDUS GONSALVIUS MONTANUS, ignotus alias homo, ſcripſiſſe dicitur libellum:

De Inquiſitione Hiſpana, Heildelbergæ editum. Alfonſus Ciaconius in ſchedis, qui jure ſuſpicatur hæretici hominis opus eſſe.

RICARDUS PERCIVALE ET JOANNES MINSHEU, profeſſor linguarum Londinenſis, primus cœpit, alter ampliavit:

A Dictionary in Spaniſh and Engliſh, hoc eſt, Dictionarium Hiſpano-Anglicum, & Anglo-Hiſpanum, quod Londini editum vidimus 1623. fol. notatis aſteriſco verbis, quæ Hiſpani ex Arabico idiomate deſumta habent.

ROBERTUS ACCIAJOLIUS, Donati filius, Florentinus vir non ignobilis literaturæ, ſed in primis hiſtoriæ exactiſſimus ac indefeſſus, æmulator, materno eloquio elaboravit egregia facinora invictiſſimi Conſalvi (Ferdinandi de Cordova magni ducis nuncupati), quæ in regno Parthenopæo glorioſe peregit; & hujuſmodi labor apud eamdem familiam (Acciaiolam intelligo) manuſcriptus aſſervatur. In pretio vixit anno MDXL. Hæc totidem verbis Michael Pocciantius Dominicanus in *Catalogo Scriptorum Florentinorum.*

ROBERTUS BELLUS, Anglus, e bibliotheca ſua primum collectos edi curavit Hiſpanicarum rerum auctores aliquot; nempe Claudium Marium Aretium, Joannem Gerundenſem, Rodericum Toletanum, Rodericum alium Palentinum, Alfonſum a Car-

Cartagena Burgensem episcopos, Joannem Vasæum, Tarrasam, Marinæum Siculum, Laurentium Vallam, Antonium Nebrissensem, cum indice copiosissimo. Francofurti apud Andream Vekelium 1579. in folio.

SIGISMUNDUS BOLDONIUS, scripsit:

Philippi III. Hispaniarum Regis Apotheosim. Papiæ 1621. 4. in bibliotheca Barberina.

SILVESTER SIGONA, Siculus Leontinus, scripsit:

Carmen de immortali gloria, quam Joannes Vega sibi comparavit ex gubernanda Sicilia, & Aphrodisio, cui Africæ nunc est nomen, expugnato. Romæ apud Doricos fratres 1553. Vivebat auctor eo tempore.

SIMON BASSUS, canonicus .... & princeps academiæ *de Risuegliati* (ita enim sese inscripsit) Italice dedit:

Apologia per la Monarquia di Spagna contro Trajano Bocalini al Serenissimo Duca d' Urbino. Neapoli 1619. in 4. Unus is liber est ex libris bibliothecæ ducis Urbini quæ adjuncta fuit Vaticanæ, codice MS. 1331. in 8.

STEPHANUS CAROLUS, scripsit:

Orationem in deferendo regendi universi Gymnasii Bononiensis honore principi viro Lupo Varahonæ Hispano. Bononiæ 1579. 4. Asservabatur in bibliotheca Raphaelis Tricheti du Fresne, ut in ejus legitur *Catalogo.* Ubi *Varhzonæ* per errorem editum fuit.

THOMAS ASTIGLIANUS, ex Matera urbe regni Neapolitani, eques, ut vocant, serviens ordinis Hierosolymitani scripsit vulgaribus Italiæ versibus:

Il Mondo nuovo diviso in trenta quatro Canti. Romæ apud Jacobum Mascardi 1628. 12.

F. THOMAS CAMPANELLA, Neapolitanus, Dominicanus, scriptis suis, & calamitatibus orbi satis notus, scripsit inter alia:

De Monarchia Hispana libellum.

THOMAS SAILLIUS, Bruxellensis, Societatis Jesu sacerdos, Parmensi duci Alexandro a confessionibus sacramentalibus, scripsit:

Narrationem itineris Illustrissimi Domini D. Francisci de Mendoza Almiranti Aragoniæ in legatione ad Sacram Cæsaream Majestatem, Poloniæ Regem, Ferdinandum Archiducem & alios. Bruxellis 1598.

VALENTINUS ROTMANUS, edidit:

Carolidum libros tres, de vita & rebus gestis Caroli V. Imperatoris. Ingolstadii 1582.

VERDERIUS vulgo DU VERDIER, Gallus, Regis Christianissimi Ludovici XIV. historiographus, inter alia scripsit:

Abrege de l' Histoire d' Espagne contenant l' Origine des Espagnols, leurs guerres contre les Romains, les Cartagineois, & autres nations, l' invasion des Maures, la resource des Chrestiens, la naisance & le progrez des Royaumes d' Oviedo, de Leon, de Navarre, de Castille, d' Aragon, de Portugal, de Grenade & autres Principautez recueillie & divisee en deux parties par le sieur du Verdier, Historiographe de France. Parisiis apud Stephanum Lasson 1663. in 12. duobus tomis.

VINCENTIUS PLACCIUS, Hamburgensis, aliis bene notus scriptis:

De Navigatione Christophori Columbi poematium scripsit, quod inter alia in libro *Carminum* ejus *puerilium & juvenilium* Amstelodami apud Pet. le Grand 1669. in 12. edito legitur.

VINCENTIUS TURTURETUS, Panormitanus, de quo jam in prima parte loquuti sumus, scripsit Latine:

Sacellum Regium, cum notis perpetuis pro Capella Aulæ Hispaniæ. Matriti apud Franciscum Martinez 1630. in 4. Idem opus Hispane prodiit eodem anno ibidem.

VIRGILIUS MALVEZZI, Bononiensis domo, ex primis hujus urbis familiis prognatus, regiæ Majestati Philippi IV. a consiliis, eruditus, eloquens vulgari lingua Italica & in rebus politicis diu valdeque exercitatus, præter alia edidit:

Introduttione al racconto de' succesi accaduti sotto il commando del Re Felippo IV. Romæ apud heredes Corbeletti 1651. in 4. Item Grivilii Vezzalmi anagrammatico usus nomine:

La Libra. Hanc in vulgarem Hispaniæ linguam ex Italica transtulit, nescio quis, & inscripsit. *La Libra del Marques Grivilio Vezzalmi en la qual se pesan las ganancias y las perdidas de la Monarquia de España en el felicissimo Reynado de Felipe quarto.* Pampelone in 4.

Il Ritratto del Privato Politico Christiano stratto dall' originale di alcune attioni del Conte Duca di San Lucar. Bononiæ 1635. in 4. apud Jacobum Monti & Carol. Zenero.

UR-

URBANUS CALVETON ET HIERONYMUS BENZON:

Novæ Novi Orbis Historiæ, ideſt, rerum ab Hiſpanis in India Occidentali geſtarum, & acerbo illorum in eas gentes dominatu libros III. commentariis deſcriptos Latinoſque factos, prodire fecerunt Genevæ apud Euſtachium Bignon 1589. in 8. Sed quid niſi hoc felle tinctum inde poterat?

ANONYMUS DE JUVENEL, Gallus, Gallicam dedit hiſtoriam hoc titulo:

D. Pelage, ou l' entree des Maures en Eſpagne: duobus tomis 1645. in 8.

ANONYMUS DE CHANTREAU, Gallus, Gallice ſcripſit:

Hiſtoire de D. Iean Roy de Caſtille recueillie de divers auteurs. Pariſiis 1641.

ANONYMUS, quidam ſcripſit:

Elogio à perpetua memoria de Don Gomez Suarez de Figueroa Duca de Feria e Gubernatore del Stato di Milano per haver cacciato gli Heretici dalla Valtellina. Mediolani 1621.

ANONYMUS, Gallus, qui a Vincentio Placcio in opere ſuo *De Scriptis Anonymis, & Pſeudonymis* cap. 14. §. 457. dicitur eſſe dominus de Trigny, ſcripſit inter alia optimæ notæ:

Nouvelle methode pour apprendre facilement & en peu de temps la Langue Eſpagnole. Paris 1665. in 8.

ANONYMUS, aut mihi ignotus, ſcripſit:

Il Triomfo di Porto-Longone racquiſtato alla Corona di Spagna dall' armi commandate dal Signor D. Gioanni d' Auſtria. Panhormi 1650. 4.

LAMENTATIO AUCTORIS

DE EO QUOD SIBI NON LICUERIT VIROS DOCTRINA ETIAM CELEBRATISSIMOS, NULLIS TAMEN LIBRIS EDITIS ORBI LITERARUM OSTENSOS, HUIC BIBLIOTHECÆ SISTERE: ID QUOD EXEMPLIS TRIBUS CLARISSIMORUM LITERIS ET OMNIMODA VIRTUTE HOMINUM CONFIRMAT, QUOS MERITA LAUDE INTERIM DONATOS DIMITTIT.

In funere Juniæ C. Caffii uxoris, M. Bruti fororis, ceteras ftatuas gentis ductas fuiffe Caffii & Bruti defideratas, refert in fine tertii Annalium Tacitus. *Viginti clariffimarum familiarum imagines antelatæ funt, Manlii, Quinctii, aliaque ejufdem nobilitatis nomina, fed præfulgebant Caffius atque Brutus.* At quare præfulgebant? *Eo quod* (idem fubjungit) *effigies eorum non vifebantur.* Vellem utique ne quis honos decederet, imo vel hoc refpectu augeretur, clariffimis quibufdam doctrina viris apud eos, qui Bibliothecam noftram legerint, quærentes cur tam ampla literarum nomina hic defiderentur. Nifi hoc fuerit, haud poffumus non dolere vices noftras, quibus laudandorum fcriptorum operæ intentis prætermittendi neceffario illuftres aliquot viri fuere, qui magni licet, quam pluribufque in hoc opere memoratis laude digniores, celeberrimique ftudiorum fama, nulla tamen pofteris monumenta fui reliquerunt, unde in hunc fcriptorum admitti album poffent. Cujus mei doloris caufam tibi, philomufe lector, facile approbavero adductis faltem in medium fpeciminis gratia tribus, quorum nomina hinc abeffe minime vellem.

Primus eft fanctitate vir illuftris, atque omnibus virtutibus chriftianis, ecclefiafticis, civilibus, politicis inclytus D. F. FRANCISCUS XIMENEZ DE CISNEROS, quem appellare tantum laudare eft:

Quo nil majus, meliufve terris
Fata donavere, bonufve Deus,
Nec dabunt: quamvis redeant in aurum
Tempora prifcum.

Nullius quippe ufquam ufpiamve majus, quam hujus, fuit de literis meritum; & tamen elucubraffe eum quidquam, licet doctiffimus audierit, quo fcriptor dici debeat, nullibi annotatum legimus. Huic fummo dignitate, fummo rebus præclare geftis Toletano antiftiti, S. R. E. cardinali, Hifpaniarum generali inquifitori, nec femel gubernatori, debemus Complutenfium Bibliorum editionem, debemus Complutenfis academiæ toto orbe terrarum celebratiffimæ, philofophorum, theologorumque, jurifconfultorum ac medicorum, necnon & philologorum fummis æqualium parentis erectionem; quibus beneficiis majora aut luculentiora minime potuit refpublica literarum accipere. In priore magni Origenis diligentiæ æmulus, qui *Exaplis* fuis Bibliorum omnes translationes ad illud tempus factas in unum collegerat, quafi præfagus eorum quæ paulo poft adverfus catholicam ecclefiam pandit mala feptentrio, & ne eam facræ fcripturæ fontium, quæ longe lateque regnabat ignorantia hoftili obnoxiam impreffioni atque exarmatam ultra redderet, Herculeo aufu, vereque regio fumtu conquifitis undique Hebraicis Teftamenti veteris, Græcifque Novi, Latinifque Vulgatæ utriufque translationis antiquiffimis codicibus, opera ufus doctiffimorum in his tribus linguis hominum rudi etiamnum & quafi in fafciis vagiente typographica arte, primus evicit ut Hebraicis Græcifque tunc primum ad prelum fufis caracteribus princeps aliarum fcientiarum facra Dei fcientia in maximi momenti re uteretur, haberetque ab Hifpana univerfalis Ecclefia coelefte hoc fuum palladium, quo facra fides & illibata fuarum originum auctoritas inniteretur. De quo illuftriffimo ceterorum facinore vir maximus exiftimabat fibi ante alia gratulari omnes debere. In pofteriore autem gymnafii Complutenfis opere difficillimum quidem eft, quantum Hifpaniæ atque adeo totius Ecclefiæ commodis fervierit nofter, aut mente concipere aut verbis affequi. Ne prolixus fim, e quadraginta fex cathedris, ut vulgo dicitur, hoc eft, a totidem ftipendia merentibus, ibi artes omnes fcientiæque docentur. Collegiis decem a Ximenio, atque uno inter eos majore (cujus rectoris eft in academiam omnem auctoritas & jurifdictio) atque aliis tredecim ab aliis erectis exhibentur per plures annos, literifque inftruuntur quadringenti fere & quinquaginta juvenes, & in aliis quatuordecim collegiis religioforum ordinum quamplures eorum fodales. Præter duo hæc tam ingentis animi & in literas meriti, conceperat animo biblicæ fimilem Ariftotelis omnium operum editionem facere, Græci nempe textus,

tus, antiquæ Latinæ verſionis, & novæ etiam Latinæ, quam fieri curaverat, columnatim diſpoſitorum; qua ſpe, moriente eo, ſeſe fruſtratam illa ætas maxime doluit. Expenſis quoque ejus prelo ſubjecta ſunt primum, Venetiis ſcilicet, Alphonſi Toſtati epiſcopi Abulenſis opera omnia, Sanctæ Catharinæ Senenſis *Epiſtolæ*, & in vernaculum translatæ S. Agnetis Fulginatis, & S. Methildis *Epiſtolæ*, S. Joannis Climaci *Gradus*, S. Vincentii Ferrerii *Inſtructiones*, S. Thomæ Cantuarienſis *Vita*, Landulphi Cartuſiani *Meditationes de Vita Chriſti*, atque item de *Agricultura* vulgaris etiam ſermonis libri, quos Gabriel Alphonſus de Herrera Ximenii non ſolum auſpiciis, ſed juſſu & ſumtibus, agricolis dividendos elucubravit. Raimundi item Lulli aliquot libros iiſdem impenſis editos publica lux primum vidit. Officium Mixtarabicum, hoc eſt, miſſale & breviarium ritus Gothici fere oblitum reſtituit, ſubjecit prelo & uſu donavit, ne antiquiſſimæ Hiſpaniarum eccleſiæ res liturgica oblivioni daretur. Hæc ejus in literis, præter alia in rebus aliis publicis maxima geſta, collegiſſe juvat, quo Franciſcum Ximenium Ciſnerium archiepiſcopum Toletanum, S. R. E. cardinalem, ſibique tantum æqualem virum, benemerentiſſimum ante alios hoc noſtro, dum de clariſſimis ac doctiſſimis non ſcriptoribus agimus, præconio & memoria confirmaremus.

Secundum huic annectimus majorum ſplendore, formæ dignitate, ſingulari doctrina, admiranda facundia ſæculo ſuperiore celebratiſſimum virum, HONORATUM JOANNEM Valentinum, quem hucuſque Ferdinandi Nonnii Pintiani verbis laudavimus. Is Setabenſi familia nobiliſſima in eadem urbe Setabi, aut quod alias refertur, Valentiæ prognatus, longa & fructuoſa peregrinatione luſtratis Europæ civilioribus gentibus, Lovanii quoque una cum Didaco Gratiano ſummo Græcis literis viro apud Ludovicum Vivem literis data opera, non ſolum Græce Latineque doctiſſimus, luculentaque eruditione nobiliſſimus evaſit, ſed & mathematicas diſciplinas philoſophiamque in omnibus ejus partibus egregie calluit, prudentiamque in primis civilem viro nobili & aulico dignam. Qua ſcilicet in curia degens placuit ante alios Carolo Cæſari, cui inſtruendos mores atque imbuendam literis pueritiam Caroli Principis ex Philippo filio nepotis committeret. Functus laudabiliter munere iſto, cum ſacris jam initiatus ante paucos fuiſſet annos, eccleſiæ Uxamenſi datus fuit anno MDLXIV. epiſcopus. In qua dignitate paucis ſupra biennium exactis menſibus III. ſcilicet Kal. Auguſti anno MDLXVI. vitam cum morte commutavit. Vellem hic jejuni hujus elogii loco clariſſimorum doctrina dignitateque hominum de Honorato judicium ſubrogare: ſed voluminis id eſſet, non παρέργως ſignatæ laudis opus. Plurimorum quidem exaggeratiſſimæ cenſuræ teſtimonia collecta ſimul vidimus in libello hujus propoſiti anno MDCLIX. Valentiæ typis edito, cura, ut ſuſpicor, lectiſſimi viri D. Antonii Joannis a Centellas marchionis de Centellas ejus conſanguinei, dum hæc ſcribimus, Magni Status Mediolanenſis cancellarii, in quibus eminent Andreæ Garſiæ Matamori, Andreæ Reſendii, Antonii Auguſtini, Alvari Gomezii, Benedicti Ariæ Montani, Didaci Gratiani, Ferdinandi Pintiani, Joannis Geneſii Sepulvedæ, Ludovici Vivis, Hiſpanæ eruditionis & eloquentiæ maximorum luminum, data ei virtutum omnium doctrinæque ſingularis encomia. Nullus tamen laudavit unquam lucubrationes ejus aliquas niſi Andreas Scotus dubitanter, & Laurentius Craſſus, qui *Epiſtolarum*, *Tractatuum*, *Diſcurſuum* quidquam ipſi adjudicat in *Elogiis literatorum hominum* Italicis, magis, ut credo, ne inter ſcriptores Honoratum ſine ullo ſcripto, quam ut ex certo aliquo ſcripto (quod ſi eſſet non utique inviſum hactenus nobis fuiſſet) ſummum virum laudaret.

Ad tertium fere invitus accedo. Nec niſi de comperta & nota re loquuturus auderem invidiæ, quæ rerum ſuarum laudatoribus imminet, ſubire aleam. Extinctus decimaquarta die Auguſti pervigilio ipſo Aſſumtæ Virginis anno MDCLXIII. fuit Matriti religioſiſſimus, doctiſſimus, eloquentiſſimus, prudentiſſimus pater F. NICOLAUS BAPTISTA Carmelitarum ſodalis, ſacræ theologiæ magiſter, regius eccleſiaſtes, quatuor eccleſiis deſtinatus a Philippo IV. Rege noſtro, Carthaginenſi nempe Americæ, Majoricenſi in Balearibus, Zamorenſi & Calaguritanæ regnorum Caſtellæ, nulli tamen earum, cum recuſaſſet, datus epiſcopus. Hiſpalenſis ex patribus Belgis nobili loco natus civis, Dominicanorum prius, indeque ante profeſſionem ſolemnem, Carmelitarum ſacramento addictus, perſpicaciſſimi ingenii ac portentoſæ memoriæ dotibus ea quidem adjunxit literarum omnium ac præcipue ſacrarum ornamenta, viroque religioſo convenientem virtutem ac diſciplinam, ut, in quo alius alium, ipſe omnes præcellere videretur. Cum docuiſſet jam philoſophiam atque theologiam Hiſpali, patriæ hujus urbis cœnobium, & paulo poſt Bæticam ipſam provinciam rexit. Matritum inde evocatus fuit ad regii concionatoris munus exercendum, vere ad oſtendendam in hoc negotiorum

rum undique concurſantium atque ferventium theatro inſignem eam virtutem, qua majorem aut eidem curiæ conſpectiorem & fructuoſiorem vix ulla poteſt imaginatio concipere, vix ulla verborum vis exprimere. Religioſiſſimus quidem fuit ac viri Deo in profeſſione regularis vitæ ſacri vere norma & ſpeculum. Paupertatem ſtrictiſſime coluit, indumentis fere laceris utebatur, cameræ ſuppellex paucæ ſellæ, tres aut quatuor papiraceæ imagines Chriſti crucifixi ac Deiparæ Virginis, aliquot libri, (quidquid enim librorum emebat in publica reponebat illius, quam habitabat, domus bibliotheca) & nil ultra. Rem ſuam adeo negligebat, ut nec aſſignatam ſibi a parentibus, cum profeſſionem emiſit, pecuniæ ſummam ex reditibus cujuſdam domus ſolvendam exigeret; penſionem ſuper epiſcopalibus eccleſiæ Zamorenſis a ſe repudiatæ fructibus a Rege oblatam expedire noluit. Doctiſſimus fuit, ſimul & prudentiſſimus, (quæ duo ſi ſepares, doctrinæ vires ad diſſipandum dederis) nam præterquam quod ex omnibus artibus, rerumque cognitione dignarum argumentis, neceſſaria quæque & utilia præceperat, miramque librorum cujuſcumque generis notitiam comparaverat, theologiam omnem, & quæ ſcholas exercet, & quæ ſacros libros interpretatur, & tandem quæ moribus præſcribit regulas, maximeque hanc ultimam cum omni canonum & pontificiarum conſtitutionum jure ſic fideliter memoria comprehenderat, ſic excellenter ingenio & judicio ad negotia & actus hominum privatos, publicos applicare ſolebat, de magnis quibuſque rebus votum ferre vel ſolus vel cum aliis a Rege juſſus, ut reſpondens veluti oraculum exaudiretur. Cenſendi vero libertatem prudentiæ freno ſic attemperabat, eaque urbanitate & facundia ſententiam ſuam pronuntiabat, confirmabat, aliorumque impugnabat, ut veluti alter Gallicus Hercules in hujuſmodi congreſſibus, aureis eloquentiæ catenis uſus collegarum animos ſibi obnoxios redderet, ſæpiuſque ad ſecum conſentiendum pertraheret. Ea autem virtutis ſuæ doctrinæque perſuaſione imbuerat Philippi IV. Juſtiſſimi Regis mentem, ut nil fere, cui non acquieviſſet noſtri ſuffragium, exequutioni mandandum exiſtimaret, plura etiam ex ſolo illius ſuffragio decerneret. Res non antiquas loquimur, ſed quæ innumeris comprobari teſtimoniis & communi hominum opinione poſſint. Aſtitit aſſidue patribus, qui in magno concilio id cavent, ne religionis cauſa jacturam patiatur, a ſummo viro D. Didaco de Arce Reynoſo inquiſitore generali ad eum locum neſcius rei invitatus, & aſſumtus, quem ambire aliis maximæ curæ, adipiſcique præcipuo cuidam honori eſt. Egregium virtutibus paſtoralibus, egregium dignitatibus cardinalitia & archiepiſcopali Toletana Pontificem D. Balthaſarem de Moſcoſo & Sandoval, meritis & officiis ita ſibi obnoxium habuit, ut eximio quoque honore, ipſoque purpuratorum patrum galero præ ſe dignus ab eo exiſtimaretur, quod non ſemel aut bis, ſed frequenti laudis præconio juxta vir ſanctitate atque humilitate clariſſimus ex animi ſententia pronuntiare ſolebat. Nemini quidem privato tantum homini, ſodali tantum religioſo ac nullis infulis decorato id noſtra aut ſuperiori memoria contigit, ut cum adiret ipſe nullum unquam officii cauſa, niſi vocatus, a fere omnibus tamen principibus curiæ viris frequentaretur, quos omnes in rebus quibuſque arduis ad ejus ſapientiam provocantes non minus conſilio adjutos quam humanitate urbanitateque devinctos a ſe dimittebat. Nulli ergo tam conſtans, nec varia, ut ſolet, etiam erga optimos quoſque viros, omnium ordinum publica favit exiſtimatio: nullus ea dignior fuit. Eloquentiam cum in privatis congreſſibus, tum in ſacris declamationibus ſolito grandiorem & illuſtriorem oſtendit, ſolus fere aut in paucis tempeſtate ſua, qui graviſſimo iſto e ſuperiori loco multitudinem de re ſalutis docendi munere pro dignitate functus videatur fuiſſe. Abſque invidia dictum id velim. Quamplurimos vidimus & admirati ſumus, tam in Hiſpania, quam in Italia, concionatores ſacros, doctiſſimos, acutiſſimos, eloquentiſſimos; ſed qui ſerius, aptius, robuſtius, una & ſuavius humana verba divinis rebus attemperaret, ſacrique loci & officii religioſe magis obſervaret decorum, vix unum aut alterum. Nihil in eo unquam vanum, futile, aut affectatum ex eorum penu, qui quo magis a germana ſacrarum ſcripturarum ſinceritate, graviſſimaque veterum Eccleſiæ patrum interpretatione diſſiliunt, eo magis ingenio ſe volitare ſuper aliorum capita videri volunt, omnemque antiquitatem longe poſt ſe relinquere. Nihil ei antiquius fuit, quam inhærere veſtigiis patrum, ac nil probare aut affirmare, in quo teſtimoniis eorum deſtitueretur. In feriis quadrageſimalibus ſermonem plerumque aliquem homiliamve doctoris alicujus ſacri, & ante alios Auguſtini, aut Chryſoſtomi aſſumebat ſibi pro concionis materia, quam ingenioſiſſime declaratam aliis & aliis ſacræ ſcripturæ hiſtoriis, in quibus narrandis incredibili gratia & venuſtate pollebat, ortodoxorumque doctorum teſtimoniis ſententiiſque graviſſimis atque utiliſſimis confirmabat atque illuſtrabat. Hic unicus omnium ejus actionum ſcopus, omnium dictorum finis,

nis, ut virtutis amorem, peccati odium, fummam Dei ac divinæ voluntatis, facrorumque venerationem audientibus imprimeret. Id quod ea pronuntiandi efficacia, verborum pondere, miraque etiam interpofiti filentii ac nutuum energia exequebatur, ut fine ulla rhetoricæ artis obfervatione fummum exprimeret rhetorem, naturamque præ omni ac pro omni arte effe liquido commoftraret. Supra fe ipfum crefcere diceres, cum ex munere fuo coram Rege, aut alias ad fenatum aliquem verba faceret. Nihil tunc indictum, quod dici debuiffet, oportuiffetve, integritate vitæ faciente animos comendationemque doctrinæ apud eos etiam, qui reprehendi fubaccufarive, quia rarius folet, ægerrime patiuntur. Mira tamen in eo præftando veritati officio, prudentiæ ejus modeftiæque vis elucebat, ut nec admonitiones vehementia, nec vehementia urbanitate atque obfequio carerent. Vir vere apoftolicus verbo & opere, vilis fibi, defpectufque, omnibus aliis fructuofus, Evangelicæ doctrinæ tuba, fideliffimus Regis fui ecclefiaftes & confiliarius repentina fere morte, quo minus oportuiffe videtur tempore, ablatus fuit, curia integra, cujus viventis mores vocem atque ora fufpexerat, ejufdem ad funus, quod religionis quodam fenfu aliter interpretabatur, effufa. Porro hoc avunculo noftro caritatis officium levi manu nec fpreta, quæ fefe opportuna obtulit, occafione laudandi nonnullos fingularis doctrinæ, nullius tamen ex editione librorum de re literaria meriti, viros interim exhibere libuit, decuitque, dum clariore alius calamo dignum immortalis jam Nicolai virtutibus epicedii loco panegyricum dicet. At magne pater, tu memori propinquitatis lege, jejunum encomiaftem tuum ad contemplationem virtutum tuarum voca (quod cum Tacito ad Agricolam focerum luculentiffime ab eo laudatum exclamabo lubens ac perorabo) ut omnia facta dictaque tua mecum revolvam, formamque ac figuram animi magis quam corporis complectar, formam inquam mentis æternam, quam tenere & exprimere meis ipfe moribus poffim, ac vel tam longe pofitus æmulari.

ANONYMORUM
MANTISSA.

Anonymos quosdam in schedarum fasciculum coactos, qui dum erant edendi, penitus delituerunt, nunc tandem inter magnam codicum congeriem inventos heic subiicimus; nequid eorum desideret studiosus lector, quæ hanc Bibliothecam locupletaturus auctor concinnaverat.

ANONYMUS, nescio quis, convertit Hispanicè:
El Enchiridion o Manual del Caballero Christiano de Erasmo. Antuerpiæ 1555.

ANONYMUS, monachus Benedictinus alicujus monasterii in Hispania, magnæ eruditionis & profundæ scientiæ, scripsit sermone patrio Hispanico:
In Tria priora Capita Apocalypsis S. Joannis Tractatus III. quorum primus in Cap. I. habet capita XXXVII. Secundus in 2. cap. CIX. Tertius in 3. cap. CIII. Excusi sunt Hispali per Antonium Alvarez in fol. anno 1546. quo tempore vixisse eum arbitratur totius rei auctor Arnoldus Wion in *Ligno vitæ* lib. II. cap. LXXII.

ANONYMUS, Franciscanus, aut mihi incertus, edidit ante paucos annos Matriti ut suspicor:
Coronica de la Provincia de S. Antonio de los Charcas de la Orden de San Francisco. Anno 1664.

ANONYMUS, seu mihi incertus, auctor est operis, quod circa annum 1664. aut 1665. prodiit Matriti, ut credimus, ita inscripti:
Palestra Sagrada en desagravios de una Imagen de nuestra Señora de la Concepcion.

ANONYMUS, sive mihi incerti nominis, edidit librum:
Dia para el Alma, inscriptum, de cujus editione Matritensi anni 1665. aut circiter audivimus.

ANONYMUS, aut mihi ignotus, edidit:
Vida del Venerable P. Fr. Geronymo de Alabiano circa annum 1668.

ANONYMUS, aut mihi incerti nominis auctor, dedit foras:
Historia de los celebres Santuarios del Adelantamiento de Cazorla, 1669. Matriti, ut credimus.

ANONYMUS (mihi saltem, qui librum nullus vidi) scripsit hujus tituli librum:
Panegyrica Descripcion del milagroso Aparecimiento de N. Señora de Nieva, anno 1669. editam.

ANONYMA quædam femina, auctor est prosaici illius nec parum celebrati poematis, cui ita inscripsit:
Libro del Famoso Caballero Palmerin de Oliva, que por el mundo grandes hechos en armas hizo sin saber cuyo hijo fuese. Toleti prodiit post alias editiones 1580. in folio, nam ex secunda editione Venetiis apud Gregorium de Gregoriis 1576. fol. editum vidimus. Lusitanam fuisse Lusitani credunt scriptores; at saltim a femina dimanasse opus confirmat epigramma quoddam Joannis Auger Transmerensis (hunc eumdem existimo cum *Joanne Augur Transmierensi*, cujus in *Bibliotheca* mentio facta est) ex quo sunt hæc duo disticha:

Quanto Sol Lunam superat, Nebrissaque doctos,
Tanto ista Hispanos Fœmina docta viros.

& mox:

Fœmina composuit, generosos atque labores
Filius altisonans scripsit & arma libro.

Quod obscuri sensus mihi est. Forte autem hoc opus duabus aut tribus partibus constare fecit auctor: nam & tertium librum de rebus gestis Primaleonis hujusmet Palmerini filii, qui vernacule prodiit anno 1516. in folio, ex Hispano conversum a Mambrino Rosseo atque editum Venetiis 1597. in 8. scimus hoc titulo:
Libro Tertio del Valeroso e strenuo Cavaliero Primaleone figlivolo del buon Imperatore Palmerin de Oliva. Quam fuisse credo continuationem paternæ historiæ fabulosæ. Primaleonis & Palmerini eamdem esse historiam id etiam nobis persuadet, quod Gallicæ interpretationis tres quoque libri laudentur, quorum primum opera Francisci de Vernassal conversum Parisiis 1550. in fol. ex offi-

officina Joannis Longis, alterum opera Guilielmi l' Audrè, tandemque tertium a Gabriele Chapuis translatum Lugduni ex officina Joannis Beraud ann. 1579. prodiisse Antonius Verderius in *Biblioth. Gallica* scribit.

ANONYMUS quidam, auctor est fabulosi operis ex eodem genere, quod mire placuit Hispanis nostris, vulgoque *Libros de Caballerias* audit, hoc titulo:

Historia del Principe Erasto hijo del Emperador Diocleciano. Conversa est primum ex vernacula nostræ gentis in Italicam & ex Italica deinde in Gallicam linguam, editaque Lugduni apud viduam Gabrielis Cottier 1568. & Parisiis apud Nicolaum Bonfon 1572. Antonius Verderius in *Bibliotheca Gallica* refert opinionem quorumdam esse natum hoc opus a D. Antonio de Guevara, qui valde id laudat alicubi. Italicam vidimus interpretationem Venetiis editam 1542. in 12.

ANONYMUS, vulgoque ignotus etiam his, qui indagandis hujus & similium auctorum scriptis sedulam operam commodaverunt (Lusitani tamen nescio quo nomine Vascum Lobeiram auctorem credunt) scripsit propitiis Musis:

La Historia de Amadis de Gaula, quatuor libris. De quibus operæ prætium erit Joannem Jacobum Frisium audire in *Supplemento ad Epitomen Gesnerianæ Bibliothecæ* pag. 33. *Amadis de Gaula narratio est fabulosa; sic autem inscribitur, quia Amadis primas partes in illa narratione obtinet, qui est stirps & auctor propaginis fere omnium, quorum ingentia facinora illa narratione celebrantur. Arma enim & amores equitum illustrium & Heroinarum continet. Illius Historiæ seu potius fabulæ libri primi ab Hispano quodam scripti fuere; qui fatetur se illos a Mercatore quodam Ungaro accepisse, qui illos e Græcia advexerat. Postea tamen tempore Francisci primi Galliarum Regis a Nicolao de Herberay Domino des Essars in Gallicam linguam septem libri fuerunt conversi. Qui illos Amadisi libros primum Gallice scriptos fuisse autumat. Nam præterquam quod Amadis ille fingitur fuisse Gallus, idem des Essars affirmat se vidisse vetustissimos codices MSS. idiomate Gallico Picardico de hac re conscriptos. Illis septem primis libris a variis hominibus otio abutentibus plures additi, adeo ut illa fabula ad XXIV. libros pervenerit. Tanta venustate sermonis, tanta rerum vicissitudine & argumenti varietate exornata fuit illa narratio fabulosa, atque in ea, præsertim septem libris, veræ narrationis leges ita observantur, ut lectorem abundantem otio, rerumque novarum, quantumvis fictarum, cupidum mirifice alliciat. Hactenus de hoc libro judicium eruditi viri D. Clou Galli. His nugis Gallicis, sicuti vir gravissimus & clarissimus B. testatur, nil præcipue præter turpissimos & fœdissimos amores narratur, & ita quidem ut res ipsæ oculis pene subjiciantur; quibus tamen libris nullæ Gallorum familiæ carent, quod non aliunde linguæ Gallicæ puritatem discere se putant.* Hactenus Joannes Jacobus Frisius: qui & iterum verbo *Acuerdus Oliva* sic ait. *Acuerdus Oliva fabulosam Historiam Amadisi primum Belgicâ linguâ conscriptam in Hispanicam convertit sic, ut non tantum interpretis officio functus sit, sed innumera adjecerit, quæ postea in Gallicam linguam translata est.* Hæc ille. Huic eidem Nicolao de Herberay tribuit Besoldus in libro *de Educatione & Historiis literarum* c. 5. n. 6. Amadisiacam hanc fabulam, interpretem pro auctore sumens. Quod tamen Gallus iste interpres adjudicare Gallis suis operis inventionem contenderit, id plane nos fatum horum librorum esse credimus, quorum auctoribus, ut ficta narrantes quodammodo viderentur non omnino falsa referre, hoc perpetuum & constans fuit consilium, ut non domi nata, sed aliunde ista domum transportata, hoc est, ex alienis linguis a se in vernaculam conversa, persuadere voluerint suos lectores. Cum ergo Hispanus Amadisiados auctor hanc viam abscondendi fabulam sub exoticæ historiæ pallio ingressus forsan primus fuisset, Græcam per manus Ungari mercatoris a se acceptam fingens, hunc imitaturus Nicolaus interpres licere sibi non minus existimavit e Græca seu Hispana Gallicam conficere fabulam. Quæ quidem, si Jacobum Frisium auscultamus, etiam Belgica fuerit antequam Hispana, immemorem illius quod alio loco ex Herberayo dixerat. Nec item ex eo, quod Gallus fingatur Amadisius, Gallicam fabulæ originem fuisse recte colliges, imo & contrarium prorsus: hæc enim altera fuit ars latendi ac verosimiliter falsa narrandi, si non ex gente propria, sed ex peregrina heroes desumti, externarum Historiarum ignaros, se olim ea rerum celebritate, quæ iis adjudicatur, clarere potuisse apud eam gentem non ita ægre persuasissent. Hispanum certe hominem libri esse auctorem constare ait Vincentius Placcius in opere suo de *Anonymis & Pseudonymis Scriptoribus* cap. XVI. §. 537. qui multa de hoc & similibus inventis & de versionibus Gallicis adnotat. Dabimus nos quidquid de his libris seu potius continuatione fabulæ (de qua nonnulla in præfatione notavimus) comperire potuimus sub hoc Anonymi titulo; majorem enim partem hujus telæ iis debemus, qui nomen inscribere suum operi dedignati sunt.

Ex

Ex Hispano Gallicas interpretationes editas sæpius fuisse apud Verderium in *Bibliotheca Gallica* legere est. Primum librum prodiisse novimus Parisiis 1540. Quatuor librorum integrum opus Antuerpiæ typis commissum fuisse ajunt 1571. Italice & Germanice & ipsum prodiisse scimus.

Quatuor hos quintus liber sequitur hoc titulo insignis : LAS SERGAS DE ESPLANDIAN , quem corrupte appellatum a Græco verbo ἔργα *opera* nullus dubito, quasi Splandiani opera seu res gestas intellexerit auctor. Hunc Gallicum fecit cum titulo quinti libri seu *Cinquieme livre d'Amadis de Gaule* Antonius Tyron , Antuerpiæ apud Henricum Hendrik anno 1577. editum. Sed hujus quinti libri auctor incertus non est , ut superiorum ; Garsiam enim Ordoñez de Montalbo ejus scriptorem laudavimus in *Bibliotheca*, qui & quatuor Anonymi priores correxit & elegantiori stilo donavit.

Sequitur sextus hac inscriptione : *El sexto libro de Amadis de Gaula en que se cuentan los grandes hechos de Florisando Principe de Cantaria su sobrino fijo del Rey D. Florestan.* Hujus auctorem in editione Salmantina typis Joannis de Porras anni 1510. in folio sese profitetur *Pelagius* (seu , ut vulgo audit apud nos *Paez*) *de Ribera* , qui D. Joanni de la Cerda Duci de Medinaceli nuncupavit.

Septimus succedit ita inscriptus : *El septimo libro de Amadis , en el qual se trata de los grandes fechos en armas de Lisuarte de Grecia fijo de Esplandian , y de Perion de Gaula.* Nuncupatus hic D. Didaco a Deza Hispalensi archiepiscopo iterum prodiit Hispali apud Jacobum & Joannem Cromberger 1525. folio , absque auctoris nomine.

Octavus : *El octavo libro de Amadis , que trata de las estrañas aventuras , y grandes proezas de su nieto Lisuarte , y de la muerte del Rey Amadis.* Auctor est Joannes Diaz, canonum bachalaurus , dedicavitque D. Georgio Joannis II. Regis Portugalliæ filio, Avisiensis & S. Jacobi ordinum præfecto , duci Conimbricensi : notatque ipse credere se partem operis seu librum septimum jam ab alio occupatum & conscriptum fuisse ; quare octavum hunc appellare maluit. Hispali apud eosdem de Cromberger 1526. fol.

Nonus & , ut credimus , etiam decimus cum titulo : *D. Florisel de Niquea hijo de Amadis de Grecia , y de la hermosa Niquea.* Italice reddidit Camillus Franceschini, Venetiis editum 1575. in 8. *Historia Spagnola* (inquit interpres) *piena di tutte quelle valerose cortesie & honesti portamenti de Cavalieri & di Dame che si potresino trovare in quella eta.* Decimum ex his librum Gallice convertit Jacobus Cohori Parisinus , edideruntque Parisiis Joannes Longis & Stephanus Groulleau 1555. fol. De his & sequenti vide in *Bibliotheca* Felicianum de Silva.

Undecimus : *Libro Undecimo de Amadis en el qual se trata principalmente de los hechos de Rogel de Grecia , y de Agesilao de Colchos.* Ex ejusdem Jacobi Cohori interpretatione Gallica prodiit Parisiis apud eosdem.

Duodecimus , Gallice interprete Guilielmo Aubert , Parisiis. Hic nisi fallimur , continet : *La Historia de Amadis de Grecia llamado el Cavallero de la ardiente espada* : de quo infra sub titulo alterius Anonymi.

Decimus tertius : *Libro decimo tercio de Amadis que contiene los altos hechos de Silvis de la Selva hijo de Amadis de Grecia.* Gallicum factum ab Jacobo Cohori jam laudato legimus , atque editum Parisiis in eadem officina Joannis de Longis.

